

R. 4036

JACOBI PIGNATELLI

E CRYPTALEIS IN SALENTINIS

Sacrae Theologiae, ac J. V. Doctoris

CONSULTATIONES CANONICAE,

IN QUIBUS

PRÆCIPUÆ CONTROVERSIÆ,

Quæ ad Sanctorum Canonizationem, ac Sacros Ritus; ad Sac. Concilium Tridentinum; ad Episcopos, & Regulares; ad Immunitatem, Libertatem, Jurisdictionem Ecclesiasticam, ac hujusmodi alia potissimum pertinent; non solum ex utroque Jure scripto sed etiam ex Sacrarum Congregationum Decretis, Rebus Judicatis, Placitis, atque Consultis, ex Prudentum Responsis, ex Moribus receptis, breviter, ac perspicue dirimuntur.

OPUS OMNIBUS UTRIVSQUE FORI JUDICIBUS, JURISCONSULTIS, ac Politici studii Mystis, imprimisque Summorum Pontificum & Rerumpublicarum Consiliariis, & Advocatis utile plane, ac necessarium.

Cum duplici Indice, altero Consultationum singulis Tomis præfixo, altero Rerum Notabilium ex pluribus in unum Generalem coacto, singularique Volumine comprehenso.

EDITIO ultima ab AUTHORE recognita, multis in locis aucta, & à mendis expurgata.

TOMUS DECIMUS.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.

LUGDUNI,

Sumpt. GABRIELIS & SAMUELIS DE TOURNES.

M. DCC. XVII.

Cum Privilegio SACRÆ CÆSARÆ MAIESTATIS.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36

R. 1036

JACOBI
PIGNATELLI
 E CRYPTALEIS IN SALENTINIS
 Sacrae Theologiae, ac J. V. Doctoris
CONSULTATIONES
CANONICAE,

IN QUIBUS

PRÆCIPUÆ CONTROVERSIÆ,

Quæ ad Sanctorum Canonizationem, ac Sacros Ritus; ad Sac. Concilium Tridentinum; ad Episcopos, & Regulares; ad Immunitatem, Libertatem, Jurisdictionem Ecclesiasticam, ac hujusmodi alia potissimum pertinent; non solum ex utroque Jure scripto sed etiam ex Sacrarum Congregationum Decretis, Rebus Judicatis, Placitis, atque Consultis, ex Prudentum Responis, ex Moribus receptis, breviter, ac perspicue dirimuntur.

OPUS OMNIBUS UTRIQUE FORI JUDICIBUS, JURISCONSULTIS, ac Politici studii Mystis, imprimisque Summorum Pontificum & Rerumpublicarum Consiliariis, & Advocatis utile planè, ac necessarium.

Cum duplici Indice, altero Consultationum singulis Tomis præfixo, altero Rerum Notabilium ex pluribus in unum Generalem coacto, singularique Volumine comprehenso.

EDITIO ultima ab AUTHORE recognita, multis in locis aucta, & à mendis expurgata.

TOMUS DECIMUS.



DE LA LIBRERIA
 DEL REAL COLEGIO MAYOR
 Reunido de Santa Cruz, y
 Santa Catalina.
 H. C. N.

LUGDUNI,

Sumpt. GABRIELIS & SAMUELIS DE TOURNES.

M. DCC. XVII.

Cum Privilegio SACRÆ CÆSARÆ MAJESTATIS.



BEATISSIMO PATRI
AC DOMINO NOSTRO
INNOCENTIO
DUODECIMO

JACOBUS PIGNATELLUS.



Vod in Deo suspicimus, in Te quoque ve-
neramur, BEATISSIME PATER, Religione,
Pietate, Iustitia Maxime. Te namque quo-
tus nesciat hisce Virtutibus meritas Digni-
tates conjunxisse, cum Vtriusque Signaturæ
Referendarius ac Suffragator, in Provinciis Ecclesiasticis
Gubernator, in Insula Melitensi Quæsitör, apud Magnum

Etruriæ Ducem, apud Regem Poloniæ, apud Imperatorem Nuncijs Apostolicus fuisti; ideoque ad Ecclesiæ Lyciæ Episcopatum promotus, & professione non abjecta, sed mutata, iterum ad Urbem evocatus, Congregationis super Episcopis ac Regularibus à secretis, Cubiculi Pontificii Præfectus accessisti, atque, ut præmium aliquod Tibi daretur ac instrumentum, inter Augustos Patres adoptatus, purpuram es affectus patientiâ meritorum? Mox præclara operum fama ad Ecclesiam Faventinam, ad Legationem Bononiensem evectus, tandem Insulam Neapolitanam legitimo certamine Tibi desponsasti. Quæ autem ubique fecisti, dicere quis poterit, quis valeret facere, credere, quis meruit videre? Ad Summum Pontificatum assumptus Civis Tempa, Templis cultum asseruisti. Ecclesiæ Rom. Colonias tuis subsidiis, ac impendio in Orbem Terrarum mittis, ut Catholica ea sit non minus tempore, quam loco. Agnum Eucharisticum, qui sub niveo latet vellere, solenniori spectaculo ad infirmos pro Sacro Viatico deferri iussisti, Tibique debetur deambulans triumphali ritu Numen, illi viatica ea pompa. Christianos Principes, in arma ruentes, assidue compellis, movens Coelum precibus, Terras literis, Maria clasibus, ut trans maria abeant, & ferro redimant Redemptoris tumulum. Ut splendidè exciperentur mortaliū infortunia, hospitales Ædes magnificè excitasti, etiam Lateranensè Palatium, ut Constantinum ipsum tua veluti Pietate vinceres, ad egenos, ad invalidos, ad orphanos, ad pupillos alendum, ut pauperes viverent, non paupertas. Tamque illæ instructæ sunt, ut egestatem in miserorum oblectamenta mutarint, & jam divites pauperibus invideant. Mitto quotidianas pauperibus epulas, à tua manu porrigente lautiores, in pauperes comitatem, dum eos frequenter invisis, ac etiam decumbentes erigis, ut planè felicitas

fit, miseram esse. Pauperibus dives, Tibi pauper, magnifica Telonia construxisti, ut merces omnes essent pauperum vectigales. Adeoque Tibi grata est paupertas, ut Tibi vivens pauperem Vrbem erexisti, nisi quod morum probitas supra quicquid est peregrini marmoris eam ornabit, semperque in illa palpitabit vena misericordiæ, spiritus Charitatis. At quantum illud, in quo certum est, Te non priorem similem, nec habere sequentem? Ne pauperibus obesses, neve sanguine mollesceret adamas tui pectoris, consanguineos abesse voluisti, & cognatione proximos procul habes, quia consanguinei, ac proximi tui, pauperes sunt. Neque id satis, sed gravissima Constitutione sanxisti, quid Pontificum nepotibus dandum, quantum Christi auri in eorum sinum implueret. Publicam tranquillitatem operosa mente agitans, ut piratarum, turbinum, tempestatum fluctus sacro tuo Tridente disipes, utque pacatum volitent per mare Navitæ, in Regno Neptuni, in ruinis Antii Portum instruis, miserorum perfrugium, præsidium salutis. Annonæ studes, annis præsertim avarè mentientibus, exundante Romæ copia, quamvis non fluctuaret in campis seges. Astræam, quæ olim, relictis Terris, ad astra evolaverat, è Coelo attraxisti, & in monumento augusto ad Montem Citatorium in centro Urbis basilicè collocasti, ubi moles suspendit miraculum, & magnitudo operis certat cum sacramento Pietatis. Hic mutus hæret hospes, hic passim stupor abire cogit in saxa immotos viros. Quare Tibi ex eo debent opem inopes, opes opulenti, tuti securitatem. Illud namque est delubrum æquitatis, Curia, ac Fori Romani Areopagus. Idque amplius, Gregorium, verè in hac re etiam Magnum, imitans, die uno in hebdomada Iustitiæ sacra peragis adeò, quòd Tibi contigisse divinitus nomen videatur, nempe, ut esses tutela Innocentiæ,

Index Argumentorum

CONSULTATIO XII.

*Novi Conventus, & Ecclesia Regularium quatenus con-
strui possint? De novi operis nunciacione ex quavis causa,
presertim luminis, & prospectus. An id locum habeat etiam
inter Ecclesias? De attentacione in hac materia. Quomodo
purganda? Quenam causa ab illis excuset? Alia. Pag.
20.*

CONSULTATIO XIII.

*Fuit ad Seminarium Civitatis Catholicae admissus Olym-
pius ex patria haeretica, cujus Seminarium alumni ex pri-
vilegio Apostolico promoveri possunt, etiam ad Sacros Or-
dines, absque literis dimissionis propriis Episcopi. Ab eo
post quadriennium finitis studiis, dimissus, adit aliam
Civitatem Catholicam alterius Dioecesis, à cuius Episcopo
post biennium petitè promovèri ad Sacros Ordines, ac
simul provideri aliquo beneficio curato; emissa prius decla-
ratione, velle in ea perpetuo permanere, & re ipsa Episcopus
ad dictos ordines eum promovit. Queritur, an hic Episcopus
incurritur poenam aliquam? Ubi Constitutio. Emi.
D. N. de Sacris Ordinationibus. Pag. 28.*

CONSULTATIO XIV.

*Verum electio Patrum Generalium pertinere possit ad
aliquod Provinciam, sique ea confirmanda, & quatenus, an
verò ad universam Religionem? pag. 31.*

CONSULTATIO XV.

*An, & quatenus Principibus, Baronibus, aliisve compe-
tat jus prohibendi venationem, & piscationem? pag. 34.*

CONSULTATIO XVI.

*An, & quatenus electio ad dignitates Ecclesiasticas per
abusum secularis potestatis irrita, infestaque sit? Quid de
electione ad beneficia, & de ea obtinens, vel conferente,
ac de eorum poenis? Et an electio sit irrita, si fiat hebdo-
made majori? pag. 35.*

CONSULTATIO XVII.

*Vacatio per renunciacionem Praefatus, aut officii regu-
laris, aut nova electio ad illum, à quo tempore incipiat?
Verum à tempore habitae scientiae renunciacionis, an à tem-
pore factae renunciacionis? pag. 36.*

CONSULTATIO XVIII.

*An, & quatenus ex vitio persona irritanda sit electio
Regularium ad officia, & dignitates suae Religionis, aut ab
illis suspendendi, pendente accusacione? pag. 37.*

CONSULTATIO XIX.

- An Visitator, ac Praefes Capituli Regularium eligi
possit in Vicarium Provinciale, & electio inde sequuta
sit valida?*
- An privatio vocis activa, & passiva fieri possit post
allegacionem suspicionis, sive post probatas causas, & la-
tam sententiam per Arbitros, & electio inde sequuta sit
valida?*
- An Capitulum intratum pro certa die differri pos-
sit?*
- An interposita inter Regulares appellacione, surrogari
possit aliquis in loco aliorum, & electio item sic facta sit
valida?*
- An visitator procedere possit ad Capitulum provin-
ciale, contemptis aliquibus, suffragio privatis, qui appel-
laverant, & insisterant admitti, & electio inde sequuta sit
valida? pag. 38.*

CONSULTATIO XX.

*An, & quatenus electores excusari possint in eligendo
excommunicatum, & electio sit valida? Vbi de executione
Brevium Apostolicorum? pag. 39.*

CONSULTATIO XXI.

- An, & quatenus qui transit ad secundam Religio-
nem, si velit adducere causam nullitatis suae professionis,
audiri amplius possit absque eo, quod redeat ad primam
Religionem?*
 - An saltem audiri possit extra primam Religionem?*
 - An tempus novitiam, in quo aliquis dispensatur ad
duos, vel tres menses incipiat à die obitae dispensacionis,
an à die, quo novitius admittitur ad novitiatum in Con-
ventu per dictam dispensacionem assignato?*
- An Sacra Congregatio super Episcopis, & Regularibus
possit concedere licentiam Regularibus transiendi ad laxio-
rem Religionem? pag. 40.*

CONSULTATIO XXII.

*Ad validitatem electionis canonica Regularium quod
suffragia de jure communi requirantur? pag. 41.*

CONSULTATIO XXIII.

*An, & quatenus major pars Capituli, imò & minor,
possit devenire ad electionem? An suffragia absentium
supplenda? De legitimatione suffragiorum, absentibus
illis, de quorum suffragiis agitur. Et an Eminentissimi
Cardinales Praesidentes Capitulis ferre possint suffragia?
Et quatenus secunda electio sit nulla, & attentata?
pag. 42.*

CONSULTATIO XXIV.

*Quinam sit verus apostata à Religione? Recessus à
Religione quando dicatur semerarius, & habilis ad con-
trahendam apostasiam? Quid de dimittente habitum sua
Religionis sine sui superioris licentia, & transiente ad
aliam diversi habitus? Translatio de una Religione ad
aliam quando dicatur legitima? Quid de translatione
Monialium? Quidve in ea sit attendendum? Quid etiam
de Religiosis Societatis Iesu post emissam vota simplicia?
An liceat Religioni ejicere Religiosum professum tanquam
incorrigibilem? An si ejectus à Religione, habituque
privatus ex iusta causa, repetatur à Religione, si Regularis
redire recuset sit apostata? Quid de Regulari, qui habi-
tum defert sub veste? Quenam causa id excuset? Nulliter
professus an possit sine crimine apostasia ad saeculum redire?
pag. 43.*

CONSULTATIO XXV.

*Quibusnam competat dare signum in Choro, & Canna-
culo, aliisque huiusmodi facere, etiam tempore Capituli
generalis, absente Patre Generali? pag. 48.*

CONSULTATIO XXVI.

*An Monachi Casinenses, aliique jurisdictionem spiritualem
per se ipsos, temporalem vero per Iudices deputatos
administrare possint? pag. 49.*

CONSULTATIO XXVII.

*An electio in Abbatem, facta in personam exteram con-
tra Breve Apostolicum, quo mandatur, ne Abbacia conse-
ratur exteris, sit valida?
Et quid de lectione coarctata ad oriundos, & nationales?
Quidve si Abbacia esset unita alicui Monasterio? pag. 49.*

CON-

Consultationum Tomi Decimi.

CONSULTATIO XXVIII.

*An Regulares, qui obtinuerunt à Papa Breve directam
Episcopo, ad id delegato, ut alienare possint bona quadam
Ecclesiastica, illudque ei presentarunt, eisque formata juris-
dictione, fuit coram eo praevis editis inceptus processus, &
inchoatum iudicium pro dicta alienacione cum solemnitatibus
ad id requisitis, possint, etiam vigore consensumque alterius
facultatis, hoc iudicium omittere, & aliam viam, an vero
teneantur coram ipso Episcopo illud prosequi, & quibus sub-
penis? pag. 10.*

CONSULTATIO XXIX.

*An & quatenus Regulari, de crimine accusato, vel flam-
mato debeantur à Monasterio alimenta, & sumptus litis?
pag. 52.*

CONSULTATIO XXX.

*Quam jurisdictionem habeant Priores eorumque Vicarii
S. Religionis Hierosolymitanae in suis subditos? Ubi ad rem
adducitur decretum S. Concilii Tridentini sess. 23. c. 15. de
reform. ac illius explanatio. pag. 53.*

CONSULTATIO XXXI.

*De quibusdam nullitatibus, quae in Congregationibus, sive
Capitulis Regularium nonnunquam intercedunt. pag. 56.*

CONSULTATIO XXXII.

*An, & quatenus Regulares, qui novum conventum in ali-
quo loco fundare cupiunt, appellare possint à decreto admissio-
nis novorum articulorum, qui ab aliis Regularibus, impu-
gnantibus huiusmodi fundacionem fuerunt producti?
Et quid agendum, si constiterit de irrationabili dissen-
su Regularium ad hanc fundacionem; Et quatenus electio
Monasterii Monialium sit confirmanda? pag. 57.*

CONSULTATIO XXXIII.

*Electio Praetorum Regularium ad quemnam pertineat?
An possint iterum aique iterum immediate post primam, se-
cundam ac plures alias electiones eligi? An restringi possit à
Cardinalibus eorum Praetoribus? Quid si allegetur Sacramenti
Pontificis viva vocis oraculum? Ubi de viva vocis oraculis
aliqua, & quae fides de huiusmodi oraculis Cardinalibus
adhibenda? Temporarius ne, an perpetuus supremus optabi-
lior sit? Et facultatum Cardinalium Praetorum Ordinum
moderatio. pag. 58.*

CONSULTATIO XXXIV.

*Cuinam Moniali debeatur cella Monialis deservula?
pag. 66.*

CONSULTATIO XXXV.

*An, & quatenus Regularibus, & Monialibus, praesertim
Ordinis S. Francisci liceat appellare ad Summum Pontifi-
cem, sive ad S. Congregationem super Regularibus omni-
suis superioribus. pag. 67.*

CONSULTATIO XXXVI.

*Pius Testator disposuit, quod antiquior ex haeredibus con-
dancat ad nutum alicui Sacerdotem cum annuo stipendio praef-
ferendo semper propinquos, & inter eos proximiores descen-
dentes à fratribus, & Sororibus, incipiendo à descendenti-
bus à fratribus, & ita successivè, quæritur, an dicta C. pel-
lania ab herede concessa Titio, qui provenit ex Sororibus,
qui tempore concessionis erat proximior Testatori, debeat
modò à Titio auferri ad instantiam fratris Alberti Regu-
laris, qui nunc est proximior, tanquam descendens ex fra-
tribus, sed non habet pro se voluntatem heredis? pag. 67.*

CONSULTATIO XXXVII.

*An, quando dubitatur, utrum Conventus aliquis Regula-
rium sit exemptus à Provinciali, an immediate subiectus
Patri Generali, causa committenda sit ipsi Patri Generali?
pag. 68.*

CONSULTATIO XXXVIII.

*An existente hac regulari Constitutione, quod Pater Ge-
neralis proponat tres, si fieri poterit, eiusdem Provinciae, non
habita ratione antiquitatis promotionis ad Magistrum,
sed potius probitatis doctrinae, possit eligi in Provinciale
Baccalaureus? Ubi quid præcipue considerandum in ele-
ctione Provincialis? Quidve si accesserit mala fama electi?
Pignat. Consult. Tom. X.*

*Objectiones in electum quando fieri debeant? Quid si ali-
quod electores careant iustitiam activo? Et electus ante
confirmacionem se intulerit moneri? Vbi etiam cur dica-
tur Baccalaureus Licentiatus, Magister artium? pag. 68.*

CONSULTATIO XXXIX.

*An Ecclesia constructa à Patrono, ac donata Regularibus
quae prius erat oratorium, sive sacellum rurale sub jurisdi-
ctione Episcopi, possit modo visitari ab ipso Episcopo? Ex
quibus cognoscatur, Ecclesiam esse regularem, ubi ad rem
explanatur c. 8. sess. 7. S. Concilii Tridentini. pag. 70.*

CONSULTATIO XL.

*Electio Capitularis Regularium quatenus sit confirmanda?
Quid de Capitulo celebrato ante complectum tempus Ca-
pituli praecedentis? Quid de electione accusati de aliquo cri-
mine? Quidve de electione infirmi, sive valensuaris impo-
tentis servare vitam communem? Quid de habente jus du-
bium ferendi suffragium? An creari possint vocales novi, ac
insoliti? Quid de non vocato ad Capitulum, qui habet jus
certum ferendi suffragium? Quatenus quis dicatur contemp-
tus? An, & quatenus aliquis excludi possit ab electione
passiva ex eo, quod fuerit privatus voce? Declaratio priva-
tionis vocis ex quibus constare debeat? Ex quibus probentur
attentata in materia electionis? Injustitia cassacionis ele-
ctionis ex quibus comprobetur? pag. 72.*

CONSULTATIO XLI.

*An, quatenus, & à quibus concedenda sint licentia ingre-
diendi Monasteria Monialium, Superioribus Regularibus
subiectarum? Et quomodo sit occurrendum inhibitionibus
Auctoritatis Camerae Apostolicae nomine huiusmodi Monia-
lium expeditis contra Ordinarios? pag. 74.*

CONSULTATIO XLII.

*An, & quatenus Regulares habentes Monasterium sub
Caelo insalubre, ac longe distans à Civitate, habere possint
pro cura infirmorum hospitium Religiosorum, intra Civita-
tem, ibique Oratorium privatam erigere? Quid si alii Regu-
lares obstant, & ad eorum favoram Ordinarius decerne-
ret, Oratorium esse demolendum? Quidve si ab huiusmodi
decreto appellatur, & causa committatur Iudici delegato,
qui decretum Ordinarii revocaret? An à decreto Delegati
Regulares contradicentes appellare possint, & quomodo, oni-
ve incumbat onus transportandi alicui? pag. 74.*

CONSULTATIO XLIII.

*An interposita ab utraque Parte appellacione ad Sum-
mum Pontificem, etiam ad effectum petendi Generalem, possit
illa ab altera Parte posthaberi, ac procedi ad electionem re-
gularem? pag. 75.*

CONSULTATIO XLIV.

*De electione Capitulari Regularium Simoniacae? Ex qui-
bus Simonia necessario constituitur? An, & quatenus probe-
tur ex praesumptionibus, & conjecturis? Quomodo ex Testi-
bus? An ex electione per acclamaciones publicas facta?
Quando pro nullitate actus metus adduci possit? Quid de his
verbis prolatis à Praefate Capituli: Volo mille aureas ab eo,
qui vult eligi in Provinciale? An probetur ex mutuo, quod
accepti Provincialis post suam electionem? An, & quatenus
ex confessione extrajudiciali? An probetur ex eo, quod alius
promisit solvere mutuum summam pro munere Provincialis
assequendo? Quando ex Testibus de auditu super pecunia
existente in Capitulo? An ex eo, quod in Capitulo reservata
fuerint in peccore Patris Generalis aliqua officia? Quatenus
probetur ex publica voce, & fama? Quid de pactione? Elige
tu illum, & ego eligam quem tu mihi propones? Quidve de
electoribus patientibus invicem de commodis electionis?
Quid etiam de pactione? Elige me in Generalem, & ego eli-
gam te in Guardiam, aut contra? An liceat offerre pecu-
niam electori volenti eligere indignum, vel minus dignum?
Quid si offeratur pecunia Electoribus volentibus eligere in-
dignum, aut minus dignum, ut eligant dignum determinatè?
Quibus in casibus liceat Electoribus pecuniam dare, ne
eligant*

Index Argumentorum

eligant indignos, aut minus dignos, sed dignum? Quid si electores subornentur vi, aut fraude? Quidve si subornentur pretio, aut precibus, ne quis eligatur? An tibi liceat pecuniam, & munera dare Electori, qui accepit à tuo competitori pecuniam, & munera? Quid si electionis jam facta à majori parte, detur aliquid Electori contradicenti, ut cesset à contradictione? Electus an possit pretio redimere vexationem injustam, quam patitur in confirmatione electionis? Quid si apud Electores justè vexetur? Quidve si justa vexatio fiat ab eis, ad quos non pertinet electio? Quidve si fiat justa vexatio ab eis, ad quos pertinet? Vt vexatio pretio redimi possit, quid necessarium sit? An debeat esse vexatio actualis, an sit satis, quod probabiliter timeatur? Si aliquis electurum accipiat pecuniam, ut cesset à vexatione, an electio sit Simoniaci? An qui movetur ad vexandum, ut mediante vexatione obtineat pecuniam, committat simoniam? Si electus vexetur in ordine ad possessionem, an possit pretio redimere vexationem? Quando jus ad possessionem est dubium, an liceat pretio redimere vexationem contra possessionem? Quid si electus vexetur in possessione acquisita vigore electionis, aut deturbetur? Quid si vexetur per viam juris circa possessionem jam adeptam? Quid si des pecuniam alicui, ne tibi in electione exceptionem opponat? Quid si unus ex concurrentibus det alteri pecuniam, ut à concursu desistat ob impedimentum tollendum? Quidve de pacto, quod tu non concurras mecum ad hanc electionem, & ego non concurram tecum ad subsequentem? Quid de dante alicui pecuniam, ut metum incutiat competitori, & desistat à concursu? Quidve de subornatione contra subornationem? Ad vitandam subornationem in electione an possit induci consuetudo, quod nullus adhibeatur tractatus? Alia. pag. 75.

CONSULTATIO XLV.

An Regularis, qui origine est filius Provinciae Italiae, quique postmodum obtenta filiatione Provinciae Germaniae, tanquam verus filius hujus ultimae Provinciae doctoratum, & magistratum assequutus est, non juxta Constitutiones Ordinis, sed juxta privilegium Ultramontani concessum, possit modo redire ad antiquam Provinciam Italianam, ibique tractari debeat, tanquam doctor, & magister? pag. 85.

CONSULTATIO XLVI.

Pius Testator in hunc modum disposuit: Lego Patribus Religionis A. ex mea hereditate scuta viginti millia, ut Monasterium in meis aedibus construant, dummodo tamen intra annum legatum acceptent, locumque accipiant, alioquin eis substituo Patres Religionis B. Queritur,

1. An, & quatenus in hoc casu factus sit locus substitutionis? Vbi plura in hanc rem discutiantur.
2. An dictis Patribus, donec eis non solvantur dicta scuta viginti millia, debeantur aliqui fructus sine labe usurarum? pag. 86.

CONSULTATIO XLVII.

Quae, quaeve requiruntur intercedere debeant, ut Regularis dicatur filius nativus alicujus Conventus? pag. 89.

CONSULTATIO XLVIII.

De ordine militum Sepulchri Dominici, deque privilegiis, exemptionibus, gratiis concessis à Summis Pontificibus, Guardiano, ac fratribus Terrae Sanctae, pag. 91.

CONSULTATIO XLIX.

An sit credendum fidei Catholicae Sanctis innotescere omnes preces nostras ad eos directas? Sive, An hoc ipsum sit absolute necessarium ad fidem, & praxim invocationis Sanctorum, ut sit salutaris? pag. 94.

CONSULTATIO L.

De Cultu, ac veneratione Sanctorum ex Augustissima Dei Augustini doctrina, ubi resolutio practica ejusdem de miraculis, ac plerisque controversis ex cap. 8. 9. ac 10. lib. 22. de Civit. Dei lib. 2. retract. cap. 64. sic ait: Librum de cura pro mortuis gerenda scripsi, cum interrogatus literis fuisset, urrum prohiere conuenit post mortem quod corpus ejus apud Sancti alicujus memoriam sepelietur. pag. 96.

CONSULTATIO LI.

Quod in Canonizatione Sanctorum virtutes potius in gradu heroico examinanda sint, quam miracula? Et cur in Carthusiensi ordine nulla, aut rara, ut in reliquis ordinibus, miracula fiant? pag. 100.

CONSULTATIO LII.

An sit annuendum petitioni Confraternitatis Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, ut oblationes ipsi oblatas intuitu dicti Ordinis convertat in aliud opus pium?

Et an id saltem ex gratia sit concedendum? Pag. 101.

CONSULTATIO LIII.

De electione cum contemptu Suffragatorum, eorumque non admissione ad Capitulum. Quid si contempti non proficiantur suum contemptum? Pro appellatione à non admissione ad Capitulum quid satis sit? Appellatio à contemptum an habeat tempus prescriptum? Quinam excludendus ab electione? Quando Visitor possit allegari suspectus? Quae poena in allegantem suspectum Visitatorem? In Judiciis Regularium necessaria cautio? Processus Legitimandus etiam inter Regulares. Recursus Regularium ad Iudices Laicos quomodo probetur? pag. 102.

CONSULTATIO LIV.

Exemerat Summus Pontifex à jurisdictione Episcopi nonnulla Monialium Monasteria, illaque subiecerat quibusdam Rectoribus cum potestate illas regendi in temporalibus, & spiritualibus. At postea ex relatione Nuncii Apostolici, & postulatione ipsarum Monialium idem Pontifex Visitatores earundem Monialium suo diplomate instituit, nulla facta mentione de potestate Rectorum eligendi Visitatores.

Queritur, an huiusmodi institutio sit subreptitia, & obreptitia? Vbi de visitatione cumulativa, & privativa quoad alios. An per deputationem specialis Visitacionis censeatur derogatum facultati visitacionis generalis? De munere visitatorum. An iidem Rectores possint nominare seipsos? De oris aperiitione quoad Sacras Congregationes, praesertim super Episcopis, & Regularibus. An melius sit, quod Visitatores sint perpetui, & quid de aliis Officialibus? pag. 103.

CONSULTATIO LV.

Frater professus in Religione Sancti Spiritus acquisivit bona, & pecunias ex fructibus Commendarum dictae Religionis, quas infirmus commendavit viro fideli, ut illas post suam mortem traderet suo fratri. Cum pecuniis item sic acquisitis emi bona stabula nomine dicti sui fratris, ejusque hereditatem.

Queritur primo, an dicta dispositio facta à dicto Religioso tempore suae infirmitatis sit valida?

Secundo, an sit valida illa, quam fecit tempore suae sanitatis? pag. 106.

CONSULTATIO LVI.

An Religiosi Conversi, & oblato sedere possint in Superioribus Chori Sedibus pro Sacerdotibus, & Clericis Choro destinatis, quemadmodum ipsi pretendunt? pag. 107.

CONSULTATIO LVII.

In quadam Regularium Provincia extat conventio Brevis Apostolice firmata, quod in futuris Capitulis Provincialibus electiones Provincialis, Custodis, ac Definitorum alternatim fierent ex tribus Regionibus ejusdem Provinciae. Extat quoque hoc statutum generale Ordinis in hac verba: Si moriatur aliquis Definitor, intelligatur ipso facto subrogatus ille Pater in Provincia qui est dignior in paternitate. Ex his dubitatur.

An praedicta alternativa in electionibus Capitularibus locum habere debeat in subrogationibus? Pag. 108.

CONSULTATIO LVIII.

An electio sit nulla, non intimata omnibus Vocalibus? Quid si ex eis aliquis reperitur absens? Siquae non fuerit expressum intimatione, quod vocentur ad effectum electionis? Nec

Consultationum Tomi Decimi.

Nec fuerit assignatum tempus certum ad comparandum? Neque expectatum tempus competens à die intimato electio nulla ad quem devolvatur? De numero, & auctoritate Praesidis Capituli. Pag. 108.

CONSULTATIO LIX.

An, & quatenus Civitas, Baro, aliive Seculares mantentendi sint in usu, ac retentione duarum ex quatuor clavibus arca, in qua situm est corpus alicujus Sancti?

Quid de mantentione aperiendi, & claudendi eandem arcam ad libitum, & expoliri faciendi corpus à Cappellano Magistratus, Superpelliceo, ac stola induto, eodem Magistratus praesente, cum facultate illud liberè ostendendi Populo, ac distribuendi flores, resque alias, qua Sacras reliquias tetigerunt?

Quidve de mantentione in quasi possessione eligendi Officialium, qui die festivitatis ejusdem Sancti assistat, eique tradantur claves Ecclesiae, praesertim Regularium, in qua requiescit idem corpus?

Quid denique de mantentione in administratione oblationum, & elemosinarum, qua sunt dictae Ecclesiae occasione dicti corporis. pag. 109.

CONSULTATIO LX.

An Eminentissimi Cardinales Protectores Regularium possint Commissarium deputare ad cognoscendum, an electio Capitularis Regularium sit valida, anve invalida? pag. 111.

CONSULTATIO LXI.

An, & quatenus dandus sit novus Commissarius ad construendum novum processum super validitate electionis Provincialis, aliorum officialium? pag. 111.

CONSULTATIO LXII.

In statutis generalibus cujusdam Ordinis confirmatis in forma specialia à Summo Pontifice haec extant verba: Qui sua sponte, licet obtenta prius licentia, ad alienam Provinciam transferantur Patres tam incorporati, quam incorporandi, in ea locum, ordinem, ac praecedentiam à die tantum incorporationis suae non autem à die receptionis habitus, aut emisse professionis teneant, & habeant.

Dubitatur modo, an qui ex Provincia exempli gratia Neapolitana, obtinet transferri, & incorporari in Provinciam Mediolanensem, & qui post factam, ac diu servatam hanc incorporationem, iterum obtinuit transferri, & incorporari in antiquam Provinciam Neapolitanam, gaudere debeat praecedentibus juxta ordinem primae receptionis, an potius juxta ordinem modernae incorporationis, ut praedicto statuto cavetur? pag. 112.

CONSULTATIO LXIII.

An, & quatenus Clerici Seculares, & Regulares examinari possint ad favorem rei, imò contra eam, etiam in criminalibus? pag. 113.

CONSULTATIO LXIV.

An, & quatenus Generales Ordinum possint eligere Priores locales Conventuum, sibi subiectorum? pag. 113.

CONSULTATIO LXV.

Fuit Regularis à Provinciali, ac Definitorio sua Provincia electus ad generale Capitulum proximè celebrandum cum mandato proponendi negotia ejusdem Provinciae. Capitulum generale non fuit celebratum, quia Summus Pontifex per suum Breve confirmavit Generalem ad aliam Sexennium. Interim dictus Regularis, ut supra electus, narrata Summo Pontifici dicta sua electione, & tacito, quod dictum proximum Capitulum, pro quo fuerat electus, juxta suum sortitum fuerat effectum per dictum Breve Apostolicum, obtinuit ab eo confirmationem sua electionis, ut à Provinciali, & Definitorio jam facta pro Capitulo generali tam proximè celebrando. Queritur, an huic Regulari, sic à Pontifice confirmato, liceat interesse Capitulo generali proximè celebrando? pag. 114.

CONSULTATIO LXVI.

An Abbas regularis relegatus in exilium, exacto exilii tempore, recipere suam Abbatiam, quam habebat ante Pignat. Consult. Tom. X.

exilii sententiam ab Abbate Generali alibi collatam? & quid de recuperatione pensionis? Quidve quoad pensiones decursas? Quid si restitutio fiat à Principe laico, aut à Pontifice? Quomodo cognoscendum sit, an Pontifex ad restituendum utatur jurisdictione civili, an Ecclesiastica? pag. 115.

CONSULTATIO LXVII.

An, & quatenus jurisdictione, & collatio beneficiorum in locis Abbatia spectet privative, quoad Episcopum, ad illius Abbatem? Et quid quoad cognitionem causarum criminalium? Vbi adducuntur decreta aliquot Sacrae Congregationis Conc. Trid. in cap. 20. sess. 24. de reform. pag. 116.

CONSULTATIO LXVIII.

In transitu Regularium ab una ad aliam Religionem sive laxiorem, sive strictiorem, ut canonicè fiat, quid requiratur? Quanam actio competat Superioribus primae Religiosis ad revocandum suum subditum, illegitime translatum? Vbi ad id decretum Sacrae Congregationis super Episcopis, & Regularibus, Sacrae Congregationis Concilii, & Constitutiones Summorum Pontificum? pag. 117.

CONSULTATIO LXIX.

An, & quatenus domus mulierum oblatarum sub regulae exempli gratia Sancti Benedicti, qua tria Vota simplicia in manibus Superioris Regularis emittunt, subque ejus regimine vivunt, subiecta sit Regularibus, an potius Episcopo? Vbi actus visitationis quando non sit habendus in consideratione? Exemptio quomodo sit docenda? Ut Mulieres sine religiose Regulares, quid requiratur? Quid ut sine Territoria? De mulieribus collegialiter viventibus. Vt quis Religioni incorporetur, possitque dici Religiosus, ac verè Regularis, quid exigatur? Quid de promissione obedientiae ab ejusmodi Mulieribus facta Abbati generali. Quanam praestatio obedientiae faciat regularem, & Monachum? De voto simplici obedientiae, ejusque effectum. Episcopus super jurisdictione quoad omnes Ecclesias, loca pia, & personas Ecclesiasticas sua Diocesis, quam juris assistentiam habeat Religio in quo consistat? Quanam verè Moniales? Quanam persona Ecclesiastica? Qui habet jurisdictionem in principali, illam quoque habet in dependentibus, & accessoriis. Ex quibus probetur domum aliquam mulierum viventium in communi esse subiectam Episcopo? Ex actibus particularibus jurisdictionis inferatur ad universales, cura spiritualis in Monialibus an sit propria jurisdictionis? Quisnam teneatur probare privilegium? Ex quibus actibus inferatur jurisdictionis? Quisnam teneatur probare privilegium? Ex quibus actibus inferatur jurisdictionis? Qui vocentur Superiores? Qua pertineant ad solam potestatem, & curam spirituales? In materia exemptionis fieri debet stricta interpretatio. Ex diversitate nominis arguitur diversitas Ordinis. Tertiaria, etiam exempta subijciuntur Episcopo. Potest exemptioni renunciari. Factam aliquorum nequit omnibus praedjudicare. Actus, qui dederunt causam liti, an sint attendendi? stante assistentia juris, relevatur quis ab onere probandi exercitium suae jurisdictionis. Actus visitationis continui, etiam facti, lite pendente, cujus sint virtutis? Ex omissione actus facultativi non potest praesumi quasi possessio contra visitationem Ordinarii. Adversus Visitacionem an detur prescriptio, aut immemorabilis? Quatenus subditus dici possit constitutus in quasi possessione exemptionis? p. 119.

CONSULTATIO LXX.

An, & quatenus in Ecclesia Parochiali, unita Monasterio Abbatis Regularis, requiratur concursus? An sufficiat nominatio Abbatis Commendatarii, examen verè, & approbatio dumtaxat Episcopi? Ex quibus signis, & argumentis probetur, Abbatiam esse nullius, atque effectam territorium separatum à Diocesi Episcopi? Graviss ad id, & accurata praeceteris Sacrae Rotae Romanae decisio, qua in integrum adducitur. Quatuor dubia cum declarationibus Sacrae Congregationis Concilii de locis Abbatiae possunt inter limites Diocesis Episcopi. pag. 122.

Index Argumentorum

CONSULTATIO LXXI.

An editum Episcopale super casibus reservatis in qua inter cetera mandat, quod Confessarii Regulares confessiones audiant in habitu, quo utuntur in Choro, eisdemque prohibet penitentes audire extra Confessionarium, & extra cratem ligneam, idque januis apertis duntaxat & in Confessionariis à suis Visitatoribus intra prefatum terminum approbandis, neve in propriis aedibus accedant ad infirmos pro Sacramento penitentiae ministrando, absque licentia Episcopi, vel Curati, minusque certas personas utriusque Sexus ante ortum, & post occasum solis audiant, & si fenestella, vel lastra fuerit devastata, sive ejus foramina dilata Confessarii suspensi remaneant, cum impositione poenae Suspensionis, & pecuniaria cuiuslibet Confessario, si talia aedificia non recipiat & illa involubiliter per singula capita non servaverit, deroget privilegio Regularium, ideoque sit corrigendum, expurgandumque? pag. 115.

CONSULTATIO LXXII.

An exequior deputatus ad distribuendum pauperibus elemosynam, dotem puellis, aliove teneatur exquirere pauperiores? Vbi quod Collatores possunt dividere jus conferendi per curiam, licet electio esset ab omnibus facienda. Discrimen inter nominationem, & electionem. Forma capituli. Quia propter de elect. in quibus electionibus procedat? Et an Legatum relictum pro pauperibus possit distribui nobilibus, qui in suo statu pauperes sunt? Pauperum nomine qui veniant? Quibus pauperibus distribuendum? Quomodo voluntas Testatoris accipienda? Nobilis indigens an veniat nomine pauperis? Major paupertas quomodo accipiantur? In quo consistat. Ex quo mensuretur? pag. 125.

CONSULTATIO LXXIII.

Legitur haec Regularis Constitutio; Si Pater Generalis obierit in Secundo anno sui Generalatus, Primus Definitor sit Vicarius generalis. Quod si Generalis obierit post festum omnium Sanctorum, fiat electio novi Generalis in festo Pentecostes.

Quaeritur, an si Generalis moriatur ante unum, vel duos dies festi Pentecostes, fieri debeat electio novi Generalis eodem festo, An verò ipse Vicarius Generalis continuare debeat summi Vicarium usque ad Capitulum Generale celebrandum in prima Pentecoste? Et quid si ipse Vicarius in dicto Capitulo eligatur in Generalem. pag. 127.

CONSULTATIO LXXIV.

An facultas, qua competit Monasterio, ejusque Superiori ferendi in Capitulis duo suffragia, si dictum Monasterium auctoritate Apostolica transferatur ad aliud Monasterium, dicta facultas plane cesset? Vbi quid de his repositis, Lectum, aut nihil, qua in libellis, Sacris Congregationibus porrectis, sepe apponi solent? pag. 128.

CONSULTATIO LXXV.

An, & quatenus claves Sacrae Imaginis miraculose Beatissimae Virginis, aliorumque Sanctorum in Ecclesia, concessa Regularibus à Summo Pontifice retineri possint à Magistratu seculari? Ordinatio rerum, ad quem pertineat? Imagines Sacrae sunt de genere spiritualium. Earum cura quibus competat? An Imagines veniant nomine Reliquiarum? Spiritualia non cadunt in laicos. Laici non habent potestatem Spiritualem, nec eis res Ecclesiastica committi possunt. Laicis obsequendi manet necessitas. Reliquia non possunt esse laicorum. An id negligentia Praetorum. Cura reliquiarum ad quem pertinet de jure? Enunciativa an, & quod jus tribuant? Quando probent veritatem enunciati? De jure precarii. Precarium quando censetur revocatum? Virtus, & gratia miraculorum quomodo reliquias, ac Imaginibus sit infusa? Ex sola possessione an recte inferatur ad titulum proprietatis? Testis, quomodo probare debeant immemorabilem? Quadragesima in rebus spiritualibus pro Laicis an us suffragetur? Testibus de communitate an fides subhibenda, si causa Communitatis agatur? Professio iurium Ecclesia an probari possit à Testibus ad favorem

laicorum? Quomodo tradita alicui clavi, videntur etiam tradita possessio eorum, qua sub clavi sunt? Scientia, & patientia sufficit ad acquirendum dominium, ac possessionem. Decreta visitationis quam probationem inducant? Sola possessio sine titulo quando sufficiat? In annexis Spiritualibus quanam possessio sit satis? Nominis reliquiarum an comprehendatur Imago Beatae Virginis? Proprietas verborum retinenda. Regula de jure quae non tollendo effectus. Quomodo ei derogetur? Quanam administratio rerum spiritualium laicis permittitur? Ut precarium esset, quanam requirantur? Alia. pag. 129.

CONSULTATIO LXXVI.

Quanam potissimum requirantur, ut quis vere sit Religiosus Religionis Hierosolymitanae? Virtus professionis. Professio expressa quomodo saltem consistere debeat? Professio tacita quomodo inducatur? Anus probationis ubi peragendus? Nullitas professionis manifesta quomodo sananda? Qualis actus sit acceptatio proficiens ad Religionem? Professio nulla requirit novum consensum proficiens, & Monasterii. An Pontifex suppleat consensum Monasterii pro ratificanda professione nulla? Quam ratificationem professionis admittant iura? pag. 132.

CONSULTATIO LXXVII.

De electione Regulari per sabornationem. Eius pernicities. Quid in Sacerdotis? Nullitates hujusmodi electionis. De electione restricta ad duos, vel tres. Secreta suffragia in electione, qua, quomodo, quando? Ad id alia. pag. 133.

CONSULTATIO LXXVIII.

An electio, in qua Praesens Capituli proponit Electoribus, an velint eligere viva voce, sit valida? pag. 135.

CONSULTATIO LXXIX.

An, & quatenus Regularis habeat factionem Testamenti? Voluntatem alterius declarare? Quomodo hac declaratio facienda? pag. 136.

CONSULTATIO LXXX.

An, & quatenus Monachi, sive Regulares possint assumi ad administrationem piorum Legatorum? Quid de administratione beneficiorum? Quando censetur legatum pium, & quando beneficium? pag. 137.

CONSULTATIO LXXXI.

Declarata nulla prima electione, quibusnam electoribus competat nova electio? Quenam probationes requirantur ad probandum recursum Regularis ad Indices Laicos? Vbi effectus hujusmodi recursum. pag. 137.

CONSULTATIO LXXXII.

Constitutiones generales cujusdam Religionis disponunt confessionem propriam culpam, mutua proclamationem, & correctionem fraternam per unumquemque fratrum in Capitulo faciendas. Quaeritur an Definitorium generale ejusdem Religionis constituere possit, ne Conversi, aut Oblati, sive Donati publicis proclamationibus Sacerdotum, & Professorum Vocalium interesse possint, nec ulli Converso, aut Donato licere quengnam Sacerdotum, aut Clericorum Professorum, & Vocalium privatim, vel palam in Capitulo proclamare? pag. 138.

CONSULTATIO LXXXIII.

De recusatione Judicis regularis, sive delegati, sive Ordinarii. Suspicio Judicis delegati quomodo probetur? Quando dari debeat adjunctis Causa recusationis Judicis Ordinarii. Recusatio Judicis quam sit favorabilis? Hac in re praxis Curiarum. pag. 139.

CONSULTATIO LXXXIV.

An Regulares retinere possint in Civitatibus, Oppidis, alisque locis simplex hospitium? pag. 139.

CONSULTATIO LXXXV.

An, & quatenus de rebus Ecclesiae etiam Regularis, fieri possit compromissum, ac eligi in arbitrum Prim. eps secularis? Et an hujusmodi compromissum, & laudum inde secutum sit approbandum, ac sustineri valeat? pag. 139.

CON-

Consultationum Tomi Decimi.

CONSULTATIO LXXXVI.

An, & quatenus Religiosi Clerici, & Conversi possint intervenire Capitulis sua Religiosis? pag. 142.

CONSULTATIO LXXXVII.

An, & quatenus à Patre Abbate Generali advocari possit causa ejus subditi regularis? ubi strictim de causis avocationis & quid ea sit? pag. 144.

CONSULTATIO LXXXVIII.

An, & quatenus facienda sit à Curia Romana remissio causarum, etiam Regularium, ad Judices Regni Franciae, ut ab eis definitur? pag. 144.

CONSULTATIO LXXXIX.

An, & quatenus in Ecclesiis Parochialibus, qua membra sunt Abbatiarum, requiratur concursus? pag. 45.

CONSULTATIO XC.

Quas Ecclesias Episcopus, uti proximior, vigore Sacri Concilii Tridentini visitare possit? Vbi ejus decretum adducitur, expenditurque. pag. 145.

CONSULTATIO XCI.

An, & quatenus hodie Monasteria tam Virorum quam mulierum erigi, mutari, vel dimitti possint? Quando licentia Episcopi necessaria? Ad id Sacrorum Canonum varietas conciliatur. Adducitur Sacrae Rotae decisio. Quomodo intelligenda? Sententiarum conformitas, & iustitia, ex quibus comprobetur? Ad erectionem hujusmodi quinam vocandi? Remissoria an, & quatenus in hac re sit concedenda? Vbi alia non importuna. pag. 148.

CONSULTATIO XCII.

An, & quatenus requiratur titulus ad Sacros ordines, non modo in Clericis Secularibus, sed etiam in Regularibus? Ad id canones antiqui. Quid hac de re disponat Sacrum Concilium Tridentinum? Quid Beatus Pius V. ac Sixtus V. Et quid de Religiosis Societatis Jesu? pag. 152.

CONSULTATIO XCIII.

An dum Episcopus est in possessione jurisdictionis in Clerum, & Populum alicujus loci, cujus exemptio controvertitur, possit punire, nedum censuris Ecclesiasticis, sed etiam carceribus, praeterea exemptos, de facto Episcopum in dicta sua jurisdictione turbantes?

Et ad quem Iudicem pertineat cognitio hujus causae, aliarumque hujusmodi, an ad Sacram Congregationem super Episcopis, & Regularibus, an ad S. Congregationem Concilii, an verò ad Sacram Rotam? pag. 163.

CONSULTATIO XCIV.

An, & quatenus Monachi, & Regulares omnes fuerint olim subiecti jurisdictioni Episcoporum? Quis eos exemerit, & in quibus hodie sint iis subiecti? pag. 164.

CONSULTATIO XCV.

Dubitatum jamdudum an, & quatenus Regulares omnes approbari debeant ab Ordinario pro audiendis Sacris confessionibus utriusque sexus fidelium, & pro concionando in alienis Ecclesiis, teneantur petere ab eodem licentiam, in propriis verò benedictionem? Quid si adfuerit tolerantia ipsius Ordinarii, qua passus fuerit, eos confessiones audire sine approbatione, conciones habere sine licentia, sine benedictione? Quid in Regnis Hispaniarum, quidve in Indiis occident. Pignat. Consult. Tom. X.

talibus? Appellatione Regnorum Hispaniarum qua Regna comprehendantur. Quomodo contra Regulares hac in re ordinarii se gerere debeant? Ad id multa ex oraculis S. Congregationum, & diplomate Summi Pontificis, & aliqua de Regularium Conservatoribus. pag. 168.

CONSULTATIO XCVI.

An, quatenus, & qui Regulares eligi possint in Conservatores Regularium? Quibus in casibus, intra quod tempus, & intra quos fines eligi debeant? Illustratur decretum S. Concilii Tridentini sess. 7. c. 14. de reform. pag. 173.

CONSULTATIO XCVII.

De Episcopo Regulari, an liceat ad Episcopatum assumi Regularis? A quo promovendus? Vbi de Romani Pontificis auctoritate in promovendis Episcopis, an expediat promoveri? Quomodo promovendus? Alia plura, praesertim de pallii usu, ac potestate. pag. 175.

CONSULTATIO XCVIII.

An expediat? Regularem ad Episcopatum promovere? pag. 181.

CONSULTATIO XCIX.

In qua generatim, ac prolixè discutitur, an liceat Ecclesiasticas appetere dignitates, vel refugere? Patrum Graecorum, ac Latinorum sententia. Quid re vera de hoc sentiendum? pag. 183.

CONSULTATIO C.

Quam sit periculosum, ne in Cenobia Monachorum mulieres eant, & in id poena. E contra ne ad Monasteria puel- larum viri accedant. pag. 193.

CONSULTATIO CI.

De visitatione Monasteriorum, eorum etiam, qua in commendam reperiuntur, ac de restituendis in dictis Monasteriis Prioribus. Quibus Monasteria commendanda? pag. 195.

CONSULTATIO CII.

De Sanctimonialibus. De nominibus Virginum Sacrarum; Sacerdotiarum, Nonnarum, Monialium, Monacharum; De Sanctimonialibus Iudeorum. De exercitiis, ac institutis, tonsura, consecratione, seu velaminis impositione, quoti anno impositionum progressu, Abbatissis, Canonissis, rebisque aliis. Pag. 196.

CONSULTATIO CIII.

De Confraternitatibus laicorum, earum origo, progressus. De Canonissis. Quas functiones Capellani Confraternitatum in earum Ecclesiis peragere possint? Deque juribus Parochialibus. pag. 201.

CONSULTATIO CIV.

An, & quatenus dimisso habitu regularis censenda sit temeraria? Quid de dimissione habitus ante sententiam nullitatis professionis? Argumentum à contrario sensu quando valeat? Quando Regularis audiri possit, non resumpto habitu? Quidve si sententia nullitatis professionis praetendatur nulla, tanquam lata non à superiore loci emissae professionis? Quando sententia dicatur nulla? Temeritas dimissionis habitus in quo consistat? Testium Sacerdotum fides, Fratrum, Conjunctorum, amicorum testimonium an, quatenus, & quibus in causis admittatur? Dimisso habitu quibus quando licita, etiam ante sententiam nullitatis professionis? Quando permittendum Regulari, ut resumpto habitu, & extra Monasterium causam nullitatis sine profes- sionis

Index Argumentorum

sessionis coram suis iudicibus deducat? Decretis Sacrae Congregationis Concilii quando fides sit adhibenda? Pag. 203.

CONSULTATIO CV.

Ex quibus precipue secundum Capitulum Regularium reddatur invalidum, & electio in eo facta sit irrita? pag. 205.

CONSULTATIO CVI.

An vigore decreti Clementis VIII. in quo mandatur ereclio Baldachini, quando Episcopi in Ecclesiis Regularium, etiam exemptis, Pontificalia exercent, vel Pontificalibus functionibus assistunt, in quo etiam eisdem Episcopis conceditur facultas puniendi Regulares inobedientes censuris, ac penis Ecclesiasticis, quod decretum integre adducitur, possint Episcopi cogere Regulares ad sedendum in scanno parato, & dimittendum sedes ligneas, & in casu contraventionis eos punire censuris? pag. 205.

CONSULTATIO CVII.

An, & quatenus per Constitutiones Pontificias censetur aliquando derogatum exemptioni Regularium, qui immediate Sedi Apostolicae subiecti sunt? pag. 207.

CONSULTATIO CVIII.

An Episcopus eligere possit Regularem in suum Vicarium generalem sine licentia eius superioris?

An Regulares in audiendis Sacris confessionibus dependant omnino à suis superioribus?

Anve predicare possint absque licentia suorum superiorum? Pag. 209.

CONSULTATIO CIX.

Iterum quomodo probetur, praesertim à regularibus, fuisse pariter Brevibus, aut Decretis Apostolicis? pag. 209.

CONSULTATIO CX.

An, & ex quibus maxime Provincialis, aliusve superior Regularis suspendi possit, ab officio, aut eò redintegrari? Quid si ei renunciaverit? Quidve de cassatione eius electionis, & de celebratione novi Capituli, & nova in eo minorum electione? pag. 210.

CONSULTATIO CXI.

An Capitulum Regularium cui praesertim notorie excommunicatus, sit validum. Quid si esset absolutus in forma Cancellaria Apostolica? Et quibus officiis ejusmodi excommunicatus sit privatus, aut privandus? pag. 213.

CONSULTATIO CXII.

An sit permixtum superioribus Regularium, etiam Generalibus, Provincias suae Religionis dividere, & unam alteri subicere? Quid si adesset beneplacitum Apostolicum, ejusque excessus? Circumstantia rei an debeat Pontifici innu-tescere? Quando pro executione Brevis Apostolici requiratur citatio Partis? pag. 213.

CONSULTATIO CXIII.

Vigore sequentis Indulti: Sacra Congregatio Cardinalium, negotiis Regularium preposita, auctoris narratis, benigne indulget, ut Orator, ubi saltem per quadraginta dies in dicta Religione, & praesato Conventu, licet non designato, sese probaverit, ad professionem emittendam, admitti valeat, servata in reliquis forma Apostolicarum, & Ordinis praedicti Constitutionum. Roma die 10. Decembris 1695. Orator habitum regularem Roma die 17. Novembris ejusdem anni jam sumpserat, inde Neapolim petiit, & postea supplicavit Sac.

Congregationi, & obtinuit, ut supra, ac subinde gratiam accepit Neapoli die 22. Decembris ubique emisit professionem die 28. ejusdem. Queritur, an huiusmodi professio sit valida. pag. 214.

CONSULTATIO CXIV.

De justa Provinciarum Regularium divisione, earumque confusione evitanda. Quomodo dividenda? Iustitia divisionis, ex quibus erui possit? Divisio Provinciarum, de quibus Provinciae intelligatur? Ex traditione proprii Sigilli censentur distincta. Portiones quomodo assignanda? Confusio ratione Conventuum evitanda. De divisione reali, & intellectuali. De Conventibus in una Provincia, vel Civitate pro Paribus ejusdem Religionis, sed diversa nationis. Absurda, quae ex huiusmodi confusione suboriantur. Confirmatio in forma communi. Provinciarum divisio cur inducatur? ut una Provincia faciat unum corpus cum alia, quid requiratur? Quid si una Provincia haberet plura loca, quam alia? Quidve si Commissarius ad dividendum Provincias deputatus excederet fines suae commissionis? Forma commissionis quomodo observanda? Ubi multa. Quid de concordia super divisione Provinciarum? Qua requiratur, ut sit valida? Ad quam rem etiam multat pag. 214.

CONSULTATIO CXV.

Clarius, atque uberius de notorio, publico, manifesto, famoso, occulto, ubi qualis notorietas requiratur ad obligationem vitandi percussiones Clericorum juxta secundam illam exceptionem Concilii Constantiensis? pag. 208.

CONSULTATIO CXVI.

An, & quatenus jurisdictione, ac jura etiam Episcopalia, praescribi possint? Et quid de jurisdictione Episcopi visitandi suos subditos?

CONSULTATIO CXVII.

An, quatenus, & quam Eminentiissimi Cardinales in Ecclesiis suis Titularibus habeant jurisdictionem Episcopalem, vel quasi Episcopalem? Quam in rem animadversio. pag. 224.

CONSULTATIO CXVIII.

Torquatus, vir nobilis destinaverat Religioni Hierosolymitana duos suos filios, quos in Libro Baptizatorum, quem vocant Natalium, tanquam plures annos antea natos describit fecit, ut huius commendam consequi possent. Patre defuncto Sempronius ejus Primogenitus, paterna consensu fraudis, alterum fratrem Coadjutorem Episcopalem à Principe nominari obtinuit, & novo confecto natalium libro, sub pretextu eum redigendi in meliorem formam, novi Coadjutoris aetate aliquot menses adjuvit, ut eo facilius in Romana Curia Coadjutoria obtineret confirmationem, quominus à legitima aetate Coadjutor abisset; qui fraudis huiusmodi nec auctor, nec approbator, suavis à Doctores, quod nihil inesse mali, ex quo nemini fiebat injuria, ad Sacerdotium bona fide promotus, irregularitatem timens, minime celebravit. Testes super Coadjutoris vita moribus, & aetate examinati, sive in Primogeniti obsequium, sive creduli, vitiat, & corruptis Natalium libris fidem habentes, Coadjutorem aetate esse legitime deposuerunt, licet revera tertium supra vigesimum annum adhuc non attigerit: Hisque malis artibus sub falsi expositione nominatus à Principe, & à Sede Apostolica confirmatus Coadjutor, instante suae consecrationis die, supplicat pro convalidatione subreptitia confirmationis pro facultate celebrandi, ac consecrationis, & Coadjutoria munus obeundi, praevia dispensatione super aetate defectu, cum alias imminere toti Regni scandala, sibi insania, Episcopo coadjuto, senio confecto, & ad pastoralia munia inhabili, afflictario, Diocesi ingens detrimentum. Ex quibus queritur, an, & quomodo in his omnibus cum Oratore sit dispensandum? Pag. 236.

CON-

Consultationum Tomi Decimi.

CONSULTATIO CXIX.

An, & quatenus conflere possit de sufficienti causa renuntiandi liberè Episcopatum in manibus summi Pontificis. Pag. 236.

CONSULTATIO CXX.

An Canonicus, aliusve graviter percutiens Clericum in aula Capitulari, in qua interveniunt decem, vel duodecim personae Capitulares, ita incidat in can. si quis suadente Diabolo, ut non sit necessaria declaratoria incursus in excommunicationem juxta Constitutionem Concilii Constantiensis, quae incipit, Ad evitanda? An ad id possint esse sufficientes Canonici, aliiue ejusdem Capituli? Quid de testibus ejusdem Communitatis, societatis etiam Secularis? Quatenus ejusmodi Testes plene probent? Absolutio à Sacra Penitentiaria obtenta, quatenus suffragetur? pag. 236.

CONSULTATIO CXXI.

An Vicarius Capitularis possit indicare processiones publicas sine consensu Capituli, & minari censuras, & penas Canonice processibus non interessentibus?

Et quatenus negativè, An saltem possit eas indicare sine consilio Capituli, ac minari censuras, & penas, ut supra. pag. 238.

CONSULTATIO CXXII.

Iterum, An excommunicatio sit actus irrevocabilis? pag. 238.

CONSULTATIO CXXIII.

An jus visitandi Dioecesim competat Capitulo, sede Episcopali vacante? Pag. 239.

CONSULTATIO CXXIV.

An, & quatenus exemptio à jurisdictione Ordinarii concedenda sit etiam toti Capitulo, aliusve. Quenam sint lites affectatae, calumniosae, iniustae? Quanam scilicet ad id requiratur? Alia. Pag. 240.

CONSULTATIO CXXV.

In Synodo Dioecetana decernitur, quod ille Archipresbyter cum suis Capitulo, & Clero, qui esset antiquior in possessione Archipresbyteratus, qualibet contradictione cessante, praesertatur. Huic Constitutioni tam Episcopus, quam dicti Archipresbyter, atque Canonici utriusque Capituli suis propriis, & aliorum Canonicorum absentium nominibus se subscripserunt, & in actis dictae Synodi referri voluerunt. Quero, an huiusmodi Constitutio sustineatur ita, ut obliget successores ex eo, quod non sit confirmata à Sede Apostolica? Pag. 241.

CONSULTATIO CXXVI.

An, & quatenus congrua Parochialis semel assignata, sit augenda?

Et ad qua onera teneatur Vicarius Parochialis perpetuus? Pag. 241.

CONSULTATIO CXXVII.

An, & quatenus Legatum Dotis pro Moniali à Testatore relicto, debeatur puella extranea primum in Testamento nominata, non autem consanguinea Testatoris quae deinde ab ipso nominatur? Pag. 242.

CONSULTATIO CXXVIII.

An Sacra Religio Hierosolymitana privilegium habeat, ne causa ab Insula Meliteni avocentur? Quid si ageretur de regalibus, ac de bonis pyratarum captis à Christianis? Quidve si Magistratus, ut aiunt, dell' Armamento, nolit Pignat. Consult. Tom. X.

cognoscere causas, easque remittat ad iudices, ut vocant Castellaniae? Potestas Tribunalis Armeni. A remissione causa an detur appellatio? Castellania Tribunal quale? Causae fiscales ubi agianda? pag. 244.

CONSULTATIO CXXIX.

An, & quatenus in Vicario Apostolico debeatur integrum salarium, quamvis interserviat per substituentem? Pag. 245.

CONSULTATIO CXXX.

Quomodo pacto Episcopi olim obligebantur? An sit juris divini, ut Populus in Episcopo eligendo Suffragium ferat?

Quomodo aliqua civitas cognoscatur esse Germanica, atque adeo quod illius Capitulum Ecclesiasticum gaudeat privilegio eligendi suum Episcopum? Electio Episcopi ex jure antiquo, ad quos pertinebat, & nunc pertineat? Ubi aliqua de investituris Episcopatum. pag. 245.

CONSULTATIO CXXXI.

An Episcopo excommunicato, vel Archipresbytero, qui habet jura Episcopalia possit eligi Vicarius Capitularis? pag. 247.

CONSULTATIO CXXXII.

An, & quatenus Collegium mulierum emittentium votum castitatis, & obedientiae, censetur licitum? Quid si fuerit ab Episcopo visitatum? Quidve si ei fuerint concessae indulgentiae? Pag. 248.

CONSULTATIO CXXXIII.

An obliget decretum synodale, quo mandatur, ut Sacerdotes, & Clerici certis diebus in Ecclesiam conveniant ad horas canonicas, divinaque officia publice recitandum aliaque Ecclesiasticae functiones exercendum? pag. 250.

CONSULTATIO CXXXIV.

An, & quatenus Parocho in sua jurisdictione Parochiali danda sit manentio? pag. 251.

CONSULTATIO CXXXV.

An Episcopus ingerere se possit in cognitionem causarum? qua inter laicos super contractibus inter ipsos imtos ex eo, quod in illis appositum sit juramentum? pag. 251.

CONSULTATIO CXXXVI.

An Episcopus possit Episcopum excommunicatione percellere pro praetensa defensione sui juris dubii? Ubi de relationibus, & appellationibus ad Romanam Ecclesiam, earumque antiquitate, usu in Oriente, & Occidente. Quid in casu certo perturbatae suae juris dictionis? pag. 252.

CONSULTATIO CXXXVII.

An rectè in Ecclesia Episcopi Titulares instituantur? An fuerint ab exordio Ecclesiae. An habeant propriam Ecclesiam, & quatenus? Ubi multa de Chorepiscopis. pag. 256.

CONSULTATIO CXXXVIII.

An validè induci possit consuetudo, quod Clerici, qui nati sunt ex utroque Parente extero nullatenus admittantur ad Capitulum ad Servitium Ecclesiae, illiusque honores ad fructuum, ac distributionum participationem? Quid de natis ex altero Parente non extero, sed Civis? Quidve de nato ex Parente, qui Civitatem longo incolavit, aut privilegio est adeptus. pag. 257.

CONSULTATIO CXXXIX.

1. An erectio Collegii, sive Seminarii adolescentium à pio Testatore

Index Argumentorum

Testatore dotati, ut si teneantur magnifico ac splendide Sanctissimum Placitum comitari, approbanda sit? An item approbandum.

2. Quod electio, ac nominatio hujusmodi adolescentium ad Collegium admittendorum ad heredes dicti Testatoris pertineat, habeantque in illo Juspatronatus honorificum?

3. Quod Collegii Rector, & Collegiales sine exempti ab omni Ordinarii jurisdictione, excepta visitatione generali, quodque in Spiritualibus subjiciantur Capitulo Ecclesie Cathedralis, vel Collegiatae, in temporalibus vero Deputatis ab ipsis hereditibus? pag. 260.

CONSULTATIO CXL.

An, & quatenus Episcopus, atque Civitas in causa matrimonii suspensionem faciant, & quatenus sit locus restitutioni mulieris suo praecepto marito? pag. 261.

CONSULTATIO CXXI.

An cura animarum, unita Capitulo, possit exerceri à Vicario per Canonicos deputato, & ab Episcopo approbando, vel ab ipsis Canonicis per turnum? pag. 261.

CONSULTATIO CXXII.

An, & quatenus oblata à fidelibus alicui sacra Imagini pertineant tam quoad usum, quam quoad administrationem ad Episcopum, anve ad Parochum? pag. 262.

CONSULTATIO CXXIII.

Habet Sacerdos, Rector, & Visitator cujusdam Ecclesie, ac Hospitalis privilegium Apostolicum, quod est hujusmodi: Ut in Hospitali, & Monasterio, ac aliis locis, non solum omnium ad disciplinam Ecclesiasticam spectantium, nempe ad administrationem Sacramentorum, professionem monialium, alloquendi licentiam, missarum celebrationem, Presbyterorum correctionem, & legata pia Hospitali, ac Monasterio, locisque hujusmodi pro tempore facta concernentium curam gerere, sed etiam omnia alia, quae locorum Ordinarii intra suarum Dioecesium, & jurisdictionum suarum facere, & exercere possunt, & solent.

Quibus ex verbis queritur, an hic Rector veniat nomine Ordinarii, de quo in Sacro Concilio Tridentino sess. 23, cap. 25, de reformat. pag. 262.

CONSULTATIO CXLIV.

Quomodo Episcopi moribus castè informantis invigilare debeant. Ab eorum correctione quatenus appellandum? pag. 263.

CONSULTATIO CXLV.

In criminalibus appellatio ab Episcopo, quando Metropolitanano, aut uni ex vicinioribus committenda juxta Sacri Concilii decretum in cap. 2, sess. 13, de reformat. Et quando Judices à Synodo designandi, qui diligentè à Sede Apostolica, à quibus, & ordinariis causa breviter ordinanda juxta cap. 10, sess. 25, de reformat. pag. 269.

CONSULTATIO CXLVI.

Quanam locationes bonorum Ecclesiasticorum prohibeantur? Quanam facta irritentur? Quid de locatione jurisdictionis Ecclesiasticae? Quid de jurisdictione super damnis bonorum Ecclesiarum illatis? Quid de locatione officii Vicarii? Modus irritandi locationis bonorum Ecclesiasticorum. Casus, in quibus locari, & alienari possunt bona Ecclesiarum. Quid de renovatione emphyteusis? Quid si nulla adisset spes celebrandi Concilium provinciale? Quanam simpliciter locationes damnentur? Quot sententiae requirantur pro declaratione nullitatis locationum? An his permessa appellatio? Quid de locatione

locorum jurisdictionalium Ecclesiarum & piorum locorum? Penae in contravenientes. Nomine Italia quid continetur? De alienatione bonorum Ecclesie remissive, omnia ferè ex decreto Sacri Concilii Tridentini cap. 11, sess. 25, de reformat. cujus haec sunt verba.

Magnam Ecclesie perniciem afferre solet, cum earum bona representata pecunia in successorum praedictum locantur. Omnes igitur haec locationes, si anticipatis solutionibus fiant, nullatenus in praedictum Successorum valida intelligantur, quocumque indulto, aut privilegio non obstante, nec hujusmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmantur. Non liceat etiam jurisdictiones Ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios, in spiritualibus locare, nec conductibus per se, aut alios ea exercere, aliterque concessiones etiam à Sede Apostolica facta, surreptitias censeantur. Locationes vero rerum Ecclesiasticarum auctoritate Apostolica confirmatae, Sancta Synodus irritas decernit, quas à tringinta annis cura ad longum tempus, seu, ut nonnullis paribus, ad viginti, seu bis viginti novem annos, vocant factas, Synodus provincialis, vel deputandi ab ea, in damnum Ecclesie & contra canonicas Sanctiones contractas fuisse, judicabunt. Haec Concilium.

CONSULTATIO CXLVII.

De indictione Sacrorum Conciliorum. Eorum usus quam vetustus. Eorum necessitas. Summi Pontificis absque Concilio potestas. Cur dicantur Oecumenica? De nomine Concilii. Ex quibus Concilium esse legitimum dignoscatur? Eius causa verba in nomine Christi variè expostita. Cur assumptus ad Pontificatum, mutet suum nomen, dicaturque Maximus? An possit errare? Eius potestas, Sede vacante, apud quem resideat? Eius potestas an etiam sit temporalis? Quorsum haec potestas? Ea quam late pateat? Ratio convocandi Concilium. Cur Papa, se appellat Episcopum? De nomine, officio, ac dignitate Episcopi. Cur etiam vocetur Servus Servorum? Causa finalis Conciliorum. An exquiri debeant Principum Sententiae? Loca Concilii electio ad quem pertineat? Causa formalis Concilii. Causa dilationis. Quare Pontifices ad Concilia non accedant? Diem Concilio indicere, ad quem pertineat? Cur Pontifex post invocationem Sanctissima Trinitatis invocet Sanctos Apostolos Petrum, & Paulum? An necessarius assensus Cardinalium? Quanam, & quibus ex locis ad Concilium generale teneantur accedere, & quibus panis, & an personaliter? Quomodo Concilium generale dicatur esse majoris auctoritatis? Quanam admonitio sufficiat, & arte vocatos ad Concilium? Quid si dies Concilii non apponatur? Post quantum tempus lex non afficiat ignorantes, & presumatur scientia? Observationes in indictionem Sacri Concilii Tridentini. Romani Pontificis dignitas ad gubernandum Ecclesiam, etiam congregatam in Concilium. Quid de ejus potestate supra laicos? Supra Sacras personas? Quid de Episcopi collectivè etiam in Concilium adunatis. Romani Pontificis est, aliorumque Antistitum etiam in Concilium Oecumenicum congregatorum, judicium firmare, quantumvis legitime congregata, & adsint Legati ipsius Pontificis. De instructionibus datis legatis à Pontifice. Quomodo observanda? An possit Pontifex ex Suis legatis committere privilegium personale sua in fide indefectibilitatis? Quae Concilia confirmationem Pontificiam petierint? Alia plura. pag. 274.

CONSULTATIO CXLVIII.

De Canonicis scripturis juxta decreta Sacri Concilii Tridentini sess. 4. Nomine Canonicarum scripturarum Quanam Libri veniant? Quanam libri Canonici? Canonici opponuntur apocryphis. Quanam libri apocryphi? Cur dicantur apocryphi? Quando aliquid dicatur apocryphum? Quomodo distinguantur canonica scriptura ab apocryphis? Auctoritas Sacrae Scripturae in quo consistat? Sacrarum Scripturarum

Consultationum Tomi Decimi.

Scripturarum consonantia. Quid pro verbo Dei habendum? Verbum Dei non solum in libris scriptis continetur. Traditiones, quae, quove sint? Earum auctoritas. De auctoritate Scripturarum. De verbo Homosion, & Theodosii. De consuetudinibus Ecclesiae universalis, & unius cujusque Ecclesiae. Index Sacrorum Librorum. Traditiones alia ad fidem, alia ad mores. Poena in non suscipientes Sacros libros, & traditiones. Evangelicorum Canonicas Scripturas corruptum Synopsis historica, & illorum in S. Scripturam. convitiis, blasphemis, & phalarismis. pag. 279.

CONSULTATIO CXLIX.

De instituenda lectione Sacrae Scripturae, & liberalium artium ex variis Constitutionibus. Quid illis Concilium Tridentinum adiecerit? Neglectum Sacrarum Scripturarum Christiano homini quam indignum. Nomine Ordinarii qui veniant? Prebendam, cui onus legendi est adjunctum, qua ratione liceat conferre? Idonei qui dicantur, ac sint? Quando res per substitutum adimpleri possit? Et quando censetur electa industria persona? In quibus Ecclesiis Sacra Scriptura lectio habenda sit? Quid si omnes Canonici redditus in quotidianis distributionibus consistant? Quidve si secularis Clericus ad praestandum onera, hujusmodi prebenda adjuncta, idoneus non reperitur? Resignatio in favorem non inducit vacationem. Quid si ad alium quam ad Episcopum spectet collatio prebendae? Quid de prebenda in Ecclesiis, in quibus est jus optandi? Quid de Canonicis Sedi Apostolicae reservatis, vel quomodo junctis affectis? Quae magis necessaria, cura ne animarum, an lectio S. Scripturae? Quid in Ecclesiis Collegiatis, quarum prebenda sunt de laicorum Jurisdictione? Opus incompatible quale sit? Clausula ipso facto quid imponeret? Quid de collatione prebendae facta illi, qui rheologiam non proficitur? Quid in Ecclesiis non numeratis, seu Regularibus, & in his, quibus non potest assignari prebenda primo vacatura? Quomodo satisfaciendum huic Concilii decreto? Non est beneficium, quod secum non afferat onus aliquod. Quanam beneficia teneantur contribuere pro lectione Sacrae Scripturae? Episcopus an teneantur Capituli concilium sequi? Tempus, hora, & materia, quae ex Sacris literis sumi debet. Ordinarii arbitrio relinquuntur. Quae materia lectionis magis congrua menti Sacri Concilii? Quid quando redditus Ecclesiae tenues sunt, & populus exiguus? Gratis non docentes in quod crimen incurrant? Hoc Concilii decretum ad quas Ecclesias restringatur? De obligatione Monachorum circa Magistros. Alia de Monachis. Quid de negligentibus Abbatibus, vel Prelatis inferioribus? Quatenus & sententia Episcopi, etiam in Sede Apostolica delegati appellari possit? Differentia inter Monachos, & ceteros Regulares. An pro legendi licentia aliquid exigi possit, vel permitti? An, & quibus conditionibus Scholares Ecclesiastici possint ad gymnasia studiorum causa se transferre? Ad hoc, ut possint fructuum suorum beneficiorum perceptione gaudere, quid requiratur? Et an gaudeant, ut gaudent docentes? In casu proposito an lector habendus sit praesens? Quod aliud beneficium lector obtinere nequeat? Quid si mala valetudine laboraret? An possit alium sibi substituere? Quid si ei contumax? pag. 286.

CONSULTATIO CL.

De residentia Episcoporum. An ex decreto Sacri Concilii Tridentini cap. 1, sess. 23, colligatur, hanc residentiam esse de jure divinum? Quid suo decreto in Episcopis pro residentia requiratur? Summus Pontifex est totius Orbis Episcopus. Quomodo omnibus Ecclesiis praesideat? Quam multi Episcopi mercenariorum more residentes? Deserere gregem quid importet? Quid abesse? Residentia Episcoporum ex quo precepto divino sit? ex quo precepto divino Baptismus, & integritas confessionis? Festorum observatio? Cura animarum quomodo commodius administraretur? Preceptum residentiae an obliget semper, & ad semper? Quam sceleris sit Episcopum Ecclesiam suam deserere? Quae requirantur, ut Clericus ab Ecclesia sua abesse possit? Sedes Apostolica an absolute dispensare

possit, ut quis non resideat? Sanctorum Pontificum ad id exempla. Super precepto residentiae dispensatio proprie, seu relaxatio considerari non videtur, sed potius interpretatio. Haec interpretatio à quibus fieri possit. Actiones circumstantiis reguntur. Decreta Pontificum de residentia Episcoporum, etiam Cardinalium, & visitatione Dioecesis. De residentia Parochorum. De cura Sacramentali, ejusque onere. De cura trium, aut quatuor incolarum. De cura duarum Ecclesiarum unitarum. De cura Dignitati unita. Vicarii perpetui quando, ac ubi deputandi? De beneficio curato annexo Simplici. De unione accessorie facta. Quid de obtinente Ecclesiam Baptismalem? Quid de Rectoris, qui in Rectoria habet Vicarium perpetuum? Quid de habitibus in Cura Vicarium amovibilem? Quanam habente Curam animarum compelli possit ad residendum? De Coadjutoribus in Cura. Quid de cura animarum duabus, tribusve, aut pluribus presbyteris incumbente? Quid in Ecclesiis receptis? An, & quatenus Clerici, quorum beneficia alias non requirunt residentiam, ad residentiam compelli possint? Et commendataria litera sint eis deneganda. De Archidiacono cui incumbit cura animarum. An, & quatenus Curati, & Archipresbyteri Spoliorum Commissarii deputari possint? Quid de cura animarum, una cum Canonatu? Parochorum absentia causa à quo cognoscenda? Cura animarum ad quem principaliter spectet, ad quem instrumentaliter? Ut Clericus ab Ecclesia sua absit, qua causa, & licentia requiratur? An satisfactio sit, quod peccatur? Quid si denegetur? Residere quam strictè accipiatur? An Parochus compelli possit in domibus Parochialibus habitare? Quid si domus non exigent intra Parochiam? Quid in Parocho, cui ratione infirmitatis datus fuit Coadjutor? Quando, & quomodo liceat Parochus abesse à suis parochiis? Quid si accesset distantia bidui, vel tridui à Sede Episcopali? Vel causa repentinae offerret? Abesse sine hujusmodi licentia, ne per hebdomadam quidem licet. De absentia duorum mensium Parochi concessa. Quid in Ecclesiis Parochialibus, quarum institutio, & visitatio ad inferiores spectat? Quid de constitutione Episcopi, ne Parochi sine ipsius licentia absint per duos dies? An in hujusmodi constitutione imponi possit poena Excommunicationis? In hac re temperamentum. An Episcopus, ne Parochus resideat, possit dispensare? Aut causam legitimam non residentem declarare? Et quatenus? Qua causa excusari possint Parochum à residentia? Quid de Parocho criminaliter condemnato à suo Episcopo, & Romam proficiscente? Residenti in sua Parochia, an liceat per altum curam exercere? Residentia Parochorum an eos excuset, ne accedant in quibusdam solemnitatibus ad Ecclesiam matricem? Tempore pestis an, & quatenus Parochi resideat? Quid de Episcopis, etiam persecutionis tempore? Quot fructus Parochi ob non residentiam amittat? Et congrua portio ei debeatur? Omnia juxta mentem Sacrae Scripturae, Sacrorum Conciliorum, praecipue Tridentini, Constitutionum Summorum Pontificum, & Sacrorum Canonum, Patrumque doctrinam. Pag. 289.

CONSULTATIO CLI.

Cum in cap. Inter cetera de Offic. ordin. habeatur ignorantia impedimentum non excusare Episcopum à munere predicationis, quando quidem in d. cap. defectum scientiae reprobandum, nec de cetero tolerandum dicitur, quod S. Concilii decreto in cap. 2, sess. 5, de reform. innovatur, quid dicendum cum ferè nullus hoc tempore reperitur Episcopus, qui per se ipsum populo sibi commisso praedicet Sanctum Dei Evangelium. Et an requiratur, ut sit Sacro ordine constitutus is, cui hoc munus committitur? Ubi de modo praedicandi. Quomodo differant ineptitudo, & ignorantia? Sancti Episcopi docti inepti tamen ad concionandum. Qualis praedicatio Episcopi injungatur? De ministrorum deputatione ad praedicandum. Munus praedicationis animarum curae annexum. An communi possit simpliciter Clerico, laico, mulieri Praedicatio quibus competat jure proprio? Peccant mortaliter qui Concionatores non idoneos eligunt. Quibus saltem diebus praedicandum? Concionator

Index Argumentorum

xionator quæ docere debeat? De Ecclesiis parochialibus subiectis Monasteriis in nulla diocesi existentibus. Quid de Concionatoribus regularibus? Consuetudo deputandi Concionatorem observanda. Episcopus in Regularibus quid hac in re facere possit. De Concionatoribus, errores, aut scandala feminantibus, hæreses prædicantibus. Privilegia prædicandi quomodo nulla sint? Pag. 300.

CONSULTATIO CLII.

De facultate concessa Episcopis, aliisque majoribus Prelatis visitandi Ecclesias quasvis, quibusvis non obstantibus. Ad id decreta S. Congr. Conc. Error Typographi in decreto Sacri Concilii. Quanam Capitula in Concilio comprehendantur? An tollatur immemorabilis? An etiam concordia? Quanam Concordia præserventur? Quid de juramentis? Quando Episcopus per seipsum solum, quando per alios visitare possit? Quid de jure communi? An aliud sit visitare Episcopum cum Capitulo, & aliud cum aliquibus de Capitulo? De visitatione Ecclesia Collegiata omnino exempta à jurisdictione Abbatis. Quid si Abbatia esset nullius Diocesis. Quid si Episcopus in visitatione juramentum, ac depositiones testium in Scripturam redigere voluerit. Quo in loco Episcopus visitare possit Capitulum? Decanus, & Capitulum potest cumulativè ipsam Capitulam visitare. Et quomodo? Quanam decreta in visitatione Capituli Episcopus condere possit? An decreto d. 4. sess. 6. Sacri Concilii obstat privilegia ex fundatione? Quos adjunctos poterit sibi Episcopus assumere in visitatione personarum sui Capituli? Ecclesias exemptas quomodo Episcopus visitare teneatur? Portionarii, alique, qui Canonici non sunt &c. quomodo subjaceant Episcopo? Pag. 302.

CONSULTATIO CLIII.

Quomodo excessus Secularium Clericorum, & Regularium, degentium extra Monasteria, ab Ordinario loci corrigenda sint? Que requirantur in corrigendis excessibus? Quomodo Ordinarius agere possit contra professores militiarum, etiam Religionis Hierosolymitana? Reformatio, & correctio an idem? Decreta. pag. 304.

CONSULTATIO CLIV.

Quid Episcopus in aliena Diocesi nec Pontificalia exercere, nec ordines conferre valeat. Alieno Episcopo quatenus liceat exercere Pontificalia in aliena Ecclesia, & ministrare. An de licentia Capituli, Sede Episcopali vacante? Quid de ordinatione familiarium Episcoporum? Quid de Abbatibus benedictis. Ordinati illegitimè ex cap. 5. sess. 6. reformationis, quas penas incurrunt? Et quis ordines? Vicarius an possit concedere licentiam, ut alienus Episcopus Pontificalia exerceat in sua Diocesi? Pag. 305.

CONSULTATIO CLV.

Quisnam sit Sacramenti Confirmationis Ordinarius Minister? Quatenus Abbas illud conferre possit? Quis illius extraordinarius minister? Desinit à Pontificibus, & Conciliis generalibus dupliciter differunt. Que revocare nequeat Pontifex? In quibus Pontifex infallibilitatem non habeat? Quid possit Pontifex contra Concilia? Quomodo, & in quibus successores Pontificis à Pontifice non ligantur? De eis, quæ ad Ecclesiasticam disciplinam concernunt, quæve ad fidem. Decretum irritans appositum in Conciliorum decretis quanti roboris? Derogatio specialis Concilii an necessaria? pag. 305.

CONSULTATIO CLVI.

1. De tenentibus plures Cathedralis Ecclesias. Ubi an comprehendantur Cardinales? Quid de retinentibus plures commendas? Beneficia &c.
2. Quibus personis beneficia conferenda? Pena in provisorio, & providentem. Quid si non reperiantur idonei?

3. De retentoribus plurium beneficiorum contra canonicas. De quibus beneficiis id intelligatur? An de commendis? Casus in quibus pluralitas beneficiorum toleratur. Præsumpta dispensatio an habeat locum contra decreta Concilii? Ubi decreta? Pag. 307.

CONSULTATIO CLVII.

1. De obtinentibus plura beneficia curata. De beneficiis, quæ nullum servitium per ipsos beneficiarios, neque per substitutos requirunt. Beneficia cur instituta? Quatenus ostendendus sit titulus beneficii? Et ad id cogendas beneficiarius?
2. Qua beneficiorum uniones valida censeantur.
3. Beneficia Ecclesiastica Curata, perpetuo unita, quomodo visitanda? Quomodo eis providendum Decreta. pag. 309.

CONSULTATIO CLVIII.

De auctoritate Capituli quoad literas dimissorias, Sede vacante. Pena in contravenientes decreto Sac. Concilii Tridentini, quæ ex causa Capitulum, vel ejus Vicarius possit intra annum dare dimissorias? Et ex qua facultate? Pena interdicti in decreto Concilii an late sententia, quid de literis commendatitiis? Pena interdicti personalis in decreto apposta, num reservata? Pena privationis privilegii Clericalis ibidem lata quomodo efficiat? Or dinati in minoribus, in hoc casu quomodo incurrant suspensionem, quid in locis, in quibus Tridentinum non sit receptum, quid de hoc ex antiquiori jure. pag. 311.

CONSULTATIO CLIX.

An, & quatenus facultates de promovendo suffragentur? Et quomodo, & à quo unusquisque promoveri debeat? Pena in contravenientes. pag. 320.

CONSULTATIO CLX.

An, & quatenus à quocunque presentati ad beneficia Ecclesiastica, instituendi sint ab Ordinariis? Ubi decreta. pag. 321.

CONSULTATIO CLXI.

1. Acta prime instantie intra quot dies dari debeant gratis reo appellanti?
2. Testes deponentes contra Episcopum quales esse debeant? Ubi quid de causis Episcoporum. pag. 322.

CONSULTATIO CLXII.

De salvo conductu hæreticis dando. Quid continere debeat? Exceptiones hæreticorum contra Concilium Tridentinum. Ea diluuntur. pag. 323.

CONSULTATIO CLXIII.

De casuum reservatione in Sacramento penitentia. A quibus fieri possit? Quid de Regularibus? Quid de Sacerdote non approbato in articulo mortis, presente Parocho, vel alio Sacerdote approbato. Quid de Sacerdote, esset hæreticus, vel Schismaticus? Sententia Sacra Congregationis Concilii. pag. 327.

CONSULTATIO CLXIV.

De virtutibus heroicis Christianis, præsertim in martyribus, ubi quaritur, cui virtuti potior laus in opere martyrii debeatur? pag. 328.

CONSULTATIO CLXV.

De causis canonizandi Sanctos. Et quæ in eo, qui canonizandus est, requirantur. pag. 329.

CON-

Consultationum Tomi Decimi.

CONSULTATIO CLXVI.

Miracula vera pro Canonizatione Sanctorum quomodo à non veris discernantur? Miracula vera quomodo à bonis, & malis Christianis, & non vera à magis, ac demonibus fiant? pag. 329.

CONSULTATIO CLXVII.

Opera demonum ab Authoribus narrata, cur miracula dici nequeant? Quot modis fiant? pag. 330.

CONSULTATIO CLXVIII.

In qua sunt, & articulatum disceptatur, quæ opera admiranda possint facere demones, vel per seipos, vel per Magos? pag. 331.

CONSULTATIO CLXIX.

Quæ demon nec per Magos, neque per se ipsum possit efficiere? pag. 333.

CONSULTATIO CLXX.

Quomodo sensus hominum à demone ludificentur ad ejus illusiones cavendas in probatione miraculorum pro Canonizatione Sanctorum? Ubi de demonis præstigiis ad ejus illusiones cognoscendas? pag. 334.

CONSULTATIO CLXXI.

Vivorum, & mortuorum apparitioni ad illusiones demonum in Canonizatione alicujus cavenda, explicantur. ibid.

CONSULTATIO CLXXII.

De suscitatione Samuelis Propheta, incantationibus Pythonissa tentata, deque aliarum Mortuorum suscitationibus, & apparitionibus ad illusiones demonum cavendas in suscitandi mortuorum miraculis pro canonizatione alicujus cum fama Sanctitatis defuncti. pag. 335.

CONSULTATIO CLXXIII.

Iterum, atque uberius de miraculorum generibus. Supra naturam. Præter naturam. Contra Naturam. Eorum gradus, ac differentia. Quomodo majora, & minora dicantur? Pag. 337.

CONSULTATIO CLXXIV.

De miraculis supra ordinem Naturæ quoad operandi modum, & quoad id, in quo sunt ex Testamento novo. pag. 338.

CONSULTATIO CLXXV.

An Endemones, sive Cacodæmones sua virtute egritudines non à Nativitate, sed ex accidenti contractas, temporis momento, ac sine medicamentis curare possint? pag. 339.

CONSULTATIO CLXXVI.

Quomodo miracula Magorum, malorumque hominum à veris Miraculis differant, & cognoscantur? De signis, & virtutibus, deque prodigiis, ac portentis, aut ostentis. pag. 340.

CONSULTATIO CLXXVII.

Specimina aliquot, præter alia alibi adducta miraculorum variarum sanationum, quæ ad secundum, ac tertium Miraculorum gradum pertinent. pag. 341.

CONSULTATIO CLXXVIII.

An probent miraculum alicujus Servi Dei unus testis de visu, alter de solo auditu à patre, sive à matre ipsius Servi Dei? Vel saltem adminiculetur historia vita Servi Dei à tribus viris scripta? pag. 347.

CONSULTATIO CLXXIX.

An testes domestici legitime probent miraculum sanationum? Quinam dicantur domestici? Quid si loquerentur asserivè? Si infirmus se sanum sistant coram Iudicibus Apostolicis? ibid.

CONSULTATIO CLXXX.

An primum extremum miraculi, nempe infirmitas, probetur ex assertione Sacerdotis infirmi per instrumentum publicum rogata cum presentia testium? Unicus testis an, & quatenus probet miraculum? Quatenus illud probet notorietas facti? ibid.

CONSULTATIO CLXXXI.

An, & quatenus Sanatio ab ariditate crurum, aliorumque membrorum ex appositione terræ Sepulchri alicujus Servi Dei supra, vel ultra Naturæ vires confenda sit? pag. 348.

CONSULTATIO CLXXXII.

An testes desumpti ex processu, auctoritate Ordinarii confecto, in causis Canonizationis Sanctorum, attendendi sint? pag. 349.

CONSULTATIO CLXXXIII.

An liberatio à periculo partu, edito fœtu mortuo in utero post imploratam operam alicujus Servi Dei, vel applicatam ejus imaginem, adscribenda sit miraculo? ibid.

CONSULTATIO CLXXXIV.

An liberatio à morbo nephritico cum suppressione urinae per triduum, emisso, post invocatum auxilium alicujus Servi Dei, calculo instat olivæ, adscribenda sit miraculo? quid si testis non reddat rationem per sensum corporis, & auditum? Pag. 350.

CONSULTATIO CLXXXV.

An mundatio à lepra, applicatis ei reliquiis aliisque vobis, quæ eas tetigerint sit miraculo adscribenda? pag. 351.

CONSULTATIO CLXXXVI.

An pulsationes sonitus, crepitus, strepitus, rumores, innitatus, concussiones, & id genus alia, quæ audiuntur inus arca, sive sepulchra, in quibus quiescunt corpora quorundam Servorum Dei, sint adscribenda miraculo? ibid.

CONSULTATIO CLXXXVII.

An testes deponentes de solo auditu alieno, publicaque voce, & fama, admitti possint ad probandum miraculum? Quid si adessent alii testes de visu, & certa scientia? Et an circumstantie miraculi debeant plenè, & concludenter probari? Quot testes requirantur ad probationem miraculi? Opinio testium an probet factum? Quid de teste impubere? An, & quatenus probet? Quæ de testimonio puberis de visu in pupillari aere? Quid de infante? pag. 354.

CONSULTATIO CLXXXVIII.

1. Intra quod tempus processus Canonizationis confici debeat?
2. Ad probandum miraculum quot testes sufficiant?
3. An apponendo diadema capiti alicujus Beati ac exhibendo illi, vel subscribendo illius imagini titulum Sancti, transgrediantur limites beatificationis? pag. 355.

CONSULTATIO CLXXXIX.

An puer submersus in mari, in puteo aquæ misti, spatio trientis, vel quadrantis horæ, vel semiquadrantis, unco per vestes extractus, lividus, & lingua exerta, si invocato auxilio alicujus Servi Dei, non moriatur, id miraculo sit adscribendum? pag. 376.

CON-

Index Argumentorum

CONSULTATIO CXC.

An, & quatenus Sanatio instantanea à nervorum convolutione pluribus annis confirmata cum manuum, pedumque attractione, ac lingua ad loquendum impedita, implorato alicujus Servi Dei auxilio, sit miraculo adscribenda? An, & quatenus adhibenda sit fides assertioni dicentis, quod aliquis Servus Dei sibi apparuerit, ac preserverit, ab infirmitate, à periculo, à morte? pag. 357.

CONSULTATIO CXCII.

An, & quatenus sanatio à vulnere lethali, emissis precibus ad aliquem Dei Servum statim consolidato, cicatrice tantum apparente, sit supra vires naturae? pag. 358.

CONSULTATIO CXCIII.

De Canonizatione Sanctorum Martyres vindicati. Miracula post mortem. Processus Canonizationis. Ritus ejusdem. Canonizatio de Caelo. Canonizatio miraculis confirmatur. An miracula sint necessaria in Ecclesia. A Iohanne Calvino tentata mortui resuscitatio? pag. 359.

CONSULTATIO CXCIV.

1. An aliquis ob miraculorum evidentiam à Sede Apostolica in Sanctorum numerum referri possit?
2. Quid de habente, donum scientia, ac prophetia?
3. Quid de eo, qui pro Sancto à principibus Paris, & à Populo denunciatur? pag. 361.

CONSULTATIO CXCV.

De miraculis diligenter, etiam atque etiam examinandis in Canonizatione Sanctorum. De modo illa examinandi. Et qua necessaria sint pro Sanctis in Ecclesia militante declarandis? pag. 363.

CONSULTATIO CXCVI.

Quis ordo iudicarius in Canonizatione observari consueverit? Actiones in ea requisite. Et an ordo iudicarius tam in Canonizatione Martyrum, quam Confessorum observandus? ibid.

CONSULTATIO CXCVII.

Quanam actiones, in Sanctorum Canonizatione requirantur? pag. 364.

CONSULTATIO CXCVIII.

De rebus, quae pro celebranda Canonizatione fieri solent.

De Confessoris. De suffragiis. De septem honoribus, qui Canonizatis debentur. Et quatenus etiam à Sede Apostolica non Canonizatis, debeantur? pag. 365.

CONSULTATIO CXCIX.

1. An conductores honorum Ecclesiae, vel Clericorum pro bonis conductis gaudeant immunitate à vestigialibus &c.
2. Et quid de Colonia? pag. 381.

CONSULTATIO CC.

1. An denunciatio pro accusatione, & denunciator pro accusatore habendum?
2. An denunciatus cogi possit ad crimen delatum probandum, & in iudicio contra delatum procedendum?
3. Si denunciatus non probat delictum delatum, an, & qua poena affici debeat?
4. Quando Index arbitrium suum formabit in puniendo falsum accusatorem, falsumque denunciatorem? pag. 382.

CONSULTATIO CC.

De Imperatoris, Regum, ac Principum officio in protegendo Romanam Ecclesiam, Sedem Apostolicam, ejusque immunitatem, libertatem, ac jurisdictionem. A quo tempore, & qualiter Imperatores Ecclesiam Romanam defenderint? Iohannis Papa, & Iustiniani Imperatoris Epistola, quae habentur sub titulo de summo Trinitatis. C. Iustiniani an sint genuinae? Quomodo Ecclesiastica protectio à Graecis Imperatoribus ad Gallorum Reges translata fuerit. Ubi vera causa translationis Imperii, Graeci ad Germanos. Alia, praecipue de Patriatu. pag. 384.

ALIENA.

An liceat Ministris Consolationis de Vrbe, Benedicere Mulieres post partum, & Ova tempore Paschali.
2. Retinere in Ecclesia Confessarios ad audiendas Populi confessiones.
3. Facere Processionem per Parochiam intra Octavam Sanctissimi Corporis Christi, & praesertim die, quo fit per Ecclesiam Parochialem.
4. Associare cadavera alibi tumulanda cum Cruce, & Stola ab Hospitalibus ad locum Catene, & impedire Parochum, ne accedat pro illis ad Januam Hospitalium. pag. 399.

JACOBI

JACOBI PIGNATELLI

Sacrae Theologiae Doctoris,

CONSULTATIONUM CANONICARUM TOMUS DECIMUS.

CONSULTATIO I.

An, & quatenus Regulares teneantur servare interdictum Ecclesiasticum ab Ordinario appositum? Vbi aliqua prius de interdicto quoad alios, & multa de communicatione privilegiorum inter Regulares.



Autum est in cap. Episcoporum de privileg. in 6. ne seculares, aut Regulares quantumcumque exempti, vel privilegiati scienter celebrent, aut celebrari faciant Divina in locis interdictis ab Ordinariis, vel Delegatis, vel à jure, nisi quatenus jure conceditur, & ne interdictos ad Divina officia, & Ecclesiastica Sacramenta, vel Ecclesiasticam sepulturam admittant. Qui vero contra praesumpserint, praeter alias poenas à jure statutas, ingressum Ecclesiae sibi noverint interdictum, donec de transgressione hujusmodi ad arbitrium Ordinarii, cujus sententiam contempserint, satisfecerint competenter.

Declaratur id primò, quod secundum magis communem sententiam hic Textus procedit contra Ecclesiasticos, seculares, vel Regulares tantum privilegiatos, sive exemptos à jurisdictione Ordinarii loci, ut testatur Navarr. cap. 27. nu. 157. Suarez de censur. disp. 37. sect. 4. n. ult. & tradunt Joan. Andr. Gemin. Anchar. & Jo. Monach. in d. cap. Episcoporum contra Glossam, Balthosam in d. textum n. 3. & Sayrum. lib. 5. de censur. cap. 14. n. 11. ac 34. qui dicunt, illam particulam quantumcumque privilegii vel exemptionis, &c. esse ampliativam, non restrictivam ad illos solos, Verùm tenenda est communior sententia, secundum quam ratione hujus transgressio exempti sunt de foro Episcopi, ut per Joan. Andr. ibid. n. 3. & Joan. Monach. nu. item 3. Sicque poterit Episcopus illos punire pro suo arbitrio. Non poterit tamen eos excommunicare, si habent privilegium, ne possint excommunicari, nisi à Papa, ut per eundem Jo. Monach. loco citato.

Deinde declaratur, quod ex cit. cap. Episcoporum, tolluntur privilegia concessa admittendi ad divina interdictos, vel celebrandi tempore interdicti, ut tradunt Jo. Andr. & Joan. Monach. ibid. n. 2. Praesertim Tom. X.

vanur tamen privilegia clausa in corpore juris, nempe moderatio ut in cap. Alma mater de sensent. excomm. in 6. Neque derogatur aliis privilegiis postea concessis etiam extra corpus juris.

Item declaratur quod in hoc cap. non continentur Episcopi per text. in c. quia periculosum de sent. excomm. in 6. & Franch. in d. cap. Episcoporum.

Declaratur postremo quod intelligitur de non admittendis interdictis nominatim declaratis, vel in loco interdicto nominatim declarato ab Extr. cog. Ad evitanda, de qua fusi alibi, & in hac specie Henrici, lib. 13. c. 5. nu. ult. Avila de censur. par. 5. disp. 5. dub. 4. concl. 4. Et de omni interdicto locali docent Suarez cod. tit. disp. 37. sect. 2. n. 5. Coninch. disput. 17. dub. 5. in fine. ac Bonacin. de interd. par. 7. n. 1. Interdictum autem personale generale obligat ad vitandum, si fuerit denunciata per nomen talis Universitas, etiam si non fuerint singuli nominati juxta probabiliorum cum Sayro de censur. lib. 1. cap. 13. n. 13. Suarez loc. cit. n. 3. Alter de interd. disput. 10. cap. 4. Avil. ibid. nu. 5. Coninch. d. disp. 17. nu. 26. contra Navarr. Emanuelem Sâ, quos refert Bonacina ubi supra.

Clerici autem violantes interdictum personale, & aut locale incurunt suspensionem ab Officio, ut de communi ait Sayr. lib. 5. cap. 14. n. 12. cum multis & Avila par. 5. disp. 5. dub. 4. Praeterea ex cap. fin. de excess. Pralat. sed alii dicunt, esse sententiam ferendam, non latam ut Sayr. ibid. Bonacin. d. disput. 5. par. 7. n. 4. Coninch. ea disp. 17. nu. 71. Alii esse suspensionem latae sententiae ab officio, non autem à beneficio, ut Suar. disp. 34. sect. 4. n. 16. Alii dicunt, esse suspensionem, etiam à jurisdictione, ut Laym. lib. 1. tract. de interd. cap. 3. n. 3.

Celebrans vero in loco interdicto sit irregularis per textum in c. iis qui de sent. excomm. in 6. Suarez de censur. disp. 34. sect. 4. n. 14. ubi multos Doctores adducit, & ampliat procedere tam de Clerico seculari, quam regulari. Idemque est, si quis violat interdictum personale, quo ligatus existit, etiam occultè, ut per Suar. ibid. nu. 21. ex d. cap. is qui S. is vero.

Id limitatur ex rap. pen. de Cler. excomm. vel interd. ministr. ubi excusat ignorantia probalis ab irregularitate, crassa autem, & supina facillat dispensationem à Sede Apostolica obtinendam, ad quam pertinet haec dispensatio, ut in cit. S. is vero.

9 Celebrans autem contra interdictum sit ineligibilis active, & passive secundum aliquos. Qua de re vide Suar. *ibidem* n. 16. Celebrare vero persistens in interdico, sive contra interdictum, postquam fuerit monitus, incurrit eo ipso poenam perpetuam depositionis, c. 3. de Cleric. excomm. & interdict. ministr. ubi Barbosa, n. 2. cum Alterio. Nam verbum illud *incurrant*, ibi positum juxta magis communem est lata sententia, Tiraquell. in l. si unquam v. revertatur. n. 147. C. de revoc. donat. Contra censent Sayrus d. l. 5. c. 14. n. 7. & 8. ac Diaz. in prax. c. 18. qui putant esse ferendam sententiam in hoc casu. At etiam stante hac secunda sententia, consequenter ob notorietatem hujus criminis, depositione digni, erit infamis infamia juris, ac inde irregularis. Quia omne crimen depositione dignum, si fuerit notorium, reddit infamem infamia juris, ac proinde irregularem, Sayr. d. l. 7. c. 12. n. 12. ubi plures allegat, & Major. de irregul. l. 5. c. 12. n. 2. & sibi loquatur de celebrante in contemptum clavium.

10 Episcopus vero si violenter interdictum a Papa latum, exempli gratia, illud non promulgando, vel observari non procurando, aut contraveniendo, aut interdictos absolvendo secundum, aliquos incurrit poenam privationis Episcopatus, sive depositionis a dignitate, & loco Episcopali. Ita probare conatur Martha de jurisdic. par. 3. v. 21. ex can. Thengualdum n. 9. 3. per illa verba, Episcopatus exutus regimini consistere desinet. Quae verba videntur significare declaratoriam poenam latae sententiae incurras. Item quia Episcopi juramento adstricti sunt defendere libertatem Ecclesiae, c. ego de jurejuram. Quod si ad debiti sui executionem fuerint a Papa requisiti, id negligunt, infidelitatis causa, & perjuri videntur incurere poenam privationis Episcopatus. Ad id allegat Raynerium, & Jacobinum.

11 At nullo jure hac sententia probatur, ideoque non est admittenda. Quia in d. c. Thengualdum Doct. communiter docent, Episcopum in tali casu esse deponendum, non ipso facto depositum, & illam sententiam ibi fuisse depositionis promulgatoriam, non declaratoriam tantum, Ita ibi Turrescremata, & Praepositus, ac procedit quando adest grave, & publicum scandalum, ut patet ex eodem textu.

12 Similiter quod ait de jurejurando, communiter Doctores inquiunt, perjuri non inducere poenam privationis beneficiorum ipso facto, cum id jure non sit expressum, Ita Innoc. in c. Inter dilectos de excess. Praelat. sub initio, Felin. in c. 2. n. 3. de rescript. ac omnes c. querelam de jurejur. Raynerius autem, & Jacobinus loquuntur in casu privationis feudi, & videre est apud eos locis ab ipso citatis. Unde non est facienda extensio ad Episcopatum, quia major est connexio Episcopi cum Ecclesia, quam Vassalli in feudo. Hac de interdico in communi.

13 Quod vero ad Regulares ex c. 3. de privileg. & excommunicatos, c. 5. in si Religiosi etiam exempti, admiserint ad divina nominatim interdictos ab Episcopo, vel ab eo nominatim denunciatos, eorum Ecclesiae, in quibus admiserint ex praesumptione, subiaceant interdico. An autem si interdictum latae sententiae contra istos admittentes in tali casu, certant Doctores sunt, qui dicunt, esse latae sententiae, sed posse ab Episcopo denunciari, sive declarari contra istos Regulares, etiam exemptos. Quia verbum, subiaceat, est latae sententiae, ut can. si quis suadente 17. q. 4. Gloss. in c. 1. de injur. in 6. Ita refert aliquos tenere Ostien. in hoc c. in fin. & plures pro hac sententia refert utraq. in d. l. si unquam v. revertatur n. 148. ubi n. 150. eam per se veriorerit, nisi ex subiecta materia aliud colligatur. Contrarium inquit communem Abb. in d. c. 3. nu. 7. Ostien. ibi & Cardin. in fin. dicentes verbum, subiaceat, intelligi ministerio Episcopi, sententiam latam; atque Cardinalis, hanc expositionem tanquam benignam esse amplectendam, eamque communem in eo

casu fatetur ipse Tiraqu. n. 149. Unde sequitur, quod si tales Religiosi habent privilegium, ne possint excommunicari, nisi a Papa, non poterit Episcopus, talem sententiam contra eos fulminare; at secundum primam sententiam posset declaratoriam proferre, ut per Henric. l. c. 25. n. 7.

Id autem hodie limitatur per d. e. Alma de sent. excomm. in 6. ubi certis modis moderatio facta est interdici localis, generalis, vel personalis generalis. Primum ut omnes admitti possint ad poenitentiam Sacramentum, si non sint excommunicati, vel culpabiles de tali interdico, vel specialiter interdici, & officia divina possunt januis clausis celebrari submissa voce, laicis exclusis, ac sine sonitu Campanarum; Sed & quater in anno, imò quinquies, idest Natali Domini, Paschate, Pentecoste, Assumptione Beatae Mariae, & Corporis Christi festo, januis apertis, exclusis excommunicatis; interdiciis vero culpabilibus non admittis ad communionem Eucharisticam, & ad oblationem. Ac idem est de interdiciis nominatim, sive specialiter, ut docent Suarez disp. 34. sect. 1. n. 33. Laym. d. 1. de interdico. c. 2. §. quarta exceptio, Sayr. l. 5. c. 12. n. 12. Jo. Andr. & Henric. in d. c. 3.

Regulares etiam exempti interdico generali locale non observantes, advenientes illud observari ab Ecclesia Cathedrali, sive Matrice, sive Parochiali, incurrunr excommunicationem latam in Clem. 1. de sent. excomm. non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus. Idque procedit, etiam si praetendatur illud interdictum nulliter latum, ut per Sayr. l. 3. c. 33. n. 45. & 48. cum aliis ab eo citatis, Non procedit autem haec Constitutio contra Clericos, ut ajunt Doctores superius allegati, neque in interdico speciali locali, neque personali, etiam generali, ut per Tolet. l. 1. c. 39. §. undecima, ubi accuratè explicat hanc materiam.

In casu item praedicto Religiosi Minores Sancti Francisci, si admittunt suos Tertiarios in suis Ecclesiis ad divina officia, ac communicationem incurrunr, Papae reservatam, ante scilicet satisfactionem, sed satisfactio praestita, tunc sunt absolvendi ab Episcopo auctoritate Apostolica a jure delegata ex Clem. cum eo de sent. excomm.

Et licet Lapus in Clem. 1. eod. tit. cum Paulo existimet 17 in tali casu hos Regulares incurere etiam excommunicationem alteram, de qua nu. 13. contra tamen censet Glossa in d. Clem. 1. Laudensis, & Cardinalis n. 6. Quia poenae non sunt multiplicandae, ejusdem praesertim rationis pro eadem causa, sed illa prior censetur in hanc graviorem commutata. Procedit autem haec poena eodem modo, sicut prior, quando est interdictum generale, & servatur ab Ecclesia matrice, ut per Vital. in eadem Clem. 1. n. 10. satisfactio vero fiet Ecclesiae militanti laesae arbitrio Diaecetani ex Vitalino *ibidem* num. 19.

At vero Regulares non teneri in suis Ecclesiis servate interdictum ab Ordinatio positum, dummodo divina peragant, clausis januis, voce submissa, non pulsatis Campanis, & exclusis omnibus, qui causam interdico dederunt, vel nominatim interdici, asserit Collect. privil. Mendic. v. Interdictum 3. ibique Capuc. annot. vers. tertio tempore interdici, ac Rodriq. tom. 2. quest. regul. q. 112. art. 2.

Nec obstat Sacrum Concilium Tridentinum sess. 19. c. 12. de Regular. Non enim revocat privilegia omnibus Regularibus concessa, sed ea tantum, quae a quibusdam Regularibus vigore quorundam specialium privilegiorum praetendebantur habere de nullo modo interdictum servando, inter quos Milites Hierosolymitani, & fratres ministri, ut per eundem Collect. *ibid.* & colligitur ex verbis ejusdem c. 12. quod sicut duas continet partes, duas item distinctiones facit. Ubi enim intendit obligari copulative Regulares omnes, utitur his verbis, Dies etiam festi, quos in Diaecesi servandos idem Episcopus praeeperit, ab exemptis omni-

omnibus, etiam Regularibus serventur. Ubi vero eos non comprehendit, sic ait, Censura, & Interdicta &c. etiam ab Ordinario promulgata, mandante Episcopo, à Regularibus in eorum Ecclesiis publicentur, & serventur. Ex quibus apparet non obligare ad observationem interdici verè exemptos, & cum moderatione privilegatos, sed illos tantum, qui praetendebant omnimodam exemptionem exorbitantem, & contra consuetudinem, ut per Sayrum ex Collect. privil. Mendic. d. v. Interdictum, alioquin distinctior inter primatum, & secundam partem decreti Concilii supervacanea esset.

20 Minus etiam revocantur, nisi illa privilegia, quae Concilio adversantur, Medin. l. 1. instruat. Confess. c. 11. §. 13. Rodriq. in exposit. Bull. Cruc. §. 5. n. 15. & in addit. n. 13. & 35. ac in quest. regular. tom. 2. q. 112. art. 1. Sayr. de censur. l. 5. c. 13. n. 24. & seqq. Mirand. tom. 2. manual. q. 37. art. 12. ac Delacruz. l. 2. c. 7. dub. 2. concl. 2.

21 Quinimo eodem privilegio gaudet Tertiarius, Famulus, Familiars, Domestici, Syndici, Advocati, Procuratores, & Officiales Ordinarii, tum Fratrum, quam Monialium, qui omnes possunt per fratres, quibus inserviunt, admitti ad divina, Rodriq. tom. 9. n. 4. art. 1. & seqq. ac etiam ad Ecclesiasticam sepulturam, Collect. *ibid.* v. Quinto Tertiarii. Idem de laboratoribus, & aliis salario, vel gratis, sive obsequio tantum inserviuntibus, Suarez tom. 4. de relig. tr. 3. l. 9. c. 4. nu. 14. Tambur. de jur. Abb. disp. 6. q. 16. n. 8. Nam familia gaudere privilegio Domini, Zerol. in prax. par. 3. v. Episcopi nu. 24. apud Collect. d. v. Interdictum.

22 Interdictum vero generale quacumque auctoritate positum omnino suspendunt Regulares in festivitibus Paschatis Resurrectionis; Nativitatis, Pentecostes, Assumptionis, nonnullisque aliis solemnitatibus, quin etiam in festis Sanctorum eorum Religionum, ita ut possint pulsatis Campanis, voce alta, aperisque januis, divina facere, ac fidelibus Sacramenta ministrare, non autem interdico causam praetentibus, ipsique nominatim interdici, Henric. in Summ. l. 13. c. 48. Delacruz dub. 1. c. 7. §. dub. 2. concl. 2. Mirand. in man. tom. 2. q. 37. art. 12. Villalob. p. 1. Sum. tr. 20. diff. 6. n. 2. Castropal. de censur. disp. 5. punct. 4. §. 2. Alter. de interd. disp. 1. c. 4. Sanctor. in comm. Stat. Ord. Minor. c. 2. stat. 14. Suarez locis cit. Quibus adhuc diebus possunt Regulares tradere sepulturam in suis Ecclesiis cadavera secularium, Capuc. annot. v. Interdictum 3. vers. & per privilegia, & vers. seqq. ubi cum Corduba concludit, licere Regularibus diebus praefatis tradere Ecclesiasticae sepulturam, adhibitis consuetis solemnitatibus corpora defunctorum, Tambur. de jure Abbat. disp. 16. q. 7. n. 4.

23 Quatenus vero locum adhuc habere Sacrum Concilium Tridentinum, & Constitutionem Gregorii XIII. aliquis dixerit, attamen nova Constitutio Clem. VIII. omnem dubietatem e medio tollit. Ita enim ait, Ut temporibus interdici quacumque etiam Apostolica auctoritate appositi festis Sanctorum Ordinis Sancti Francisci, &c. solemniter celebrentur, perinde ac si interdictum hujusmodi minime appositum esset, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Universalibus, & Provincialibus, Synodalibus Concilio editis generalibus, vel specialibus, necnon omnibus illis, quae in praefatis indultis, & literis Apostolicis concessum est non obstantibus. Datum Tusculi die 17. Octobris anno 1595. Pontificatus nostri anno quarto.

24 An autem hoc privilegium suffragetur aliis Regularibus propter communicationem privilegiorum, affirmativè videtur respondendum. Nam Suarez l. 8. de legib. c. 17. n. 7. Rodriq. quest. regul. 55. art. 20. tom. 1. Portel. in respons. moral. tract. 1. disp. 4. punct. 2. §. 9. n. 5. ac Hieronym. Rodriq. in compend. resol. 65. n. 2. asserunt ad celebrationem festorum locorum habere communicationem privilegiorum. Quod praecipue locum habeat quoad eos Regulares, qui habent praegnantissimam privilegiorum communicationem, gratiarum

concessionum, quae ab Apostolica Sede emanantur ac in futurum emanabunt. Idque extenditur ad Moniales, quae profitentur regulam alicujus Ordinis Religiosorum habentium communicationem privilegiorum. Quamvis etiam sint subiectae Ordinariis, & non Regularibus. Nam juxta earumdem capacitatem gaudent omnibus privilegiis, & facultatibus concessis Regularibus ejusdem Ordinis per ea, quae tradunt Suarez d. l. 8. c. 10. n. 7. Rodriq. quest. regul. 13. art. 22. tom. 2. Bonacin. de legib. q. 3. pun. 7. §. 2. n. 1. Palaus par. 1. oper. moral. tom. 3. disp. 4. pun. 12. n. 1. Tambur. de jur. Abbat. disp. 17. q. 5. tom. 1. & de jur. Abbat. disp. it em. 17. Dum enim regulam talis fundatoris profitentur, habent ipsum pro fundatore, quamquam ab aliis sint instituta.

Et quidem per communicationem privilegia sunt propria Religionis, cui communicantur, tanquam si per se primò essent ipsi concessa. Quia est communicatio absoluta, & perfecta, ita, ut non redundet ex alio in ipsam, ut redundant privilegia Religionis in familiares, mariti in uxorem, sed possunt utri ex propria persona, tanquam si nulli alteri essent concessa. Nam privilegia tali pacto communicata se habent, ut privilegia ad instar, ita ut concedant omnem favorem, & effectum, quem secum habent privilegium alteri concessum, ut docent Bald. in l. omnia. Cod. de Episcop. & Cleric. Navarr. in com. de jubil. votab. 26. n. 22 Mandel. de privil. ad instar. q. 2. n. 9. Rodriq. tom. 2. quest. regul. 58. art. 4. Cordub. in adnot. ad privi. Mendic. art. 2. & privilegiorum communicatio in fine, Suarez d. l. 8. de legib. c. 16. n. 15. Metrol. tom. 3. theolog. moral. disp. 6. c. 4. dub. 1. n. 9.

Hic accidit, quod Leo Decimus voluit omnes quatuor Ordines Mendicantium, nempe Praedicatorum, Minorum, Carmelitarum, & Eremitarum Sancti Augustini esse aequales in privilegiis concessis, & concedendis, ac proinde motu proprio, & ex certa scientia statuit, quod in posterum privilegia alicui Religioni concessa, sint etiam concessa alteri, atque aded instituit communem concessionem aequaliter respectivè hujusmodi Ordines, ut haberetur in Constitutione decima octava ejusdem Pontificis apud Confectionem. Quae quidem Constitutio cum respiciat bonum commune Religionum Mendicantium, & habeat pro fine eas reducere ad aequalitatem quoad participationem gratiarum Sedis Apostolicae, non continet merum privilegium, sed habet vim legis ordinatae ad moderationem communitatis, & ad tollendam illam partialitatem affectus Romanorum Pontificis erga, hanc, vel illam Religionem, & ad inducendam debitam aequalitatem, ut sicut Religiones omnes aequaliter insudant, qualibet juxta propriam regulam pro servitio Ecclesiae, ita etiam aequaliter compotes sint, ac participes concessionum Apostolicarum. Ex quo fit, quod dicta Constitutio habeat locum quoad omnes Religiones, in quibus militat ratio legis, juxta communem doctrinam per Textum in Illud. ff. ad leg. Aquil. §. l. si postulaverit, §. 2. ff. ad leg. Jul. de adul. §. l. a Ticio, ff. de jur. §. l. Illud, Cod. de Sacro sanct. Eccles.

Constatque etiam ex eo, quod per saepe habent Religiones talem communicationem privilegiorum, & talibus verbis conceptam, ut non sit mera communicatio, sed habeat vim novae concessionis singularium privilegiorum in specie. Adest enim clausula, Quae omnia, ac si de verbo ad verbum insererentur pro expressis &c. quae habet vim specialis, & individuae expressionis, ut tradunt Felin. in c. nonnulli in 6. de rescript. Cravett. consil. 127. n. 7. Butt. consil. 2. n. 5. Gemin. consil. 65. n. 22. Castador. dec. 10. n. 3. & decisi. 18. n. 3. ad regul. Cancell. Sarneni. ad eandem regul. quest. 6. in proam. ac Rot. decisi. 466. n. 5. par. 1. recent. ac saepe alibi. Facitque quod omnia habeantur pro expressis, non secus, ac si fuissent expressa de verbo ad verbum, ut dixit Rota decisi. 407. numer. 7. par. 1. recent. alias par. 4. & decisi. 607. num. 2. par. 1. apud Farinac. in postumis.

4

Iacobi Pignatelli

28 Adfunt quoque verba, *Extendimus, ampliamus, concedimus*, quæ important concessionem privilegiorum factam, etiam ipsis. Si quidem extendere, & ampliare importat talem dilationem, quæ res extenta trahatur secundum se, ac per se primo ad illud, ad quod fit extensio, & operatur quod dispositum in uno sit æquè dispositum in alio, ut in *c. fin. in fine, ne Cleric. vel Monach.* Præcipue si adsit etiam verbum *concedimus*. Ex vi etiam ipsius privilegii fortitur eundem prorsus effectum, ac si de novo concederetur, nulla alia præexistente ipsius concessione.

29 Pariter extensio est facta cum clausula, *Plenarij effectus*, & ideo debet sortiri illum eundem effectum, quem sortita est prima concessio. Nam plenarium est illud, cui nulla additio fieri potest, ut notant Bald. *cons. 379. ac Tusch. lit. D. conclus. 330. n. 1.* Non esset autem cum plenarij effectus, si haberet aliquid minùs quam habeat in sua concessione.

30 Ac præterim si apposita sit etiam clausula, *Æquè principaliter, ac pariformiter, perinde ac si, &c.* Ea enim constituuntur Regulares, ut principales, participes privilegiorum. Dictio namque, *Æquè* in totum, ac omninò parificat tam quoad qualitatem, & substantiam, quàm quoad effectum, *l. Invidius in fin. ff. de fideic. liber. §. 1. Interdum, ff. de hered. instit. §. l. Legata inuiciliter in fine, ff. de leg. 1. & notant Corn. consil. 75. n. 24. & consil. 240. n. 4. vol. 1. Alexand. consil. 170. vol. 5. Gomez. in §. *Æquè* in 8. *Instit. de arb. ac Cened. singul. 77. n. 1.**

31 Idemque operatur dictio *Perinde at.* Quia ponit identitatem totalem, atque omnimodam ita, ut quod statuitur circa unum, sit etiam statutum eodem modo circa aliud, ut docent Bald. in *l. Sed si lege, §. Perinde, ff. de pet. hered. Felin. in rubr. de probat. Arcelin. in l. r. m. ff. de acquir. possess.* Ac proinde facit, quod concessio ita amplietur, ac si esset una, & eadem facta pluribus Religionibus in earum primordio.

32 At ego cenſeo, huiusmodi privilegium non suffragari alijs Regularibus virtute communicationis privilegiorum. Nam interdicti appositio, ejusque sublatio est jus Ordinatorum in signum subjectionis Populorum, & ut ipsi possint proprias Oves, etiam per censuras ad sibi obediendum cogere. Unde in *dict. c. Episcoporum de privileg. in 6.* imponuntur pœnæ contra Regulares, qui interdictum non servare præsumperint, ut hoc jus Ordinaris præſervetur. Ex quo fit, quod privilegium non observandi interdictum sit speculii nota dignum, tanquam illud, quod tangit ea quæ sunt reservata Episcopis in signum superioritatis ipsorum, & quæ solent excipi in concessione aliorum privilegiorum. Privilegia autem, quæ sunt speciali nota digna non veniunt sub generali communicatione privilegiorum, argum. ex §. *sed & quid Justitiae. de jur. natur. gent. & civil. §. l. i. ff. de Constit. Princip. & observant Jas. in l. 1. n. 21. ff. de legat. 1. Nat. consil. 4. n. 6. Bur. consil. 19. n. 9. Riminald. jun. consil. 46. n. 100. Rota decis. 54. n. 14. part. divers. & decis. 214. n. 5. par. 2. recent. ac decis. 4. n. 1. par. 4. & coram Burat. decis. 704. n. 13. & coram Merlino decis. 855. n. 6.*

33 Et ex eo etiam, quod hoc jus sit reservatum Episcopis, fit, quod privilegium contra tale jus sit ex illis, quæ difficile, ac rarò conceduntur. Privilegia autem, quæ rarò, & cum difficultate conceduntur, non veniunt sub generali communicatione, ut tradunt communiter Doctores, nominatim Soccin. in *l. 1. n. 3. ff. de legat. 1. ibique Jas. n. 22. Ripa n. 9. Alchiar. n. 4. & prosequuntur Navarr. consil. 13. n. 4. de privileg. Rot. in *Cantuariensi nullius jurisdictionis 15. Januarii 1577.* coram Cantuccio, & decis. 214. n. 5. par. 2. recent. & decis. 40. n. 1. par. 4. & coram Pegna decis. 190. n. 12.*

34 Quinimò ex eo, quod huiusmodi privilegium sit præjudiciale jurisdictioni Episcoporum, dum quod est est ipsis reservatum in signum propriæ jurisdictionis, facit etiam alijs commune. Ideoque hoc privilegium

non potest alijs particeps fieri, nisi in specie, aut concedatur, aut communicetur juxta communem doctrinam, quam perpetuò sequitur Rota, præsertim in *Valentina Sacmarum 28. Decembris 1603.* coram Lencelorto, & in *Tolletana decimarum 6. Decembris 1605.* coram Justo, & in *Mediolanensi decimarum 10. Aprilis 1606.* coram Coccino, & in *Vallfoletana Quarta funeralis 19. Aprilis 1606.* coram eisdem Justo, & coram Cavalerio decis. 101. n. 3. passimque alibi.

Quod verò ad *dict. c. 12. sess. 25. de regular.* cum Doctor Navarrus, ut alibi dixi, edicturus suum Manuale Confessorum consuluisset Sacram Congregationem, an privilegia Regularium, quibus conceditur eis facultas celebrandi divina in diebus Sanctorum suorum Ordinum, & aliquot alijs tempore interdicti, januis clausis, &c. sint sublata per hoc decretum, & per *cap. 22. de Regular. in fine.* dixit Sacra Congregatio, posse responderi, privilegia concessa Regularibus exerceri tempore interdicti cum moderatione, non cessari sublata à Concilio, sive illa moderatio sit secundum terminos *c. fin. de sentent. excommunic. in 6.* sive amplior, dum non eludant substantiam interdicti. Quia tamen unius Cardinalis dissentit propter Sancti Antonini auctoritatem, qui in *3. par. tit. 26. c. 5. §. 1.* tradit, sublatis privilegijs, videri etiam sublata ea, quæ cernunt moderationem, Sacra Congregatio denòd, considerato loco Sancti Antonini, & via informatione Navarræ, censuit, privilegia Regularium eatenus esse in terminis hujus decreti sublata à Concilio *dict. c. 12.* quatenus continentur in jure communi, quod Concilium præcessit, nempe *de c. fin. de sentent. excommunic. & Clam. 1. eodem titul.*

Ceterùm interdictum nullo modo sustinetur ex defectu causæ, ut si esset appositum propter homicidium in personas particulares, etiam Clericorum, patratum à paucis personis particularibus. Quia cum interdictum sit saltem extensivè, gravior pœna excommunicatione, ad illud validè apponendum requiritur causa gravissima, alioquin contemneretur, quod esse debet nervum Ecclesiasticæ disciplinae, Sayr. *l. 5. c. 1. n. ac seqq.* Nec etiam culpa gravissima quarundam personarum particularium tantum potest esse causa sufficiens interdicti, Jo. Monach. in *c. 1. de usur. in 6.* Henring. in *c. in quibusdam de pan. & alii, quos congerit Sayr. loc. cit.*

Ut enim interdicti possit Universitas, requiritur delictum in Principe, vel in alio habente jurisdictionem temporalem, *c. non est vobis de sponsal. &c. sanè.* ubi Felin. *de offic. deleg.* Vel in magna parte populi, Sayr. *ibidem. n. 8. & 11.* Ut autem delictum personæ private possit esse causa sufficiens interdicti generalis, requiritur quod idem delictum redundet in Principem, vel Officiales locorum, tuncque dicitur redundare in personas, quando requisiti de expulſione delinquentium, illos eicere è Civitate neglexerint, Sayr. *ibidem. numer. 12.* Secus autem si homicidia, vel alia delicta evenierint occasione bellicæ commotionis, quam non poterint sedare Princeps, neque officiales. Quo in casu tutius est recurrere ad orationem publicam, Sacramentorum frequentiam, supplicationes, aliaque huiusmodi, quæ iram Dei placant, & animos hominum emolliunt, quibus omninò adversatur interdictum, quod minuit divinum cultum, ac devotionem, estque occasio relaxationis in Clericis, quid idcirco pigiores fiunt in exercitatione divinarum rerum, ut ait Pontifex in *d. c. Alma mater de sent. excommunic. in 6.*

CONSULTATIO II.

An, & quatenus liceat Regularibus habere fenestras prospectantes in viam publicam?

Non licet, nisi tantum ad lumen. Ita statuit Clemens Octavus Constitutione sua sub anno millesimo sexcentesimo primo *tom. 4. Bullarij* per hæc verba,

*verba, Conventui fenestra omnes, quæ in vias publicas, aut in vicinas laicorum adeo prospectant, nullo ita obstructantur, ut omninò is prospectus impediatur. Et in alia sua Constitutione sub anno millesimo sexcentesimo quarto §. 60. hunc in modum, Decretum Sanctissimi Domini Nostri de fenestris, quæ in vias publicas, aut in vicinas laicorum adeo prospectant, nullo obstructantur, quamprimum executioni mandatur. Et si lux aliunde non possit, &c. saltem ita obstructantur, sive fixæ aptentur, ut nulla ratione fratres à vicinis videri queant. Idem statuit Urbanus Octavus die 30. Junii 1625. apud Lezanam in *Summ. quest. regul. tom. 4. vers. Monasterium n. 17.* his verbis, *Item nec fenestras in viam publicam prospectantes efficere possint, nisi ad lumen tantum, nullo astere modo ad prospectum.**

Ad id adduci possunt Sacre Scripturæ sententiæ, quibus habetur mortem intrare per fenestras, & per oculos animas deprædari. Quare Job 31. factus inquit cum oculis suis, ne de Virgine cogitaret. Sanctus Hugo Episcopus annis quinquaginta mulierem non aspexit, *quid in ejus vita.* Quod David non observans, ideo adulterium, ac homicidium Uriæ patravit *2. Reg. 6. 11.*

Quare contra Regulares id non observantes, potest ad instantiam Partis res hujusmodi committi locorum Ordinarijs, coram quibus, processu instructo, reque comprobata, mandari debet sub pœna interdicti executionis dictarum Constitutionum, non obstante quacunque inhibitione Auditoris Camerae, cum agatur de morum correctione, ac de scandalis evitandis.

CONSULTATIO III.

An uxor, quæ obtinuit ab Ordinario sua sententiam separationis thori, ac restitutionis suæ dotis ob adulterium sui viri, qui dictam sententiam accepit, possit ingredi Monasterium Monialisum, & in eo professionem emittere absque eo, quod ejus vir assumat alium statum?

Affirmo. Nam in hunc casum concurrere videntur omnia requisiti pro licentia necessaria, nempe adulterium notorium ex parte viri, quod probatur ex ejus confessione in judicio super separatione thori, quæ probat adulterium ad effectum separationis, ut per Ricc. in *praxi decis. 238. num. 2.* probatur item ex confessione adulteræ, ex depositione Testium, qui rectè probant, & coadiuvant probationem factam super adulterio, qui deponunt de certa scientia, ac de publica voce, & fama. Imò sola confessio judicialis viri sufficit ad probandum adulterium, per Text. in *c. unie. de adulter. ibique Gloss. vers. confessionem,* alique adducti à Sanchez de *matrim. l. 10. disp. 12. num. 49.* Farinac. de *delict. carn. quest. 143. num. 13.* Guttier. item de *matrim. c. 129. num. 10.* & firmavit Rota in *Romana separationis coram Pegna decis. 193. num. 1. ac seqq.*

Ex hoc autem adulterio adulter omne jus conjugale remittit, & libera remanet uxor innocens ab obsequijs maritalibus, & consequenter ab obstaculo ingressus in Religionem, etiam invito ejus viro, *c. Constitutus, c. veniens de conxor. conjug. & can. Agathosa 27. d. 2.* & tradunt Innoc. in *d. c. Constitutus,* ubi ait, licetè potuisse Ordines Sacros suscipere, ac Monasterium ingredi, cum uxor commiserit adulterium, Ostiens. *ibidem num. 1.* & in *d. c. veniens in 8.* ubi sequitur Io. Andr. *num. 3.* qui ait, Maritus adulteræ, ipsa invita, potest fieri monachus. Nam jura, quæ videntur adversari, ut *c. cum sis pradielus, de conxor. conjug.* aliaque huiusmodi loquuntur de voluntariè voventibus, & quando in pœnam alter non privatur jure suo, ut per Panorm. in *d. c. Constitutus n. 4. ac 5. Sylvest. in Summ. v. divorcium n. 76.* Navarr. *consil. 7. tit. de conxor. conjug.* Guttier. *can. quest. l. 1. c. 25. & seqq.* Sanchez *dict. l. 10. disp. 10. n. 15. ac disp. 11. n. 2. ac seqq.* ubi asserit in id omnes convenire, ac prosequitur Gratian. *discept. 102. n. 24. & seqq.* plureque ex iis loquentur, sive adulterium commissum fuerit à viro, sive ab uxore.

Tom. X.

Etenim adulterium sufficit pro separatione thori, *can. dicit Dominus 32. quest. 1. Gloss. in c. 1. n. 2. violata in fin. de adult.* Rot. in *Bisuntina separationis thori 11. Februarii 1598.* coram Justo, & in *Romana separationis thori 8. Martii 1603.* coram Pegna, Sanchez *dict. l. 10. disp. 11. n. 1. & seqq.* alique innumeris.

Concurrunt sententia super separatione thori, prævio etiam consensu ejusdem viri promulgata, in qua ingrediendi Monasterium conceditur licentia, cumque innitatur consensu mariti, est omninò executioni demandanda ex pluribus allegatis à Gratiano *discept. 959. num. 7.*

Facitque ad rem, quod sententia fuit à viro accepta, & cum auctoritate Ordinarij executioni demandata quoad restitutionem dotis, & quoad alimenta. Unde executionis incepta, terminari debet, nisi superveniat causa urgentissima, quæ in hoc casu desideratur.

Neque obstare videtur, quod hæc licentia non sit concedenda uxori, nisi ejus vir murer statum ex *c. sanè c. cum sit, c. significavit de conxor. conjug.* Nam ista, & similia procedunt, quando res est integra, ut si matrimonium non fuisset separatum ex causa legitima.

Ex enim casu non potest deveniri ad separationem thori, nisi coniuges mutent statum, secus autem, quando alter ex conjugibus patravit adulterium notorium, & scandalum, ac deuper emanaverit sententia definitiva ex parte executionis demandata. Hoc enim casu uxor innocens ob adulterium sui viri remanet libera, ut dixi, à debito conjugali, potestque absque eo, quod maritus adulter motus statum, ingredi Religionem, ut cavetur in *dict. c. Constitutus, & c. veniens, & d. can. Agathosa,* alias esset in potestate adulteri revocate, ac suspendere effectum separationis, & ex pœna adulterii consequi favorem in odium innocentis, cumque ipse præstitit consensum separationi, & acceptaverit sententiam, eamque ex parte executionis fuerit, videtur renunciasse suo favori, ac reconciliationi ex traditis à Sanch. *d. l. 10. disp. 10. num. 15.*

Quæ omnia facilius admittenda sunt, si vir esset saltem annorum sexaginta, ita ut ratione aperit, ac etiam imbecillis constitutionis corporis cessaret suspicio, sive periculum incontinentiæ, quo in casu asserunt Doctores ferè omnes in *d. cap. cum sis pradielus,* quod uxor possit ingredi Monasterium, ibique professionem emittere, viro remanente in seculo, & posita separatione thori possit uxor id etiam facere sine ejus consensu, ut tradunt Doctores in *d. c. cum sis pradielus,* & præ cæteris Ancharanus, & Zabarella.

Minùs obstat, si dicatur posse dubitari de suspicione incontinentiæ viri, non obstante dicta ætate. At cum concurrat ætas, imbecillitas corporis, ejusque mala constitutio, poterit super hoc fides adhiberi Ordinario. Necesse enim est dari casum, in quo locum habeat Textus *dict. c. cum sis pradielus,* ex ratione in eo expressa, *ubi esset suspicio incontinentiæ.* Cumque id consistat in factis ex ætate, & qualitate subjecti, poterit profectò super hoc haberi veritas, cum aliter nunquam haberet locum ejusdem Textus dispositio.

Pariter non obstat, quod sententia separationis ferri poterit, data opera utriusque conjugis. Nam hoc esset in fraudem legis, ideoque non esse præsumendum, sed præsumitur pro justitia sententiæ. An autem sententia sit justa, poterit ordinarius processum transmittere. Data enim justitia sententiæ, res caret difficultate ex capite separationis.

Nec similiter obstat, quod stante separatione, possint conjuges redire in gratiam, & amoris reconciliationem mutuo consensu. Id equidem admittitur, sed necesse est etiam admitti, quod non possunt ad id cogi. Necesse est etiam admitti, quod stante dicta separatione, potest uxor ingredi Monasterium, ibique professionem emittere, ut docent iidem Doctores, atque adeò quod possint agere utrumque.

11 Et quamvis citati Doctores loquantur in casu; in quo fit sequuta separatio ex causa adulterii, tamen hæc causa non potest esse, loquendo in genere tantum ex parte uxoris, sed etiam ex parte viri, qui tribus modis committere potest adulterium. Primum quando habet carnalem cum nupta. Deinde si vir conjugatus cognoscit mulierem solutam. Postremò si vir solutus cognoscit mulierem nuptam, ut per Clar. in §. adulterium num. 2. Doctores autem superius adducti loquuntur de separatione sive causa procedat ex parte uxoris, sive ex parte viri. In hoc autem casu potest esse, quod concurrat ex parte viri aliquod ex prædictis adulteris, cum fuerit condemnatus in dicta sententia ad dotis restitutionem; quandoquidem sola confessione viri probatur adulterium ad effectum separationis, ut per Glossam magistralem in v. vel nisi can. 1. 32. q. 1. c. ex literis, ibique Gloss. vers. quarit de divor. c. intelleximus, ibique Abbas num. 3. §. 4. Covar. p. 2. c. 7. §. 5. num. 12. Natt. conf. 24. num. 1. Rota par. 4. divers. decis. 751. aliique.

12 Probatur item adulterium ex sententia, ut per d. Gloss. in allegato ean. 1. v. nisi ipsa convicta sit per sententiam, Gloss. in c. fin. de adult. Natt. conf. 116. l. 1. & Gratian. disceptat. 102. num. 25.

13 Nec obstat, quod in sententia non comprobatur adulterium, sed tantum declaratur esse locum separationi, ac licere uxori seorsum vivere à suo viro. Quia cum sententia emanaverit in executionem probationum, & idèd subsequitur acta, & probationes factas; nam sententia habet relationem ad acta, & ab illis recipit interpretationem, cumque probationes factæ probent adulterium, utique sententia dicitur comprobare adulterium, alioquin sententia nullam subsistentiam haberet, neque justificationem, essetque diversa ab actis, & à probationibus contra omnem regulam. Quod nullatenus videretur dicendum.

14 Idque adverte, quod adulterium est difficilis probationis, idèdque leviores probationes admittuntur, factique sunt testes singulares, ut per Mascard. conclus. 59. §. 65. & familiares Alexand. conf. 77. in fine l. 4. ibique alii, ac socius criminis, Castr. conf. 346. l. 1. Quod si agatur de adulterio continuo viri nobilis, vel magnatis reputatur publicum, & notorium.

CONSULTATIO IV.

De variis suspitionibus, ex quibus Episcopus censetur inimicus sue Civitatis, quodque idèd recusari possit.

1 Et quidem ex eo, quod Episcopus more majorum certiore non reddiderit Civitatem de sua promotione ad Episcopatum, quinimò salutaris ab ea per literas congratulationis, noluerit ei salutationem reddere, illamque ingressus non admisit Syndicum, vel Magistratum ad solita obsequia exhibendum, utriusque declaravit se Civitatis inimicum ex Grat. discept. 284. num. 26. Guazzin. defens. 1. c. 21. num. 37. Farinac. in fragm. p. 2. v. Index num. 821. Baron. de effect. inimic. in prealud. num. 112. Giurb. conf. 38. num. 20. ac Rota decis. 643. p. 2. rec. num. 1. Atenta præcipue causa inimicitie præcedente, Mascard. de probat. l. 2. conclus. 857. Crescent. decis. 3. alias 271. n. 2. §. 5. sub tit. de testib. Farinac. q. 53. n. 1. §. 27. ac minis contra eandem Civitatem prolatis de se vindicando in omni occasione, Farinac. in fragm. num. 870. p. 2. & Guazzin. loc. cit. num. 36. Ideoque iustè illum poterit Civitas recusare, ac jurare suspectum, proponendo formiter capita suspitionum in petitione arbitrorum, & appellatione ab ulterioribus, ut aliàs servatum refert Rota coram Merlino decis. 562. num. 1.

2 Nam etiam Episcopus, & Archiepiscopus recusari potest, ut per Farinac. in fragm. p. 2. d. v. Index n. 750. Guaz. defens. 1. c. 19. num. 22. Giurb. obser. 68. n. 17. Merlin. loc. cit. n. 15. ac seqq. Et quia suspicio provenit ex capite inimicitie credi debet, quod minus sit exequutus. Constat enim ex Tullio l. 4. Tusc. quæst. Inimicitiam

iram esse ulciscendi, tempus observans. Quod profertur Lucas de Penna in l. unica, Cod. si propter inimicitiam elect. fact. sit l. 10. & alii apud Baton, loco alleg. n. 3.

Ex eo etiam, quod Episcopus præceperit Concinatori Cathedralis, ne in concione tribuat Civitati titulum Illustrissimæ ab immemorabili tempore ei tributum, & ab Antecessoribus Episcopis, ipsisque presentibus permissum, omnique jure debitum ob Vitos Principes, Marchiones, Barones, ex quibus Civitas constat. Quare honorandi sunt hoc titulo, ut per Cassan. in Catal. glor. mund. par. 8. confid. 6. §. 15.

3 Si Episcopus emiserit decretum de dote Monialium investienda periculo dotantium. Id enim non solum repugnat antiquæ, & immemorabili observationi, sed rationi, & æquitati adèd, ut attribui non possit, nisi suspitioni, & inimicitie. Siquidem præcipit solvi dotes in pecunia numerata, illamque esse prius investiendam, suspensa interim professione, donec investitur. Quod si dos assignetur in bonis stabilibus, atque adèd investitur, rejicit admissionem, & jubet investimentum fieri periculo dotantium. Hoc enim injustum est. Nam dos, aut solvenda est in pecunia numerata, ut declaratum refert à Sac. Congregatione Aldanus in compend. Canon. resol. tit. 10. nu. 2. & solutione, sive de positione pecunie debitæ obligatio debet extingui, nec de faciendò investimentum suo periculo debent obligari dotantes; ex adductis ab Aldano d. tit. 10. num. 23. ubi quod debet fieri depositum dotis, sive elemosinæ pro puella Monachanda solvendum ad omne mandatum Monialium. Facto igitur deposito, liberari debent dotantes.

4 Aut Monasterium præterdit pecuniam investitam, & recusare non debet bona stabilia. Quia tunc dos traditur investita.

5 Etenim dotes Monialium acceptari debent in pecunia, quemadmodum tradit Tambur. de jur. Abbat. disp. 5. q. 7. n. 7. qui q. 2. num. 4. ait, in constituenda dote attendendam esse locorum consuetudinem, & professionem faciendam tempore statuto à Conc. Trid. sess. 25. de Regular. §. Monial. c. 15. absque eo, quod expectentur investimenta dotium, quæ dantur in pecunia, cum professio retardari nequeat, nisi iusta de causa, ut si dos esset incompetens, si Monialis non esset benè instituta, & ex aliis hujusmodi, ut per Lezanam in Summ. quæst. regular. c. 24. n. 41.

6 Ex his, aliisque suspitionum capiribus resultare videtur inimicitia inter Episcopum, & Civitatem. Competa autem inimicitia inter Pastorem, & Oves, custodia non est severa, ut probat textus in can. quod suspecti 3. q. 5. Pontanell. decis. 1. n. 1. §. seqq. Guazzin. defens. 1. c. 19. n. 1. §. seqq. & observat. 95. n. 6. ex Baron. de effect. inimic. effect. 38. n. 3. ubi quod inimicitia est iusta causa extrahendi subditum à jurisdictione inimici, & tradit Capoblan. de auctor. Baron. c. 13. n. 12. ab fusius Giurb. conf. 66. n. 28.

CONSULTATIO V.

An sit valida consuetudo, etiam immemorabilis, qua deputati seculares Civitates ingrediuntur Monasterium Monialium sine licentia Episcopi, præsertim associandi Medicos, Chirurgo, aliisque ingredientes Monasterium?

7 Affirmandum videtur. Cum enim Civitas ab immemorabili, & à fundatione Monasterii consueverit in electione Magistratus deputatos hujusmodi eligere, si modò prohiberentur Monasterium ingredi, scandalum profectò oriretur. Unde cum id appareat injustum ex eo solum quòd contra observationem immemorabilem innovetur ex Rota decis. 150. n. 4. p. 5. recent. tom. 2. Giurb. obser. 71. n. 2. ac de Marin. l. 2. var. c. 13. & per omnes Episcopos antecessores hujusmodi associatio fuerit laudata, mani, esse ostenditur, id ex odio procedere, non autem ex zelo clausuræ Monialium.

Accedit,

2 Accedit, quod hæc observatio immutari non potest, etiam si jus ei resisteret. Nam censetur concessa ex privilegio speciali, ad quod probandum non est aliud necessarium, quàm allegare ipsam immemorabilem, ut docent de Marinis, & alii superius adducti. Eòque magis sustinenda est, dum salutaris comprobatur, ac principis juris, & rationis convenit. Etenim Medicus, & Chirurgus ingredienti Monasterium necessitatis causa, debent associari à duobus sociis ex familia Monasterii, qui à Medico, vel Chirurgo non separentur, ut asserunt Campanil. in divers. jur. canon. rubr. 12. cap. 16. num. 27. Miranda de Sac. Monial. quæst. 2. art. 7. conclus. univ. vers. quintus casus, Barbol. alleg. 102. nu. 52. §. seqq. & in Concil. Trident. cap. 5. sess. 25. n. 94. Thomas Delbene de immn. Eccles. tom. 2. cap. 19. dub. 40. n. 9. qui vult in associatione harum personarum observari consuetudinem, & statum Monasterii. Et quod licentia Medicis, & Chirurgis de trimestri in trimestrem renovari debeat ab Episcopo, ut declaravit Sacra Congregatio super Regularibus in Camertina 27. Martii 1588. & refert Seleh. in select. canon. cap. 18. n. 28. ac Delbene dist. cap. 19. dub. 4. n. 10. Additque idem Delbene, associationem hujusmodi fieri debere non solum per religiosos viros, sed etiam per seculares, Religiosos motibus, & christiana pietate conspiciuos. Idemque habet Tambur. de jur. Abbatissar. disp. 24. q. 10. n. 4.

3 Et quamvis ex recentioribus Sacre Congregationis decretis associari debeat Medicus, & Chirurgus à duobus Monialibus ad id deputatis, huic tamen immemorabili, & salubri observationi non censetur derogatum, ut per Gabr. de claus. concl. 3. nu. 42. Rot. decis. 614. num. 1. par. 2. recent. §. decis. 462. num. 3. part. 4. divers. Eòque potissimum, quia Sacra Congregatio super Regularibus tota quidem intenta est ad evitanda scandala, cumque ex antiquissima ista observatione nullum scandalum intercesserit, approbari debet, quia finis, & intentio legis per eam obrinetur. Hinc Sacra Congregatio super Episcopis, & Regularibus scripsit Episcopo Venetino, Regni Neapolitani Visitationi Apostolico, ne super hac re innovaret.

4 At nihilominus negativè respondendum est. Id enim prohibet Sacrum Concilium Tridentinum cap. 5. sess. 25. de regul. Constitutio Gregorii Decimertii, quæ incipit, Ubi gratis, edita anno millesimo quingentesimo septuagesimo quinto Idibus Julii, & firmant Rodriq. tom. 1. quæst. regul. 47. art. 1. Barbol. in collect. ad d. locum Concilii n. 8. §. de potestat. Episcop. par. 3. allegat. 102. num. 52. Novar. in Summ. Bullar. ad Bullam Pauli Quinti n. 2. §. seqq. Diana in Summ. v. Ingredi Monasterium, ubi in specie de Medico qui debet ingredi solus absolute practico famulo, vel alia persona, Ventrigl. in prax. par. 1. de clausur. Monial. annotat. 5. omnesque communiter. Et quod hæc associatio solum fieri debeat cum tribus, aut quatuor Monialibus antiquioribus, ait Rodriq. loc. cit. art. 4. Barbol. dist. alleg. 102. n. 52. Campanil. in divers. jur. canon. rubr. 11. cap. 16. n. 17. qui adducunt Constitutionem Sixti Quarti revocatoriam Constitutionis Urbani Quarti, quæ permittebat associationem cum duobus de familia Monasterii.

5 Quod verò ad consuetudinem satis est respondere; illam esse contra dispositionem S. Conc. Trid. adversus quam si non valet privilegium Apostolicum, in quo expressè non derogetur dispositioni Concilii, multò minus valebit consuetudo; quæ non habet consensum Summi Pontificis, ut per Fagnan. in par. 1. Decretal. cap. quando de consuet. num. 42. §. seqq. & in lib. 2. cap. si quis de foro compet. n. 65. ac seqq. Sicut nec quidem adversus Constitutiones Apostolicas, quæ continent decretum irritans, ut est Constitutio Gregorii Decimertii, quod inficit possessionem, ac imponit ipso facto penam excommunicationis, Fagnan. in 2. decretal. cap. cum venissent de judic. numer. 60. Diana par. 1. tr. 1. resol. 29. Sperell. tom. 2. decis. 97.

Tom. X.

num. 34. Quinimò hæc consuetudo extirpari debet, tantumquam illicita, & perniciose corruptela nutritiva peccati, ut per Doctores in c. consuetudo de consuet. & in cap. quisquis de elect. ac utrobique Fagnanus. Quare tenendum est, quod volentes ingredi Monasteria ex aliqua causa, quantumlibet necessaria, debent licentiam ab Episcopo petere, qui illam in casibus necessariis concedere debet.

CONSULTATIO VI.

Cumam debeatur præcedenti ratione antianitatis, Monialine, quæ professionem prius emisisset, non completò anno probationis ex dispensatione Summi Pontificis, an Moniali postea professa, ex quo ipsa naturaliter annum probationis antea compleverit?

8 Respondendum, eique deneganda non est mantentio, si docuerit de sua quasi possessione anteriori in stallo, & capitulo, accedente præcipue consuetudine, quod prima professa præcedat, quæ in hoc attenditur, etiam si in contrarium jus alisteret, Rotæ apud Polt. de mantent. decis. 299. num. 1. §. seqq. ac decis. 372. n. 3. in fin. par. 3. rec.

9 Quoniam antianitas incipit à die solemnis professionis tam inspecta consuetudine Monasterii, quæ sola sufficit, Rota decis. 214. num. 4. §. 24. tom. 2. part. 4. recent. quàm dispositione juris communis. Barrot. decis. 868. num. 2. Nam ante emissionem professionem Novitia non efficitur filia Monasterii, neque est de corpore Monasterii, cap. porrectum de regul. r. Barrot. & alii in auth. si qua mulier, ubi Jas. num. 59. Cod. de Sacrosanct. Eccles. Honded. conf. 94. n. 5. lib. 1. Coccin. jun. conf. 48. n. 21. lib. 4. ac proinde cum hæc Monialis fuerit prius effecta filia, quàm alia, & quidem legitime, cum inter habilem ex dispensatione, & habilem naturaliter nulla admittitur differentia, Orthobon. decis. 187. n. 12. naturæ, ac rationi consonum non videtur, quod secundò genita præcedat.

10 Neque ad hunc effectum suffragatur anterior Novitatus. Quia professio non potest retrahi alii ad tempus ingressus, quo talis professio erat prohibita juxta ea, quæ adnotat Gloss. in l. talis scriptura §. fin. ff. de legat. 1. & in terminis Paul. de Castr. conf. 432. n. lib. 1. ubi ad rem plura, & legem non fingere, nec retrahere ad id, quod esset contra jus de veriori sententia testatur Lamberteng. de contract. gloss. 2. n. 67. Gregorius Decimus quintus dec. 227. n. 4. Rota dec. 175. n. 1. par. 2. recent.

11 Hinc non obstat regula de jure quæsto non tollendo.

12 Quippè cum novitia nullum habeat jus in re radicatam, minusque ad rem, sed conditionale dumtaxat, & casuale, quia potest antè professionem egredi è Monasterio, mortem obire, à Monialibus non recipi, nec statim completo novitiatu ad professionem admitti. Jus autem casuale cadere non potest sub regula de jure quæsto, cum conditio nihil ponat in esse, donec purificata non fuerit, & habenda est interim, ac si non esset juxta regulam, de qua in l. cedere diem, ff. de verbor. signific. Quodque hoc sit jus tantum conditionale est, textus in cap. super eo, cap. significatum, cap. statim de regular. in 6. & tradunt Dec. in auth. ingressi n. 4. C. de Sacros. Eccles. & Sanchez in decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 39. n. 20. §. tom. 2. lib. 6. cap. 10. n. 21.

13 Et in specie quod regula de jure quæsto præservet jus in re, & saltem jus ad rem proximum, licet in hoc sit controversia, & Rota senserit contrarium apud Caputaq. decis. 337. num. 4. §. 6. part. 1. recent. ac decis. 174. num. 8. eadem part. 1. ubi de jure tantum pleno, & judicato, prout loquitur regula de jure quæsto, seu nunquam conditionale, asserunt Cassador. super regula decis. 24. Gomei super eadem regula quæst. 1. post. n. 53. Rot. coram Mant. decis. 30. n. 8. Achill. decis. 4. de præbend. nu. 17. in fine, & pro regula generali firmavit Rotà dec. 730. n. 4. part. 3. recent. Sicuti dicimus in fortioribus

A 4

Sicuti

Sicuti dicimus in fortioribus, quod in materia juris-
patronatus presentatus ante acceptationem nullum ha-
beat jus, neque impetrans beneficium tenetur id ex-
primere tanquam non considerabile, ut per Mohed.
decis. 1. §. 39. de prebend. ac Seraph. decis. 1091. n. 2.

Minus obstat potest, si dicatur, quod gratia
fuerit subreptitia. Nam hæc obiectio influeret etiam in
nullitatem professionis. Cum autem professio fuerit le-
gitimè emissa, prævia verificatione Brevis super dis-
pensatione, Ordinario directi cum clausula solita *si
tibi consuleris*, per quam Ordinarius non potuisset pro-
cedere, nisi præmissa extra judiciali informatione ver-
ritatis causæ, idem pro Judice semper præsumitur, In-
noc. in c. quoniam de probat. Buratt. *decis. 622. num.
2.* & satis est, si Ordinarius dixisset, quod in reliquis
adimpleta sunt alia requisita necessaria. Quæ attestatio
indirectè importat causæ cognitionem, ut in spe-
cie Rota *decis. 103. n. 5. part. 3. recent.* In his enim rebus non
fit processus, sed præcedit extra judicialis informatio,
quæ de jure sufficiens reputatur, etiam ubi requiritur
cognitio causæ, Rota *decis. 345. n. 4. part. 4. recent.*

CONSULTATIO VII.

Pius Testator Antonius ita disposuit. *Item volens in-
super D. Testator, & mandans quod si dictum Monasterium
non construarur in dictis domibus Sancti Petri, construarur
in domibus ipsius Testatoris, & habeat, & habere debeat bo-
na omnia ipsius Testatoris, demptis legatis infra scriptis post
mortem tamen D. Cesaris hæredis infra scripti, voluit, &
mandavit, quod infra scriptus Cesar, ejus filius, & qui ab eo
fuerit constitutus perpetuo semper, & futuris temporibus ha-
beat, & habeant jus eligendi unam monialem, & constituendi
in dicto Monasterio pauperem, & honesta vitam, que admitta-
tur, & de ipsa facta nominatione, & electione censetur ad-
missa in Monasterio Monialium, & Moniales teneantur re-
cipere sine aliqua dote, aliis Monasterium in casu non parti-
tionis dicta ejus voluntati, cadat à legatis prædictis.*

Idem Cesar heres in Codicillis factis disposuit, quod electio,
& jus post suam mortem eligendi unam Monialem in M. na-
sterio supra dicto juxta tenorem Testamenti Antonii quando-
cumque succederet mors, sive casus Monialis, competat, Fran-
cisco, & ejus hæredibus, & successoribus substitutis ab eo in
insinuum.

Dubitarur modo, an ex eo, quod idem Cesar anno subse-
quenti donaverit præfato Monasterio omnia, & quacun-
que bona stabilia (sunt verba donationis) ipsius Domini Donatoris
ubicunque sita & existentia, reservato sibi usufructu, & ad-
dito post multa, etiam usufructus, eo mortuo iret ad
Monasterium unam cum prædictis bonis stabilibus, ut supra do-
natis, ac juribus, nominibus, ut supra donatis, ac juribus, no-
minibus, & actionibus quibuscumque ipsius Domini Donatoris.

Dubitarur inquam, an ex hac donatione bonorum pro-
priorum Cesaris sit revocata nominatio antecederet facta in
Codicillis de personis Francisci, ac ejus descendens.

Affirmativè videtur respondendum. Nam cum
dictus Cesar institutus hæres universalis hebeat
ex prælegato jus nominandi, ac eligendi Monialem in
Monasterio, quod supra dictum Testator ex suis bonis
construi jussit, sequitur, quod fuerit hujusmodi jus
effectum proprium, ac liberum ejusdem Cesaris, trans-
missibile ad quoscunque, nec retinuerit amplius qua-
litate Testatoris juxta receptissimam conclusionem,
quod statim ac aditur hæreditas, bona omnia, &
jura defuncti, efficiuntur propria hæredis, & amittunt
penitus pristinam naturam, consideranturque quoad
transmissibilitatem, uti propria, nullo habito respectu
ad illorum acquisitionis originem, ut probant Fab. de
Anna *conf. 45. num. 73.* Coen. *conf. 97. num. 9. l. 1. &
conf. 305. num. 6. l. 4.* Laderch. *conf. 37. num. 8.* Eugen. *conf.
83. nu. 31. l. 1.* ac Rota *decis. 321. nu. 17. par. 5. recent.* &
in *Leodiensi successione 14. Junii 1652. sub initio* coram Cer-
ro, & 26. Junii 1658. *S. Certa est enim* coram Bevilacqua.

Nec dubitari potest, quin hoc jus nominandi esset
ad quoscunque transmissibile, postquam ab eodem

Cæsare fuit expressè acceptatum per nominationem
factam de Francisco. Tum quia fuit ita expressè reli-
ctum, ut scilicet tam Cesar legatarius, quam is, qui
ab eo fuisset institutus, perpetuo illud haberet, Tum
quia hæc est natura juris nominandi, quando non com-
petit nomine Testatoris, sed proprio, fuitque acqui-
situm titulo legati juxta distinctionem Cyni, relatum à
Bartholo in *l. illud n. 4. ff. de opt. legat.* & quam in hac specie
firmavit Rota in *Romana juris nominandi 10. Febr. 1640. §.
nec obstat* coram Tarraconensi per hæc verba. Nec obstat,
quod jus, seu facultas nominandi censetur personalis,
ac propterea non transeat ad hæredes, prout diximus de fa-
cultate concessa per Testatorem alicui nominandi hære-
dem, vel legatarium, illam cum persona expirare, ut
firmat text. in *l. unum de familia. §. rogo, & l. Si quis
Tutius. §. fin. ff. de legat. 2. l. fin. §. Sed si quis, C. commun.
de legat. 9.* ex illa ratione, quod qui jus eligendi alicui
condidit, non censetur confidisse de ejus hærede.

Quia respondebat Domini, hanc facultatem esse
transfuoriam ad hæredes, cum jus istud eligendi, sive
nominandi num competat Marino nomine Cæronis Tes-
tatoris, sed nomine proprio, cum acquisiverit tulo
legati, quo casu transit ad hæredes Marini quæ distin-
ctio est Cyni relata à Bartholo in *l. illud n. 1. ff. de opt. legat.*
Molin. de *primogen. l. 2. c. 4. n. 62.* Noal. in *tract. de trujm.
cas. 37. n. 2. & 18.*

Ad cognoscendum autem, an jus nominandi com-
petat Marino nomine suo, an alieno, recurendum est
ad theoreticam Bartholi in *l. 2. §. Data. ff. de opt. legat.* ubi
competere dicitur nomine alieno, si ipse Testator eligis-
set, mediante persona alterius, pura si dixisset, eligo
eum in Capellanum, quem Marinus nominaverit, quo
casu Marinus nominaret nomine alieno, & diceretur
nudus minister. Si verò simpliciter fuerit demanda-
ta nominatio, prout factum fuit, tunc competit no-
mine proprio, & transmittitur ad hæredes nominan-
tes. Ita Bartholus *conf. 23. nu. 21. l. 2. Crot. conf. 11. n. 82. &
Surd. conf. 2. num. 12.* Hæc Rota.

Posito autem quod Cesar possit ad libitum de hoc
jure nominandi Monialem, tanquam de re propria
disponere, videndo solum restat, ad cujus favorem dis-
posuerit, & quæ dispositio prævalere debeat, an sci-
licet prima, quæ specialiter hoc jus titulo legati tri-
buit Francisco, ejusque successoribus, an verò ultima
generalis, omnia jura comprehendens, reservata solum
quadam pecuniarum summa ad effectum testandi; facta
titulo donationis irrevocabilis inter vivos ad favo-
rem ejusdem Monasterii jam erecti?

Et pro Monasterio resolvendum videtur. Siquidem
legatum, etiam rei particularis per subsequentem dona-
tionem generalem omnium bonorum, ademptum,
& revocatum intelligitur, Nat. *conf. 613. n. 1. cum seqq.*
Mantic. de *conject. ultim. volunt. l. 12. tit. n. 8.*

Non obstat, quod hæc donatio, veluti restricta ad
jura propria, non comprehendat istud, quod non erat
proprium, sed proveniebat ex Testamento Antonii.
Quoniam, ut diximus, fuerat hoc jus per acceptatio-
nem legatarii effectum proprium, ut propterea sine
dubio venire debent sub quacunque generali dis-
positione, stante præsertim libera facultate disponendi.
Nec auctoritates, quæ adduci possunt in contrarium
procedunt, nisi ubi non adsit hæc libera facultas, puta
si bona relicta fuissent cum gravamine restituendi. Tunc
enim tam ex potestatis, quam ex voluntatis defectu
non veniunt sub generali dispositione, quem ad-
modum scitè distinguendo, ac declarando rem hanc,
fuit dictum in *decis. 219. num. ult. part. 4. divers. &
in Foro sempronien. emphyteusis 28. Novemb. 1631. §. De-
mum, & in Casenatensi emphyteusis 11. Decemb. 1635. §.
Contrarium* coram Merlino inter impressas *decis. 532.
n. 23. & decis. 655. n. 44.*

Præterea certa est distinctio inter jus nominandi,
& disponendi Testatoris unum de certis, vel unum
de incertis. In primò casu verum est, quod ex necessitate
nomina-

nominations nominatus habet jus à primo Testatore,
& nominans censetur nudus minister, ac exequutor,
ideoque nominatione non facta, omnes ex illo ordine,
vel familia perire possunt. Et in his terminis loquitur
textus in *l. unum ex familia. ff. de legat. 2.* ubi
electio erat faciendæ de familia Testatoris. In secun-
do casu quando scilicet facultas nominandi data est
libera, vel indefinita absque coactione ad aliquod
genus, sive ordinem personarum, ille, in quem fit
dispositio, dicitur recognoscere à facultatario, de cu-
jus bonis, sive juribus dicuntur ea, de quibus est dis-
positum, ut perspicue inter unum, & alium casum dis-
tinguendo dixit Rota in *Romana dotis 15. Junii 1643.
& 10. Decemb. 1644.* coram Decano, quæ sunt impres-
sæ *part. 9. recent. decis. 205. n. 5. & decis. 319. n. 6. ac 7.* ubi ad
id adducitur Surd. *conf. 29. n. 18.* qui respondet ad *conf.
11. Crotii.* Eademque distinctio comprobatur in *Roma-
na Censu sive Salviani 27. Junii 1653. §. Cumque* coram
Bichio, & in *Romana Emphyteusis 29. Novemb. 1653.*

Nos autem versamur in hoc secundo casu, dum in
Testamento Antonii solum dicitur, quod Cesar, & post
ejus mortem, qui ab eo fuerit constitutus, habeat
hoc jus eligendi. Unde absque dubio est in hæredita-
re ipsius Cesaris, & ab eo potuit ad favorem cujus-
cumque personæ, tanquam de re propria disponi, ut di-
xit Rota *decis. 62. num. 8. & 9.* post Merlinum de *le-
gitim. & sustinetur* gravamen, atque onus à disponente
adjectum, ut probat Surd. *d. conf. 28. num. 18. & seq.*

His minime attentis, negativè respondendum cen-
seo. Etenim duo distinguendi sunt casus in hac re. Alter
in quo Testator tribuit alicui facultatem nominandi,
vel eligendi, nec ad ulteriora procedit. Et hoc casu
locum habet distinctio desumpta ex *l. 1. unum ex
familia de legat. 2.* an scilicet fuerit data facultas nomi-
nandi incertum de certo genere, vel potius tradita
fuerit facultas nominandi certam personam, ut tri-
buerit debenti eligere, ut primo casu accipi videtur à
Testatore, ex quo habens eligere, debet necessario
unum ex illis eligere. Alter casus est, quando Testator
non solum alteri tribuit facultatem nominandi, sed
ulterius disponit, quod sic nominatus habeat jus, vel
emolumentum à Testatore relictum, ac dispositum.
Et tunc Testator videtur jure fidei commissi voluisse,
ut emolumentum perveniat ad nominatum, ideoque
facta electione, electi censetur à Testatore vocari
per fidei commissum. Unde Testatoris voluntas non
poterit per aliam electionem revocari, ut rectè distinguit
Crot. *d. conf. 11. nu. 24. lib. 1.*

Nam ubi Testator non solum tribuit facultatem,
sed etiam disponit ad favorem sic nominandi, habens
eligere, videtur nudus minister, neque ex persona
propria videtur eligere, sed ex aliena, quæ proinde
semel electa, revocari non potest, ut pulcherrimè ex-
pressit Barthol. in *l. 2. nu. 6. in addit. de opt. legat.* ubi
examinans hanc quætionem, quando eligens eligat
jure proprio, vel alieno, tanquam illius minister, ait,
spectanda esse diligenter verba tribuentis facultatem.
Si enim jus eligendi concedat alteri, nec ulterius pro-
cedat, tunc transfert in eum jus eligendi, quod proin-
dè jure proprio exercebitur. At ubi tradita facultate
eligatur ille, qui fuerit nominatus, non videtur in
eum jus nominandi translatum, sed nudum damtaxat
ministerium eligendi tanquam illius minister. Hanc
doctrinam sequitur Crot. *loc. citat. n. 32. & seq. &
approbat* Rimin. Jun. *conf. 693. n. 22. & seq.*

Et hic est casus noster. Nam Testator non tribuit
Cæsari simplicem dumtaxat facultatem nominandi, sed
ulterius disposuit, quod nominatus à Cæsare habeat
jus eligendi, ideoque jure fidei commissi Testator dis-
posuit ad favorem nominandi, & voluisse videtur, quod
Cesar non eligeret jure proprio, sed alieno tanquam
nudus minister Testatoris, atque adeo dispositionem
immutare non potuit, ut comprobant Crotius, & Ri-
minaldus locis adductis.

Ex alio etiam fundamento stabilitur hæc distin-
ctio. Quia cum Testator disposuerit ad favorem eli-
gendi, & voluerit quod eidem emolumentum defera-
tur electio statim ac facta est, ideoque trahit secum
executionem; Quia nimirum eo ipso locum obtinet
dispositio Testatoris, perinde ac si ab initio dispo-
suisset ad favorem illius. Ubi autem electio trahit se-
cum executionem, non potest amplius revocari, nec
variari Surd. *conf. 264. n. 34. & conf. 413. n. 17. ac leg.
Rimin. Jun. d. conf. 693. n. 23.* pluresque alii relati à
Giurb. ad *consuetud. Messan. c. 10. gl. 6. part. 1. sub. n. 22.*

Hinc non adferantur in contrarium adducti. Quia
non loquuntur in casu, in quo Testator tradita facul-
tate nominandi instituit, nec ad ejus favorem dispo-
sivit. Minusve loquuntur ubi facta est electio, quæ sta-
tim trahit secum executionem.

Sublata igitur potestate revocandi, frustra quaeritur, 19
an Cesar poterit sub generali donatione electionem
semel factam revocare, & Monasterio tribuere. Imò
meriendo voluntatem à potestare, non censetur hoc
voluisse, *l. generaliter, §. Cum autem. Cod. de insti.
& subtit. Rota decis. 262. nu. 19. part. 8. recent.*

Quibus hæc etiam subjicimus. Primò donatio tam
in ea parte, quæ loquitur de bonis stabilibus, quam
in ea, quæ facit mentionem de juribus, est restricta
ad bona, & jura ipsius Donatoris. Ergo non compre-
hendit jus nominandi, quod non erit proprium ipsius,
sed proveniebat ex præcepto, ac dispositione Testato-
ris. Ergo non revocat codicillos. Quia cum in do-
natione disponatur de juribus donatoris, in codicillis
disponitur de juribus Testatoris. Consilium est cele-
bre Decii 425. *ex n. 7.* ubi ponens casum de eo, qui
mandaverat, quod nihil ultra peteretur in bonis suis,
firmat, præceptum non impedire petitionem bonorum,
quæ ex fidei commissio pertinebant ad disponendum.
Consonat doctrina Bartholi in *l. ut jurisjurandi, §. Si li-
berti ad fin. ff. de oper. liber. Jafonis conf. 214. prop. fin.
lib. 2. Guad. decif. 93. Galdas Perier. de emp. & vendit.
c. 10. n. 1.* ubi de eo, qui vendiderat bona sua.

Deinde habens facultatem nominandi, non cen-
setur consumpsisse hanc facultatem, & nominasse per
generalem institutionem hæredis, per successionem
ab intestato, vel per alium similem modum univer-
salem, sed debet in specie hanc facultatem consumma-
re, ut per Caldas Perier. *de nominat. emphyt. quest. 7. n. 18.*
quem in terminis hæredis ab intestato sequuta est Ro-
ta in *Romana domus 14. Junii, 1641.* coram Bichio, §.
Nam quicquid sit, ubi dicitur, quod conditio hæc no-
minandi adimpleri debet in forma specifica per ac-
tum voluntatis dispositivæ.

Insuper habens facultatem nominandi, præsertim in 22
vim Testamenti, sive alterius ultimæ voluntatis semel
tantum nominare potest, & nominatione semel facta,
non habet facultatem variandi. Ita Doctores commu-
niter, nominatum Barthol. in *l. Si is, cui 19. ff. de leg. 2.*
Gomel. de *contr. c. 11. n. 44.* Cald. Perier. de *nomin. emphyt.
9. 10. n. 83.* ubi ait hoc esse introductum in gratiam ul-
timæ voluntatis, ne scilicet diu maneat suspensa; & in-
certa. Ergo cum Cesar semel nominasset, credendum
non est, quod in generali donatione hanc nominatio-
nem semel factam revocaverit.

Denique dispositio Antonii Testatoris, qui post
mortem Cesaris vocat ad omnia bona Monasterium,
quique nihilominus distinctè vult, quod Cesar, &
nominandi ab ipso, habeant jus de puella paupere, vi-
detur manifestè ostendere, quod jus istud tribui non
poterat eidem Monasterio executori, nedum quia ac-
tio, & passio in hoc casu concurrissent in unum, ac idem
subiectum contra textum in *l. Uranium.* Sed etiam quia
hoc modo facilè potuisset fraudari mens Testatoris.
Hinc exequutor destinatus ad distribuendum, & no-
minandum, non potest distribuere in commodum suum,
ac nominare in propriam utilitatem, ut præ cæteris
tradit Rota in *Romana bonorum, sive fructuum 4. Maij
1646.* coram Arguelles.

An Confraternitatibus secularibus liceat quaestuarie sine licentia Episcopi; An haec licentia possit ad tempus concedi? Alia de hac re. An possint Confratres confirmare suum Priorem, aliumve officialem, prohibente id decreto synodali? An Constitutiones synodales sint necessario confirmanda, ut obligent? De causa in Rota cum clausulis solitis. Vbi an sacra Congregatio super Episcopis, & Regularibus habeat jurisdictionem aliquam, postquam causa est legitime introducta coram alio Tribunali

1 Licere videtur respondendum, praesertim Confraternitati suffragii pro animabus Purgatorii, Nam jus divinum, & humanum clamant pro hujusmodi libertate quaerendi elemosynas, ut per Navarr. conf. 33. num. 5. de penit. & remiss. l. 5. Rodriq. quest. regul. 58. art. 7. Accedit universalis totius Orbis consuetudo ex Navarro, & Rodriguez loc. cit. & Constitutio 115. Clementis Octavi tom. 3. Bullar. & tradit Novar. in Lucerna Regular. vers. Confraternitas num. 10.

2 Ideoque dicta quaestio retardari non potest ex eo, quod elemosynae quaeri non possint, nisi prius a Confraternitate acceptetur licentia quaerendi ab Episcopo concessa. Quia cum quaerendi facultas competat ex jure naturae, ac divino, atque etiam ex Constitutione Apostolica, utique ipsius Episcopi licentia non est necessaria juxta textum in l. 2. Cod. quando decr. opus non est, Ruin. conf. 35. num. 22. & conf. 157. num. 25. tom. 1. a Ponte conf. 1. num. 119. l. 1. Capyc. decis. 16. num. 4.

3 Edque minus, si Sacra Congregatio non jussit, quod Episcopus licentiam concedat, sed ex mera benignitate mandaverit, quod Confraternitas illi preces porrigeret pro remotione praeccepti de non quaestuo. Quo in casu Episcopus mentem Sacrae Congregationis transgredi non debet, sed eam reverenter executioni demandare, sicque non egredi terminos remotionis praeccepti, Rota in Metensi Abbacia 19. Junii 1628. coram Dunozerro. Magna enim est differentia inter remotionem praeccepti, & concessionem licentiae. Ex illa enim non laeditur Confraternitas, quae tamen plurimum laeditur ex licentia, cum ista supponat jus quaerendi elemosynas sibi non competere, ex quo licentia est concessio libertatis facta personae, quae ex seipsa non habet, ut per Bald. conf. 290. num. 6. vol. 3.

4 Minusque attendenda est haec licentia, si per Episcopum fuerit ex gratia concessa. Cum enim quaestuandi facultas competat, ut diximus, ex jure divino, & humano, & ex universali consuetudine, debetur ex justitia, & propterea non est acceptanda, cum non dicatur gratiam facere, qui debitum exhibet, Bald. conf. 307. num. 1. volum. 5. Rota coram Gregorio Decimo quinto decis. 240. num. 11. in fine, ac num. 599. & Oldrad. de lit. & mandat. Princip. pralud. 7. num. 17. longeque differt gratia a justitia, ut praclare Anfald. conf. 23. num. 46. l. 1.

5 Et haec licentia eo facilius rejicienda est, si sit ab Episcopo concessa cum clausula, Salvis juribus, quae resolutionem Sacrae Congregationis moderatur, ac restringit, Rota coram Buratto decis. 165. num. 1. Siquae sit restricta ad aliquot menses tantum. Nam haec limitatio irrogat praesudicium, cum post eos menses contrariam dispositionem juri communi contineat, Rot. decis. 396. num. 1. coram Buratto.

6 Quod vero ad confirmationem Prioris alteriusve officialis in eodem officio ultra annum contra synodalem Constitutionem, dicendum pariter videtur, illam non obligare, si non fuerit a Sede Apostolica confirmata, neque unquam usu recepta, ut per Brun. inter conf. Purpur. conf. 432. num. 2. Surd. conf. 58. num. 9. Menoch. conf. 75. n. 91. Soccin. jun. conf. 126. n. 15. vol. 3. Decian. conf. 40. n. 76. vol. 4. ac Rota decis. 714. n. 5. part. 3. recent. quod si contrarium praetendatur, id debet ostendi ac probari, Menoch. conf. 449. n. 33. l. 5. Becc. conf. 16. n. 12. Grat. conf. 16. n. 21. l. 1. Cyriac. contr. 14. n. 18. & contr. 205. n. 143. Joseph. Ludovic. decis. 98. n. 2. part. 2. Rota coram Verolio

decis. 205. n. 4. & 8. part. 3. & decis. 714. n. 5. part. 3. recent. Praesertim si constet de contraria consuetudine, illamque non fuisse usu receptam, Purpurat. conf. 137. n. 3. lib. 1.

7 Et propterea quatenus versaretur in terminis confirmationis officialium, ea nullatenus officeret, cum certum sit, quempiam ex consuetudine posse confirmari, non obstante statuto, vel lege, tempus determinante, Greg. Lopez in l. non, glou. 5. tit. 18. part. 2. Laudens. de offic. quast. 129. Natr. conf. 18. n. 2. Surd. d. conf. 261. n. 15. l. 2. & Mastrill. de Magistrat. lib. 1. c. 23. n. 76.

8 Praecipue vero si haec Constitutio emanaverit favore Confratrum, ne scilicet inviti plura munera subire cogentur, neve ultra annum ad illa constringi possint, sicque non applicatur in non recusantibus onus, ut constare potest ex assidua observatione, quae tanta est virtutis, ut non solum suffragetur verae interpretationi, sed etiam contra verum dispositionis intellectum, Becc. conf. 101. n. 49. Honded. conf. 92. n. 30. vol. 1. & conf. 35. n. 45. vol. 2. Larrea decis. 45. n. 24. Adadd Gregor. decis. 584. n. 8. & Rot. decis. 608. n. 6. part. 2. recent.

9 Aut si electio, sive confirmatio Prioris fuerit concorditer facta, cui propterea synodalis Constitutio non obstat. Nam leges, quae disponunt, quod nemo ultra annum in officio confirmari possit, debent intelligi in casu, in quo aliquis in actu confirmationis contradixisset. Quando autem nemo contradicit, tunc valida est confirmatio, ut est textus perspicuus in auct. de defensor. Civit. s. fin. ibi, sed usque ad hoc solum stat. tempus, nisi cuncta Civitas, nullo reluctante, elegerit, & eleganter prosequitur Bald. in o. quoties in fine de pact. Angel. in l. & solum, s. hodie tamen n. 3. ff. de pact. Roman. singul. 96. Surd. conf. 261. n. 13. l. 2. & Natr. conf. 58. n. 2. & 10. Praesertim vero si Prior jurisdictionem non habeat, ut pluribus probat Mastrill. de magistrat. l. 2. c. 23. num. 78. nullumque ex officio consequatur emolumentum, sed onera dumtaxat, l. honor municipalis, s. Munus in fin. ff. de mun. & honor. Surd. conf. 261. n. 9. & 16. l. 2. & Mastrill. loc. cit. n. 79.

10 Vel si omnes ferè Confratres in actu electionis expressè fuerint protestati nolle se amplius, in Confraternitatem convenire, nisi Exprior onus Prioratus iterum accipiat, sicque hujusmodi electio non poterit impugnari, cum favor animarum Purgatorii illam exposuit, Io. Petr. Ala de Christian. & polit. decurs. quast. 76.

11 Et licet synodalis Constitutio decernat quod officialis per annum tantum inserviat, in illa tamen non statuitur, quod aliter electio non valeat, hoc est non continet decretum irritans, atque adeò est valida, Honded. conf. 27. num. 28. ac seq. vol. 1. Burlatt. conf. 74. num. 52. l. 1. Giurb. decis. 66. num. 1. Rota in Ariminensi gabella 19. Aprilis 1627. coram virili in fine & in Perusina revelationis Testamenti 7. Maii 1632. coram Pirovano, & decis. 7. num. 5. coram Cavalerio, & decis. 34. num. 2. part. 1. recent.

12 At nihilominus tenendum est, non licere Confraternitatibus laicis quaestuarie sine licentia Episcopi, qui etiam ad tempus illam concedere potest, & cum onere reddendi rationem, & cum clausula praeservativa jurium partium. Et quoad licentiam ad tempus, ita etiam est de jure, cum concessio hujusmodi licentiarum pendeat a libero arbitrio Episcopi, ut in specie tradit Vitalin. in Clem. 2. num. 15. de penit. & remiss. Sic quoque ac in fortioribus terminis Episcopus potest confirmari regularibus dare licentiam ad tempus, si ita ei videbitur, ut per Genuen. in prax. c. 59. num. 25. juxta novam editionem.

13 Edque magis si adsint justae causae ita coarctandi licentiam, praecipue ne Confratres illa abuterentur, si esset libera. Siquae ita cautum repetatur in synodo Diocesana, quam observare promiserunt Confratres estque valida sine confirmatione; nullus enim extat textus, qui contrarium disponat. Unde potest Episcopus statuere praeter jus, etiam sine confirmatione Papae, Glou. in c. fin. vers. statum de constit. in 6. Lapus alleg. 86. num. 2. Alex. conf. 106. num. 15. & 16. l. 2. ac

ac Rota dec. 15. n. 2. part. 2. recent. & ex causa sibi benevola potest limitare licentias ad tempus, etiam si alias essent concedendae perpetuae, ut tradunt congesti a Fagundez ad praecip. 2. Eccles. 7. c. 2. n. 17. & a Barbosa ad Concil. sess. 23. c. 15. n. 48.

14 Nec potest Episcopus impediri, ne apponat praeservativas jurium partium, a si Confratribus fuerint commissa attentata. Praeservans enim nil dat, nihilque tollit, Imò is etiam, cui est mandatum aliquod, potest adjicere protestationes, & praeservativas, ex quibus non potest argui, quod non paruerit, ut dixit in specie Rota decis. 319. n. 1. part. 2. recent. & dec. 264. n. 6. part. 3. & decis. 649. n. 2. & 3. part. 4. & in Vicentina Canoniarum 10. Decembr. 1623. coram Merlino.

15 Quod autem non liceat quaestuarie sine licentia Episcopi, sunt textus illustres in c. cum ex eo de penit. & remiss. & in Clem. 2. eod. tit. ibique Anchar. n. 4. Zabarell. n. 3. & Vitalin. n. 11. quorum dispositio innovata fuit a Concilio Tridentino sess. 21. c. 9. ubi derogatur omnibus privilegiis, etiam Monasteriis, Ecclesiis, ac piis locis concessis, ut per Ricc. decis. 171. part. 3.

16 Id ipsum probatur in terminis Confraternitatum ex Constitutione 115. Clementis Octavi §. 8. in qua conceditur potestas aggregandi Confraternitates, & communicandi privilegium quaestuandi juxta modum, & formam ab Ordinario loci praescribendam. Si igitur Constitutio disponit non posse id fieri sine approbatione Episcopi in casu, in quo Confraternitati communicantur privilegia quaestuandi, multò minus id permittere intelligitur, si sine aliqua communicatione hoc veller intendere, arguendo à majori ad minus, si id, de quo magis videbatur inesse, & non inest; ergo neque id, de quo minus, e. licet universitas 33. de testibus cum vulgo aliis. Atque id ex Constitutione Clementis colligi afferunt Franc. Leo in thes. for. Eccles. lib. 4. c. 2. n. 146. & seqq. & Gavant. in man. Episcop. vers. Confraternitates num. 36. Quoadque Confraternitatibus sit prohibitum quaestuarie sine licentia Episcopi aliàs in Confraternitatem Rosarii decrevit Sacra Congregatio apud Riccium loco citato, & de Confraternitatibus expressè loquitur Constitutio 30. Beati Pii, ubi revocavit licentias, & privilegia concessa ex quacunque pia causa.

17 Neque idcirco differuntur suffragia pro animabus Purgatorii. Quia non prohibentur missae, neque elemosynae erogandae pro defunctis, sed quaestuo, sicuti etiam non impediuntur opera pia à Sacris Conciliis, & tamen quaestuario prohibetur in dictis c. ex eo, & d. Clem. 2. & à Beato Pio Quinto loco allegato, §. 3. prohibetur quaestuario elemosynarum quibuscumque personis cujuscunque pie causae favore tam in Hospitalibus, Ecclesiis, & Monasteriis, quam aliis, quibus autem rationibus id veritum alibi fuisse differui.

18 Et ex citata Constitutione Beati Pii tollitur distinctio, aliàs absque auctoritate, & ratione à nonnullis data, inter quaestuantem extra Ecclesiam, & intra Ecclesiam. Nam verbis expressis prohibet quaestuarie etiam intra Ecclesiam, ut tradunt speciatim Genuen. in d. prax. c. 44. n. 13.

19 Nec refragatur Navarrus d. conf. 33. de penit. & remiss. ubi ait, quaestuarie esse omni jure licitum, inferens, licere ei fratribus S. Antonii. Nam Sacra Concilia id prohibent. Pauperes vero, quibus passim hoc permittitur, id faciunt per seipos, subveniendò suis necessitatibus sine quaestuatione ministrorum, quae à Conciliis severè prohibetur. Nec impediuntur animae Purgatorii, quin, Deo inspirante, pii fideles elemosynas pro illis erogent; sed prohibita est quaestuo. Scripsit autem consilium suum Navarrus ad impediendam prohibitionem, quam Beatus Pius Quintus postea fecit, etiam contra fratres Sancti Antonii Viennensis. Et ideo, sicuti non creditur doctori consultenti, cujus consilium fuit judicando reprobatum, multò minus credi debet Navarro, cujus consilium fuit per Constitutionem Pontificiam repudiatum.

20 Quod vero ad confirmationem Prioris, ea prohibetur à statuto synodali, quod Confraternitas jura-

vit observare. Nulla igitur est illius confirmatio, cum juramentum sit servandum, c. Clericus 35. de jurjur. Imò de jure nulla est confirmatio sine licentia Episcopi, ut declaravit Sacra Congregatio, teste Ricciullo l. 4. elucubr. Eccles. c. 5. n. 8. & firmat Mart. Anton. var. resol. l. 1. c. ult. cas. 64. licet enim electio pertinet ad Confraternitatem, confirmatio tamen pertinet ad Episcopum, ut tradit Ricciulli. ibid. n. 8. dicens ita decretum à Sacra Congregatione, Neque etiam de jure communi, licet continuare officia, s. si verè auct. de defens. Civit. etiam quando non habent jurisdictionem, sed simplicem administrationem, Vincende Anna alleg. 15. Vivius decis. 129. num. 2. & in hac specie Mar. Ant. loc. cit.

21 Non obstant, exempla in contrarium adducta. Quia sè sunt abusus cum omni aversione repellendi, ut latè ac rectè ad rem hanc Mar. Anton. d. cas. 64. Nec datur consuetudo, nisi ita fuerit observatum quadraginta annis, Parte sciente, & contradicente, ac ita fuerit in contradictorio judicio obtentum juxta receptam opinionem à Rota observatam, ut per Cavaler. decis. 77. n. 6. & decis. 177. num. 54. part. 5. recent. ac saepe alibi. Et quae praesertim electio nulla, si Prior fuit confirmatus viva voce, cum suffragia dari debeant à singulis ordinatim, ut audiri possint contradicentes, alioquin electio est irrita, per text. in l. si constet, ff. de appell. & in c. 2. de elect.

22 Et quoad jurisdictionem Sacrae Congregationis, haec non habet jurisdictionem aliquam, postquam causa est legitime introducta coram alio Tribunali. Clarissima enim est Constitutio Sixti Quinti, qui in erectione hujus Sacrae Congregationis, quae est 12. Constit. 74. §. 1. apposuit has exceptiones praeter eas, quae Concilio Tridentini interpretationem exigunt, vel ordinem judiciarium veipia requirunt. Et in fine §. 4. adest decretum irritans, & clausula sublata, etiam Cardinalibus aliter judicandi, ac interpretandi facultate, quae claudit os omnibus, & operatur nullitatem ipso jure, Rota in Calagurritana confidentiae coram Pegna apud Marches. part. 2. fol. 426. n. 2. & seqq.

23 Ac ita, ut non obstat, quod causa sit commissa cum clausula sine praesudicio executionis. Nam hujusmodi clausula praeservat executionem decretorum jam factorum, sed non potest Judex à quo, neque alius exequi, nisi decreta, prout jacent, non autem alia facere, ut declarat Rota in Camerinen. hereditatis Maii 1621. coram Pirovano.

24 Nihil igitur rescribendum videtur à Sacra Congregatione, instantibus Confraternitatibus, quando causa est legitime introducta in Rota cum clausulis quam, & quae cum incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totaque negotio principali. Haec namque clausulae comprehendunt omnia, quae possunt deduci, quomodocunque tangentia negotium principale, ita, ut commissio nunquam possit dici restricta ad expressa, Gregor. decis. 270. n. 5. Andr. decis. 44. n. 10. cum aliis cumulatim in Romana vincia 28. Januarii 1643. coram Cerro.

25 Adeoque, ut si appellatio sit super uno capite, possit in secunda instantia prosequi aliud caput, etiam divertum, Achill. decis. 7. de appell. Andr. d. decis. 44. n. 8. & seqq. & Rota in Placentina Aquarum coram Aragonio per Marches. part. 1. fol. 232. n. 2. ac 3. Et operatur, ut censetur advocato causa, & totum negotium. Papaz. ad decis. 23. n. 3. ac seq. de rescript. in nov. Put. decis. 343. sub. n. 4. l. 3. & decis. 187. n. 5. & seqq. part. 2. divers. & in Laudensi jurisdictionis 20. Martii 1629. coram Virili.

26 Atque hinc est quod inhibitio Rotalis causat attentata, non solum super his, quae sunt in lite, sed etiam super annexis, & connexis, aliquo modo negotium illud tangentibus, Rota divers. decis. 201. n. 5. part. 2. & in Calagurritana coram Sacroto apud Marches. part. 2. fol. 478. n. 1. in Volaterrana transactionis 2. Martii 1634. coram Verospio, in Bononiensi Prædii 5. Decembris 1636. coram Ghislerio, & in Bononiensi pecuniaria 28. Aprilis 1645. coram Bichio.

- 6 Non obstat decretum renunciationis officii à Nuncio emanatum, & ab Abbate subscriptum, ac receptum. Quia in illo agitur de renunciatione in præjudicium sui ipsius, ac dignitatis Abbatialis in iis, quæ requirunt ordinem, & jurisdictionem Monasterii & sic cum præjudicio publico, & privato, ut per Abb. in c. si diligenti 12. num. 7. de for. compet. Dec. in c. si de terra num. 14. & seq. de privileg. & subscriptio præsumitur facta per metum cadentem in constantem virum. Unde deficit liber consensus omnino necessarius in quolibet actu, & idcirco non valet quoad ipsum factum, nec quoad juris effectum, c. ex eo de regul. jur. in 6. Alexand. Octavus decis. 109. à num. 13.
- 7 Metus autem deduci poterit, si subscriptio facta fuerit coram ipso Nuncio, qui renunciationem summo cum studio exoptabat. Actus enim gestus ab officiali, censetur factus per metum l. i. C. de contr. iudic. l. penult. C. quod met. conf. Rota decis. 274. num. 1. part. 8. recent. Præsertim si accesserit comminatio depositionis Abbatis facta à Nuncio cum jactura ejus honoris, nisi ipse subscriberet. Quod pro justo metu considerat Rota d. decis. 274. num. 5. & 6. Timor enim jacturæ suorum jurium, ac privilegiorum cum discrimine præsertim honoris, sine dubio actum metulofum reddit, Adden. ad dec. 217. num. 42. & seq. cum aliis ibi adductis part. 9. rec.
- 8 Si concurrerint plures conjecturæ, ac præsumptiones, quæ in hac re admitti solent ad probandum metum, Bald. conf. 26. num. 2. l. 3. Rota decis. 17. num. 9. & decis. 107. part. 10. rec. & d. decis. 274. num. 2. Ut si aderit maxima inverisimilitudo, quod Abbas voluerit per subscriptionem, & approbationem decreti se privare potestate, ac jurisdictione in Monachos, idemque approbatio hujusmodi non nisi ex metu processisse præsumitur, cum non aliter Abbas juri suo sine causa renunciasse censetur, Rota decis. 17. num. 12. & d. decis. 274. num. 7. part. 8. recent. Nulla quidem verior potest afferri præsumptio in hoc casu, quam illa, quod omnino inverisimile est, quod Abbas voluerit se privare jurisdictione, administratione, ac omnibus juribus, & privilegiis suæ dignitatis sine ulla causa ut in hac specie ratiocinantur Mascari. conclus. 1051. num. 41. & seq. Fatimac. in fragment. crim. vers. metus num. 178. Menoch. l. 3. præsumpt. 126. n. 9. & firmat Rota decis. 643. n. 19. part. 1. & d. decis. 17. num. 12. part. 8. recent. ubi quod metu renunciatum præsumitur illud, quod non ita facile renunciari solet, nisi accedat metus, & timor amitrendi majora, & d. decis. 274. num. 6. & 7. part. 8.
- 9 Si intercesserint protestationes, & querelæ Abbatis de violentia. Iste enim metum aperte ostendunt, Rota, d. decis. 274. n. 3. ac seqq. & coram Ubaldo dec. 234. n. 7. etiam si sint extrajudiciales, Ruin. conf. 131. n. 24. & seqq. lib. 4. Dec. conf. 219. n. 2. Surd. decis. 164. num. 16. Rota decis. 274. n. 3. part. 8. ubi etiam si factæ sint, dato aliquo temporis intervallo, justa concurrente causa, ut decis. 341. n. 1. & n. 2. part. 10. recent.
- 10 Si nulla causa subsistente Nuncius processerit contra Abbatem absque canonica monitione, ac de facto potius, quam de jure, quod sane metum concludit, ut ad vertit Rota coram Gregorio decis. 326. n. 36.
- 11 Si Abbas non subscripsisset, sed litio facta esset, tumultus autem popularis, sive militaris causat metum cadentem in virum constantem, habilem ad irritandum actum, ut consuluit Bald. in causa electionis Urbani Sexti in quest. post. ojus lectur. ad l. fin. C. de edit. Din. Adv. tollen. num. 27. 33. ac 37.
- 12 Non obstat, quod Abbas potest remittere ea, quibus renunciavit. Nam quilibet favori suo renunciare potest. Distinguendum etenim est. Aut agitur de jure merè personali & concernente dumtaxat favorem renunciantis, & vera est objectio. Aut agitur de jure, quod licet competat personæ particulati, & tamen implicatum publico favori, vel saltem tangit aliorum utilitatem, & hoc casu renunciatio non sustinetur, ne respectu quidem renunciantis, quando jus privati re-

nunciantis separari non potest à jure publico, vel à jure ad aliorum beneficium inducto. Ita distinguit Abb. in d. c. si diligenti n. 7. de for. compet. Felin. ibid. num. 16. Dec. in c. si de terra num. 14. de privil. Covar. in c. Quamvis pactum part. 2. sub initio num. 9. de pact. in 6. Sicque renunciatio facta per Abbatem non sustinetur. Quia versatur vel circa jurisdictionem Abbatialem, vel circa regimen Monachorum, vel circa œconomiam, & gubernium Monasterii. Quæ omnia distungi nequeunt, quia continent vel jus publicum Abbatis, vel utilitatem Monachorum, & totius Monasterii, & quia jura renunciatia vel sunt de jure communi canonico, vel ex Constitutionibus Apostolicis annexa dignitati Abbatiali; unde eò minus est licita renunciatio per textum in l. jus publicum cum aliis, ff. de pact.

Et quoniam renunciatio hujusmodi adversatur regi-¹³mini Monasterii tam in spiritualibus, quam in temporalibus, subintrat conclusio, quod non licet Abbati, qui est caput Monasterii & Collegii id, quod non liceret membris particularibus nimirum Monachis, nempe quod possit renunciare iis quæ vertuntur in detrimentum totius Collegii, ac Monasterii, ut esset profectò, si verus Abbas non præfideret, Canonicus gubernator non regeret, verus Oeconomus non administraret, ceu notant Canonizæ in d. c. si diligenti; & prosequuntur Alexander de Nevo conf. 56. num. 1. cum aliis cumulatis à Graf. de effect. Cleric. c. 1. num. 43. Bellec. part. 1. disquis. Cleric. tit. de favor. Cleric. person. §. 2. num. 28.

His tamen minime obstantibus, Abbas non est restituendus suis juribus Abbatialibus, sed servanda sunt decreta à Nuncio Apostolico emanata pro regimine Monasterii, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, donec deponatur, ut alias deposuit Sacra Congregatio Abbatem Oliveranum 3. Decemb. 1649.

Nuncius enim Apostolicus, tanquam gerens vices summi Pontificis, habet potestatem ordinariam in omnes subditos suæ Provinciæ, etiam exemptos, & cum venerabilis de consuet. cap. 1. de offic. leg. & docet Specul. in tit. de legat. §. nunc ostendendum; atque adeo potest eos judicare, corrigere, punire, excommunicare, carceribus mancipare, deponere, degradare, suspendere, ac interdiceret, ut fuscè Gambar. de auctor. legat. c. 21. Estque missus, ut evellar, dissipet, ædificet, plantet, ut per Villadieg. de legat. part. 1. quest. 16. num. 12. Guier. quest. canon. l. 1. c. 11. num. 4. & seqq. Seraph. decis. 485. num. 7. & procedere potest, etiam juris ordine non servato, Adden. ad Specul. eod. tit. §. 4. num. 6.

Maximè autem poterit Nuncius suspendere Abbatem ab administratione temporalium, & spiritualium, si procedat ex auctoritate Sacræ Congregationis hisce verbis expressa: *Capiat diligentem informationem, & decernat, quod judicaverit opportunum.* Hæc autem verba non important, quod Nuncius debeat referre Sacræ Congregationi, sed quod jura de novo induceret, ac formaret juxta eorumdem verborum significationem, ut per Barbol. dict. 79. num. 1. & 2.

Quare non solum potest Abbatem deponere, ad 17 multo magis jurisdictionem ei coarctare, quod sane potest à superioribus ad suum arbitrium fieri, ac præcipere Abbatibus, aliisque Prælatibus, ne in hoc, vel illud se ingerant, ut docet Suarez de relig. lib. 2. c. 3. num. 22. & seqq. Idque etiam si fieret injustè, ac inordinatè, ut per eundem Suar. ibid. num. 25. ac seqq.

Quod si Regularis recurrat ad Summum Pontificem, donec non revocetur præceptum, debet illud servari Suarez loc. cit. l. 3. c. 11. num. 9. & donec non constiterit de notoria injustitia, non debet aliquid innovari, Covar. præct. c. 33. nu. 6. & 7. Suarez loc. cit. Constitutio Clementis Octavi, quam refert Tambur. de jure Abbat. tom. 1. quest. 13. num. 13. in qua enumerantur causæ, propter quas possit Abbas suspendi ab officio, ac deponi, & decernitur his verbis: *Si verò circa hujusmodi depositionis sententiam in modum tantum, vel ordine sit erratum, causa verò legitima sit, depositus non est restituendus.*

Inter

17 Inter autem justas causas suspendendi Abbatem ab officio, de quibus Tambur. loc. allegat. præcipua est scandalum, ut si Monachi vellet obistere Abbati, ij enim Abbati malè administranti obistere possunt, ut per Abb. in cap. per inquisitionem de elect. Tambur. ibid. tom. 3. quest. 8. n. 2. Ad evitandum autem scandalum tenetur Religiosus obedire superiori, etiam cum suo damno, ac juri suo cedere Peyrin. de subdit. quest. 1. c. 7.

18 Ideoque potest Abbas, confirmando decretum Nuncii juri suo cedere. Quisque enim juri suo cedere potest, l. si quis in conscribendo, C. de Episc. & Cleric. Nec distinctio Panormitani superior adducta, quod non possit renunciari juri mixto, locum habet in hoc casu. Exemplum enim exhibet illius distinctionis Rota in Clerico, qui non potest se subjicere Judicibus laicis renunciando juri Clericali, quod competit Ordini, ut in Olyssiponensi Monasterii 1625. coram Remboldo apud Tamburin. de jur. Abb. disp. 81. num. 8. Abbas verò renunciat juri suo personali, & potest etiam renunciare Abbatiam, Paris. de resignat. lib. 3. quest. 1. num. 68. Quinimò nuncius in actu visitationis potest sine forma judicii deponere Abbatem ab administratione, & officio, ut in Bullario Casanensi Constituit. 49. n. 2. & Constituit. 53. n. 6. & 15.

19 Neque Abbati ad effectum manutentionis juvat allegare metum, quia debet prius à renunciante concludentissimè probari, Paris. loc. citat. l. 13. quest. 4. n. 3. & seqq. ubi alii plures, debetque probari per actus proximos, aliàs non est attendendus, Paris. ibid. quest. 1. n. 107. & seqq. Et quando quis metum patitur propria culpa, non dicitur metus injustus, l. 3. §. Sed vim, ff. quod met. caus. Alexand. conf. 99. sub init. lib. 3. Mascard. de probat. conclus. 1051. n. 31. & Paris. d. quest. 1. n. 125.

20 Religio verò Monachorum Sancti Benedicti est exempta expressè à jurisdictione Nunciorum, ut in specie firmavit Rota coram Coccino decis. 83. nu. 1. & constat ex Constitutione Eugenii Quarti, confirmata à Julio Secundo, ac regepta per Tamburin. de jur. Abbat. tom. 1. fol. 450. ac per Rodriq. in collect. privil. Regul. Constit. 7. Eugenii Quarti.

21 Unde non obstat, si Nuncius assereret se habere facultatem specialem visitandi, vel corrigendi Monasterium expressè exemptum à sua jurisdictione. In hoc enim casu non tenetur Abbas ei credere, nisi prius Nuncius transmittat exemplar hujus specialis facultatis. Nam nec Legato quidem à latere creditur, nisi in iis solum, quæ ei competunt de jure communi ex generali officio legationis, non autem in iis, quæ specialiter concessa pretendit, ut dixit Rota coram Seraph. decis. 142. n. 1. & in terminis quod citatio sit nulla, si Cardinalis Legatus non mandaverit inferri Breve facultatum speciatim sibi concessarum, statuit Rota in Conimbrien. Decanatus 19. Novembris 1593. coram Millino apud Fatimac. post primum vol. consil. decis. 95. numer. 2.

CONSULTATIO XI.

An tempus, quod requiritur in assequendis officiis, muneribus, ac dignitatibus Ecclesiasticis, tam regularibus, quam secularibus debeat esse completum? Ubi ad id exempla Quid de manutentione in officiis, ac dignitatibus eorum, qui tempus à Constitutionibus requisitum minime servaverunt?

1 Sunt qui affirmant. Nam ubi tempus ab aliqua Constitutione in mensura certa reperitur determinatum, jam sequitur, ut si minima quæque pars temporis defecerit, unaque dumtaxat dies, nihil actum esse dicatur, Textus ad rem hanc in l. fin. §. Quoties, ff. de public. & vellig. ubi privilegia mancipii veterani consequi quis non potest, nisi in urbe per annum continuum serviat, ibique Barr. num. 3. exemplificat de Fratibus minoribus, firmans tempus debere esse integrum, & undequaque perfectum, Egrege Suarez de relig. 3. l. 5. c. 15. n. 1. dicens, quod ubi lex, vel Constitutio

Tom. X.

taxat tempus, tunc præcisè, & quasi in indivisibili constituit talem mensuram. Ex qua ratione concluditur annum novitiatum debere esse integrum, ac perfectum, ut computetur de momento ad momentum ita, ut unius diei detractio professionem irritet, traditque Sanchez. l. 2. de matr. disp. 24. n. 22. ex eadem ratione, quia tempus ordinatum à lege, vel statuto debet esse completum ad ultimum usque momentum, & in decalog. l. 2. l. 5. c. 4. n. 31. ait quod tempus peticum ad aliquem actum censetur peti tanquam forma ita, ut nec minimum quid integritati temporis detrahi possit citra nullitatem actus. Ad stipulatur Diana part. 5. tract. 5. de parvit. mater. regul. 19. ubi quod hic est casus, in quo parvitas materiæ, scilicet temporis à lege præfixi irritat actum, Lessius l. 2. de just. & jur. c. 41. dub. 7. n. 59. Castropal. tom. 3. tr. 6. disp. 1. penult. 12. n. 3. cum seqq. Tambur. de jur. Abb. disp. 6. qu. 11. n. 15. Et ex hac eadem ratione plenissimè firmavit Rota in Burgeni nullitatis professionis coram Arguelles 16. Aprilis 1649. §. Enim verò, & §. Qui omnes rationem reddunt, quod ubi fit mentio de tempore à lege, vel Statuto, cum §. seg.

Ubi igitur ex. gr. taxatur tempus saltem biennii iis Regularibus, qui paternitatem Provinciam desiderant, ut nimirum in illis permanere debeant saltem per biennium constare debet de hac permanentia. Et ponderanda est ultra præcisam determinationem dictio saltem, per quam majus quidem tempus biennii constitutio, sive lex laudat, sed minori tempore nullatenus contentatur, ut per Cæsar. de Grass. decis. 6. in fin. de præbend. Gregor. decis. 434. n. 7. ut ex hoc non taxationem tantum temporis, sed irritationem actus Constitutio præferat, si ad ultimum usque momentum tempus non fuerit integrum propter vehementem applicationem, quam circa temporis determinationem adhibuit, ut post alios late comprobant Vela. dissertat. jus. 21. n. 35. & Escobar. in tract. de iur. for. art. 2. n. 8.

Prout etiam non sine magna animi applicatione Constitutio apposerit verbum *Permaneat*, ut scilicet tempus accessus, & recessus non sit in id tempus computandum, sed illud integrè in ipsamet actuali permanentia intra limites destinata Provinciæ requiratur. Non enim in loco manere dicitur, qui ad locum accedit, sed qui in eo consistit, ut ex Nonio Marcellino. Hinc mora, quam quis in alio loco traheret, non est computanda in adimplementum permanentiæ biennialis, jam semel ab ipso voluntariè interrupta per egressum à Provincia: Data enim dissolutione voluntatis cum migratione à Provincia, tempora amplius non conjunguntur, ut specie tradit Bartol. in d. l. fin. §. Quoties n. 2. & 3. ff. de public. & vellig. ubi ponit exemplum de fratribus Minoribus, & ait quod dicitur Veteranus ille, qui ante annum voluntariè exivit è Monasterio, quamvis postea iterum ingrediatur, & quod pariter Veteranus non dicitur, qui detulit habitum per annum, sed eum non detulit, ut profiteretur. Petoportundè ad hanc rem Suarez de relig. dict. tom. 3. l. 5. c. 15. nu. 1. Sanchez in Decalog. loc. cit. n. 32. Lopus allegat. 46. n. 3. & seq. ac fuscè Rota in d. Burgen. nullitatis professionis à, §. Cum ergo, ubi firmat tempus semel moraliter interruptum ex voluntate illius, cui tempus præfixum est pro forma, non renovari, nec conjungi cum tempore subsequenti, ac pluribus, & fortioribus modis id ampliat.

Quinimò ne Pater quid Generalis poterit indulgere, ut Regularis moveatur extra Provinciam, simulque consequatur paternitatem, quæ habet pro conditione formalem permanentiam biennalem in Provincia. Quia forma est à Summo Pontifice præscripta, & idcirco nequit illam Pater Generalis Pontifice inferior, immutare; alioquin esset in sua potestate aut ingressum ipsum in Provinciam impedire, aut statim post ingressum ingredientem è Provincia evocare. Quod absurdum, & absurdum est, cum ne Generalis quidem possit Constitutiones formales suæ Religionis commutare,

B 2

ur

ut per Suarez de Relig. tom. 4. lib. 2. cap. 45. n. 8. ubi copiose more suo. Sanchez in decalog. lib. 9. c. 4. num. 71. multoque minus Constitutiones Pontificias, habentes clausulam, sublata, & decretum irritans, quemadmodum tradit Rota decis. 231. numer. 3. ac 12. part. 5. decis. 599. numer. 3. & decis. 574. n. 2. ac 28. part. 8. recent.

Ac ita, ut ne impotentia quidem excuset ab executione formae substantialis, quia deficit tunc voluntas concedentis, qui praecogitavit formam actus, non impotentiam agentis. §. Impossibile Inst. de inutil. stipul. l. non solum, ff. de act. & obligat. Sarmient l. 1. Select. interpret. c. 4. & post alios abunde Duran. de condit. & mod. impossib. part. 2. cap. 2. n. 26. cum sequentibus, deque impedimento tenetur expresse potestati, alias sine protestatione impedimentum, etiam iustum, non suffragatur, ut ex actu ob illud omisso, impeditus privilegia consequatur. Alex. in l. qui in aliena, §. Censu numer. 6. ff. de acquir. hered. exculatio enim ex impedimento, si non praecesserit protestatio, non juvat, Jac. in l. de pupillis, §. Si quis ipsi Praetorium. 2. ff. de nov. oper. Civet. conf. 151. n. 23.

Et sane, quid sit, an absentia excuset a poena infligenda absentis, certum equidem est, quod non afficit, ut absentis consequatur emolumenta, & dignitates quae praesentibus impertiantur, licet absentia esset necessaria, & ob causam Reipublicae per text. in l. 1. ibi, Stipendia, & donativa temporis, quo apud hostes fuisse te dicit, restitui tibi postliminio regresso, non jure desideras, Cod. de re milit. lib. 12. Et quod absentia, sive aliud impedimentum necessarii non suffragetur ad consequendum praemium quod datur praesentibus, docet Bald. in l. Si uno, §. Item cum quidam prope finem, Abbas, ac ceteri Canonici in c. 1. de Clerico. agror. lateque confirmat Covarr. lib. 3. var. c. 13. n. 8. Quia forma Constitutionis est omnino servanda, illiusque conditiones adimplenda. Rota in recent. decis. 673. nu. 5. part. 3. & decis. 73. num. 16. part. 7. concurrente praecipue decreto irritante, & clausula sublata, ut per Rotam decis. 16. nu. 13. part. 6. recent. cumque permanentia per biennium sit quid facti, ipse Regularis debet plene, & concludenter probare, Malcard. de probat. conclus. 1248. n. 9. Rot. dist. decis. 673. n. 2. part. 3. recent. Idque adeo clarum, ac certum est, ut nulla egeat probatione, Baratt. decis. 110. n. 8. ita ut non sufficiant urgentissima praesumptiones. Baratt. decis. 773. n. 7. Sicque probatio non fuerit perneceffe concludens, non est attendenda, Pegna decis. 29. nu. 12. & decis. 234. nu. 13. & sequent. etiam si testes deponant de publica voce, & fama; nam vel talis fama non remanet probata ex eisdem testibus, si nullum habeant contestem de visu, & non deponant se audivisse, a majori parte Populi, neque reddant rationem sui dicti per sensum corporis, ex cumularis a Malcardo conclus. 749. nu. 2. & 11. Vel non sufficit probatio per famam in hujusmodi rebus, quae requirunt probationem concludentem, Pegna decis. 522. n. 8. & decis. 634. n. 4.

At nihilominus hic Provincialis, qui haecenus positus est praecedentia, definitorio, aliisque honoribus, ac privilegiis, quibus ceteri Provinciales, durante Provincialatu, eoque etiam exacto, potiri solent, ac debent, manutenendus videtur in sua possessione, si constiterit de possessione, sive quasi, quae quidem sola satis est ad manutentionem obtinendam, Cancr. var. resolut. cap. 14. num. 3. part. 3. Seraph. decis. 342. num. 1. Rota decis. 155. num. 1. part. 4. cum in summariissimo attendatur solummodo nudum factum ipsius possessionis, sive detentionis, Rota decis. 573. n. 5. part. 2. recent. Quod generaliter procedit ad effectum, ut manutentio detur in quasi possessione jurium, ac rerum incorporearum, Arer. in §. retinenda num. 2. Inst. de interd. Tibert. in prax. A. C. l. 2. c. 7. n. 2. ac 3. Seraphin. decis. 277. n. 1. & 2. & decis. 299. n. 9. Cenc. de cons. decis. 232. n. 1. & speciatim in quasi possessione praeminentiae, ac praecedentiae, Menoch. conf. 52. n. 49. Rota decis. 595. part. 4.

divers. Coccin. decis. 46. ac decis. 452. n. 1. & in quasi possessione assistendi, ac interessendi Capitulo Rota decis. 397. part. 2. recent. Coccin. decis. 490. n. 1. necnon, & in quasi possessione ferendi suffragium, Rota decis. 465. n. 1. & 2. part. 1. recent. & dist. decis. 397.

Quasi autem possessio concludenter ex eo comprobari poterit, si ipse palam, vidente ac patiente Capitulo generali, interfuerit Definitorio generali, ibique suffragia tulerit, praecedendo etiam aliis Provincialibus recentioribus, quod liquere debet ex depositione duorum Testium, sive ex actis Definitorii, & Capituli generalis, quae faciunt notorium, l. Divus. ff. de offic. Praesid. l. Qui sententiam. C. de pen. cap. cum olim. ibique Abb. num. 3. de verb. significat. & Grammat. decis. 36. numer. 38.

Unde fit, quod sicuti admittitur ad hujusmodi actus, qui citra nomen, jus, ac privilegium iusti, ac legitimi Provincialatus ab eo exerceri non potuissent, ita denegari illi nequeat manutentio in quasi possessione aliorum actuum ex eodem privilegio, ac jure comperentium. Quandoquidem quasi possessio universalis acquiritur per unicum actum, etiam particularem, quando, ut in hoc casu causa utentis est universalis, Glovagnon. conf. 9. numer. 44. l. 1. Rot. decis. 139. nu. 12. part. 2. divers. Rot. post Vivian. de jurepatr. decis. 88. nu. cum in hujusmodi possessoriis magis attendatur causa actus, quam ipse actus, & ipse actus exercitium, Gratian. discept. 425. num. 43. Lotter. de re benefic. tom. 1. lib. 1. quae. 38. nu. 127. ac Rota decis. 583. n. 1. part. 1. recent.

Ideoque privilegium continens plura capita, conservatur in omnibus, si fuerit ad exercitium deductum quoad quaedam, Ad d. Ludovis. decis. 557. num. 9. Post. de manutent. observat. 73. n. 150. & actus praecedentiae, ac praeminentiae unius speciei suffragantur manutentioni, etiam in aliis, dum omnes habent causam universalem uniformem, Baratt. decis. 903. num. 1. Quae congruentius procedunt in casu, in quo probatur exercitium actuum magis principalium, ac universalium Provincialatus cohaerentium, cujusmodi sunt assistentia, visitatio, & praecedentia in Capitulo generali. Actus enim universales magis influunt ad acquisitionem quasi possessionis universalis quoad alios actus particulares sub universalitate ejusdem causae comprehensos, Tusch. vers. possessio conclus. 422. numer. 3. Post loc. cit. numre. 230. & seq.

Praecipue vero si Pater Generalis per expressas litteras eidem Patri Provinciali conscriptas non solum fateatur eum esse in quasi possessione paternitatis Provinciae, sed etiam alias manutentionem eidem concessit. Concludenter enim possessio ad effectum manutentionis dicitur probata ex mandato de manutendo alias eidem possessori concessio quod non datur, nisi possessionem habenti, Mantie. decis. 252. nu. 2. Cavaler. decis. 217. nu. 2. & decis. 242. nu. 1. & dec. 501. num. item 1. ac decis. 505. nu. pariter 1. Praesertim si sequuta fuerit illius exequutio, ut per post. observ. 29. num. 11. & seq. prout probata quoque dicitur ex confessione emanata in literis missivis, Cavaler. dec. 432. n. 1. Quae pluris est facienda, cum ea sit ipsius Patris Generalis, qui non modo praesumitur apprime informatus de meritis, ac juribus subditorum, sed sic etiam consistendo, ac declarando adversariis praedictum intulit, perinde ac si hoc ipsimet confessi fuissent, cum factum Judicis reputetur factum patris, Cavaler. decis. 219. numer. 2. & seqq.

Neque petita manutentioni refragari potest, quod Pater Provincialis non recederit in sua Provincia per biennium, ut frui possit honoribus, ac prerogativis, ab ipso Provincialatu fluentibus. Ideoque, stante Apostolica Constitutionum confirmatione, quae id statuunt cum clausula sublata, & decreto irritante, agi non possit de manutentione, quasi decretum irritans irritet, inficiat, & viciet possessionem, dominium, ac

ac titulum habentis illud contra se ita, ut nec manutentio detur, Post. observat. 46. numer. 5. neque locus sit alicui remedio possessorio, ibidem num. 7. Cum sit penetrabilis omni gladio ancipiti, num. 8. & junctum cum clausula sublata claudat os Parti, tollatque facultatem aliter judicandi, & possessionem sic ex eo infestam manutendi, Rota decis. 17. num. 57. post ejusdem tract. de manutent.

13 Nam responderetur, praedicta, & hujusmodi alia procedere, quando certum est, quod subintret dispositio sive privilegium, in quo dictae clausulae sunt appositae; aliis dum de eo dubitatur, & donec dictae clausulae comprobentur, possessorem in sua possessione esse manutendum, asserunt omnes apud eundem Post. observat. 46. nu. 15. & decis. 139. num. 12. & decis. 182. n. 5. & decis. 164. nu. 8. & decis. 235. n. 16. ac 25. & decis. 286. nu. 4.

14 Quare constare debet, quod subintret dispositio ejusmodi Constitutionis, & proinde a Patre adversatrice probari debet negativa asserta residentiae in Provincia, prout opus omnino est fundanti se in illa, sive agendo, sive excipiendo, Brun. a Sole in loc. commun. v. negativa, Adden. ad Baratt. decis. 10. numer. 30. Ideoque, ea non probata, interim Pater Provincialis praesumitur recedisse, ac cetera omnia adimplevisse, quae necessario praecedere debuerant ad acquirendam istam possessionem, quia pro possessore magna viget praesumptio, Menoch. conf. 1171. numer. 20. Post. observ. 1. numer. 21. haberetque fundatam intentionem in sola possessione, Argel. de acquir. possess. quae. 8. art. 34. nu. 833. & dicitur constare de bono illius jure statim ac constat de possessione, vel quasi, Rota post tract. de manutent. decis. 200. numer. 1. ac 6. & decis. 281. n. 1. adeo ut transferatur onus probandi in actorem, quo non probante, reus, ac possessor regulariter est manutendus, ut late per Post. d. observat. 1. num. 12. & seq.

15 Et quatenus probaretur non residentia per biennium, non inde tamen probata remaneret inobservatio Constitutionum; nam istae, prout cetera omnia statuta, passivam recipiunt interpretationem a jure communi, Paris. conf. 167. in fin. l. 4. Bartol. in l. omnes Populi num. 53. ac 60. de just. & jur. Alrograd. conf. 31. numer. 42. & conf. 58. nu. 36. Ideoque pati etiam debent omnes interpretationes, limitationes, & conditiones a jure communi datas in materia, de qua disponunt, Baratt. conf. 9. n. 4. & Caltr. conf. 466. numer. 2.

16 Atqui de jure communi Praelatus impunè abesse potest a residentia per tres menses singulis annis ex aequa causa, soli conscientiae non residentium relicta, ut expresse disponit Sacrum Concilium Tridentinum c. 1. sess. 23. de reformat. Ergo non sufficit, quod probaretur non residentia per biennium integrum, quia residentia per duodeviginti menses ex dictis, Constitutioni sit satis.

17 De jure item communi residentia ex causa rationabili est dispensabilis, licet enim eam esse de jure divino magis communiter traditam sit, ut per Cajetan. 2. 2. q. 81. art. 5. Sot. de just. & jur. lib. 9. qu. 2. art. 1. & 2. & Covar. var. resolut. c. 5. nu. 9. hoc tamen accipiendum est de jure divino late sumpto, & per hominem, ut diximus, dispensabili ex justa causa, ut doctè probat Corduba l. 1. qu. theolog. qu. 19.

18 Non igitur probata non residentia, statim certum esset, habere locum decretum irritans. Nam, & si alias clara, & notoria exceptio non juris possessoris manutentionem impediatur, Giovagn. conf. 8. n. 114. l. 2. Seraphin. decis. 810. numer. 14. Ludovis. decis. 425. n. 3. & 4. talis tamen non est exceptio non residentiae ob possibilem contrariam probationem dispensationis, cum dici non possit constare de non jure possessoris, quandiu doceri potest de jure, Seraph. decis. 555. n. 8. Rota post tract. de manut. decis. 74. n. 17. & decis. 99. n. 10. p. 1. divers. aded, ut non sufficiat, quod constat de non jure ex aliquo capite tantum per confessionem ipsius possessoris; aut rem judicatam, quia non idcirco redditur

notorium illius non jus, donec de aliquo alio titulo docere possit, Rota decis. 516. num. 5. part. 1. recent.

Si ergo probaretur quod Pater Provincialis a Provincia sua evocatus fuerit a Patre Generali, eique obtemperaverit, nihil sane illi imputari posset ob dispensationem ei concessam, & quam concedere censeretur Praelatus eo ipso, quod praecipit contra regulam ex justa causa, quo in calu obedientes subditi se in omnibus praebere debent, ut in specie tradit Miranda in man. Praelat. reg. 31. art. 8. conclus. 2. tom. 2.

Dispensationis autem, ac praecipi justa causa est, si concurret aliqua causa non residentis, quam Sacrum Concilium Tridentinum d. sess. 23. approbationi Metropolitanani remittit, nempe Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, & evidentia, & evidens Ecclesiae, vel Reipublicae utilitas. Auctoritas autem, & potestas Patris Generalis in suos subditos aequalis est potestati, qua pollent Primates, Patriarchae, Archiepiscopi, & Episcopi in suis Diocesis, cum de jure communi sit verus, legitimus, ac supremus Praelatus suae Religionis, ita, ut possit cum subditis dispensare in omnibus illis casibus, in quibus expresse non est prohibitus, ut per Mirand. loc. cit. reg. 7. art. 1. ubi etiam adstruit, quod, exceptis casibus, Summo Pontifici reservatis, potest Generalis in suos subditos ea omnia, quae potest Summus Pontifex in Ecclesia universali, allegatque Navarr. in c. nullum d. q. 2. numer. 4. & generatim quod Praelati regulares dispensare possint ex causis, a Tridentino Concilio adductis, firmat quae. 30. art. 5.

Quinimo, cessantibus justae absentiae causis, sufficit licentia Generalis, ut Provinciales pro suis privatis negotiis, veluti suos domesticos invisendi causa, impunè abesse possint a suis Provinciis ultra tres menses, ut per Mirand. quae. 9. art. 5. ubi aequalem facit licentiam Papae, & Generalis.

Quod si etiam probetur, Patrem Provinciale ob bellum, aut aliam temporum calamitatem ingredi non potuerit suam Provinciam; haec sola impossibilitas residentis excusat non residentem. Nam absentia ex causa belli justum praebet impedimentum non accedendi ad locum, in quo quis adesse teneretur, Menoch. conf. 53. n. 4. & 5. Farinac. quae. 11. n. 52. & protrita est regula, quod necessitas legem non habet. c. 1. de excess. Praelat. in 6. ac Caephal. conf. 451. nu. 300. Bellum autem inducit necessitatem causantem, ut illicita licita fiant, Tusch. v. Bellum conclus. 18. n. 3. & est casus non residentiae expressus a Sacro Concilio Tridentino cit. cap. 1. sess. 23. de reformat. nempe urgens necessitas.

Omniique cessaret difficultas, si observatio Constitutionum Ordinis committatur arbitrio Patris Generalis, ut si Constitutiones ab omnibus fratribus, ac personis, quantum fieri possit, & expedire Pater Generalis judicaverit observari auctoritate Apostolica curae, &c. Verbum enim judicaverit importat arbitrium boni viri, Menoch. de arbit. quae. 8. numer. 58. moderatum a jure, Signorol. conf. 210. numer. 9. Paris. conf. 95. num. 22. lib. 1. & illa clausula, auctoritate Apostolica curet, alterat jurisdictionem ordinariam, eamque facit delegatam, Bartol. & Alex. in l. merè major. ff. de jurisdic. omn. Indic. Mart. de claus. part. 1. claus. 18. 6. n. 8. Imò importat liberam potestatem, Bart. in l. Creditor, §. Lucius. ff. de mand. Abb. in cap. intelleximus de judic. & in cap. exposuit de dilat. Marta ibidem num. 7. Ac proinde Patrem Generalem auctoritate Apostolica, quoties ita judicaverit expedire, dispensare potest cum subditis in observatione Constitutionum.

Eoque praesertim, si decretum, quo exclusus fuit Pater Provincialis, fuerit latum praecipitanter eadem die factae ex adversa petitionis; hoc enim casu esset nullum Rota apud Post. decis. 119. nu. 9. Praesumitur enim emanasse absque causae cognitione, Mantie. decis. 165. n. 2. Regularium enim superiores in judicandis subditorum causis non eximuntur a jure communi, neque ab

ab iis, quæ sunt de substantiâ, & essentia juris, ex quo legitimas audire debent defensiones, cum sine ipsis iudicium esse iniquum, ubi audiretur impugnatio, & non defensio, ut post alios bene multos advertit Ghisl. de iudic. regul. cap. 13. num. 13. Ut idcirco adversus decretum, & factum iudicis nulliter, ac injustè procedentis, mantentionem Rota passim impartiat, Caval. decif. 48. n. 3. & dec. 171. n. 8. & dec. 432. n. 2. Quia sententia nulla, vel injusta non privat possessorem anteriori sua possessione. Post. de manut. dec. 13. nu. 7. & decif. 45. n. 1. & decif. 192. n. 2. & decif. 233. n. 3. neque impedit mantentionem possidenti, idem decif. 208. n. 2.

25 Ut proinde controversiæ huiusmodi sæpè resolvantur in injustas turbationes. Nam turbati dicitur possessor ex injusticia, & mandato nullo, Rocar. de interd. nisi possid. c. 11. nu. 5. Vel quoquomodo controversia ei fiat ne iure suo liberè uti queat, Post. de manut. observ. 41. nu. 9. Ideoque concedi debet possessori mandatum de mantentione, quod fuit ad inventum, ne molestiæ inferantur, & illatæ removeantur, Monach. decif. Bonon. 36. numer. 9. Valac. decif. 70. lib. 1. Unde ab illis, ut potè factum, & invidiam redolentibus ultrò abstinere debent ii, qui memores sunt ejus, quod scribit D. Hieronymus in epistola ad rusticum, nempe quod vilis tunica contemptum secuti probat, ita dumtaxat si animus non tumeat, nec habitus, sermoque dissentiant. Boni enim Religiosis verus honor est humilitas, & licet omnes delectet celsitudo gradus, tamen est humilitas, Et inquit discretissimus Augustinus de verb. Dom. A gradu incipe, & ascendisti.

26 Alii verdè asserunt, sufficere, quod annus sit inceptus ex communi regula Glossæ in c. Cum in cunctis. vers. Exegeris de elect. & in hac specie Hieron. Roderic. tit. de Abbatis resol. 2. n. 5. & autor compendii ad Ministrum generalem Reformatorem Sancti Francisci tit. de ministris provincialibus n. 8. ubi attestatur, hanc regulam esse communem in toto Ordine Seraphico, estque conformis iuri communi, ut in Clemens. Generalem in fin. ne erat. & qualis. cui adheret Sacrum Concilium Tridentinum sess. 23. c. 12. de reformat. ut notat Vivian. in pr. Iurispatr. l. 1. c. 1. n. 188. Grat. discept. 397. n. 17.

27 Nec obstat textus l. ad Rempublicam ff. de honor. & oner. qui in fine videtur velle, tempus appositum debere esse completum. Nam primò, respondeo, Textum illum in principio disponere, quod annus sit inceptus, etiam quoad honores Reipublicæ; in fine postea requirit illum completum, si sit commissa administratio. Ubi igitur desertur honor, non autem iurisdicchio, sive administratio, quæ nulla est apud Custodes, sive definitores apud dictos Reformatos, ut firmat Portel. vers. Prælatus, inquirens quod in Ordine Minorum nomine Prælatorum intelligitur primò Generalis, postea Commissarius generalis, deinde Provincialis, demum custodes, & Guardiani, & advertit nomine custodis ibi intelligi, qui sub se habet conventus, & Guardianos subditos, non autem de Custode vocali, & notat Roderic. tom. 1. quæst. regul. 70. n. 12. & Urbanus Octavus in Bulla, quæ incipit, Aliàs per Congregationem, tribuit præcedentiam Custodi regiminis, quam non habet Custos Vocalis.

28 Deinde respondeo textum in d. l. ad Rempublicam habere locum in dignitatibus secularibus, non autem Ecclesiasticis, Videatur Gloss. in d. c. Cum in cunctis cit. vers. Exegeris de elect. ubi respondet ad d. text. in l. ad Rempublicam, distinguens inter dignitates Ecclesiasticas, & seculares, & restringitur respectu Ecclesiasticarum, ut dumtaxat annorum completio requiratur in Episcopatibus, in quibus id habetur speciale, secus verdè procedat in aliis quibuscumque dignitatibus Ecclesiasticis sine aliqua distinctione, utrum habeant an ne administrationem.

29 Minus obstat Constitutio, si in illa exprimat, quod debeant habere quadraginta, vel quinquaginta annos, Abbas enim in d. c. cum in cunctis n. 6. interpretatur hoc

verbum habeat pro eo, quod requirit ætatem completam, & allegat Glossam in cit. Clem. generalem, & Bartol. in l. si cui legatur, ff. de legat. 1. videtur verbum habeat interpretari pro anno completo.

Nam quoad Abbatem respondeo primò, illum non auctoritate Glossæ in d. Clem. generalem, in qua, ne verbum quidem, quod consonet verbo haberi, legitur, sed generaliter dicitur, quod annus inceptus habetur pro completo, cui cum se subscribat Abbas, non dissentit ab hac conclusione, Quod verdè ad Bartolum, ipse loquitur in dispositione hominis, & in legato, in quo fit stricta interpretatio. Quia Testator minus præsumitur voluisse gravare hæredem in dando legato, & minus gravat, si tardius solvit, non autem in dispositione juris, de quo, ut vidimus, sufficit attigisse tempus, vel annum præscriptum.

Respondeo secundò, conclusionem posse procedere, ubi ex alio non educeretur voluntas Constituentis, ut si dixerit in aliis capitibus Constitutionum, quod novitii Clerici non recipiantur, nisi transegerint decimum quintum annum, quod novitii laici non admittantur, nisi compleverint vigesimum annum; quod ordinandi non suscipiant sacros Ordines, nisi exegerint sex annos in Religione; quod non detur titulus Concionatoris, nisi operam dederit Theologiæ completo triennio; Quod non eligatur in Guardianum, in Priorem, nisi qui spatium triginta annorum excegerit; Quod non eligatur in Confessarium qui trigessimum annum non exegerit. Unde statuentes, quando voluerunt ætatem perfectam, se explicarunt, quod sufficit pro interpretatione Constitutionis juxta Rot. decif. 428. n. 23. & decif. 484. n. 17. par. 5. recent.

Præsertim si ultima statuta correxerint prima, Quando enim constat de mente statuentis, quod per novam legem voluerit corrigere primam, standum est in secunda, Imol. in l. verò, §. de viro, ff. solut. matrim. Alex. cons. 107. n. 6. vol. 1. Jason post Glossam communiter approbatam, & alios Doctores in l. sciendum, ff. qui satisd. cog.

Hinc sunt, qui asserant, quod valeat matrimonium, ut matrimonium, si ad complendam ætatem desint duo, tres, aut quatuor dies, ut Ostiens. in c. puberes numer. 5. de sponsal. impub. Veraciux in sp. conjug. p. 1. art. 16. Ledesm. p. 2. qu. 60. art. 1. quos sequitur Guttier. de matr. c. 2. n. 20. & Ledesma vult, habere id locum, etiamsi desint decem dies, fundaturque in eo, quod hæc ætas moraliter computari debeat, & quia quod parum distat, nihil distare videtur.

Et qui Vesperè ingrediuntur annum assignatum pro aliquo sacro Ordine suscipiendo, potest manè præcedenti illum suscipere. Ledesm. in summ. par. 1. tr. de Sacram. Ordin. cap. 7. quam opinionem non minus probabilem, quam oppositam existimat Diana part. 2. tr. 16. resol. 27. quia cum parum distet, non censetur distare, cum modica non veniant in consideratione l. quamvis de condit. & demonstrat. c. coram dilecto de offic. deleg.

Et quod sufficiat annus quadagesimus inchoatus pro ætate Monialis eligenda in Abbatissam, tenent Novar. in singul. jur. Canon. conclus. 13. n. 8. Narbona in annal. jur. an. 40. quæst. 2. num. 5. Portel. in respons. moral. cas. 13. n. 1. ubi pluribus id confirmat. Quæ opinio desumitur ex iis, qui docent, quod ut quis non dicatur minor tali anno, sufficit, si attigerit illum annum, ut Zerol. vers. beneficia, §. 1. Henriq. l. 14. sum. c. 8. §. 10. in fin. Sa. v. beneficium nu. 31. & Azor. p. 2. l. 6. c. 5. quæst. 3.

Ergo tamen ita statuto. Tempus assignatum à Constitutione, à jure, computari debet de momento ad momentum, nisi aliud sit determinatum textus est in l. 3. §. minor, ff. de major. & tradunt Gloss. & Doctores ibid. 10. Andr. in c. super eo de appell. ibique alii, Ja. in l. 1. §. minor, ff. de major. Afflict. decif. 73. n. 7. Bald. cons. 447. nu. 1. Angel. cons. 404. in fine, Cornus alios referens cons. 27. n. 4. l. 5. Myring. observ. 15. cent. 5. Gomez ad leg. 70. Tauri nu. 25. Lamberteng. de iurepatr. l. 2. par. 2. qu. 1.

art. 14. ac Rota decif. 333. n. 4. par. 4. divers. quæ est Romana societatis 27. Junii 1596. coram Lancellotto, ac proinde anni debent esse completi.

37 Pro contrahendo autem matrimonio requirit ætatem habilem ad copulam, certum omnino est, ut constat ex d. c. puberes de sponsal. impub. ubi Gloss. fin. Quia debet adesse ætas, quæ sit apta, ut matrimonium initium forriri possit suum effectum. Hæc autem ætas importat pubertatem, & quoad mares importat annum quartum decimum, quoad feminas annum duodecimum, ut statuitur in c. Continebatur, & in c. attestaciones, & in c. ex literis eod. tit. & tam in mare, quam in femina debet esse completa, ut desumitur ex d. c. ex literis ibi, Donec compleat puer annum decimumquartum, & c. sit. eodem, ibi, Quidam filiam suam circiter duodecim annos habentem, de quo tamen matrimonio statuitur, quod si non erat ætatis nubilis, aut malitia non supplebat ætatem, non fuisse matrimonium, sed tantum sponsalia; & tamen dum erat ætatis annorum circiter duodecim oportebat, quod duodecimus annus esset inceptus.

38 Ideoque non valet matrimonium, si aliquis dies desit ad complendam ætatem præfixitam. Sic Abb. in d. cap. fin. ibique Cardin. n. 2. Henric. Boich. in d. cap. puberes nu. 5. Alex. de Nevo in d. cap. attestaciones nu. 8. articulo. 5. Brunell. de sponsal. conclus. 4. n. 6. Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 104. n. 3. Pont. eodem tit. lib. 7. cap. 65. n. 1. Unde Sacra Congregatio in Reatina 14. Junii 1621. declaravit nullum matrimonium cum puella, cui sex dies deerant pro complemento anni duodecim. Quod intelligitur, nisi malitia suppleat ætatem juxta d. cap. fin. de sponsal. impub. ubi dum dicitur annorum duodecim circiter, non solum parum quod deficiebat complemento duodecim anni, aut parum quod excedebat. Dicitio enim Circiter ad modicam quantitatem refertur, ut ponitur Gloss. ibidem, Unde si non obstat defectus duorum, aut trium dierum, constasset de ætate nubili, nec opus fuisset declarare matrimonium nullum sub conditione, si puella non erat ætatis nubilis, aut malitia non supplevisset ætatem. Ex quo conficitur argumentum, quod non admittitur à jure matrimonium ejus, qui circiter habet annos præfixos à jure. Quando autem deest etiam unus dies, adsunt tantum circiter anni præfixi. Atque adeò tunc matrimonium initium non admittitur.

39 Adduci etiam potest textus in d. cap. ex literis, ubi Pontifex Urbanus Tertius decernit, quod ad contrahendum matrimonium expectandum sit, donec puer compleat annum quattuordecimum. Quando autem deest aliquod tempus, non solum annus non est completus, sed neque habetur pro completo. Tum quia qui non completit annum, dicitur minor illo anno, l. Denique. §. Minorem, ff. de minor. Tum quia annus non completus non potest numerari pro anno l. anniculus, ff. de verb. signif.

40 Ex quibus deducitur quod licet ii, qui loquuntur de sponsalibus, ut Covar. in 4. decretal. part. 1. cap. 2. num. 2. Mandos. de atar. minor. cap. 14. num. 11. Lopez part. 2. instr. cap. 37. de matrim. Henriq. lib. 11. cap. 13. nu. 1. ac ii, qui loquuntur de matrimonio, ut Villalob. tom. 1. sum. tract. 14. diffic. 22. num. 1. Barbof. in collect. lib. 4. tit. 3. cap. 14. num. 2. tom. 2. dicant, sufficere, quod ultima dies anni designati sit incepta, tenendum tamen est, quod debeat esse completa, ut præceteris docet Pontius d. cap. 65. n. 1. Nam cum tempus computari debeat de momento ad momentum, nulla pars temporis debet deesse; alioquin annus non esset completus, Neque enim completus est, cui aliquid deest. Quia non est integrum, cui quid minimum desit, l. nomen filiorum, §. fin. ff. de legat. 3. & l. decem, ff. de fideic. libert. & notant Paris. cons. 116. n. 14. vol. 1. Alex. cons. 201. n. 7. vol. 6. Nat. cons. 164. n. 9. Menoch. cons. 918. n. 3. ac Rota decif. 300. nu. 10. part. 1. recent.

41 Quod verdè ad Ordines, sufficere annum inchoa-

tum, qui juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini requiritur pro illis suscipiendis, docent communiter Doctores, nominatim Navar. in Man. c. 25. n. 116. Guttier. l. 1. quæst. Canon. c. 26. n. 8. Henriq. l. 19. sum. c. 16. §. 2. Garc. de benef. part. 7. c. 4. n. 21. Rodriq. tom. 3. quæst. regul. 23. art. 6. Majol. de irregul. l. c. 3. n. 8. Coninch. de Sacram. disput. 20. n. 102. Miranda tom. 1. manual. quæst. 39. art. 2. Sayr. l. 4. class. reg. c. 14. n. 4. Ledesma part. 1. sum. tract. de Sacram. ordin. c. 7. Avila de censur. part. 3. disp. 5. dub. 7. §. notandum undecimo, Leon. part. 1. Thesaur. for. Eccles. c. 4. n. 31. Campanil. in divers. jur. rubr. 7. c. 3. Bonac. disput. 8. de Sacram. quæst. univ. punct. 5. n. 14. Acugna in can. nemo n. 1. d. 78. Barbofa de potest. Episc. part. 2. alleg. 16. n. 1. & lib. 1. de jur. Eccles. c. 33. n. 88. & c. 37. n. 3. Spin. in spec. testam. gloss. 3. tit. de Capel. n. 37. Lopez part. 2. instr. c. 33. Salzed. ad Diez. c. 26. §. ante legitimam ætatem, Diana part. 2. tract. 16. resol. 27. Vulp. in pr. for. Eccles. c. 7. n. 3. & c. 8. n. 4. Sanchez l. 7. consil. moral. c. 1. dub. 33. n. 4. Caspar. Hurtad. de Sacram. Ord. diffic. 21. Marchin. eod. tit. tr. 1. part. 5. c. 2. Villalob. part. 1. sum. tract. 11. diffic. 11. n. 2. Reginald. in pr. for. poenit. l. 30. art. 3. n. 166. Hieron. Rodriq. in c. quæst. regul. resol. 106. n. 6. Et ita declarasse Sacram Congregationem, refert Gallemart. ad Concil. Trid. sess. 23. c. 12. de reformat.

Constatque ex communi observatione, quæ optime interpretatur legem l. si de interpretatione ff. de legib. & c. cum dilectus de consuec. Hæc autem observatio subsecuta fundatur, primò in jure antiquo. Nam ex illo sufficiebat, quod annus assignatus pro aliquo Ordine esset inceptus ex Clem. generalem de atar. & qualis. ordin. Unde cum sit vitanda correctio juris, quoad fieri potest, dicendum est, quod Concilium Tridentinum accipi debeat de anno incepto, assignato pro quolibet ordine. Deinde in dispositione Concilii: Nam sess. 24. c. 12. de reformat. decernit, eum posse esse Curatum, qui attigit annum vigesimum quintum. Ergo etiam potest fieri Sacerdos. Quia Curatus debet esse Sacerdos.

Fundatur quoque in jure communi. Nam qui est ingressus aliquem determinatum annum, dicitur pervenisse ad illum, l. qui filium, §. Fabius, ff. ad Senat. Consult. & observat Corn. cons. 213. n. 7. vol. 1. Guttier. l. 1. quæst. Canon. c. 26. n. 10. Sanchez loc. cit. Qui autem pervenit ad aliquem annum, non est ante illum annum, & sic comprobatur dispositio Tridentini, quod ingressus annum vigesimum secundum non suscipiat subdiaconatum ante annum vigesimum secundum.

Opinio verdè Ledesma, ac Diana caret omni probabilitate, idè quod oppositum tradunt Villalob. part. 1. sum. tr. 2. dub. item 2. Pont. d. l. 7. de matr. c. 65. n. 1. Sanch. d. l. 7. consil. c. 1. dub. 23. n. 6. Narbon. in annal. jur. anno 22. q. 1. n. 10. Quæ sententia certa omnino videtur. Nam annus, exempli gratia, vigesimus secundus debet dividi ab anno vigesimo primo, cum sint anni distincti, & facientes numerum, ac proinde debet assignari aliquis terminus, in quo dividantur, ita ut totum tempus, quod est ante hunc terminum, sit de anno vigesimo primo, & quod subsequitur sit de anno vigesimo secundo. Ex hoc autem fit, quod qui est in tempore antecedente dictum terminum, sit ante annum vigesimum secundum. Quia nondum pervenit ad terminum anni vigesimi primi, neque ingressus est annum vigesimum secundum. Atque adeò qui solum Vesperè pervenit ad terminum anni vigesimi primi, & ingreditur annum vigesimum secundum, & manè antecedente ordinatur, suscipit Ordinem contra dispositionem Sacri Concilii Tridentini. Quia suscipit ante annum præscriptum pro illo Ordine ita, ut nullo pacto comprobari possit, quod non susceperit ante annum, quem Vesperè ingreditur, cum adhuc ducat annum præcedentem, nec possit comprobari, quod annus præcedens non sit secundum omnes suas partes ante annum subsequentem. Quando enim

Tam in successivis, & attenditur ipsa successio, assignato subsequenti, non potest pro ipso substitui antecedens, sed debet excludi secundum se totum, cum secundum se totum segegetur a subsequenti.

45 Atque hinc statuitur in jure, quod quotiescunque a lege definitur certum, ac determinatum tempus, debeat computari de momento ad momentum, ut expresse habetur in d. l. Denique Divum omn aliis superioribus adductis.

46 Pro aetate autem Monialis eligenda in Abbatissam de jure novo statuitur in Sacro Concilio Tridentino sess. 25. c. 7. de regular. ut eligatur non minor annis quadraginta, & qua octo annis post professionem laudabiliter vixerit. Quod si his qualitatibus non reperitur in eodem Monasterio, ex alio ejusdem Ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommodum superiori, qui electioni praesertim videatur ex eis, qui in eodem Monasterio annum trigagesimum exceperit, & quinque saltem annis post professionem recte vixerint, Episcopo, vel alio superiore consentiente, eligatur.

47 Annus autem hic quadagesimus debet esse completus, nec sufficit inchoatus. Ita docent Garz. de benef. part. 7. cap. 4. num. 71. Barbof. de potest. Episc. part. 3. alleg. 100. nu. 12. Tamb. de jur. Abbatif. disp. 18. quae. 3. n. 11. ubi videtur hoc supponere. Desumitur ex iis, qui docent, quod per formulam, quod quis non sit minor tali anno, significatur debere annum esse completum, Ita gloss. in d. Clem. generalem, & in decimo octavo, Abb. in d. cap. cum in cunctis n. 6. de elect. Felin. in cap. cum vigesimo n. 1. de offi. deleg. Corn. cons. 213. n. 7. vol. 1. Aldobrandin. in §. Pupillis n. 14. Instit. quib. mod. tut. fin. Guttier. lib. 1. Can. quae. cap. 26. n. 10. Bellarm. decis. 726. Tabiena ver. ar. n. 2. Armilla n. 3. Vega part. 1. sum. cap. 96. cas. unic. Molin. de just. & jur. tom. 2. disp. 573. sub init. Lessius eod. tit. lib. 2. c. 34. n. 108. ac Rota decis. 26. de rescript. in nov. quos adducit Garz. loc. cit. n. 68. quorum tamen aliqui vix aliquid dicunt, unde hoc deduci possit.

48 Haec autem sententia fundatur in Sacro Concilio Trident. sess. 24. c. 12. §. ad ceteras de reformation. ubi dicitur, quod minores viginti duobus annis non promoveantur ad ceteras dignitates, nempe non habentes curam animarum, ac personatus, & Sacra Congregatio semel ac iterum declaravit, annos viginti duos debere esse completos, ita rescribente Antonio Cardinali Carapha. Et anno 1594. die 24. Septembris Hieronymus Cardinalis Matthaeus idem rescripsit Episcopo Abulensi apud Garziam. Unde si Tridentinum juxta Sacram Congregationem per minorem viginti duobus annis intelligit, quod annus vigesimus secundus non sit expletus per minorem etiam quadraginta annis intelligit eam Monialem, quae nondum annum quadagesimum explevit.

49 Et sane qui non attingit quadagesimi anni diem ultimum, est minor quadraginta annis, per textum expressum in l. 1. ff. de manumiss. ubi cum dubitaretur, an qui diem ultimum anni vigesimi attingit, possit manumittere, respondit Vulpianus, posse manumittere, quasi annum vigesimum compleverit, quia solum minor viginti annis prohibetur manumittere, subditque rationem: Iam autem minor non est, qui diem supremum agit anni vigesimi. Ex hoc enim locum habetur, quod, ut aliquis non sit minor aliquo determinato anno, debet agere saltem diem ultimum illius anni. Quod etiam habetur ex l. Denique, §. minorem ff. de muner. & honor. ubi idem Vulpian. quaerit, an dicendus sit minor viginti quinque annis in ordine ad beneficium restitutionis, qui nondum complevit annum vigesimum quintum, & dicendum esse, concludit, ubi: Et cum nondum compleverit, ita erit dicendum.

50 Idque confirmatur. Nam is est major quadraginta annis, qui complevit annum quadagesimum, Siquidem esse majorem dicit, esse supra talem annum, ipsi quoque excedere. Qui enim non excedit, major non est. Cum ergo major opponatur minori, ille minor

erit, qui non complevit annum quadagesimum. Quia qui non aequat majorem, major est ipso. Unde qui non est major annis quadraginta, est minor.

Et adnotandum est, Concilium non dicere, quod sit non eligatur minor anno quadagesimo, quia tunc sufficeret annus inceptus, siquidem tunc minoritas excluderet annum totum quadagesimum, sed inquit, quod non eligatur minor quadraginta annis. Quo loquendi modo requiruntur anni, tanquam numerabiles. Annus autem inceptus, & non completus, non potest numerari pro uno anno; atque adeo non facit numerum cum aliis completis d. l. anniculus, ff. de verb. signif. Ac proinde non habens annum quadagesimum completum est minor quadraginta annis. Quia annus quadagesimus non facit numerum cum caeteris.

Ex quibus evertitur sententia Portelli d. par. 2. resp. 52 moral. cas. 13. & aliorum, qui volunt, quod, quando lex ponit numerum annorum in ablativo, sufficit annus inchoatus. Nam id solum verum est, quando annus non requiritur, ut faciens numerum cum caeteris annis, sed tantum secundum suum tractum successivum. Quando autem facit numerum, accipitur secundum se totum indivisibiliter. Quia numerus constat ex unitatibus indivisibilibus, & tunc annus facit numerum, quando appellatur in plurali simul cum aliis l. si in anno, ff. de condit. & demonstr.

Non obstat, quod Sacrum Concilium Tridentinum 53 dicit. cap. 7. sess. 25. de regular. quando vult annum trigagesimum completum utitur verbis id significantibus. Air enim, quae annum trigagesimum exceperit; haec autem verba non apposuit, quando requirit annos quadraginta.

Nam verba posteriora accipienda sunt, ut declarativa superiorum. Unde sicut vult, quod in illo casu exceperit annum trigagesimum, ita in alio casu, quando requiritur, quod Monialis non sit minor quadraginta annis debet eodem modo intelligi de quadraginta completis, ita, ut exceperit quadagesimum, cum praesumendum sit, eundem tenorem sequi in eodem decreto sanciendo.

Minus subsistit, quod idem Portellus ait loc. cit. quod 55 cum una lex debeat explicari per aliam, eodem modo dicendum est de Abbatissa apud Moniales quoad inchoationem assignati anni, ac de Praelato Regularium. Ut autem quis possit eligi in Praelatum Regularium, sufficit annus vigesimus quintus inceptus ex Clement. 1. de stat. Monachorum.

Quoniam id locum haberet, quando ex jure ex ista 56 non explicaretur. In jure autem explicatur, quod, ut quis non sit minor quadraginta, annis, requiritur annus quadagesimus completus, ut constat ex jam dictis.

Denique non obstat, quod in favorabilibus, praesertim 57 in Ordine ad dignitates, annus inceptus habetur pro completo, d. l. ad Republicam, ff. de muner. & honor. Ac proinde non erit minor annis quadraginta, qui quadagesimum attingit.

Nam respondeo, id esse verum, quando favor est 58 tus favor, & respicit solum commodum personae; secus autem quando habet annexam administrationem rerum publicarum, ut ipse Ulpianus in citata lege limitat. Cum enim dixisset, quod pro administratione Republicae aequum est, ut non admittantur ad honores, & munera minores viginti quinque annis, & quod annus inceptus habeatur pro completo, subdit limitationem: Sed in his honoribus, in quibus Republica quidam eis non committitur. Ceterum cum damno publico honorem ei committi non est dicendum. In hoc autem casu agitur de administratione totius Monasterii, ex qua dependet bonum commune ipsius, & ideo lex praedicta non habet locum, sed debet expectari annus completus.

CONSULTATIO XII.

Novi Conventus, & Ecclesiae Regularium quatenus constitui possint. De novi operis nunciacione ex quavis causa, praesertim

praesertim luminis, & propehitis. An id locum habeat etiam inter Ecclesias; De attentatis in hac materia. Quomodo purganda? Quamvis causa ab illis excuset? Alia.

DE hac re lege quae diximus in primo tomo. Nunc aliqua iis addimus, & hanc regulam constitui-mus. Quandoque non obstat dispositio Sacrorum Canonum, expresse prohibentium novas Ecclesias, & Monasteria in quibusvis Civitatibus, vel locis aedificari, erigi, ac introduci cum praedictio iurium aliorum ibidem existentium, ut habetur in can. Quicumque Concilii Vermaciensis, in can. Ecclesia Concilii Cabilonensis 16. quae. 1. in can. sicut antiquum Concilii Triburienfis 17. quae. 4. in cap. 2. de Eccles. aedific. & alibi apud Seraph. decis. 847. cum aliis late deductis a Rota in Ianuensi privilegiorum 28. Junii 1649. coram Cardinali Corrado, in qua constituantur aliae duae decisiones Rotae coram Rojas, Neque obstant privilegia distantiae centum quadraginta annorum in eisdem Rotae decisionibus relata, ut in consuet. 7. Clementis Quarti, confirmata a Sixto Quarto, Clementis Octavi, Gregorii Decimi Quinti, Urbani Octavi, quae refert, & approbat Rota in d. Januen. postquam quidem constitui novi Conventus, novaeque Ecclesiae Regularium.

1 Praedictum autem perspicuum esset, si Regulares sint mendicantes. Quamobrem diminuto fidelium concursu, necessario resultat elemosynarum diminutio, atque adeo praedictum. Ex hujusmodi quoque Conventuum vicinitate insurgere possunt emulationes, jurgia, dissensiones, & scandala, pro quorum evitacione constituta est haec distantia. Praesertim autem si ageretur de Conventu erigendo. In hoc enim casu Sacra Congregatio super Episcopis, & Regularibus, ut a loco, in quo Regulares suum Conventum aedificare ceperant, omnino recedere jubet, & in alio loco aedificare, ut in decreto typis edito apud Peyrinum in fine formularii fol. 540.

2 Ac ita, ut non obstat, si novi Regulares haberent dotem congruam pro suo victu, & quod propterea cesset causa requirendi consensum aliorum Regularium expressa in decretis Clementis Octavi, & Gregorii Decimi quinti, nempe cognoscendi an Regulares noviter introducendi possint commodè sustentari absque aliorum detrimento.

3 Nam demum iis hanc dotem congruam, adhuc tamen certum est, quod si erigerent novum Conventum administrabant Sacramenta, percipient elemosynas pro Missis celebrandis, defunctos sepulturae tradent, concionabuntur, aliaque peragent, ex quibus diminuitur concursus, ex qua diminutione indirecte pervenit diminutio elemosynarum Regularium antiquorum pro eorum commoda sustentatione, quam ipsi ante novi Conventus constructionem habebant, ut inter Theatinos, & Patres Oratorii Sancti Philippi, qui habebant dotem superabundantem, firmavit Rota in d. Ianuensi privilegiorum coram Rojas sub die 24. Januarii 1648. §. Etiam.

4 Nec obstant, imò favent decreta Clementis VIII. & Gregorii XV. Nam volunt quod Regulares introducendi tunc demum possint introduci, quando constat sustentari posse sine aliorum detrimento, quod non contingit, quando diminuerent concursum aliarum Ecclesiarum, & alia emolumenta, quamvis non mendicaverint juxta ea, quae ponderat Rota ibidem numero praecedenti.

5 Minus obstat decisio Rotae 475. part. 2. recent. Nam ibi agebatur de erigendo Collegio, in quo tantum sustentari Missae, & Eucharistiae Sacramentum conservaretur, ut constat ex eadem decisione.

6 Denique non obstat, quod electio sepulturae, elemosynae pro celebrandis Missis, & anniversariis sunt actus facultativi, cum possit quilibet, si vult, pia opera facere, & ubi vult sibi eligere sepulturam, qui pro-

inde, si alicui subtrahantur, nullum ipsi inferunt praedictum, ut ponderavit Rot. d. decis. 475. Quia Gregorius XV. consideravit praedictum etiam ex actibus facultativis, qualis est largitio elemosynarum, ubi Quo fit, ut non habita debita elemosynarum, seu reddituum ejusdemque Monasterii, Conventus, seu Domus ratione, &c. sicut etiam consideravit Rota in dicta Ianuensi. Quia praedictum non sumitur strictè, prout dicit lationem justitiae, sed pro quocumque damno, sive quacumque diminutione alimentorum, sive elemosynarum.

7 Quoniam verò hanc materiam Sacra Rota Romana praclare expressit, ideo operae pretium me facturum censeo, si ejus decisiones in dicta Ianuensi privilegiorum huc adducam. Eae sunt hujusmodi.

R. P. D. R O I A S.

Januen. Privilegiorum.

Veneris 24. Junii 1647.

8 P Attribus Oratorii S. Philippi Nerii Civitatis Januensis non licere residere in Ecclesia Sancti Pancratii post quintam causae propositionem, fuit hodie resolutum ex quo d. Ecclesia S. Pancratii non distat ab Ecclesia Parochiali S. Sirmi in qua resident Patres Theatini per Cannas 40. Unde obstant privilegia Apostolica emanata ad favorem plurium Religionum ne alii Religiosi, vel personae Ecclesiasticae, vel pia loca valeant acquirere intra spatium 140. Cannarum. Potissimum est illud ad favorem Patrum Carmelitarum Clement. IV. sive potius Clementis V. relatum per Roderic. quae. reg. tom. 2. quae. 49. art. 5. Confirmatum per Sixtum Quartum ut refert, Scorb. in compend. privileg. regul. verb. adificare n. 19. in quo expressis verbis prohibetur ne intra spatium 140. Cannarum proximum Ecclesiae Carmelitarum possint per quascumque personas Ecclesiasticas novae Ecclesiae aedificari, sive de novo recipi; unde quamvis prima pars prohibitionis locum fortasse sibi non vendicaret in praesenti, ex quo Patres Oratorii non intendunt novam construere Ecclesiam; sed constructam ampliari juxta decis. Mantica. 163. certè locum sibi vendicat secunda pars privilegii prohibens ne de novo Ecclesiae recipiantur, in quibus terminis nos versari non est dubium.

9 Praefatum verò privilegium Concessum per summos Pontifices Patribus Carmelitanis suffragari in praesenti Patribus Theatinis dicebant Domini, ex quo Clementis Septimus communicavit eisdem generaliter omnia privilegia mendicantium, ut habetur in Constitutione ejusdem Clementis 7. l. 38. n. 12. Bullar. tom. 1. fol. 503. ibi, Exemptionibus, immunitatibus, & infra exemptiones, gratias, &c. plenarium effectum sortiri debere decernimus, quae privilegia venire sub communicatione censuit Rot. decis. 87. n. 5. part. 4. recent. cujus privilegii tenor est servandus c. porro de priv. Rot. decis. 791. n. 1. part. 3. recent. Mantica. d. decis. 163. n. 2. & communicatio privilegiorum operatur idem ac si eadem privilegia specificè concessa fuissent Oldrad. cons. 300. in princ. numer. 6. Paris. cons. 22. n. 5. l. 4. Rot. decis. 40. in princ. part. 4. rec. & tradit Roderic. quae. reg. tom. 1. quae. 9. art. 9.

10 Nec obstat, quod dicta Communicatio privilegiorum non intelligatur de privilegiis tendentibus in praedictum tertii, & fuit decisum in Valentina decimarum 28. Jun. 1603. Cor. Lancellotto penes Marches. de Commiss. tom. 1. fol. 639. n. 2. in Valisoleana quarta funeralis 19. Aprilis 1606. Coram Justo, apud Tambur. de jur. Abb. tom. 3. decis. 83. n. 6. Caval. decis. 101. n. 3. quia haec responsio non visa fuit tuta ex quo in praedicta quod d. privilegio Clementis 5. gaudeant alij habentes communicationem cum privilegiis mendicantium tradit Barbof. de Jur. Eccles. univers. l. 2. c. 12. n. 72. in fin. Campanil. diversorum juris Canonici rubr. 12. c. 13. sub n. 82. vers. Et quia praesertim, cum d. communicatio privilegiorum

privilegiorum ad favorem Patrum Theatinorum sit amplissimis verbis concepta, & loquatur etiam de privilegiis præjudicialibus Ordinario seu tertio.

22 Minus obstat alia responsio adducta per informantes pro Patribus Oratorii Sancti Philippi quod d. privilegium non sit in usu in Civitatibus magnis qualis est Civitas Januensis, dum in illis valent plura Monasteria mendicantium vivere ob magnam affluentiam elemosynarum quibus illa Civitas abundat, ut notat Sorb. in compend. privil. regul. verb. adificare numer. 20. in annot. vers. quoad dispositionem Tambur. de Jur. Abb. tom. 3. disput. 5. quest. 3. sub. numer. 2.

23 Actamen contrarium visum fuit manifestè apparere ita, & aliter ut tale privilegium extet in usu, etiam in Civitatibus magnis, prout expressè voluit Confect. in lib. de privil. mendic. tit. 3. c. 3. Campanil. diu. Jur. canon. d. rubr. 12. c. 13. numer. 18. vers. Sorbus autem, & vers. Atam, ubi probat Sorbom supra adductum, & reddit rationem, quia cum privilegium sit concessum ordini regularium, non abrogatur per ejus non usum aut contrarium usum aliquorum Monasteriorum e. s. dilecti de for. comper. Miran. manual. Pralat. quest. 33. art. 3. ubi quod non admittitur hoc privilegium per non usum per decennium, neque per illum tempus Barbof. de potest. Episc. alleg. 26. nu. 10. Rot. decis. 240. nu. 5. & sequens. part. 4. divers. Burat. decis. 704. nu. 9. & 10. & part. 1. recent. decis. 72. numer. 6. & part. 5. decis. 63. nu. 10. ultra quod ad probandum non usum non sufficit attestatio aliquorum Doctorum, cum illis circa hoc eorum credatur, præsertim quia non sunt versati in Civitate Januæ Surd. conf. 74. numer. 14. Mohed. decis. 2. numer. 3. de consuet. Coccin. decis. 123. nu. 27. cum aliis congestis per Mascard. de probat. consil. 528. n. 1. & seq. ubi numer. 3. ampliat etiam si plures Doctores testentur de contrario.

24 Nec fuerunt habita in consideratione exempla adducta per Patres Oratorii, quia esset probandum quod in illis casibus regulares vicini, ut in præsentem se opposuerint, dum fundans se in observantia teneatur eam probare in terminis individuis casus controversi Mant. decis. 56. n. 7. Seraph. decis. 326. numer. 2. Buratt. decis. 229. n. 6. quandoquidem casus, qui pro non usu adducuntur non concludunt, quia valuit in illis intervenire regularium vicinorum consensus, quocirca non est inferendum ad casum quo ipsi contradicunt, ut in præsentem prout in terminis privilegii super 4. funerali extat decisio in Ravennaten. quarta funeralis 20. Junii 1622. coram bon. mem. Coccino ea ratione quia non fuit in potestate Regularium consentire, ut Monasteria nova erigerentur, talis observantia affirmativa in actibus facultativis non convincit quod idem sit servatum ipsis Religiosis invitis, Ruin. conf. 28. numer. 10. & seq. l. 1. Menoch. conf. 205. n. 63. Surd. conf. 460. n. 80. Seraph. decis. 817. n. 5. Verall. decis. 204. n. 2. part. 3. Caval. decis. 85. n. 1.

25 Sed cessat difficultas, quia observantia, & usus dicti privilegii potius probatur in præsentem ex Brevifan. mem. Pauli. 5. ad favorem eorumdem Patrum Theatinorum contra RR. PP. Societatis Jesu Summario Theatinorum n. 6. prout rursus idem fuit servatum contra Presbyteros sæculares S. Caroli in Civitate Neapolitana d. Summ. n. 7. de quo meminit P. de Lezana in Summ. quest. reg. verb. Monasteria regular. n. 2. fol. 403. vers. Unde cum qui Presbyteri S. Caroli certe nec erant mendicantes. Quod Breve valde urgere dictum fuit, sive interpretetur emanatum fuisse in executionem antiquorum privilegiorum, sive in vim novi privilegii, utroque casu idem militat, dum privilegium concessum Monasterio unius loci prodest omnibus, & singulis Monasteriis aliorum locorum ejusdem Religionis ex constitutione Pii IV. quæ licet non procedat in privilegiis concessis seu concedendis particularibus personis Religiosorum, locum tamen habet in omnibus privilegiis concessis ipsi Monasterio, ut perbelle explicat Roderic. quest. regul. tom. 1. quest. 55.

art. 9. & art. 18. vers. advertendum, & id totum etiam in vim alterius Constitutionis Leonis X. relatæ à Confecto in collect. privil. inter conf. Leonis X. Conf. 18. fol. 188. ibi, aut in posterum concedentur, etiam privilegia postea concessa, & in futurum concedenda suffragantur, cum lex semper loquatur. l. Ariani. C. de heres. Cast. conf. 235. num. 1. vers. restat. respondere l. 1. Rot. in Cracovien. juris legendi 19. Junij 1626. cor. bon. mem. Coccino.

Nec est dicendum præfatum privilegium fuisse re-16 vocatum per Constitutiones novissimas Clementis Octavi la 99. Bullar. nov. tom. 3. fol. 146. Gregor. XV. constit. 31. tom. 4. fol. 138. & Urbani VIII. Conf. 2. eod. tom. 4. fol. 265. nam in dd. Constitutionibus, ne verbum quidem de 140. Cannis, de quibus specificè legitur facta mentio in antiquis Constit. & Rot. in hac materia servat antiquas Constitutiones, ut in Januen. Domorum coram Manzanedo, quæ est la 87. num. 5. part. 4. rec. & cum præfatas constitutiones non disponant, nisi inter regulares non derogant Juri prohibendi quod ex dicto privilegio regulares habent adversus cunctas personas Ecclesiasticas, ne Ecclesias de novo recipiant, de quo dd. Constitutiones non loquuntur juxta theoricam Bald. in l. 1. §. final. C. de latin. libert. tollen. Ramon. conf. 17. num. 1. & 2. Mant. decis. 104. num. 5. Rot. decis. 103. num. 5. part. 2. recent. & decis. 289. num. 7. part. 3.

Satis autem præfatas antiquas Constitutiones seu 17 privilegia urgere ponderatum fuit contra Patres Oratorii S. Philippi propter præjudicium quod eorum nimia vicinitas infra spatium cannarum 40. afferret Patribus Theatinis in Ecclesia Sancti Sivi residentibus ratione elemosynarum quas dubitari non potest, quin erga eosdem Theatinos tenuiores redderentur propter nimiam vicinitatem, dum Ecclesia Sancti Sivi Sacramenta percipere per assuetos diverteretur ad novam Ecclesiam Oratorii Sancti Philippi quod præjudicium, quamvis non esset considerabile, si ageretur de nova introductione in Civitate idonea ad subministranda alimenta omnibus mendicantibus juxta terminos dictæ Constitutionis 99. Clementis Octavi, de qua loquitur Rota decis. 745. part. secunda recent. summopere tamen extat considerabile, quod nova Ecclesia construeretur intra d. breve spatium præfatarum cannarum 40. propter æmulationem, & rixas quæ inter Ecclesias tam vicinas possent exoriri, ad quas evitandas emanavit privilegium Clementis V. ut habitus in verbis relatæ à Roderico in collect. privileg. tom. 1. fol. 209. col. 1. n. 79. ibi, & ut quieti eorum fratrum & c. Rot. d. decis. 87. num. 5. part. 4. recent. Nec sat est quod intrare volentes non mendicent, quia oportet ut nec aliud faciant ex quo aliquod detrimentum cæteris regulatibus obvenire possit, ut tradit Pater de Lezan. Modern. Carmel. Matriten. in d. summ. quest. reg. verb. Monasterio fol. 400. num. 6. Rot. decis. 87. num. 5. part. 4. recent. Quo circa nil urget, imò retorquetur d. decis. 676. num. 10. part. 1. rec. in qua dictum fuit non præjudicari Theatinis per vicinitatem Collegii Societatis Jesu, dum in hujusmodi Collegiis nullus non Religiosus ex eisdem sepelitur, nec ibi elemosynæ pro Missis, & aliis officiis admittuntur: & non attendi, an hi qui denovo volunt Ecclesias acquirere sint mendicantes, vel non mendicantes habetur ex d. privil. Sixt. IV. ubi extendit privilegium Clem. V. loquentis de mendicantibus ad omnes alios Religiosos aliorum ordinum etiam non mendicantium, & ad quascumque alias Ecclesiasticas personas refert Sorbo in compend. Privil. Regul. verbo adificare num. 19. & eadem Bull. est impressa à Lezana tom. 5. summ. part. 2. §. 79. fol. 519. & in comment. num. 431. fol. 807.

Quam sententiam eo libentius Domini amplexi 18 fuere dum Patribus Oratorii S. Philippi nil nocet residere in loco remotiori, & Patribus Theatinis hoc multum prodest, præsertim cum ipsi sine redditibus ex puris elemosynis spontè à fidelibus oblati, & non

non emendicatis vivant, suntque certe omnia faciendæ, quæ cæteris non nocent, & illis profunt juxta text. in l. 2. ibi, nisi ei nihil noceat, & ibi Bart. vert. ad hujus autem ff. fol. mar. Imol. conf. 17. n. 18.

Et ita resolutum, utraque parte informante, &c. Per-51 gito S. Rota.

R. P. D. ROIAS

Januen. Privilegiorum.

Veneris 24. Januarii 1648.

19 Firmatum fuit coram me sub die 24. Junii 1647.

quod privilegium Clementis V. ad favorem Carmelitarum concessum, relatum à Roderic. quest. regul. tom. 2. quest. 50. art. 5. confirmatum per Sixtum IV. ut refert Sorb. in compend. privil. regul. verb. adificare n. 16. prohibens; ne alii Religiosi, vel personæ Ecclesiasticæ, aut pia loca possint intra spatium 140. Cannarum proximum Ecclesis Carmelitarum novas Ecclesias edificare, aut de novo recipi, suffragari debeat. PP. Theatinis, quibus idem privilegium communicatum fuit per Clementem VII. ut habetur in 38. Constitutione inter ejus impressas in Bullar. tom. 12. num. 12. fol. 505. ubi generaliter omnia privilegia mendicantium prædictis PP. Theatinis communicavit. Quapropter dictum fuit, ut Presbyteri Oratorii S. Philippi Nervi Civitatis Januæ nequeant residere in Ecclesia S. Pancratii, quæ non distat ab Ecclesia Parochiali S. Sivi, ubi residet. PP. Theatini per Cannas 40. ex rationibus, & fundamentis adductis in decisione per me extensa, super quibus hodie reposita causa DD. steterunt in decisibus.

20 Admittunt enim PP. Oratorii existentiam prædicti privilegii, ac illum communicationem ad favorem Theatinorum, sed illum dicunt, illud nullo modo esse attendendum, tum quia in differtudine abiit: Tum etiam quia fuit de medio sublaturum, & revocatum per Constitutiones Clementis VIII. la 99. Gregorii XV. la 31. Urbani VIII. la 25. in ordine inter Constitutiones eorumdem Pontificum, in quibus nova forma præscribitur circa erectionem conventuum, non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, cæterisque in contrarium facientibus.

21 Non usus autem dicti privilegii deducere denuò conatur ex litteris Sacræ Congregationis Episcoporum, & regularium; ubi attestatur, privilegium concessum super distantia 300. Cannarum non esse in observantia, cui attestationsi integræ Congregationis, ac emanatæ de ordine Papæ plura fides adhibenda est, & Rota semper multum detulit Buratt. decis. 479. nu. 3. ubi Add. nu. 20. & fuit dictum in Majoricen. Parochialis 13. Junii 1646. coram Rev. P. D. meo Celfo.

22 Sed huic objecto responsum fuit, quod ex dd. litteris non inducitur probatio usus prædicti privilegii Clementis V. cum loquantur de privilegio prohibente ne infra spatium 300. Cannarum edificari possit, illudque dicitur non esse in usu; Unde ex hoc desumi non potest probatio non usus quoad illud privilegium valde diversum ab illo. Et quatenus verò probaretur dictus non usus, tamen non sufficeret, ad hoc ut privilegium Clementis V. non sit attendendum. Quia nos versamur in casu privilegii facultativi respectivè, quod non amittitur simpliciter ex non usu; sed ad hunc effectum requiritur lapsus temporis cum contrario usu, c. si de terra, & c. accedentibus de privil. glof. in l. 1. ff. de nudin. Abbas conf. 18. n. 4. & 7. vers. non obstat circa medium. & conf. 61. n. 7. part. 2. late Suarez. de legib. l. 8. c. 34. n. 15. & 16. & resolvit Rota in Messanen. Decanatus 23. Maii 1644. coram R. P. D. meo Ghislerio. Ita ut ad probandum dictum contrarium usum requisitum pro amissione privilegii opus sit specificè doceri, quod alii Religiosi, seu personæ Ecclesiasticæ intra spatium 140. Cannarum propè Ecclesias Theatinorum edificaverint ipsis Theatinis contradicentibus, quod esset actus eidem privilegio contrarius ex relatæ

per Reverendiss. Dom. metum Decanum in d. Messanen. Decanatus 27. Januarii 1642. cui actui positivo, si Theatini acquivissent, tunc revera prætendi posset, dictum privilegium facultativum fuisse amissum, ut tradunt DD. in l. 1. C. de servit. & acqu. Surd. conf. 127. num. 2. & dixit Rota coram bon. mem. Merlino in Derusenen. Vicaria 22. April. 1624. quæ est decis. 186. post. Post de manus. & in decis. 288. nu. 14. part. 6. rec.

Nec subsistit, quod dictum privilegium Clementis 25 V. fuerit abrogatum, seu revocatum ex novis Constitutionibus Clementis VIII. Gregorii XV. & Urbani VIII. supra relatæ. Qui in dd. Constitutionibus nulla fit mentio de hoc privilegio; sed tantum prohibent, ne nova Monasteria erigi possint, nisi vocatis Procuratoribus aliorum Conventuum, sine quorum detrimento Conventus erigendus sustentari valeat: Quod nihil commune habet cum d. privilegio. Unde, cum istud non repugnet expressis, & dispositis in eisdem Constitutionibus, non debet per illas ceteri privilegium derogatum Bald. in l. unica. §. fin. C. de latin. libert. tollen. Mant. decis. 104. n. 1. & 289. n. 6. part. 3. recent. Cum itaque dispositum in Constitutionibus non sit contrarium dispositis in privilegio, sed ad invicem se compatiuntur, nullo modo data d. Compatibilitate novæ Constitutiones tollant primum privilegium, ut in simili dixit Rota coram Verall. decis. 377. part. 2. Pura decis. 83. lib. 3. in corr. & decis. 29. num. 33. part. 7. recent. Et tantum abest, quod dd. Constitutiones sint illi derogatoriæ, quinimo dici possint ampliatiæ; nam non solum respiciunt d. distantiam 120. Cannarum, sed prohibent etiam, ne erigantur de nova Monasteria, seu Conventus, nisi citatis, & auditis Prioribus; seu Procuratoribus aliorum Conventuum existentium in aliis locis per quatuor milia passuum circumvicinis, quotum consensus ad hunc effectum requiritur, vel constare debet Ordinariis. locorum, quod sine illorum detrimento d. Monasteria erigi possint, prout disponitur in Constitutione Gregorii XV. in §. 3. quam fel. record. Urbanus VIII. in sua servari mandat.

Quamobrem dixerunt DD. (admisso etiam, quod 24 d. privilegium fuerit per hujusmodi Constitutiones de medio sublaturum) illas favere PP. Theatinis, dum respiciunt detrimentum aliorum Conventuum antea erectorum, præservando dispositionem Sacrorum Canonum, ut in constitutione Urbani, quibus prohibetur novæ Ecclesiæ constructio in loco, ubi præjudicet aliis jam constructis juxta dispositum in can. Ecclesia, & can. Quicumque 16. quest. 1. c. 2. ibi ad aliorum injuriam nolumus redundare de Eccles. adifican. & dixit Rota coram Seraph. decis. 347. nu. 1.

Etenim consideratum fuit, maximum detrimentum fore 25 allaturum PP. Theatinis, si Presbyteri Oratorii residere in Ecclesia S. Pancratii, quæ non distat ab Ecclesia S. Sivi, ut supra dictum est, spatio 40. Cannarum. Quo stante diminueretur concursus Populi in prædicta Ecclesia S. Sivi, & consequenter elemosynæ, quæ ex Christi fidelium concursu uberiores fiunt erga PP. Theatinos ex illis viventes; ita ut ex diminutione d. concursus, & elemosynarum, diminuerentur etiam alimenta Theatinis ex eisdem provenientia, quod lex abhorret, ad text. in l. solent. ff. de aliment. & cibari. legat. Bart. in l. cum hi. §. vult igitur. ff. de transact. Jason. ibid. n. 12. Ruin. conf. 81. sub n. 4. vers. Quia ubi à pluribus l. 2. & confil. 144. sub n. 6. vers. si non potest. l. 5. Anchar. confil. 254. circa fin. vers. nisi ad ipsorum, Rota in Roma alimentorum 20. Julii 1642. coram R. P. D. meo Biobio.

Non obstat, quod PP. Oratorii habeant proprios redditus à fundatore assignatos. Quia non ab eorum, sed à Theatinorum egestate præjudicium desumitur, & sufficit omne præjudicium aliunde etiam, quam ex mendicitate, seu quæstuatione Ecclesiæ vicinæ resiltans, ut tradit Modern. Carmel. Matriten. in Summ. quest. regular. tom. 3. verb. Monasteria regularium sub n. 6. vers. adde etiam fol. 400.

26 Ex quibus, ac aliis in præterita decisione deductis, eam confirmandam esse utraque parte informante relatum fuit, &c.

Et luculenter prosequitur.

DECISIO S. ROTÆ ROMANÆ

Coram R. P. D.

CORRADO

In causa Januen. Privilegiorum.

Luna 28. Junii 1649.

27 **C**ommiffa mihi causa appellationis interpositæ ad Sanctis. D. N. pro parte RR. PP. congregationis S. Philippi Neri civitatis Januen. à sententia Rotali, qua fuit declaratum illis non licuisse, neque licere Ecclesiam, Domum, seu conventum ædificare, vel recipere, neque habitare, aut residere in Ecclesia Sancti Pancratii, vel alio loco infra spatium centum quadraginta cannarum ab Ecclesia Sancti Sirti, seu Conventu RR. PP. Theatinorum distanti juxta Summorum Pontificum Constitutiones. Hodie dubitatur An illa sit confirmanda, & Domini re denuo exactè discussa responderunt affirmativè.

28 Quia nictur expressis verbis Bullæ sanct. mem. Sixti IV. Privilegium hoc concedentis RR. PP. Carmelitis sub Dat. 4. Kal. Decembris 1476. ut in ea legitur penes Roderic. in *Collect. Privilegior. Regular. fol. mibi 209. sub n. 79.* & P. Lezan. in *summa qq. Regul. tom. 5. §. par. 2. fol. mibi 519. sub eodem n. 79. ibi.* Et ut quædam eorumdem Fratrum dicti Ordinis ulterius consulatur Constitutionem fel. record. Clem. Papa Patiam prædecessoris nostri super Domibus professorum Mendicantium prope Domos aliorum Ordinum Mendicantium professorum infra spatium centum quadraginta cannarum de novo non recipiendis. Ad omnes alios Religiosos aliorum Ordinum tam Mendicantium quam non Mendicantium utriusque sexus, & quascunque alias Ecclesiasticas personas prope Domos Fratrum dicti Ordinis de Monte Carmelo novas Ecclesias, & Loca construere, vel alias de novo recipere, & habere volentes extendimus. Ita ut nulli eorum infra prædictum spatium centum quadraginta cannarum etiam per aerem mensurandarum, ubi alias commodè per terram mensurari non possent, adificare de novo, seu construere, aut inhabitare juxta Loca prædictorum Fratrum de Monte Carmeli præsumant. Si quis verò cujusvis conditionis, status, aut dignitatis fuerit, qui contra prædicti Clementis prædecessoris Constitutionem, & nostram ampliationem venire, aut agere præsumpserint, tam ipsi, quam auxilium, vel favorem præstantes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, quam servemus in his scriptis, & nihilominus cuncta, & singula ab eis facta pro infectis habeantur. Sec. Additis in fine clausula sublata, &c. & Decreto irritanti, &c. & amplis derogationibus.

Idemque referunt Hieronym. Sorb. in *Compend. Privileg. Regular. in verb. adificare sub n. 19. vers. idem Sixtus fol. mibi 314.* ac ipse iterum Roderic. *qq. Regular. tom. 2. quæst. 50. art. 5. vers. quo privilegio.* Ludov. Mirand. in *manual. Prælat. tom. 1. q. 33. art. 4. in tertia conclusione.* Barbof. de *univers. jur. Ecclesi. l. 2. c. 12. sub n. 76. vers. pro Fratribus.* &c. & alii.

30 Quod quidem fuit deinde communicatum, ac principaliter concessum eidem PP. Theatinis, tam à Clem. VII. in constitutione incip. Dudum pro parte vestra, Dat. 3. Martii 1533. in ordine 38. §. 12. Ac insuper vobis, Bullar. par. 1. ac Pium V. in ejus constitutione incip. Ad immarcescibilem, Dat. septimo Idus Februarii 1567. in ord. 31. in §. 14. Ipsisque, & §. 15. Bullar. par. 2. & sanct. mem. Greg. XIV. in ejus Brevi. Dat. 5. Aprilis 1591. ibi. Et insuper volentes prædictam Congregationem pro singulari quo eam ob eminentia merita, charitatis affectu complectimur amplioribus, & gratiis, ut par est, cumulare & exornare, eidem Congregationibus, & Clericis, ut ultra privilegia, & alia sibi concessa prædicta, omnibus, & singulis aliis Privilegiis, exemptionibus, facultatibus, Indultis, Indulgentiis, & peccatorum remissionibus, & relaxationibus, cæterisque gratiis tam spiritalibus, quam temporalibus quibusvis Religionibus, Congregationibus, & Ordinibus quocunque nomine nuncupentur, etiam Mendicantium, ac tam virorum, quam mulierum, eorumque Monasteriis, Domibus, & aliis Pius locis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, dictamque sedem hæcenus quomodolibet concessis, & impostèrùm concedendis, ac quibus illorum utriusque sexus persona de jure, vel consuetudine, aut ex privilegio, vel alias, quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum in his, quæ eorum Regularibus Institutis non adveniuntur dimissæ, non solum ad eorum instar, sed æque principaliter, ac pariformiter in omnibus, & per omnia, perinde ac si eidem Congregationibus, & Clericis specialiter, & expressè concessa forent, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant perpetuo concedimus, & indulgemus, illaque eis communicamus, & concedimus, & ad eos extendimus. Decernentes præsentis litterarum, & in eis contenta quacunque etiam ex eo, quod interesse habentes ad hoc vocati non fuerint, nec eidem præmissis consenserint, nec ex quibusvis aliis causis quantumvis legitimis, & juridicis de subreptionis, ac nullitatis vitio, seu intentionis nostre, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, &c. non posse. &c. sublata, &c. ac irritum, &c. & prout latius constat ex eodem Brevi, & ejus vigore quæcunque Privilegio cæteris Religionibus concessa, & concedenda effecta sunt propria dd. PP. perinde, ac si fuissent ipsis nominatim concessa, independentè ab aliis l. omnia, & ibi not. Cod. de *Episcop. & Cler. Oldrad. consil. 300. sub nu. 8. vers. & præsertim.* cum aliis relatis per Horat. Mandof. in *ejus tract. de privileg. ad instar q. 4. per tot. Rot. penes Crescent. dec. 9. sub n. 5. vers. secundo quia.* & in *fin. de privileg. & latius decif. 30. n. 2. vers. que communicatio par. 4. tom. 2. recent.* & pro eidem PP. fuit aliis dictum in *Licien. quarta funeral. 15. Januarii 1618. coram bon. mem. Coccin. in princ. vers. in casu autem de quo agitur.* & in *Ravenat. jur. sepulch. 16. Februarii 1618. coram eodem in princ. vers. privilegia suffragantur etiam prædictis Clericis Regularibus.* Quare omnino sunt observanda, nec ab eorum tenore recedi potest, cap. porro, ubi gloss. *fin. & cap. seqq. de privileg. Rot. penes Cardin. Mantica. decif. 320. nu. 1. vers. nam tenor privilegii, ac in recent. decif. 226. n. 24. vers. quod cum fuerit par. 7. cum aliis relatis per Modetn. Roman. discept. 947. n. 28. vers. ejus tenor.*

Nec adveniant Decisiones in *Toletan. Readificat. Capella 24. Februarii 1592. coram bon. mem. Card. Mantica. dec. 163. & in Januen. domorum 15. Maii 1615. coram bon. mem. Manzaned. in recent. decif. 676. part. 1.*

32 Quia in illa Toletan. fuerat probatum Ecclesiam Sancti Joseph, cujus Patroni, & Capellani in ea existentes novam inceperant ædificare Capellam, fuisse constructam ante Monasterium PP. Discalceatorum, ut in ea legitur *sub n. 3. vers. imò probatur. &c.* In casu autem proposito constat Ecclesiam Sancti Sirti ab antiquissimo tempore adificatam, de qua mentionem facit Sanctus Gregor. *Dialogor. l. 4. c. 53.* Eandem apud MM. Cassinenses prius existentem fuisse deinde concessam PP. Theatinis anno 1575. ex publicis Instrumentis in processu productis. Et ab eis restauratam, ut attestatur Cardin. Baton. in *notat. ad Martyrolog. in Lect. diei 29. Junii SS. Apostolis Petro, & Paulo sacri in verb. S. Sirti Episcopi fol. mibi 363.* At in ea recentiori Sancti Pancratii PP. Congregationis longè postea receptos, & introductos anno scilicet 1644. proindeque illis inevitabiliter obstat dispositio relatæ Constitutionis Apostolicæ prohibentis non solum Ecclesias, Domos, ac Monasteria de novo edificari, sed jam ædificata etiam de novo recipi, ac habitari infra spatium dd. centum quadraginta cannarum, ut apparet ex ejus lectura, & tradunt DD. supracitati. In illa verò Januen. discussus tantummodò, atque decisus fuit articulus. An RR. PP. Societatis JESU tenerentur vendere nonnullas Domos, & sitque

situs pro ampliatione dicti Monasterii Sancti Sirti ex Privilegio jure communi inducto Ecclesiæ, ac Religionis favore per l. si quis sepulchrum, ff. de Religios. & sumpt. funer. ut patet ex dicta decif. 676. par. 1. recent. ubi quoad hæc ipsa particularia privilegia, de quibus modò agitur eidem PP. Theatinis competentia expressè fuit reservata cognitio n. 11. vers. quia tamen, &c.

33 Minus relevat, quod sub ejusmodi generalibus Privilegiis communicationibus illa comprehendendi non soleant, quæ sunt aliis præjudicialia.

34 Quia non procedit objectio, quando constat de voluntate Summi Pontificis intendentis omnia indistinctè complecti, vel ex amplitudine verborum, vel ex aliquorum præjudicialium expressione, vel clausulis adjectis. Quæ omnia concurrunt in proposito casu, in quo prædictum Indultum non solum per viam communicationis, sed principalis concessionis in omnibus, & per omnia pariformiter cæteris præcedentibus aliarum Religionum amplissimis verbis conceptum fuit, expressis etiam specialiter immunitatibus, & exemptionibus, quæ sui natura solent esse aliis præjudiciales, necnon additis clausulis abrogationibus defectum citationis, atque consensuum omnium interesse habentium, ac etiam subreptionis, obreptionis, & intentionis ipsius concedentis oppositionem. Ex quorum sanè amplitudine satis probatur deliberata, & enixa Pontificis voluntas impartendi huic Religioni quæcunque, & qualiacunque privilegia, etiam si tertius præjudicialia cæteris Religionibus antea concessa, & impostèrùm concedenda, licet alias sub generalibus simplicibus verbis non fuissent comprehensa, ut bene comprobatur Horat. Mandof. in *dict. tract. de privileg. ad instar. dist. q. 4. sub num. 7. vers. que omnia cum seqq. & fuit resolutum in Bononien. exempt. 25. Maii 1618. coram bon. mem. Cardin. Verolpio in recent. decif. 30. per tot. par. 4. tom. 2. & in Maliten. collectar. 7. Maii 1627. coram bon. mem. Cardin. Ubald. decif. 63. n. 4. vers. & quidem, &c. ac seqq. par. 5. earund. Et in his terminis, quod sub ejusmodi generali communicatione comprehendatur d. Privilegium, de quo nunc agitur tradunt Jo. Baptist. Confect. in *summa privileg. Ordin. Mendicant. titul. 38. c. 1. fol. mibi 363. Roderic. qq. Regular. tom. 2. d. q. 50. artic. 5. vers. quo privilegio, &c. Mirand. q. 33. art. 4. in conclusione secunda, in fin. vers. quo privilegio, Laurent. de Portel. in *lib. Regular. par. 1. in verb. communicatio privilegiorum sub num. 9. vers. si una Religio, & alii passim.***

35 Præterea non consistit, quod dd. Privilegia fuerint moderata, ac reformata per Constitutionem sanct. mem. Clem. VIII. incip. Quoniam ad institutam, Dat. 23. Julii 1603. inter impressas ejusdem Pontificis in ord. 99. Bullar. par. 3. confirmata per sanct. mem. Gregor. XV. in Constitutione 31. incip. Cum aliis 17. Aprilis 1622. & per sanct. mem. Urban. VIII. Constitit. 25. Romanus Pontifex 28. Augusti 1624. Bullar. par. 4.

36 Quoniam est advertendum duplicem in hac materia vigere prohibitionem. Alteram scilicet generalem Sacrorum Canonum, & Conciliorum, qua vetitum est novas Ecclesias, seu Monasteria in quibusvis Civitatibus, vel locis edificari, erigi, ac introduci cum præjudicio juri aliorum ibidem jam existentium, ut habetur in c. quicunque 16. q. 1. c. 2. ubi gloss. in verb. veteribus, de *Eccles. adificand. c. 1. de excess. Prælat. in 6. S. Concil. Trident. sess. 25. de Regular. c. 3. in fin. vers. nec de cætero.* Guidopap. dec. 360. Rot. penes Cardin. Seraphin. decif. 847. sub n. 2. vers. nam tam ex forma rescripti, quam ex dispositione juris communis. Et de hac disponente præfatæ sanct. mem. Clem. Gregor. & Urban. Constitutiones, quibus præscribitur forma in præmissis servanda, ac numerus quidam Religiosorum in singulis Monasteriis erigendis alendorum definitur, ut patet ex earum lectura, & in eidem terminis loquitur Rot. dec. 745. p. 2. recent. quæ emanavit in causa vertente non inter duas Religiones, sed inter PP. Sancti Augustini Dis-

calceatos, & Capitulum Ecclesiæ B. Mariæ de Pilati Casarugustanæ Civitatis, ut patet expositione.

Alteram verò specialem ex peculiaribus singulorum Ordinum, & Religionum Indultis, & Privilegiis, quibus per Summos Pontifices prohibitum fuit personis Ecclesiasticis, ac Religiosis in Civitates, ac loca quæcunque denuò introductis, atque receptis Ecclesias, Conventus, ac Monasteria edificare, sive jam ædificata recipere, habere, & habitare infra certâ præscripta spatia ab aliis ibidem jam erectis, ac institutis distantia. Quæ sicut non ex ea ratione (ut quidam asseverant) sed ex alia diversa, & particulari processit, nempe ad evitandas emulations, jurgia, dissensiones, & scandala, quæ oriri possunt ex eorum vicinitate, ut apparet ex relatis verbis Bullæ sanct. mem. Sixti Quarti, & aliorum Summorum Pontificum, & explicat S. Bonavent. in *Libello Apologetico quæst. 7. vers. Cum possis deberis diligere tom. 2. Opusculor. fol. mibi 430.* ac pro ipsis PP. Theatinis respondit Rot. in *Januen. domorum 20. Decembris. 1610. coram bon. mem. Manzaned. in recent. d. decif. 87. sub n. 5. vers. quia autem deducebantur par. 4.* Ita sub generalibus illis Constitutionibus san. mem. Clem. Gregor. & Urban. favore eorumdem Religionum ob aliam causam emanatis non comprehenduntur, nec ab eis revocantur, sed in eorum robore permanent, quippe diversam continent, non autem contrariam, nec repugnantem dispositionem, cum invicem non adveniant, sed bene conveniant, quod Religiones, & personæ Ecclesiasticæ, servata forma dd. Constitutionum admittantur, & recipiantur in Civitatibus. Attamen non ædificent, neque constituant Ecclesias, Conventus, neque habitationes eorum in locis alteri Religioni vicinis infra dictum spatium, c. veniens ibique gloss. in verb. nullam, de *præscript. c. si propter, de rescript. l. 6. l. hac saluberrima vers. tria tamen. ibique gloss. in verb. convertere, c. de præposit. agent. in rebus l. 12. Horat. Mandof. de privileg. ad instar gloss. 8. à n. 6. vers. secundo quia, & seqq. Rot. penes Put. dec. 83. n. 1. vers. & fuit decisum, ac seqq. 13. Verall. decif. 380. n. 1. part. 2. & in recent. decif. 29. n. 33. vers. & cum secundum privilegium par. 7. & in hac specie sentit Rot. d. dec. 67. sub n. 5. par. 4. recent. & P. Lezan. in *eius summa par. 4. in verb. Monasteria Regularium sub n. 20. vers. notandum secundo, & par. 5. tom. 2. circa §. 25. fol. 699. sub n. 227. vers. secundum vero, &c.* dicens se in hac Urbe experientia didicisse, quod quando religiosi reclamant hujusmodi privilegiorum observantiam petentes à Sede Apostolica audiuntur.*

Poltremò non obstat, quod dd. privilegia non sint usu recepta.

Primum, quia contraria urget juris præsumptio præsertim favore illorum, quibus concessa fuerunt, ideoque neganti incumbit onus probandi legitime, & concludenter, c. accedentibus, de privileg. & respondit Rot. penes Crescent. dec. 4. n. 2. vers. unde Domini voluerunt, de privileg. & dec. 67. n. 3. vers. neque obstat, & seqq. par. 2. divers. Cardin. Cavaler. decif. 423. n. 1. vers. neque videbatur, & in recent. decif. 197. sub n. 5. vers. & cum usu, & decif. 213. sub n. 1. vers. que Constitutiones par. 1. & decif. 572. n. 16. vers. observantia allegata, &c. & seqq. par. 4. tom. 3. Id enim non satis probatur ex litteris, atque Decretis exhibitis pro PP. d. Congregationis. Nam quædam loquuntur de cannis tercentis, quæ ab eodem sanct. mem. Clem. IV. in alia ejus Constitutione relata per Jo. Baptist. Confect. in *Collect. litterar. Apostolicæ. Mendicant. fol. 12. Constit. 3.* & ab aliis deinde Summis Pontificibus fuerunt reductæ ad cannas centum quadraginta. Aliæ de sola mutatione situs Monasterii antiquitus in eodem solo constructi ab ipsismet Religiosis jam dudum in eo degentibus ob necessariam causam fienda, quæ sub ejusmodi prohibitione non comprehenditur, ut probat Mirand. in *manual. Prælat. tom. 1. d. quæst. 33. art. 5. conclus. 2.* Suar. & alii relati per Barbof. 6. c. 12. sub n. 78. vers. sicut, etiam

Clericales Ordines sibi forsitan à propriis Præsulibus denegatos, seu quos, aliquibus canonicis sibi obstantibus impeditis, denegari meritis verentur, ab alienis Episcopis, non quæ Jesu Christi, sed ea, quæ ad ipsos non pertinent, Oves in animarum suarum perniciem quaerentibus, nec tot canonicas damnationes contra usurpantes alienæ plebis homines latas perhorrescentibus, absque suorum Prælatorum commeatu, hoc est dimissoriis, commendatiisve eorum literis destituti, quinimò eis insecis, & sæpe etiam invidis, sub minus legitimis Beneficii Ecclesiastici, Originis, Domicilii, seu etiam familiaritatis, ac continuæ Ordinantium Episcoporum commendatitias quæsitis titulis, in sacrarum legum fraudem, contemptum, illegitimè suscipiunt, atque ita non intrantes per ostium, & nihilominus Tabernaculum Domini cum macula inhabitare non dubitantes, sacrificium in sacrilegium convertunt, iudicium, absque misericordia sibi consciscunt, Deoque minimè placentes, & tamen placare velle præsumentes, non modò eum non placent, sed magis irritant, dum videntur in cordibus suis dicere: non requirer.

Hinc est quod Nos ex commissæ Nobis divinitus Apostolicæ servitutis munere, abusus, fraudes, ac scandala hujusmodi penitus, & omninò è medio tollere, ac irreligiosam contrafacientium audaciam, quantum Nobis ex alto conceditur, compescere, & reprimere volentes, nec non fel. rec. Urbani VIII. contra malè ordinantes, & malè ordinatos, quæ incipit: Secretis, aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, ac etiam Conciliaribus hac in re editis Constitutionibus, & Ordinationibus inherentes, illasque quoad ea, quæ præsentibus non adversantur, quatenus opus sit, innovantes; de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ejusdem Concilii Tridentini Interpretum, qui quæcumque antehac super præmissis ab ipsorum Cardinalium Congregatione in particularibus casibus edita decreta, declarationes, seu responsa ad earundem præsentium limites reducenda esse censuerunt, consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine ad Omnipotentis Dei Gloriam, Ecclesiæ utilitatem, veteris disciplinæ instaurationem, totiusque Christiani Populi adificationem; Hic generali nostra & perpetuò vultura Constitutione decernimus & declaramus, nulli Episcopo, seu cujusvis loci Ordinario, tamen Cardinalatus honore fulgeat, licere exterum quempiam, ac sibi ratione Originis, seu Domicilii, juxta modum inferius declarandum, legitimè contracti non subditum ad Clericalem tonsuram promovere, cujusvis Beneficii Ecclesiastici ei statim, ac tonsura hujusmodi insignitus fuerit conferendi, seu ad quod is à Patronis jam præsentatus, seu nominatus fuerit, prætextu etiam Beneficii prædicti de novo ea expressè adjecta lege fundatum fuisse constitit, ut quis immediatè post Clericalem characterem susceptum ad illud instituat; Præterea Clericum, qui legitimè jam à proprio Episcopo ad eandem Clericalem tonsuram, seu etiam ad minores Ordines promotus fuerit, non posse ab alio Episcopo ratione, ac titulo cujuscumque Beneficii in illius Diocesi obtenti ad veteriores Ordines promoveri, nisi ante eorundem susceptionem testimoniales literas proprii Episcopi, tam Originis, quam Domicilii, super suis Natalibus, ætate moribus, & vita sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo Ordinanti in actis illius Curie conferendas exhibuerit.

Licet verò Clericus ratione cujusvis Beneficii in aliena Diocesi obtenti iudicij dicatur jurisdictioni illius Episcopi, in cujus Diocesi Beneficium hujusmodi situm est, eam tamen de cætero hac in re in-

concussè servari volumus Regulam, ut nemo ejusmodi subjectionem ad effectum suscipiendi Ordines acquirere censeatur, nisi Beneficium prædictum ejus sit redditus, ut ad congruam vitam sustentationem sive juxta taxam Synodalem, sive ea deficiente, juxta morem Regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, detractis oneribus, per se sufficiat, illudque ab ordinando pacificè possideatur, sublata quacumque facultate supplendi quod deficeret fructibus ejusdem Beneficii cum adjectione Patrimonii etiam pinguis, quod ipse Ordinandus in eadem, seu alia quavis Diocesi obtineret, ac Episcopus sic Ordinans tam de prædictis Testimonialibus Literis, quam de redditu Beneficii hujusmodi expressam in consueta collatorum Ordinum attestacione mentionem facere debet.

Cæterum subditus ratione originis is tantum sit, ac esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in ea Diocesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat, dummodò tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirum itineris, Officii, Legationis, Mercaturæ, vel cujusvis alterius temporalis moræ, seu permanentiæ ejus Patris in illo loco, quo casu nullatenus ejusmodi fortuita natiuitas, sed vera tantum, & naturalis Patris origo erit attendenda. Quod si quis tanto temporis spatio in eo loco, in quo accidenti, sicut præmittitur, natus est moram traxerit, ut potuerit ibidem canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci literas Testimoniales, ut supra, obtinere illasque Episcopo Ordinanti per eum in collatorum Ordinum Testimonio similiter recensendas præsentare teneatur.

At si Pater in alieno loco, ubi ejus filius natus est, tamdiu, ac eo animo permanserit, ut inibi verè Domicilium de Jure contraxerit, tunc non origo Patris, sed Domicilium per Patrem legitimè, ut præfertur, contractum pro Ordinatione ejusdem filii attendi debeat.

Subditus autem ratione Domicilii ad effectum suscipiendi Ordines is dumtaxat censeatur, qui licet alibi natus fuerit, illud tamen adè stabiliter constituerit in aliquo loco, ut vel decennium saltem in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum suorum partem cum instructis Adibus in locum hujusmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuò ibidem permanendi animum demonstraverit, & nihilominus ulterius utroque casu se verè, & realiter animum hujusmodi habere iurejurando affirmet. Si quis tamen à propriæ originis loco in ea ætate discesserit, qua potuerit alii canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii suæ originis testimoniales literas, ut supra, asserere debet, ac de illis expressa similiter mentio in susceptorum Ordinum Literis facienda erit.

Ad hæc nulli Episcopus alienæ Diocesis subditum familiarem suum ad aliquos Sacros, seu Minores Ordines, vel etiam primam tonsuram promovere, seu ordinare præsumat absque ejus proprii, originis scilicet, seu Domicilii Prælati testimonialibus literis, ut supra, & nisi ad præscriptum Concilii Tridentini præfati *sess. 23. cap. 9. de reform.* Familiarem prædictum per integrum, & completum triennium in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit; Beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam, juxta modum superius præsumimus, sufficiat quacumque fraude cessante, statim, hoc est saltem intra terminum unius mensis à die factæ ordinationis, re ipsa illi conferat, ac in Ordinationis hujusmodi Testimonio expressam eandem familiaritatis, ac literarum prædictarum mentionem facere teneatur.

Porrò, ut quicumque fraudibus aditus omninò præcludatur, volumus, & Apostolica Autoritate statuimus, atque decernimus, ut Episcopus quilibet suos ratione

tionis originis, sive Domicilii subditos Clericos quoscumque ab alienis Episcopis quavis autoritate, etiam cum suis commendatiis literis promotos, nedum ad formam Concilii Tridentini (supradicti *sess. 14. c. 3. de refor.*) quoad scientiam examinare valeat, verum etiam ordinum eis collatorum testimoniales literas, gratis tamen, recognoscere, ac diligenter perquirere, an quoad illos præsentis Constitutionis forma, & dispositio adimpleta fuerit, assignato sic promotis termino competenti ei magis benevolè ad docendum de ejusmodi adimplemento, ita ut quos eo termino elapso id minimè præstitisse comperit, ac susceptorum Ordinum exercicio, si ita, & quamdiu ei expedire videbitur, suspendere, illisque, ne in Altari, aut in aliquo Ordine ministrent, interdicare possit.

Ita verò præmissa omnia, & singula perpetuò, ac inviolabiliter observari, atque adimpleri volumus, ut si quid in istdem præmissis, seu eorum aliquo secus fiat, Ordinans quidem à Collatione Ordinum per annum, Ordinatus verò à susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipso suspensus sit, aliiisque insuper gravioribus penis pro modo culpæ nostræ, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio indiligens uterque subiaceat.

Decernentes pariter easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandoque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime, & inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, ac Sedis præfate Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præminencia, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quamvis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Constitutionibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, in genere, vel in specie, seu aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habeatur, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, eisdem præsentibus pro expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut præsentis literæ in Valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, publicentur, & affigantur, sicque publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos illa concernunt, perinde acsent, & afficiant, ac

si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent; Quodque earundem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fide tam in Judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum Decretorum, Declarationes, Voluntatis, Saruti, & Derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorè Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, Pridiè nonas Novembris, Pontificatus Nostrî Anno Quarto.

B. Card. Prodatarius. I. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco + Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini Nostrî JESU Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, Indictione secunda, die sexta mensis Novembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostrî Domini Innocentii Divina Providentia Papæ XII. Anno quarto. Supradictæ Literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ S. Jo. Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuets Urbis per me Thomam Orlandum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

Franciscus Antonius Simoncellus Mag. Curs.

CONSULTATIO XIV.

An electio Patrum Generalium pertinere possit ad aliquot Provincias, sique ea confirmanda, & quatenus, an verò ad universam Religionem.

Affirmativè respondendum videtur, nempe quod hujusmodi electio facta ab aliquot Provinciis sit iusta, non obstante exceptione, quæ pertinet ad universam Religionem. Quæ exceptio, ne in petitorio quidem potest obstat, multoque minus in possessorio, cum ad effectum confirmationis non sit discutienda pertinentia, & proprietatis, sed simplex solummodo quasi possessio eligendi, ita ut solus ultimus status sufficiat, *v. querelam de elect.* ibique Abb. *nium. 12. in fine.* & in *c. Consultationibus n. 2. de jurepar. Gutierrez consil. 3. n. 1.* *Lapus allegat. 78. n. 9. Post. de mantent. observ. 10. n. 40. § segg. ac Rota decis. 1432. n. 10. coram Seraphino, & decis. 752. n. 2. part. 2. recent. & decis. 219. n. 1. & 3. coram Durano.* Nam electio est fructus possessionis, non autem proprietatis, *Dec. consil. 134. n. 1. tom. 1. Ricc. resol. 523. n. 2. & segg.* Ac propterea electus ab existente in quasi possessione eligendi præfertur electo à proprietario, *Garz. de benef. per. 5. c. 5. n. 4. Roland. consil. 47. n. 28. & segg. vol. 1. Dec. loc. cit.*

Quod eo facilius procedit, si ejusmodi electio sic pluries facta fuerit, & plenarium effectum fuerit sortita, ut per Rotam *d. dec. 752. & d. dec. 219. n. 1. coram Durano,* & in Legionen. confirmationis electionis 1. Junii 1609. coram Lancelotto, siquæ Patres aliarum Provinciarum Generalem ab aliquot Provinciis electum sciverint, & absque ulla contradictione, tanquam Generalem canonicè electum recognoverint, eique in actibus tum privatis, tum capitularibus obdientiam ritè detulerint, *Rota d. dec. 752. n. 2. & apud Marches. de commiss. dec. 42. nu. 1. & in Regien. Prioratus 24. Maij 1587. coram Cardinali Pamphilio.*

Quare hujusmodi electio, tanquam canonicè facta est confirmanda, & Provincie privari non possunt

dicta quasi possessione eligendi, in qua reperiantur, Rota decis. 264. n. 6. par. 8. recent. & in Ragusina jurisdictionis 11. Decembris 1620. coram Remboldo apud Post. de manum. decis. 285. n. 6.

Quod eo liquidius apparet, cum etiam in petitorio conferat hoc jus eligendi Patrem Generalem ad ipsas tantum Provincias pertinere, Dec. Consil. 84. nu. 2. Paris. consil. 107. num. 3. par. 1. Gratian. discept. 402. n. 2. tom. 3. ac Rota decis. 412. num. 3. coram Ludovico, ibique Add. lit. B.

Consuetudo enim. debet attendi in cognoscendo ad quem pertineat jus eligendi ex d. c. querelam, ibi per electionem Populi, ad quem de antiqua consuetudine pertinet electio, traditque Dec. dict. consil. 134. num. 1. Castellin. de elect. can. c. 4. n. 36. Barbosa in c. Cumana n. 3. de elect. ac Rota decis. 264. n. 7. par. 8. recent. & decis. 285. n. 6. apud Post. de manum. Et in Faventina juris conferendi 4. Julii 1584. Coram vicecomite. Hæc enim jurisdictionem tribuit, Samuel. de canon. elect. tract. 3. contr. 12. concl. 3. n. 8. Sigismund. eodem tit. par. 1. c. 6. Aub. 44. n. 5. Surd. consil. 465. n. 4. & segg. l. 4. ac Rota decis. 577. n. 9. par. 5. tom. 2. recent. Comeditque jus illis, qui alias non haberent, ut in specie electionis firmat Castropal. de benefic. Eccles. tract. 13. punct. 11. §. 1. n. 2.

Si igitur non solum in possessorio, sed etiam in petitorio dictis Provinciis satis essent electiones, & consuetudo, annis quadraginta continuata, ut jus eligendi privative quoad omnes alias Provincias præscriberent, Rota decis. 71. n. 15. par. 7. recent. Quanto magis id affirmandum in casu, in quo inveterata consuetudo centum annis præscripta concurrerit, Rota in Germanunden. juris conferendi 24. Novembris 1631. coram Queippo, & à tota Religione, atque ab ipsis etiam Summis Pontificibus spatio tanti temporis approbata? Valens. consil. 98. n. 31. l. 1. Bolognet. consil. 1. n. 174. l. 1. Aym. consil. 933. n. 10. & segg. Jos. Ramon. consil. 24. n. 88. l. 1. Avendagn. in c. 1. Prætor. par. 1. nu. 29. ac 30.

Ac ita quidem, ut non obstat, etiam ex Constitutionibus Religionis jus eligendi spectet ad universam Religionem. Nam consuetudo, sive potius præscriptio vim habet abrogandi legem, & Constitutionem, & concedendi jus aliis non habentibus, ut in terminis electionis idem Castropal. loc. cit. Azor. instit. moral. l. 3. c. 28. quest. 3. & Barbof. de potest. Episcop. tit. 1. c. 3. n. 27. par. 1. Aded ut sola consuetudo annorum quadraginta satis esset, Card. in c. fin. n. 27. ibique Butr. n. 39. Anan. n. 11. Abb. eodem n. Imol. n. 15. Anchar. n. 7. de consuetud. Ciatlin. controvers. 192. n. 40. l. 4. Gratian. disceptat. 395. n. 6. tom. 2. Rota decis. 19. n. 7. & dec. 800. n. 9. coram Buratto. & decis. 497. n. 4. par. 1. & in Pampilonen. penitentiarum 1. Junii 1606. coram Pamphilio.

Cum itaque constiterit de quasi possessione dictarum Provinciarum eligendi Patrem Generalem absque interventu aliarum Provinciarum Religionis ex pluribus electionibus continuatis, licet unica tantum sufficeret per Textum in c. Consultationibus, ibique Abb. n. 2. de jurepatr. Rota decis. 17. n. 1. par. 2. divers. & in Messanen. electionis coram Durano decis. 219. n. 1. apud Post. de manum. decis. 200. n. 2. illa est confirmanda ex regula, quod electio trahit ad se confirmationem, Dec. in c. postquam n. 38. in fin. de elect. Rota decis. 444. n. 16. par. 5. recent. cum in hac materia electionis consuetudo, ac ultimus status attendatur, ut præter superius adductos, tradit Casad. decis. 22. n. 3. ubi quod in hoc casu debet servari consuetudo, etiam si declinaret à jure.

Neque obstat, quod tam ex Constitutionibus Religionis, quam ex jure communi electio Patris Generalis pertinet ad totam Religionem. Quoniam hæc exceptio est rejicienda ad petitorium, quia aded non debet impedire confirmationem electionis jam factæ ex supra deductis. Nec obstat, quod non probetur negativa convocationis aliarum Provinciarum ex regula, quod possessio qualificata non sit manutentibilis, nisi probata dicta qualitate ex Gregorio, &

aliis. Quia dum ex tenore electionum constat, quod solum aliquot Provincie deveniant ad electionem Patris Generalis spatio centum annorum, & amplius, scientibus, & patientibus aliis Provinciis, hoc sufficit, ut electio ab eis facta debeat confirmari, nulla habita ratione defectus vocationis aliarum Provinciarum, quæ nunquam probant electioni fuisse, neque ad illas vocatas fuisse, ut in terminis præsentationis, & institutionis præsentati, quæ pari passu ambulant cum electione, & confirmatione, fuit resolutum in Fesulana Parochialis 20. Junii 1633. coram Mormanno, cujus decisionem dabo in fine hujus Consultationis.

Hinc tollitur virtus decreti irritantis in Constitutionibus Religionis appofiti. Quia ubi intervenit centenaria possessio, non attenditur decretum irritans in priori privilegio contentum. Nam ex centenaria restat titulus contrarius dicto privilegio, & fortioribus clausulis munitus, ut bene Rota decis. 224. n. 3. & 4. par. 4. recent.

His tamen minimè obstantibus, tenendum est, electionem Patris Generalis de jure communi ad universas Religionis Provincias pertinere per text. in can. fin. 16. quest. 7. can. Abbatem 1. & 2. 18. q. 2. c. cum dilectus de consuet. & in §. Jubemus, Auth. de Sacros. Episc. & tradunt Navarr. consil. 3. n. 4. de elect. l. 1. Quos textus adducit Rota in Vallisfletana præmunitiarum 24. Novembris 1603. coram Cardinali Pamphilio, quæ est decis. 65. n. 4. par. 1. recent. ad probandum, quod electio Abbatis Generalis Congregationis Ordinis Sancti Benedicti Hispaniarum pertinebat ad totam Congregationem. Et hanc decisionem in his terminis sequuntur post alios Tambur. de jur. Abbat. tom. 3. disp. 1. q. 4. num. 1. Samuel de elect. can. tract. 3. disp. 1. contr. 1. concl. 1. n. 1. & 2. Barbof. in d. can. Abbatem 18. quest. 2. Sigismund. de elect. Prælat. dub. 101. n. 1. Lavor. var. elucubr. tit. 4. de elect. c. 23. n. 1. Lezana tom. 1. quest. regul. c. 15. n. 4. & tom. 5. in comment. in mare magnum Eremitarum Sancti Augustini §. 26. n. 79. & in mare magnum Servitarum §. 4. n. 11. Et quamvis hæc jura potius loqui videantur de Abbate particulari alicujus Conventus, ob rationis tamen identitatem id ipsum in Generali totius Religionis declarant Rot. dict. decis. 65. n. 5. Tambur. d. q. 4. n. 1. Samuel loc. cit. conclus. 2. n. 3. & 4.

Loque præcipue si hoc idem præcipitur in Constitutionibus Religionis, confirmatis à Summo Pontifice cum decreto irritante, de cujus efficacia Doctores, ac nos pluribus in locis passim.

Ex quibus evertitur præterea consuetudo eligendi Patrem Generalem cum sola convocatione aliquot Provinciarum. Quia cum ipsæ sciverint non solum de jure communi, sed etiam ex Constitutionibus ad omnes Provincias Religionis pertinere Patris Generalis electionem, deficiebat principale requisitum, hoc est bona fides, sine qua præscriptio, & consuetudo locum habere non potest, c. mala fides, c. possessor. de reg. jur. in 6. c. ult. de præscript. & tradunt Seraphin. decis. 740. Gratian. discept. 918. n. 41. Navarr. in manual. c. 17. n. 85. ac Rota par. 2. rec. decis. 164. nu. 3. & par. 1. decis. 221. n. 7. Azor. instit. moral. p. 3. l. 1. c. 18. & Bonac. de contract. & restit. disput. 1. q. ult. §. 12. n. 14.

Augeturque mala fides, ac impossibilitas introducendi ejusmodi abusum, quia cum etiam Constitutiones auctoritate Apostolica confirmatas Religio ipsa sine Sedis Apostolicæ auctoritate non possit abrogare, sive illis derogare juxta ea, quæ notant Doctores, quos refert, & sequitur Rota in Perusina reintegrationis 13. Junii 1644. coram Royas in hæc verba, Nec pariter apparet de confirmatione Summi Pontificis, prout indubitanter requirebatur, maxime cum ageretur de abrogando antecedentibus statutis Summorum Pontificum auctoritate munitis, Dec. in c. Cum accessisset n. 3. de constitut. Ludovic. Bell. consil. 68. n. 3. cum segg. Bald. consil. 407. n. 2. l. 2. Corn. consil. 111. n. 4. l. 4. Surd. consil. 58. n. 21. & segg. Rota decis.

decis. 536. n. 1. & 780. n. 2. par. 1. divers. & decis. 104. n. 2. par. 3. recent. & in Perusina nullitatis cessationis 28. Januarii 1619. coram Remboldo dec. 30. n. 14. post Gilian. ad compend. Statut. Perusina. fit Rota. Et in his terminis optime Navarr. d. consil. 3. n. 1. Atque aded, ne consuetudinem quidem inducere poterat, Aymon. consil. 134. n. 25. Grat. discept. 973. n. 38. Staiban. jun. resolut. 98. n. 87. ac Rota par. 5. recent. decis. 577. n. 55. cum segg. & in Corduben. dimidia portio 20. Junii 1633. coram Meltio. §. nec aliqua.

Nec sufficit allegare consuetudinem, sed ab allegante probanda est, Gloss. in l. 1. vers. probatis, Cod. que sit longa consuetudo, Ludovif. decis. 162. n. 1. Rota par. 3. recent. decis. 679. n. 6. & in Carpentoraten. decimarum 1. Julii 1647. coram Bichio, & in Beneventana decimarum 8. Martii 1649. §. Quia coram Royas.

Et sane probanda est legitime præscripta, quia est contra jus, Rota decis. 456. n. 15. par. 1. recent. & par. 4. & 20. n. 2. decis. 1. n. 8. Caval. decis. 649. n. 4. & 419. n. 5. Et obtemperata cum contradictione, Oldrad. consil. 237. n. 1. Aymon. consil. 96. n. 4. & 7. Dec. consil. 16. n. 166. Grat. disceptat. 740. n. 22. & segg. Staiban. d. resolut. 98. n. 122. Rota coram Coccino decis. 182. n. 4. & par. 7. recent. decis. 82. n. 12.

Ac omnino in hoc casu contradictio ostendenda est, quia cum contemptus aliorum non inficiat electionem, nisi contemptis reclamantibus, ut per Butr. in c. Sicut de elect. n. 25. Tambur. de jur. Abbat. tom. 1. disp. 5. q. 3. n. 1. ac 6. & segg. Rota coram Buratto decis. 259. n. 6. & 251. n. 6. Samuel loc. cit. tr. 1. disp. 2. contr. 7. n. 1. Portel. in dub. regul. vers. electio sub n. 13. sequitur in hacre, tamquam facultativa, partem adversam eo minus consuetudinem, aut præscriptionem allegare posse, nisi doceatur prohibitio, & acquiescentia l. 2. ff. de vi publ. Cancr. var. p. 2. c. 2. n. 109. Buratt. decis. 43. n. 7. ac Rota dec. 393. n. 1. p. 5. recent. Quinimò ex ejusmodi actibus, non quidem possessio inducitur, Rota p. 3. rec. decis. 473. n. 1. & 4. Merlin. dec. 706. n. 9. & dec. 825. n. 24. & decis. 838. n. 8. ac Post. de manum. obser. 53. n. 1. & segg.

Et propterea improbabilis videtur hæc consuetudo. Nam ita constans, & inconcussa esse debet, ut unicus actus contrarius illam penitus excludat, quamvis milleni pro consuetudine darentur, Cancr. var. contr. 460. num. 31. & segg. Grat. discept. 36. num. 18. Staiban. loc. alleg. n. 138. Rot. coram Ludovif. dec. 162. n. 9. ibique Additionator. n. 15. & p. 6. dec. 141. n. 13. Merlin. decis. 554. n. 31. & firmavit in Toliana decimarum de Solana 22. Aprilis 1641. coram Bichio, & in Interamnen. mercedis 15. Julii 1645. coram Pentingerio, & in Beneventana jurisdictionis 37. Januarii 1633. coram Zarate §. Immemorabilis, & in d. Corduben. dimidia portio 20. Junii 1633. coram Meltio.

Cumque actus contrarii ex permissione aliarum Provinciarum, vel ex confirmatione Apostolica, supplete omnes defectus non reclamationem illarum obtemperata, effectum habuerint, utique ex illis nulla consuetudo induci potest, cum actus turbidi, difformes, & æquivoci attendi non possint, Gonzal. ad regul. 8. gloss. 4. §. 2. n. 41. Sed ostendi debent actus gesti animo inducendi consuetudinem, & in vim consuetudinis cum effectu, can. consuetudo d. 1. Abb. in c. fin. col. penult. de consuet. Surd. post alios consil. 154. n. 30. & consil. 293. n. 28. Aymon. consil. 171. n. 14. & consil. 197. n. 12. Staiban. ibidem n. 121. ac Rota decis. 441. n. 2. par. 2. recent. & in Treverren. Abbatia Sancti Maximini 24. Januarii 1625. coram Coccino apud Lavor. varior. elucubr. tit. 4. c. 21. n. 156.

Similescque consuetudines coercentes, facultatem eligendi, nempe ut tantum prudentiores senes, ac ætate provectiones suffragium habeant in Capitulo, & admittantur in electionibus Superiorum reproband Navar. l. 1. consil. 2. de consuet. Mirand. in man. Prælat. q. 23. art. 23. tom. 2. & Lavor. d. cit. 4. c. 15. n. 83.

Atque ex his deneganda est ejusmodi electionis confirmatio, quia est invalida c. nihil §. Ceterum de elect. Rota in d. Treverren. Abbatia, cujus decisio confirmata fuit 24. Januarii 1625. Cum enim ab universa

Religione Generalis electio fieri debeat, & præter aliquot Provincias, omnes alie fuerint contemptæ, hinc certo sequitur, non quod electio sit nulla ipso jure, quia contemptis non contradicentibus, sustinetur, sed quod contemptis reclamantibus, non est confirmanda, sed irritanda electio, c. quod sicut de elect. in fin. ibi, Quod si eos non vocatos fuisse conspexerit, sed contemptos confirmanda erit penitus electio taliter celebrata, nisi postea propter bonum pacis curaverint consentire. idiplum habetur in c. Venerabilem sub init. & in c. Quia propter ibi, presentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt commodè interesse, & in c. Ecclesia vestra de elect. Semperque distinguitur, an adsit bona fides, an ne Gratian. disceptat. 577. n. 8. & optime dixit Innocent. in c. in literis n. 4. post med. ibi, etsi talis possessor eligat, contra electum petentem confirmationem excipietur, quod non debet ejus electio confirmari, cum sit facta à mala fidei possessoribus, & inferius, Replicabitur quod ab eo fieri non debuit, cum esset mala fidei, &c. Neque attenditur possessio, quando saltem per Instrumenta, sive Scripturas constat de proprietate, sicuti constat in hoc casu non modo ex dispositione juris communis, sed etiam ex Constitutionibus Religionis. Tunc enim proprietas absorbet possessionem, Morlin. decis. 450. n. 4.

Hinc fruita petitur manutentio. Quia nec possessio ostenditur, nec ostensa esset manutentibilis. Nam esto, quod aliquot Provincie Patrem Generalem elegerint, spreis aliarum Provinciarum Patribus, & hujus rei possessionem habeant manutentibilem, non autem ostendunt electionem, ita factam, contradicentibus contemptis, fuisse cum effectu, inter quos casus maxima est differentia, cum prima electio confirmanda sit, secunda verò infirmanda, & tamen manutentio, non nisi ad limites possessionis concedi solet, Covarr. pract. c. 17. n. 1. Post. de manum. observat. 73. nu. 48. & segg. Et ideo si ad plures facultas aliqua pertineat, quæ unus utatur, non autem alius, datur quidem manutentio utendi, non tamen privative quoad alium, qui usus non est, nisi præcesserit prohibitio, & acquiescentia Post. loc. cit. num. 29. ac plurib. segg. Quare cum dictæ Provincie adhuc non ostendant, quod ipsæ solæ elegerint, etiam si alie contemptæ reclamaverint, & quod tandem eadem contemptæ acquieverint, non possunt, contemptis reclamantibus, manutentionem petere, estque generale, quod in juribus negativis, nisi præcedat prohibitio, & acquiescentia, nulla possessio est considerabilis, ut egregie Ripa in c. Cum Ecclesia Sartrina num. 50. de caus. possess. & propriet. ac Rota decis. 265. n. 36. par. 1. recent.

Maximè quia in primo casu electio est valida, in secundo est revocanda, & ideo in hoc secundo casu possessio eo minus manutentibilis est, quo illi jus commune, & Constitutiones Religionis resistunt, Seraph. decis. 1463. num. 2. & Rota apud Post. de manum. decis. 321. num. 34.

Multòque magis dum Constitutiones habent decretum irritans, quod preculubio inficit possessionem, saltem quando non dubitatur, Constitutiones hunc casum comprehendere. Quia licet decretum irritans non tollat detentionem, ac insistentiam facti, hoc tamen procedit quando dubium est, an dispositio, decreto irritante munita, comprehendat casum, secus autem si comprehensio est indubitata, in quo casu, quamvis decretum tollat insistentiam facti, illam tamen privat omni juris effectu ita, ut possessio habeatur pro vacua ad effectum manutentionis, ut scite declaravit Rota in Bononien. manutentionis 26. Junii 1648. §. hinc non obstat. coram Bichio. Ubi igitur evidenter apparet de injustitia possessionis, sive jus commune, sive Constitutiones, sive præteritam consuetudinem spectemus, non requiritur alia disputatio, nec agi potest de manutentione, alioquin aperiretur via calumniis, & temerarij foverentur litigatores, & injuria notoria fieret, Scacc. de sen.

de sententiis & re iudic. gloss. 14. quest. 19. n. 98. ac fusè Post. obser. 4. 2. à num. 137. ac plurib. seqq. Contra enim decretum irritans quasi possessionem eligendi, vel conferendi non suffragari, ait Rota in *Devulsen. Vicaria* apud Merlin. dec. 106. n. 2. & 5.

25 Nec dictis Provinciis suffragatur, v. *querelam de elect.* & c. Consultationibus de *jurepatr.* Nam in primis bona fides necessaria est, quæ in hoc casu desideratur, juxta Gloss. in d. c. *consultationibus. vers. possidebat*, estque unum ex requisitis, ut per Calder. *consil.* 12. de *jurepatr.* quod pluribus comprobatur Barbof. in *collect.* ad d. c. *nu. 5.* ubi etiam plures decisiones adducit, ac Post. *obser.* 32. num. 27. Cùmque contra conclusionem desumptam ex d. c. *consultationibus.* excitaret idem Barbofa objectionem ex c. *Cum olim de caus. possess.* respondit pluribus modis, quarum responsionum summa est, quod in d. c. *Cum olim*, jus commune contrarium disponebat, indeque mala fides præsumebatur. Quod cùm præsentis casui applicetur, sequitur eo minus applicari Textum in d. c. *consultationibus.*

26 Accedit etiam, quod cùm liquido constet jus eligendi ad omnes pertinere ex jure communi, & Constitutionibus, non applicatur objecti Textus secundum doctrinam Abbatis, ubique receptam in d. c. *consultationibus num. 9.* Rota dec. 374. num. 4. part. 1. recent. & part. 5. *decis.* 277. num. 1. Barbof. *loc. cit.* num. 3. ac Post. *d. obser.* 32. num. 2. cum decisione Metlini 354. n. 2. & 3. Præsertim quia possessio, vel non concurret, vel saltem est valde turbida, cùm tamen id contrarium effectum esse debeat clara, & indubitata, ut per Gonzal. ad *regul. Cancellar. gloss.* 45. §. 4. n. 38.

27 Hinc etiam eliditur objectio ab observatione deducta, quod scilicet Patres aliarum Provinciarum non reclamaverint. Nam ut diximus, electio, contemptis aliis suffragatoribus, non est ipso jure nulla, sed valida, si contempti non contradicant, aliàs secus. Ideoque mirum non est, si aliquando confirmata fuerit hujusmodi electio, quæ nunc quoque confirmanda esset, si contempti non contradicerent. Unde excluditur contraria consequentia, olim confirmata fuit hæc electio, ergo etiam hodie confirmari debet. Quia olim contempti non contradixerant, hodie contradicunt. Imò sicuti ipsis non contradicentibus, electio tanquam valida, fuit à tota Religione approbata, & à Summo Pontifice confirmata, ita hodie contemptis contradicentibus, electio confirmari non debet nec à Religione approbati, ne quidem cum clausula, *supplentes*, qua utitur Pontifex, quando contempti non contradicunt, secus quando contradicunt, cùm Pontifex non soleat tollere jus tertii, ut in specie clausulæ *supplentes*, notant Ruin. *consil.* 35. num. 35. vol. 1. Ferrer. *consil.* 31. num. 33. & *consil.* 32. num. 46. l. 1. Mart. de *claus. part.* 1. *claus.* 181. num. 9. Rub. in *suis singular.* ex Rota Romana tom. 2. part. 4. *claus.* 807. num. 8. & *seqq.* Barbof. de *claus.* 177. n. 15. & 16.

28 Præterquamquod in hujusmodi rescriptione ex gratia, & liberalitate alicui concessis, etiam per plures annos, non impeditur aliquis ea denegare, ut latè Ripa in d. c. *cum Ecclesia Serrina de caus. possess.* num. 43. ac *seqq.* Gomez loquens de longissimo tempore mille annorum *decis.* 20. num. 2. quos sequitur Post. de *manut. obser.* 53. num. 11.

29 Cessat igitur possessio, & multò magis consuetudo ex eo, quod decretum irritans tollit consuetudines non solum præteritas, sed etiam futuras, Gabr. de *claus. concl.* 3. num. 40. cum aliis apud Barbof. *claus.* 41. n. 35. & in materia electionis Rota in dicta *Treveren.* apud Lavorium, confirmata à Rota apud eundem, in qua uberimè responderetur, hujusmodi consuetudinem necessario requirere scientiam, & consensum Pontificis, sine quibus illius leges abrogari nequeunt, ut ibidem responderetur quoque confirmationibus Apostolicis, & quod ex illis scientiam non inducit, licet semper vigeat illa inconcussa responsio, quod Pontifex con-

firavit electionem validam, quia contempti non contradixerunt, & quia ipsi fuerat suppositum; electionem fuisse ritè, ac rectè factam juxta Sacros Canones, & statuta Religionis, adeò applicentur responsiones in his terminis datæ in dicta *Treveren. Abbatiz Sancti Maximini.* Ut in specie consuetudinis negativæ, quod ad eam concludenter probandam necesse sit, ut testes expriment, ætus fuisse factos ad contradictionem alterius Partis impugnantis, ut tradit Franch. in c. *fin.* col. 2. post *med.* de *conuet.* in 6. Abb. in c. *Abbate num. 10.* & *seqq.* de *verb. signif.* Marefcott. *var. l. 2. c. 100. n. 6.* ac Rota in *Leodiens. decimarum* 28. Aprilis 1652. coram Melitio. Et sic à me satis dictum sit. Peccat enim qui non videt, quod est satis. Decisio verò in *Fesulana Parochialis* est hujusmodi.

Postquam Franciscus à Dominis de Dinis pro duabus ex tribus partibus præsentatus per tres sententias Rotaes, easque conformes contra Petrum pro una tantum voce à Morellis similiter præsentatum, obtinuerat institutionem, iidem de Morellis prosequentes iudicium super proprietate juris patronatus obtinuerunt per tres sententias conformes declarari se cum Dominis Dinis æquale jus, æqualemque portionem habere in hujusmodi patronatu, & occurrente Parochialis, de qua agitur, vacatione cum aliis fore admittendos.

Et deinde ad instantiam D. Petri prosequentis iudicium adversus Franciscum super retractatione institutionis, fuit mihi præsentata commissio restitutionis in integrum. Verùm proposito dubio, an constaret de causis Domini, negativè responderunt.

Nullibi enim apparebat, quod post deficientiam familiæ de Cavalcansibus dicti Morelli pro æquali portione aliquo unquam tempore præsentasset, aut quod aliquo modo fuisset in possessione ita præsentandi; & idèò potius erat præsumendum, quod Dinis essent in quasi possessione præsentandi pro duabus portionibus, quos constabat aliàs ita præsentasse, quam dicti Morelli, quos in quasi possessione pro æquali non constaret, extitissent, in simili respondit Feder. de *sen. consil.* 234. num. 4. In eo autem dubio ut præsentatio, & institutio sustineatur; attendendus erat ultimus status, qui operatur, ut retractari non debeat actus institutionis factæ cùm nulla contra dictum ultimum statum, adesset confessio Partis, aut res iudicata, sine quibus de proprietate, absorbente possessorem, non poterat dici constare, Rota *decis.* 269. num. 4. & 5. part. 2. *divers.* & *decis.* 435. num. 4. part. 2. recent. Adde. ad Gregor. XV. *dec.* 77. n. 12.

Et de ultimo statu attendendo in terminis conditionis aliter observatæ, quàm in limine fundationis reperitur ordinatum ad effectum validitatis præsentationis, fuit dictum in *Giennens. Capella* 15. Junii 1628. coram R. P. D. meo Verofpino.

Neque obstat, quod quemadmodum fructus percepti post litem contestatam, eò quod sententia, quæ inducit malam fidem ad diem ipsius litis contestationis retrahitur, l. *Certum*, l. *Si fundum*, C. de *rei vendic.* ita in jure patronatus, cujus fructus est præsentatio, fieri debet restitutio per remotionem instituti, Abb. in c. *consultationibus ante n. 4. de jurepatr.* Quia ejusmodi fructus non consistunt in commo pecuniario ita, ut in eo militet ratio locupletationis, propterquam fieri debet, fructuum restitutio, sed potius propter favorem Ecclesiarum, ne in eventum longissimæ litis differatur institutio, spectandum est initium bonæ fidei, ut notabiliter tradant Innoc. in d. c. *consultationibus num. 1.* Bald. in l. 2. n. 87. *Cod. de servit. & aqua & c.*

Hæc Rota.

CONSULTATIO XV.

An & quatenus Principibus, Baronibus, aliisque competat jus prohibendi venationem, & piscationem?

Ref.

Respondeo, nulla ratione id iis competere. Ita enim de jure gentium omnibus hominibus libera esse debent, l. 1. 2. 3. ff. de *acquir. rer. dom. §. fere, instit. de re divis.* & idèò si neque à supremo Principe regulariter tolli, ac prohiberi possunt sine rationabili causa, ut per Dec. *consil.* 7. n. 1. & *seqq.* Jal. *consil.* 119. n. 3. l. 4. ubi de communi Afflict. in *constit. Regni, Scire volumus in sine*, Roland. *consil.* 9. n. 10. l. 2. Covarr. in *reg. peccatum in 2. part. relect.* §. 8. n. 1. & Natta *consil.* 522. n. 27.

Sine ulla profus difficultate non possunt prohiberi à vassallis, & feudatariis inferioribus. Hujusmodi enim Oppidorum, & Castrorum Domini, quantumvis cum jurisdictione, ac mero, & mixto imperio investiti, non possunt venationem, & piscationem prohibere, ut extra omnem controversiam scribunt Canonistæ in c. *non est de decim.* & tradunt Jal. *d. consil.* 119. signante n. 10. Roland. *loc. cit.* n. 1. & *seqq.* Sebast. Medic. *tract. de venat.* q. 5. n. 5. aliique apud Covarr. d. §. 8. n. 1. ac Rosental. de *feud. c. 5. concl.* 24. n. 1. ac præter allegatos ab eis, Bostius *tit. de regal. n. 22.* & *tit. de aqua, & sum. n. 29.* Guidopap. *dec.* 514. *Natt. consil.* 375. n. 1. Menoch. *consil.* 942. n. 44. ac Honded. *consil.* 100. n. 13. dicens propterea hujusmodi vassallos valde delinquentes, exercendo majorem jurisdictionem, & superioritatem, quam exercere non possunt.

Et tanè quoad piscationem, aut illa fit in flumine publico, & idèò jus piscandi in eo tanquam de regalibus est supremo Principi reservatum, c. 1. ubi Afflict. *vers. piscationem, qua sunt regalia*, Dec. d. *consil.* 167. n. 1. Menoch. *consil.* 694. n. 30. Decian. *respons.* 22. n. 22. l. 4. nec potest iis competere sine speciali illius concessione, Dec. d. n. 1. cum aliis, quos sequitur Pergr. de *jur. fisci* l. 1. tit. 1. n. 9.

Aur fit in foveis fluminis, quæ sunt aliis communes, idèòque, ne quidem potest in eis prohiberi piscatio, quia non potest unus socius alium prohibere. ne re communi utatur ad usum destinatum, l. *Cum duobus*, §. *Item alia*, ff. pro *Soc. l. si adeo*, ff. *comm. divid.* ac docent Felin. in c. *Cum omnes* n. 17. fall. 1. ibique Dec. n. 12. de *constit.* Surd. *consil.* 429. n. 34.

Maximè verò si extaret particulare diploma supremi Principis, illudque esset in vitio observatione, prout in dubio præsumitur juxta *dec.* 717. n. 5. part. 4. *divers.* venationes, & piscationes permitens, inhihentque quibuscumque personis cujuscunque sint status, & conditionis, ne possint illas prohibere cum decreto, etiam irritante. Ex hoc enim tolleretur omnis difficultas, cum certum sit, inferiorem non posse tollere factum Principis superioris, v. *Cum inferior de major.* & *obed. Clem. ne Romani de elect.* & in specie, quod Magistrate, qui superiorem recognoscunt, licet de facultate Principis in suis locis possint habere jus hoc prohibendi, quod tamen eo uti non possint, ubi Principis supremi lege contrarium sit constitutum, asserit Menoch. de *just. & jur. tom. 1. disput.* 46. sub initio; præcipuè propter decretum irritans, quod reddit quidquid in contrarium fit ipso jure nullum, c. *si eo tempore de elect.* in 6. Cassad. *decis.* 1. n. 7. de *restit. spoliat.* Rota *decis.* 24. n. 5. & *decis.* 149. n. 2. part. 2. *divers.* cum aliis apud Gabr. de *claus. conclus.* 30. n. 57. off. 11. & Gonzal. in *reg.* 8. *glos. ult.* n. 12. afficitque non solum scientes, sed etiam ignorantes, etiam non adjectis illis verbis scienter, vel ignoranter, ut probant Gabr. d. *conclus.* 3. & Gonzal. *ibidem.* num. 18.

Nec obstat proclamata, quibus locorum Domini venationem, & piscationem prohibent. Nam ex decreto irritante nullum habere possunt juris fomentum, cùm ex eo titulus inficiatur, & possessio, Cassador, *decis.* 7. n. 3. *superreg.* Simon de *refer. quest.* 40. n. 1. Gabr. d. *conclus.* 3. n. 5. off. 7. Garz. de *benef. part.* 5. c. 1. n. 427. ac Rota *decis.* 189. n. 4. part. 2. & *decis.* 613. n. 7. part. 1. recent. omnique tollatur consuetudo, ac præscriptio, ut per Gabr. *loc. cit.* n. 39. & 44. in 3. & 4. off. & Gonzal. d. *glos. ultim.* n. 50.

Præterquamquod nec de jure, etiam communi, per inferiores vassallos fieri possunt hujusmodi proclamata sine consensu Populorum, aliorumve, quorum interest, ut per Roland. *d. consil.* 9. n. 12. Maximè verò ubi generaliter, ac indistinctè fit prohibitio, non autem ad certum tempus, & ex legitima causa, Rebuff. in l. 1. *Cod. de venat. feran.* l. 11. Covarr. d. §. 8. n. 2. *Natt. d. consil.* 375. n. 8. cùm vassalli, sicuti non possunt contra jus commune statuere per legem generalem, ita nec per particularem prohibitionem, & proclamata, ut præclarè Surd. *consil.* 161. n. 6. Contra quæ non possunt hi vassalli acquirere aliquam prohibentem facultatem, nisi doceant de titulo cum possessione quadragenaria, vel, deficiente titulo, de immemorabili, ut per Covarr. *eo.* §. 8. n. 1. *propè fin. & n. 10. post initium.*

CONSULTATIO XVI.

An, & quatenus electio ad dignitates Ecclesiasticas per abusum secularis potestatis irrita, infestaque sit? Quid de electione ad beneficia, & de ea obtinente, vel conferente, ac de eorum poenis? An electio sit irrita, si fiat hebdomada majoris?

Abusus secularis potestatis, propter quem electio irritetur, dicitur solum, primò quando Ecclesiastici requirunt laicos, ut electioni intersint. Secundò quando Principis secularis assensum de certa persona eligenda requirunt. Tertiò quando eligunt minis alicujus secularis potestatis. Ita Tambur. de *jur. Abb. tom. 1. disput.* 5. *quest.* 22. n. 11. Barbof. de *jur. Eccles.* l. 1. c. 19. n. 80. & n. 234. Suar. de *consur. disput.* 31. *sect.* 3. n. 13. Samuel. de *elect. tr.* 2. *contr.* 1. in *princip.* Adde autem ego, quod electio facta per abusum laicæ potestatis ab Ecclesiasticis, dicitur, quando laicus admittitur electio ad actum electionis, & interfuit auctoritative, ut per Gloss. in c. *Quisquis de elect. vers. abusum*, ibique Abb. n. 4. Azor. l. 6. c. 14. *quest.* 9.

Secus autem si laica potestas intersit electioni pro libertate electorum. De jure namque simplex intervenit laici, tanquam consulentis, vel protegentis, aut pro bono pacis, vel libertate electionis interessentis non est prohibitus, Bald. in c. *Messana* n. 1. ibique Abb. n. 3. Bellamer. n. 5. Imòl. n. 5. de *elect.* Archidiacon. in *can. Abbatem sub initio* 18. *quest.* 2. Præpos. in *can. Episcopos* n. 47. *quest.* 1. vel, ut electione sequuta tradatur electo investitura bonorum temporalium. Quod fieri posse, probat Cucch. *instit. mor. al. l. 4. tit. 1. de elect.* n. 108. & *sequ.* Sigismud. de Bonon. de *elect. c. 5. dub.* 90. n. 5. Vel ad tuendas appellationes ad summum Pontificem, & Sedem Apostolicam interpositas. Quod non prohibetur in Bulla Cœnæ, §. 14. ut observat Lezana in *sum. vers. Bulla Cœnæ* n. 38. & firmavit Rota *decis.* 36. de *appell.* apud Achilem cum aliis adductis in *decis.* 377. n. 76. & *seq.* ac *decis.* 378. n. 6. & 7. & *decis.* 1093. n. 13. coram Pegna. Præsertim si ad id nullus appareat electorum recursus, aut mandatum, nullaque ratificatio proberetur, ut tradit Rota in *Cæsar augustana beneficii de Livares* coram Bichio, cum aliis in *Hispalen. decimarum*, §. *Præterea non obstat* coram Cerro.

Quare nihil intervenit illicitum, quando electores implorant brachium seculare, ut ad electionem deveniant. Nam electores, quando timent compulsionem, possunt recurrere ad Principes laicos, ut assistant, etiam armata manu. Neque ex hoc dicitur electio facta per abusum laicæ potestatis, cùm id non sit se ingerere in electionem, sed tantum assistere pro libertate, ac securitate electionis, & electorum, ut egregiè Bald. in d. *cap. Messana in princip. de elect.* ibique Jo. Andr. num. 4. Imòl. num. 3. Bellan. num. 5. Cucch. d. *tit.* 1. num. 110. & Sigismund. d. *dub.* 9. *cod.* n. 5.

Idque, etiam si laica potestas mandasset deveniri ad electionem, dummodò non procedat per viam jurisdictionis, cùm non sit Judex, neque citatio Partis interveniat, sed requirita, ut assistat, & suum brachium ini-

impartiantur pro libertate electionis, etiam si mandaret ad electionem deveniri, offerens suam assistentiam, quibuscumque non obstantibus. Horum enim verborum verus sensus est, quod electores suam electionem facerent, nec aliquid timerent, Verbum enim, *mando*, ubi non jungitur cum verbo, præcipio, non importat præceptum, sed intelligitur juxta subjectam materiam; præcipiunt autem quando dirigitur illi, cui jubere non possumus, importat petitionem, & rogationem, nec ullam necessitatem imponit, Felin. post Archid. in cap. nam concupiscentiam de constit. num. 7. & latè Suarez de legib. lib. 3. cap. 15. num. 9. aliique apud Barbof. dist. 196. num. 1. Pro validitate autem electionis sufficit, quod ipsius electionis actus sit liber, nec vitietur ex iis, quæ electionem præcedunt, cum potius respiciant tractatum, qui est directus ab ipsa electione, ut bene Archid. in can. laici num. 2. d. 63. Barbof. de jur. Eccl. lib. 1. d. cap. 19. num. 234. & in terminis fortioribus respondit Bald. in tract. de schism. qui habetur impressus post ejus lectionem ad loc. fin. Cod. de edict. Div. Atr. Tol. ubi consultus de validitate electionis Nicolai Quinti, ad quam Cardinales devenerant per vim ipsius illatam à Populo Romano, qui ipsos in Conclavi restrinxit, & ad eligendum compulit, respondit electionem valere, quia actus electionis fuit liber, & Populus non coegit ipsos ad certam personam eligendam, firmatque Samuel de elect. tract. 2. contr. 9. conclus. 2. ubi quod metus antecedens electionem non obstat, quando electio ipsa sit libera; Idemque asserit Suarez de censur. disp. 31. sect. 3. n. 14.

Quod verò ad beneficia obtinentes, vel conferentes per abusum laicæ potestatis in c. si quis deinceps 16. quæst. 7. Gregorius VII. ita decrevit, Si quis Episcopatum, vel Abbatiam, vel aliam Ecclesiasticam dignitatem manu laica persona susceperit, nullatenus inter Episcopos, vel Abbates habeatur, & introitum ei Ecclesiæ interdicimus, quousque locum talem perambitionem obtentum deserat; & laici id præsumentes eandem sententiam interdicti incurrant, ex eodem textu. Unde provisio est nulla, & incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiæ ad tempus, Comit. l. 1. quæst. 78. num. 5. & 6. & Turrecrem. in can. quoniam 16. quæst. 7.

Tales etiam sunt excommunicandi, tam scilicet conferens, quam provisus de beneficio aliquo per abusum laicæ personæ d. can. quoniam. can. si quis Clericus, can. si quis Episcopus 16. quæst. 7. Sc. præterea de jurepatronat. Imò sunt ipsi provisus ipso jure excommunicati, excommunicatione non reservata ex d. can. quoniam, & can. si quis Clericus 16. quæst. 7. Comit. loc. cit. n. 5. Ipsi autem laici conferentes beneficia incurrunt excommunicationes, & penas latas contra usurpantes jura beneficiorum, seu Ecclesiarum, quæ sunt Papæ reservatæ.

Ex Concilio autem Lateranensi sub Leone Decimo recipiens beneficium à laico Domino non habente Apostolicæ Sedis privilegium, sive titulum, saltem coloratum, redditur inhabilis ad beneficia quælibet obtinenda, donec à Papa fuerit dispensatus, ut per Diaz. in pr. c. 53. & c. quisquis de elect. Qui recipit beneficium via electionis factæ per abusum laicæ potestatis, est eo ipso ineligibleis ad dignitates Ecclesiasticas. Barbof. ibi num. 5. nisi cum eo dispenseretur, ut notat Gloss. ibid. verb. fiat, & Barbof. num. 3. & potest Episcopus dispensare, Barbof. ibid. n. 4.

In specie autem omnis recipiens beneficium per abusum, sive collationem usurpatam à laico, incurrit vitium, & penas intrusionis. Unde est inhabilis ad illud etiam per novam provisionem, c. relatum de jurepatronat. Salzed. ad Diaz. c. 51. & 53.

Electionem verò celebrantes per abusum laicæ potestatis sunt privati, ea vice potestate eligendi. Nam electio illa fuit nulla, nec ipsi possunt tunc alium eligere, suntque suspendendi ad triennium ab officiis, & beneficiis ex d. c. Quibus de elect.

Dimittere autem tenentur provisus per abusum laicæ potestatis beneficia sic recepta, quia provisio, sive collatio est nulla per text. in d. can. si quis deinceps, can. quisquis, & c. præterea de preben. in 6. traduntque Canonistæ in d. can. quisquis, & Comit. loc. cit. suntque compellendi ad ea dimittenda per excommunicationem, & alias censuras, & si fuerint contumaces, sunt deponendi ab ordine, & officio, d. c. præterea de jurepatronat.

Animadvertendum autem est, atque notandum, quod istæ pœnæ cessant, quando laicus habet privilegium à Summo Pontifice conferendi beneficia, ut per Garz. de benef. part. 1. c. 2. num. 33. cum ibi allegat. Non tamen potest laicus acquirere jus conferendi ex sola consuetudine, sed requiritur saltem immemorabilis consuetudo cum fama constanti privilegii, Garz. ibid. num. 38.

Quod verò ad electionem in hebdomada majori, illam in ea fieri non posse dicendum videtur ex c. questus de fer. ubi habetur, quod in ejusmodi feriis negotia quiescere debent. At esse validam hanc electionem censo. Quia hic textus loquitur de actibus judicialibus qui prohibentur fieri diebus feriatis, quales sunt dies hebdomadis majoris, non autem de extra judicialibus, qualis est actus electionis, qui nullum ordinem iudicii requirit. Quod sine dubio procedit, quando necessitas, vel pietas id suadet, quo in casu etiam actus judicialis fieri conceditur his diebus ex dispositione dicti c. questus, ibi: nisi necessitas vigeat, vel pietas suadeat.

CONSULTATIO XVII.

Vacatio per renunciationem Præsulatus, aut officii regularis, aut nova electio ad illum, à quo tempore incipiat? Virum à tempore habere scientiam renunciationis, an à tempore factæ renunciationis?

Censeo, tempus præfixum ad eligendum incipere à die renunciationis, dummodò scientia vacationis aliquo modo habeatur. Quamvis enim verissima sit conclusio, quod dictum tempus currat à die scientiæ vacationis, non autem ab ipsa vacatione, ad hunc tamen effectum non est præscripta aliqua forma renunciandi, sed satis est, quod habentes jus eligendi habeant de vacatione scientiam, quomodocumque illam sciant, ut egregie firmat Passerinus, vir pius, & doctus de elect. c. 13. num. 17.

Et licet Donatus tom. 2. rer. Regular. part. 3. tract. 3. quæst. 1. n. 4. dicat, vacationem esse electoribus intimandam, citetque Tambur. de jur. Abbat. tom. 1. disput. 5. quæst. 7. n. 4. ipse tamen convincitur ex falsa allegatione. Quia Tamburinus nihil ait de intimatione. Cæteri autem Doctores loquuntur de scientia, quæ intelligitur quomodocumque habeatur, constatque ex rebus beneficialibus, & ex hujusmodi aliis, in quibus non est necessaria scientia per intimationem judicialem, sed sufficit, quod illa quomodocumque habeatur ita, ut Rota Romana talem scientiam admiserit aliquando per famam, ut habetur apud Garz. de benef. part. 10. c. 2. num. 31. & 33. Pax Jordan. tom. 2. elucubr. l. 10. tit. 12. num. 21. & 24. qui formant, hoc pendere ab arbitrio Judicis, qui debet examinare, an verè constet de vacatione.

Et quamvis etiam Doctores asserant, requiri scientiam certam, non tamen excluditur præsumpta, quando arbitrio Judicis præsumptiones judicantur efficaces, ut docent Garz. & Pax Jordanus locis allegatis, qui licet non explicaverint hanc conclusionem, ejus tamen ratio est; quoniam aliud est scientiam esse præsumptam. Aliud esse probatam ex iustis, ac legitimis conjecturis, ex quibus etiam vera scientia probatur ad quemcumque effectum, ut per Rotam coram Seraph. decif. 1459 num. 4. & 5. & post Zacch. de oblig. Camer. decif. 189. num. 21.

U;

Ut si Prior aliquis regularis coram omnibus ferè Conventibus fratribus sui Prioratus renunciationem publicaverit, illamque dixerit acceptasse suum superiorem. Hoc enim casu cessant omnes juris disputationes, dum intimatione facta fuerit ore proprio fratribus præsentibus, & audientibus, & ille, qui allegat aliam causam, & aliud tempus scientiæ, tenetur illud probare juxta ea, quæ tradunt Surd. conf. 473. nu. 44. Gravett. conf. 937. nu. 14. & segg. Rota coram Durano dec. 74. n. 56. & dec. 285. nu. 42. & post Zacch. loc. cit. dec. 9. n. 5.

Maximè si allegantes ignorantiam acceptationis sint actores, sequæ in illa fundent, quod scilicet vacatio antea non fuerit eis nota. Actor enim debet probare id, quod est fundamentum suæ intentionis, etiam quando le fundat in negativa, ut per Jurba dec. 37. n. 5. Rota coram Buratto dec. 10. num. 5. ac 30. & dec. 264. num. 8. & dec. 286. num. 3. & dec. 448. nu. 1. & in recent. dec. 179. part. 2. num. 7. ac dec. 351. nu. 4. part. 10. Et saltem ex illa notificatione tenerentur inquirere, an id verum sit, cum dubitans teneatur investigare, & facere diligentiam, præcipuè si renunciatio fiat ab eo, cui credere debent, ut per Calcan. conf. 75. numero 54. Seraph. de privileg. juram. privileg. 4. num. 167. Passerin. dist. cap. 13. num. 18. Alioquin est ignorantia crassa, & supina, quæ non suffragatur, ut per Calcan. loc. cit. & in terminis Garz. c. 2. n. 20. Pax Jordan. d. tit. 12. n. 23.

CONSULTATIO XVIII.

An, & quatenus ex vitio persona irritanda sit electio Regularium ad officia, & dignitates sua Religionis, aut ab illis suspendendi, pendente accusatione?

IN hac re illud certum est quod ad favorem electorum militat prouta juris regula, nimirum electio sufficit docere de sua electione quia præsumitur Canonica, & contrarium asserenti incumbit onus probandi, juris ordine servato, ut tradunt Lanus, Geminianus, Joannes Andreas, & alii, quos refert ac sequitur Rota decif. 289. numero 15. & seg. parte 6. & decif. 244. numero 34. parte 8. recent. Hinc ad irritandum electionem ex vitio personæ deveniri non potest, nisi citato, & audito electo, juxta c. 1. de caus. possess. & propriet. ibi: neque nos contra inauditam partem aliquid possumus definire, & constituant Rodriq. quæstion. regul. tom. 2. quæst. 52. art. 12. ad 1. Portell. part. 2. cas. 4. n. 3. & 4. Peyrin. in formular. lit. C. c. 18. n. 7. Mirand. tom. 2. quæst. 23. art. 22. aliique cumulati à Passerino de elect. c. 33. qu. 11. num. 152. & 161. ubi reprobando modum callandi electiones ex defectu electi, eo non citato, aut non audito, etiam si aliis illius famæ consulatur, sic concludit: Ideo bonum est via regia incedere, & non auditum non damnare, & eo magis quod experientia demonstrat sapienter oppositiones ad vocem ejus, contra quem dirigitur, veritatis luce splendente, evanescere. & multo magis expertus sum cas. quo graviores erant, eo falsiores inventas fuisse. Quæ ex dicta prudentia dicta sunt.

Quod eò libentius admittendum est, si electiones fuerint confirmatæ à Superiore. Quo in casu ad eas irritandas requiruntur exactæ, & conclusentes probationes, ut notat Lavor. de elect. cap. 19. numer. 12. Rodriq. tom. 1. quæst. 14. art. 14. cum aliis apud Lazzanam consult. 13. numer. 90. Eoque præsertim, si contra electos nullus exhibetur processus legitime factus, sed dumtaxat quedam extra judiciales, & secretæ denunciations, quæ si emanaverint, Parte non citata, & absque interrogatoriis, nullum gradum probationis constituunt, Gloss. in c. per tuas de testib. Mant. decif. 9. numer. 6. Ludovif. decif. 351. numer. 47. Buratt. decif. 100. numer. 27. ibique Additionator, ac cæteri, quos sequitur Rota dec. 214. num. 5. post 2. vol. consil. Farinacii. Aut si Testes ad id inducti complures patiantur defectus tam circa dicta, quam circa personas. In quo casu, etiam si essent formaliter examinati, nihil probarent, non obstante numero, ex traditis à Ciar-

Tom. X.

lino contr. 10. nu. 125. Cravett. conf. 99. num. 10. Farinac. conf. 60. n. 16. l. 1. cum aliis per Rotam dec. 277. n. 11. & dec. 279. n. 12. coram Merlino.

Atque ex his nullatenus est locus suspensioni, aut remotioni electorum. Licet enim quando agitur contra Regulares ad effectum remotionis ab administratione non requirantur probationes ita exactæ, sicuti contra sæculares; attamen semper sunt servanda substantialia iudicii, nempe, ut reus vocetur possitque se defendere, quemadmodum probat textus in cap. ad petitionem, §. Cum igitur de accusat. cum aliis conscriptis à Fagnano in c. qualiter, & quando 2. num. 49. & seg. eodem tit.

Quinimò regulariter officialis, pendente inquisitione, non suspenditur ab officio, neque ei administratio interdicitur, etiam post litem contestatam, istamque sententiam, si ab ea appeller, ut in validioribus terminis decidit Gloss. in cap. sepè, vers. sententia de appellat. Felin. in cap. Omnipotens in principi. de accus. Jafon. in l. 1. numer. 10. ff. de re judic. Bertrand. conf. 83. numer. 1. & seg. l. 1. Scacc. de appell. quæst. 3. numero 72. & judicabit Senatus Dolanus, teste Joanne Grivel. decif. 60. num. 14. Opinio verò contraria procedit dumtaxat, vel quando agitur de delictis commissis in officio juxta distinctionem Bartoli in l. liberius, §. In quæstionibus, ff. de munici. Paris. de sindic. vers. accusatus col. 1. cum aliis per Vincent. de Franch. dec. 8. numer. 1. & 4. Vel quando receptis Testibus offensivis, concludenter apparet, causa cognita, ac decretis prius inquisito defensionibus, concludenter probata esse crimina, & delicta, propter quæ officio sit privandus, cum nemo debeat ab officio suspendi, nisi urgentissima, & comprobata causa. Maximum enim est dedecus ab officio removeri, ut animadvertit Franch. d. decif. 8. num. 4. & tradit Fagnan. in c. licet. Heli numero 10. de Simon. & in d. c. qualiter, & quando num. 29. & 50. de accus. Mastrill. de magistrat. l. 5. c. 5. nu. 46. & 49. Bertrand. loc. cit. num. 7. & segg. vol. 1. part. 1. Castill. dec. Sicul. 166. n. 16. & seg. Gabr. Beratt. in specul. vifit. c. 7. num. 2. & 7. ubi quod si casus suspensionis faciendæ sibi occurreret nunquam aliquem suspenderet ab officio, pendente inquisitione, nisi plene per testes integræ famæ, & opinionis probatum esset officialem plura, & graviora delicta in officio commississe, ita ut vix ab eis se defendere posset. Quod etiam approbatum est à sapientissimo Consilio Neapolitano, ut testatur Joannes Franciscus à Ponte dec. 7. n. 16. & dec. 27. nu. 7. cum aliis cumulatim à Vermigliol. conf. 241. n. 14.

Præterea Prælati manutenerentur in administratione officii, etiam constructo processu summariissimo super præsentis delictis, quotiescumque non constat sibi aditrixisse qui veritatem sciunt, vel alio modo corrupisse, vel eis minutum fuisse, Can. vobis 12. quæst. 2. Zab. in c. venerabilem numero 1. & 3. ibique Abb. numer. 8. de offic. deleg. multique alii apud Vermigliol. conf. 378. numer. 8.

Quod facile admittendum, si processus nullum gradum probationis constituent, & testes examinati patiantur exceptiones, tam circa dicta, quam circa personas. Si resisteret vehemens suspicio falsitatis, & calumnix, tum propter inverisimilitudinem præsentorum criminum, tum etiam propter bonam famam Prælati, sive officialis, ut per Bartol. in l. §. penult. ff. de re militar. Casti. conf. 283. num. fin. lib. 2. Corn. conf. 134. colum. fin. l. 4. cum aliis allegatis à Cravett. conf. 99. num. 11. Idque maximè attentis attestationibus juramentis quamplurium super bona fama vitæque probitate Officialis, quæ longè prævalere debet præsentis denunciationibus secretis. Tum quia istæ emanate solent à personis suspectis, & criminosis, tum etiam quia magis creditur testibus deponentibus de bona fama, licet paucioribus, quam aliis de mala, licet numero plures, ad tradita per Abbat. in c. cum in tua num. 3. de sponsal. Felin. in c. cum contingat. num. 2. de rescripte. & alios à Rota deductos dec. 368. num. 9. coram Mer-

D

Quæ

7 Quare hujusmodi Officialium electio confirmanda videtur, si constiterit de illius validitate quoad substantiam propter concorsum majoris, & sanioris partis Capituli, prout ex illius instrumento, quod in hac materia facit probationem probatam, Innoc. in c. innotuit n. 7. de electi. ubi Joannes Andr. n. 2. Cardin. n. 7. Bellarm. num. 20. alique plures apud Rotam dec. 574. n. 64. part. 4. tom. 3. recent. Quoad formam quidem, si servata electione fuerint omnia requisita in Constitutione Ordinis, & juris communis in c. Quia propter de elect. Sicque electi manentendi sunt ex juris regula, quod possessor, lite pendente, non est privandus sua possessione, traditque Abb. in c. 1. ut lite pendente num. 4. ac sequitur Dec. conf. 67. n. 1. Gabr. comm. opin. l. 5. tit. de acquir. possess. conclus. 6. num. 2. & segg. Ceteri namque juris est, quod pendente, iudicio nullitatis electionis, electus habet plenariam administrationem, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, ut perspicue decernit textus in c. cum nobis de elect. c. indemnitate, §. sane, ubi Doctores eodem tit. in 6. & in hac specie firmavit Rota decif. 139. nu. 2. part. 7. recent.

8 Hisque accedit, quod sola accusatio, sive denuntiatio non excludit quempiam ab electione. Alias enim esset in facultate calumniatoris viros probos ab electione excludere. Quod plane absurdum est, ut animadvertit Innocent. in c. accusatum num. 2. de simon. quem sequitur Fagnan. in d. c. Omnipotens numer. 33. & 34. de accusat. Ideoque ad hunc effectum non sufficit sola accusatio, sive inquisitio, sed requiritur etiam litis contestatio per rei citationem, ut probat Navarr. conf. 7. num. 5. l. 5. tit. de accus. & quod persona sit infamata apud graves, & probos viros, ut docent Oltienis, Joannes Andreas, & alii quos refert, & sequitur Barbof. de offi. & potest. Episc. parte 2. allegat. 43. num. 14. Sigismund. à Bonon. de elect. dub. 86. num. 6.

9 Ac ita, ut ne Præses quidem Capituli possit aliquem excludere ab electione, nisi præcedente sententia, & juris ordine servato, scilicet citato reo, & in suis exceptionibus audito, ut per Rodriq. questio. regul. 52. art. 12. parte 2. Mirand. in manual. Pralat. tom. 2. quest. 23. artic. 22. conclus. 3. Castellin. de elect. c. 13. tit. de direct. pacif. elect. Lezan. tom. 1. quest. regul. c. 15. num. 34. cum aliis adductis à Passer. de elect. c. 2. q. 4. n. 71. traditque Sanctior. ad stat. & consus. sui Ord. c. 18. stat. 67. ibi: Verumtamen est, quod non sufficit sola attestatio visitatoris ad excludendum ab officio, sed necessaria est causa cognitio, quia statutum ait; Quos indignos legitime judicaverint.

10 Extraque hac de re decretum Apostolicum pro reformatione Regularium sub die 14. Octobris 1601. approbatum à Clemente VIII. quod est hujusmodi: Privationis vocis activa, & passiva, ac in habilitatio decreta, sententia ab eisdem superioribus Ordinis lata, ne deinceps in ipso electionis actu pronuncientur, promulgentur, & atque ea promulgata vocales minime afficiant, nisi per mensum ante fuerint intimatae Parti, sanctitas sua omnino vetuit. Quod nominatim observari præcepit Iussu Pauli V. Cardinalis Verallus Ordinis Minorum Protector 27. Maii 1616. ut testatur Lantusca in theat. regular. vers. casus seu lis num. 2. Hoc autem decretum fundatur in jure communi, juxta quod omnes mutationes, & sententia: prolatae in limine Capituli præsumuntur facta: ad fraudandam futuram electionem, ut advertunt Castellin. de elect. Canon. c. 13. n. 14. & Pelliz. in man. Regul. tract. 9. c. 2. sect. 2. n. 8.

11 Secus autem dicendum est in casu delapidationis rerum, & in aliis delictis commissis in officio. In his enim casibus, pendente inquisitione, procedi potest ad removendum Officialem ab administratione juxta prædictam distinctionem Bartoli in citat. l. lberius, §. Libertus, quam sequitur Concilium Neapolitanum apud Vincent. de Franch. d. dec. 8. num. 1. & 4. Quod etiam comprobatur in d. c. qualiter, & quando nu. 74. ibi: probata tamen suspitione delapidationis, in aliis vero iudiciis secus, de accusat.

Antequam igitur procedatur ad remotionem ab administratione, vocandi sunt electi, ut se defendere possint ad formam d. c. qualiter, & quando per hac verba: Et exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerat inquirendus, ut facultatem habeat defendendi seipsum. Ad quem textum Doctores omnes, præcipue Fagnan. nu. 50. ibi: aut sit inquisitio, ut ab administratione removeantur, & late comprobatur Vermigliol. conf. 368. n. 1. Quia cum agatur contra Prælatos, qui sunt positi tanquam signa ad sagittas, & propter justitiam, & morum correctionem soleant frequenter incurrere odium multorum, contra eosdem requiruntur probationes majores, quam contra alios, ut animadvertit Bald. in l. observare, ff. de offic. Procons. Paris. de stud. vers. Probat. §. contra Officiales num. 6. Malcar. de probat. tom. 2. conclus. 957. n. 28. & tom. 3. conclus. 1254. nu. 18. Rodriq. tom. 3. q. regul. 77. art. 4. Fagnan. loc. cit. n. 22. & 48. alique communiter.

Idque etiam versaremur in quocunque notorio, si reus est absens. In hoc etiam casu requirit citationem, testatur Clar. in prax. §. fin. q. 9. ubi prudenter admonet Judices, ut in hujusmodi notoriis caute procedant, ne se ipsos involvant, nimis properando, aitque Ecclesiast. c. 11. vers. 7. Antequam interroget, ne visperes quemquam, & cum interrogaveris, corripit juste. Ideoque semper reus citandus est, audiendusque, an aliquam excusationem pro se adducere possit, velitve, Blem. Pastoralis, §. Caserum de re judic. cum aliis per Farinac. q. 39. nu. 32. qua de re nos alibi fufius.

CONSULTATIO XIX.

1 An visitator, ac Præses Capituli Regularium eligi possit in Vicarium provinciale, & electio inde sequuta sit valida?

2 An privatio vocis activa, & passiva fieri possit post allegationem suspitionis, sive post probatas causas, & latam sententiam per Arbitros, & electio inde sequuta sit valida?

3 An Capitulum intimatum pro certa die differri possit?

4 An interposita inter Regulares appellacione, surrogari possint aliqui in loco aliorum, & electio item sic facta sit valida?

5 An visitator procedere possit ad Capitulum provinciale, contemptis aliquibus suffragio privatis, qui appellaverant, & insisterent admitti, & electio inde sequuta sit valida?

AD 1. negativè. De jure enim communi prohibetur eligere in Vicarios provinciales hujusmodi Præfides, & visitatores, ut per Mirand. in manual. Pralat. tom. 2. q. 22. art. 7. Castell. de elect. c. 13. diff. 3. d. num. 18. Donat. in pr. rev. regul. tom. 2. tract. 2. q. 27. Nam propter auctoritatem Præfidis, electio non potest esse libera. Aut enim donis, aut minis, aut pretio, aut precibus, aut fraude, aut dolo suffragia subditorum facile corrumpere posset. Ideoque hujusmodi electiones præsumendæ sunt in foro exteriori violentæ, malisque artibus extorta. Ut proinde Sacra Congregatio super Episcopis, & Regularibus has electiones irritas declarat.

Ad 2. pariter negativè, idque subjacet vitio nullitatis, Rota in Anglonen. territorii 13. Junii 1650. coram Melio. Præsertim in Judice delegato, contra quem facta est sola allegatio suspitionis. Gloss. in l. aperti sumi, ff. ad Trebell. Scacc. de judic. lib. 1. cap. 66. numero 13. & in terminis Regularium Ghisler. de judic. regular. c. 14. num. 41.

Neque obstat, quod suspiciones possunt contemni, Quia visitator regularis non potest allegari suspectus. Nam id locum non habet, quando visitator assumit partes Judicis, ut in specie distinguunt Ghisler. loc. citat. numero quadragesimo quarto, Barbof. de potest. Episcop. 73. numero trigesimo octavo, Lezana in sum. tom. 4. vers. recusatio iudicis numero septimo, & vers. visitator regularis numero decimo tertio. Porro causæ de novo emergentes, ut negatio defensionum, non admisso exceptionum, & ejusmodi alia præbent locum suspitioni, ut præ

ut præ cæteris tradit Ghisler. d. c. 14. num. 24. Ad 3. etiam negativè, hoc est non posse differri, nisi de consensu Capitularium, alioquin devolvitur ad superiorem proximum Capituli, ut probat Sylvest. in sum. vers. electio 1. q. 7. num. 8. & segg. Mirand. tom. 2. manual. quest. 13. art. 4. conclus. 4. Donat. loc. cit. tract. 3. quest. 6.

Ad 4. Item negativè. Nam inter Regulares appellatio admitti debet ad utrumque effectum, quando sententia est super privatione, vel alia materia gravi quemadmodum ex Sanchez, Peyrino, & aliis advertit Lezana in sum. tom. 1. c. 9. num. 7. & tom. 3. vers. appellatio num. 4. Ghisler. ibid. c. 15. num. 44. Ideoque electio inde sequuta irrita est, cum sint appellacione pendente surrogati alii loco Patrum privatorum, contempta recusatione. Contemptus enim Coasilli Discretorum inducit nullitatem actus per text. in c. Cum in veteri de elect. ac probat Oltien. in sum. tit. de his, qua sunt à Pral. sine cons. Capit. num. 2. ac Felin. in c. ex parte num. 1. de consit. Et quod processus ad ulteriora post recusacionem causæ non solum inducat nonnullitates, sed etiam reddat attentata omnia inde sequuta, inquit Gloss. Margin. in cap. quoniam, vers. recusacionem de probat. Lancellott. de attent. parte 2. cap. 6. num. 8. Rota apud Verall. dec. 68. num. 1. & coram Buratt. dec. 368. nu. 2. Præsertim quando recusat non est frivola, sed facta iustis de causis ab Arbitris approbatis, quæ solemnitas non est necessaria in Judice delegato, ut ex Ghisler. d. cap. 14. num. 41.

Quare cum hujusmodi privationes non sint validæ, non possunt loco Patrum privatorum surrogari alii. Ob reverentiam enim Sedis Apostolicæ nihil est appellacione pendente innovandum, ut in specie de electione alterius, quod pendente lite, vel appellacione, sit attentata, decernit textus in c. 1. ut lit. pendente in 6. ibique tradunt Doctores communiter. Et quod etiam in dubio, a sententia privationis, aut inhabilitatis suspendat, sit ob reverentiam abstinendum à quacunque innovatione, inquit Gloss. in c. Quamvis, vers. sed quod in dubio de elect. in 6. & probant Navarr. conf. 8. eod. tit. Samuel. de elect. tract. 2. contr. 6. n. 8. & 9.

Eoque præsertim, si, appellacione pendente, admitti fuerint ad ferendum suffragium alii Patres nulliter electi à Diffinitorio. Quod sanè inducit nullitatem electionis, cum non sit in potestate Præfidis admittere illos, qui non sunt de corpore ipsius Capituli, per textum in c. quia propter, ibique Barbof. num. 28. de elect. solumque Doctores dubitant, an ad congressum capitularem admitti possint aliqui de jure non vocandi, quando accederet omnium Capitularium consensus; secus autem si aliquis discreper: Et hanc circumstantiam intervenus unanims consensus omnium de necessitate requiri, post Navarrum, Passarellum, ac Peyrinum tradit Pelliz. in manual. tom. 2. tract. 9. c. 8. sect. num. 1. 2. 7. & sequent.

Non obstat id, quod aliqui aiunt, appellacionem inter Regulares non suspendere. Nam contrarium asserunt Doctores citati. Quinimò hæc obiectio magis comprobatur nullitatem electionis. Si enim appellatio operatur devolutionem, utique non potest Præses novos ministros in locum privatorum eligere, antequam in devolutivo causa pendens terminetur. Maxime quia damnum privatorum suffragii est irreparabile, cum in proximo futuro Capitulo eorum officium cesserit, ut ad effectum appellacionis, etiam in materia in appellabili, & contra rem judicatam ponderant Lancellott. de attent. parte 2. c. 18. num. 40. Odd. de restitut. in integr. quest. 43. num. 17. & Scacc. de appellat. q. 19. remed. 2. num. 73. & 75.

Ad quintum similiter negativè, & hujusmodi Capitulum esset irritum ex certo juris principio, quod scilicet vocalis privatus, si appellaverit, non potest contemni, sed est admittendus, ut in hac specie Navarr. d. conf. 8. l. 1. de elect. Samuel. eod. tit. tract. 2. contr. 6. n. 8. & 9. ubi

alii Contemptus enim inducit instabilem nullitatem per textum in c. bona memoria 2. & in c. Venerabilem §. Objectioni de elect. & in c. Quod sciet, & in c. coram eod. tit. traduntque Lavor. var. lucubr. tit. 4. c. 17. n. 13. ac Pelliz. loc. cit. d. c. 8. sect. 1. n. 24.

Ac ita, ut non excludat contemptum sententia privationis, cum fuerit nulliter lata, pendente recusacione, & sic tanquam attentata, nullius est momenti. Præcipue si ab eadem sententia fuerit appellatum, quæ appellatio, quamvis aliàs secum traxisset executionem, debet tamen effectum sententiæ omnino suspendere, ac interim vocalis contemptus admittendus est, ut per textum in c. venientes de jurejur. probant Sigismund. de Bonon. de elect. dub. 94. num. 5. & Lavor. d. tit. 4. c. 21. num. 78. Firmantque Doctores superius adducti, etiam in dubio post appellacionem non esse innovandum. Quibus addo in his terminis Peyrinum relatum a Pelliz. c. 8. sect. 1. num. 29. dicente, quod si inhabilitas sit aliquo modo dubia, non potest aliquis contemni. Unde non potest procedi ad aliam electionem, donec terminetur secunda instantia, ut cavetur in c. Consideravit de electis, & dicitur de facto attentatum præsumptum, quicquid sit post appellacionem à sententia super electione c. si post quam de elect. in 6. Seraph. dec. 398. nu. 2. & segg. maxime si in contemptum appellacionis post factam secundam electionem, c. concertationi de appellat. in 6. Idemque nulla est etiam electionis confirmatio, Rota dec. 119. n. 1. & segg. parte 3. recent. Ac præcipue quia Juxta delegatus, etiam post rem judicatam, potest quidem exequi sententiam in quantum loquitur. At si factum aliquod de novo fieri debet, nulliter procedit, si ab eo fuerit appellatum, Achill. dec. 4. nu. 7. & segg. tit. de sent. excomm. ac Pur. dec. 270. l. 3.

Ac ita etiam, ut non suffragetur, quod in favorem illorum, qui fuerunt electi, suffragia superessent. Nullitas enim non fundatur in defectu unius; vel alterius suffragii, sed in contemptu ejus, qui de jure vocandus est. Si namque ipse opponat de contemptu, & causam prosequatur, electio, quamvis non sit ipso jure nulla, est tamen annullanda, licet unus tantum contemptus fuerit, cum plus obfit contemptus unius, quæ contradictio multorum, inquit textus in cit. c. bona memoria, ibi: Tum quia inventus est fuisse contemptus, licet unus solus existeret, cum plus in talibus consueverit contemptus unius obesse, quam contradictio multorum. Quod fuit innovatum in d. c. Venerabilem d. §. objectioni eod. tit. cuius hæc sunt verba: Pateat eos perperam processisse, cum electioni plus comessent unus, quam contradictio multorum obisset, c. quod fecit, §. 2. & c. venerabilem eod. tit. ac docent Castell. in argum. c. 8. num. 1. Lavor. var. lucubr. tit. 4. c. 17. num. 13. Tambur. de jur. Abb. disp. 15. qu. 3. num. 2. & 3. ac Rota dec. 36. n. 1. par. 6. recent. ac l. si in tres ff. de arb. & l. si duo, ff. de re judic.

CONSULTATIO XX.

An, & quatenus Electores excusari possint in eligendo Excommunicatum, & electio sit valida? Ubi de executione Brevium Apostolicorum.

IN hac re certum omnino est, quod declarati excommunicati tempore electionis, nequeunt ferre suffragia in Capitulo per text. in c. fin. de Cleric. excommunic. ministr. & in c. constitutus de appell. ubi Gloss. vers. excommunicacionis, ubi Canonizata communiter, ac Rota dec. 5. post med. de concess. prob. in nov. Dec. conf. 522. nu. 1. Atque adeo electio est irrita.

Neque excusantur eligentes, si allegarent ignorantiam à poena nullitatis electionis. Nam hæc eis non præjudicat, sed electio, ut explicat Gloss. in d. c. fin. vers. scienter, Oltien. num. 5. ad med. Baranum, 16. alique Bras. de elect. parte 2. c. 1. nu. 1. Covarr. in cap. alma mater parte prima, §. 7. numero tertio, Suarez de censur. disp. 13. num. 3.

Avil. part. 2. c. 6. disp. 1. dub. 1. conclus. 1. in 1. notab. Alrer. de censur. disp. 6. l. 2. c. 2. Sayr. eod. tract. l. 2. c. 16. n. 8. Garz. de benef. par. 7. c. 13. n. 28. & seqq.

Idque procedit non solum in beneficiis, sed etiam in officiis, vel Dignitatibus Ecclesiasticis temporalibus, quæ habent exercitium jurisdictionis, ut post alios tradit Garz. d. c. 13. n. 22. & 23. & de electione Regularis in superiore loquitur Dec. d. conf. 525. n. 1.

Probat autem aliquis excommunicatus per declarationem, & absolutio ab excommunicatione probanda est concludenter, sufficitque dami de nullitate electionis probare, quod aliis electus fuit excommunicatus, ut in terminis firmavit Rota dec. 11. de probat. in antiquis. Ac ita quidem, ut non suffragetur absolutio superveniens, sed requiritur specifica tempore electionis, vel antea, nec superveniens potest electionem irritam convalidare, utin his terminis tradunt Navar. in manual. c. 27. num. 11. Avil. d. dub. 1. conclus. Covar. d. §. 7. nu. 42. Rota coram Cassad. decis. 1. numer. 8. de probat. & in Calagurritana beneficii coram Sacrato apud Marchesam. de commiss. part. 3. fol. 111. num. 3.

Nam pro habilitate eligendi attenditur tempus electionis, non tempus confirmationis, e. dudum de elect. ibique Abb. n. 8. ceteri, & Calder. conf. 1. n. 3. de elect. nec satis esset absolutio à Patre Generale obtenta, si censura lata esset ab Auditore Cameræ Apostolicæ, fortassis ob non partitionem litteris Apostolicis, ut sæpius contingit, quem adire oportet pro illius absolutione. Vulgaris enim est distinctio, quod è censura generali, lata à jure, quisque potest absolvere, si non sit reservatus à sententia verò sive à censura particulari, lata à Judice, non potest absolvere, nisi ipse Judex, vel ejus superior. Est communis assertio Theologorum cum S. Thoma in supplem. q. 24. art. 1. in c. & Canonistarum nominatim Federic. de sen. conf. 16. n. 12. Covar. in d. c. alma mater part. 2. §. 12. nu. 2. & seqq. & omnium apud Sayr. de censur. l. 1. c. 7. n. 14. & 15. Quod sanè si toleraretur, actum jam esset de jurisdictione Ecclesiastica, ut per Can. relegantes 44. 23. q. 5. & Rota decis. 404. n. 8. & 9. par. 5. recent.

Porrò ut dicatur paritum Brevis Apostolicis nil aliud comprobare opus est, nisi quod fuerint executioni demandata absque eo, quod altera Pars liti cedere teneatur, vel promittere discessum à molestiis, ut doctè fuit à Rota decisum apud Mohedan. decis. 9. in fin. de sentent. & re judic. & consultum quod ita in posterum in ejusmodi dubiis decidi deberet, eamque decisionem secuta est Rota in Tullen. Monasterii 5. Julii 1608. coram Sacrato, quæ est dec. 194. numer. 1. part. 3. recent. ubi quod dum Provisus Apostolicis vigore Brevis possessionem adeptus fuerat, hoc sufficere dixit pro partitione. Idemque sentiunt Vest. in prax. l. 8. c. 3. num. 10. & Rub. in singul. parte 4. claus. §. 22. num. 24. Quia clausula, paritio, supponit contradictionem, & appellationem à Brevis, quæ propterea per eam non impeditur, solumque suspenditur audientia, donec confiterit de executione, ut inquit Gonzal. ad regular. Cancell. in annot. contra nullit. num. 247. cum seq. ac Rota coram Cavaler. dec. 483. num. 9. & 10. Imò permissam esse protestationem, quæ præservet jura protestantis post executionem Brevis, dixit Rota in Ofcen. Parochialis 16. Novembris 1620. coram Pamphilio.

Quod eò magis procedit, dum agitur de materia, in qua non est locus restitutioni fructuum, vel expensarum, quæ regulariter præcedere debet ad hoc, ut censetur huic clausulæ satisfactum, sufficitque, quod Breve ad id non obliget, ut firmat Rota coram Baratt. dec. 646. n. 4. & in d. Ofcen. §. minus obstat, & in Forolivien. beneficii 16. Martii 1623. coram Ubaldo, & in Leodien. hereditatis 9. Junii 1636. coram Dunozerro.

De executione autem constare poterit in hoc casu ex attestationibus juratis plurium virorum gravium, qui devisu asserant fuisse celebratum Capitulum, & Prælatum in Brevis nominatum, possessionem injecisse, & hanc

rationem potissimum in testibus attendi deducitur ex textu in c. cum causam ibi: visu, auditu de testibus, & tradunt Doctores, quos sequitur Farinac. q. 70. num. 127. & 229. ubi quod ratio per sensum visus est concludentior quocumque alio. Ita quidem, ut non officiat, quod fides sit extrajudicialis. Quia dum est veuissimilis, & adimiculata, jure, meritoque attendenda est, ut per Rotam coram Buratto dec. 306. n. 6. & dec. 260. n. 4. part. 5. recent. & dec. 592. n. 18. in addit, ad eandem part. 5. & dec. 24. n. 8. part. 6.

Eòque faciliùs admittendæ sunt attestaciones extra judiciales, si nulla fuerit adhuc lis introducta, ut dixit Rota coram Buratt. decis. 827. num. 4. Ejuisque pendentiam præcipue derogare earum fidei, dixit etiam in Bononien. Fideicommissi 18. Maii 1648. coram Melchio. Si causa vertatur inter Regulares, in quibus non attenditur juris igror, & cogroscitur in Sacra Congregatione, in qua non proceditur servata forma juris, ut habetur in Constitutione Sixti V. super ejus electione, & observat Lezana in sum. vers. Congregatio. num. 15. Vel si denique ex facto Judicis nimis Patri adversè suspecti, non possint haberi acta capitularia. Unde illi hoc imputandum est, ad cujus instantiam tanquam interesse habentes præsumendum est, hujusmodi impedimentum provenire ex adductis in Rota in Gaudaven. exemptionis 22. Junii 1648. coram Arguelles.

CONSULTATIO XXI.

1 An, & quatenus qui transiit ad secundam Religionem, si velit adducere causam nullitatis sue professionis audiri amplius possit absque eo quod redeat ad primam Religionem?

2 An saltem audiri possit extra primam Religionem?

3 An tempus novitatus, in quo aliquis dispensatur ad duos, vel tres menses incipiat à die obtentæ dispensationis, an à die quo novitatus admittitur ad novitatum in Conventu per dictam dispensationem assignato?

4 An Sacra Congregatio super Episcopis, & Regularibus possit concedere licentiam Regularibus transeundi ad laxiorem Religionem?

AD 1. negativè. Quia Concilium Tridentinum sess. 25. de Regular. cap. 19. aperte disponit, quod Regularis spontè discedens prætextu nullitatis suæ Religionis, habitu dimisso, sive retento, nullatenus admittatur ad audientiam, sed ad Monasterium redire cogatur. Et idè Regularis, qui sæpius requisitus recusavit redire ad suam primam Religionem, non est amplius audiendus super opposita nullitate professionis, Quia verba illa, nullatenus ad audientiam admittatur, quæ respectu spontè revertentis intelliguntur, donec redierit, sunt respectu non regredientis de bono, & æquo intelligenda, ut sonant, quod scilicet in pœnam perpetuò remanere debeat exclusus ab audientia, prout ita distinguit post Suarez Castropal. de suscept. relig. stat. disput. 2. punct. 7. numero 7. tom. 3. Nam quod hæc conciliaris dispositio locum habeat, etiam contra transeuntem ad aliam Religionem, sive revertentem ad primam, à qua fuit legitime translatus, non videtur hæsitandum. Quia, licet transiens ad aliam Religionem, non dicatur deserere Religionem in genere, sed institutum, vis tamen, ac ratio Concilii non consistit in recessu à Religione in genere, sed in recessu à Religione in specie. Quia mens Concilii fuit specialiter providere Religioni, ne Privetur jure suo prætextu nullitatis professionis, Porrò longè differt simplex recessus à Religione à pertinaci reculatione redeundi post monitionem. In primo enim casu, si habitu resumpto, redeat, potest audiri super nullitate professionis. In secundo autem casu ratione majoris contumaciæ nullatenus audiri debet, ut probat Suarez tom. 3. de Relig. l. 7. cap. 3. num. 14. & Castropal. loc. cit.

Ad 2.

Ad 2. esto, quod sit audiendus, audiri tamen non potest extra suam primam Religionem, non solum quia resistit Concilium, sed etiam jus commune. Nam professus propria auctoritate ingrediens aliam Religionem, aut est apostata, ut post novissimas summorum Pontificum Constitutiones fuit tuerur Castropal. de vot. Relig. obed. disp. 4. punct. 16. num. 7. lib. 3. Aut saltem est fugitivus, & competunt contra eum remedia juris, ut omnes admittunt, præcipue Sanchez in sum. lib. 6. cap. 8. num. 9. Ricciul. de jur. person. lib. 8. cap. 3. num. 3. Post Gloss. in cap. ex parte 10. de temp. ordin. Laym. lib. 2. theol. moral. tract. 1. cap. 16. num. 1. & est etiam excommunicatus, ut de magis communi docet Sylvest. vers. excommunicatio 9. num. 54. & vers. Religio 4. quest. 4. Navar. in manual. cap. 27. numer. 131. Azor. insit. moral. lib. 12. cap. 13. quest. & cap. 14. quest. 10. & cap. 17. quest. 11. tom. 1. Suarez de censur. disp. 23. sect. 24. num. 32. Castropal. loc. cit. num. 9. Atqui certum est neque apostatam, seu fugitivum audiri posse, nisi revertatur, Gloss. in c. intelleximus, vers. curam de arat. & qual. Laym. d. num. 1. Neque excommunicatum, nisi resipiscat, c. pia de except. in 6. Avil. de censur. disp. 7. cap. 6. parte 2. & Layman. lib. 1. tract. 5. parte secunda, capite 2. num. 14.

Præterea si non esset apostata, neque fugitivus, neque excommunicatus, & locum non haberet Concilium, imò etiam licitè transisset ad secundam Religionem, teneretur nihilominus redire ad primam ad effectum reddendi rationem suæ administrationis, si rerum sui Monasterii administrator fuerit, per textum in l. Interdum 16. ff. de publ. & vethigal. quem notans adducit Mugnoz ratioc. capite 3. numero 5. cujus dispositio procedens in servos rectè applicatur Religioso, qui servo æquiparatur Dec. in c. decernimus num. 79. de judic. cum aliis hujusmodi.

Lite igitur pendente super nullitate suæ professionis, debet Regularis restitui Monasterio, quod fuit illicitè spoliatum sua possessione ante legitimam declarationem justitiæ transiit, Sanchez in decalog. leg. 6. capite septimo, numero centesimo, & sequent. Ratio quippè, ob quam Concilium præcipit, ne professus audiarur super nullitate professionis, nisi habitu resumpto, hæc potissimum est, ne scilicet, lite pendente, Religio privetur jure suo.

Ad 3. Respondeo, tempus hoc incipere à die admissionis ad novitatum. Quia cum dispensatio removeat obicem Apostolicarum Constitutionum quoad tempus, & locum, de cætero est intelligenda, prout de jure, ut per Bartolum, & Doctores in lege prima, sub init. ff. de leg. falcid. traditque idem Bartol. in leg. omnes Populi questio 6. ff. de justit. & jur. De jure autem tempus probationis incipit ab eo momento, quo Novitatus admittitur ad probandas difficultates Religionis, ut dicitur Suarez tom. 3. de Relig. libro quinto, capite 13. numero 6. Castropal. de essent. Relig. stat. disput. 1. punct. 12. §. 3. num. 1. tom. 3. Et non est necessarium quod novitatus peragatur in aliquo certo Monasterio, imò etiam extra Monasterium peragi valet juxta receptiorem sententiam, quam ex mente Sacræ Congregationis probat Navar. lib. 3. consil. tit. de Regular. conf. 41. & 42. alias 31. Azor. loc. cit. lib. 12. cap. 2. quest. 8. parte 1. Less. de just. & jur. libro 2. capite quarto, dub. 7. numero 59. Suarez dicit. l. 5. capite 14. num. 13. Sanchez lib. 5. sum. capite 4. num. 27. & 28. Castropal. loc. cit. §. 4. numer. 2. ac 3.

Et satis est, quod contrarium non sit expressè cautum in dispensatione, & quod aliquo modo hanc possit recipere interpretationem ad hoc, ut professio sustineatur, ut in terminis similis dispensationis est decisio prima de rescriptis apud Acillem, ubi dicitur, quod quamvis dubitari posset, an forma rescripti in emissione professionis esset præcisè servata; quia tamen modus servatus poterat saltem comprehendere secundum latam significationem, fuit responsum pro validitate, consultus Dominis de Pœnitentia, à quibus rescriptum emanaverat, subdens satis esse declarationem eorumdem concedentium, quod ita etiam fuisse

Tom. X.

sent concessuri. Hanc declarationem posset Sacra Congregatio facere in casibus, quatenus opus esset ad tollendum lites inter Religiones, favendo professioni, pro qua in dubio est judicandum Navar. conf. 13. nu. 10. de regular. Sanchez de matrimon. lib. 7. disp. 37. nu. 12. ac Seraph. dec. 1361. in fine.

Cessaretque omnis dubitatio in casu, quo licet professio expressè esset nulla, esset tamen tacitè convalidata per delationem habitus professorum per plures annos, cum ad hunc effectum delatio annalis sufficiat, Honned. conf. 78. num. 18. lib. 1. Gratian. c. 640. num. 20. Menoch. præsumpt. 83. num. 25. lib. 6. Rota dec. 529. numer. 2. part. 1. recent. Et validius per exercitium actuum, ac præcipue per administrationem officii, quod per solos professos potest administrari, ut per Cytiac. controu. 311. numer. 13. Achil. dec. 11. de probat. Bellarm. dec. 76. num. 2. Rota dec. 216. num. 19. parte 2. divers. quæ loquitur in specie revalidationis.

Nec dicatur, quod ad validandam professionem requiratur quinquennium ob præsumptam ignorantiam nullitatis, quæ excludit intentionem ratificandi ad tradita per Sanchez de matrim. d. lib. 7. disp. 37. num. 10. & per Rotam coram Emerix à me relatam 109. 9. Nam id ad summum possit procedere, si Regularis non impetrasset dispensationem, & ignorasset factum, cujus ignorantia præsumitur, vel esset minor, in quo cadit probabilis ignorantia juris. Secus autem si qui dispensationem impetraverat, non sit minor, sed professus quamplurimum annorum, Sacerdos, Confessarius probè versatus in hujusmodi rebus, tunc enim ignorantia nullitatis, si quæ sit, excuditur ex qualitate personæ, Menoch. præsumpt. 23. nu. 15. lib. 6. Bellarm. dec. 693. nu. 2. & tollitur etiam ex verbis suæ professionis, ibi: Ex certa scientia, & spontanea voluntate. Et sic locum non habet limitatio superius adducta, quæ sanè hodie non est tuta, eamque non amplectitur Sacra Congregatio Concilii, sed contrarium censuit, ut in declarationibus relatis in Meten. professibus 7. Junii 1636. coram Carillo, quæ est tertia apud Tambur. de jur. Abbatis. ubi quod Urbanus Octavus hujusmodi declarationes observari mandavit 1. Februarii 1637. in Romana nullitatis professionis, & fuit etiam firmatum in Ulysioponen professionis 17. Maii 1641. coram eodem Carillo, ubi etiam latè ostenditur ad hujusmodi revalidationem non requiri novam acceptationem Religionis. Quia Pontifex, tanquam supremus Religiois Prælatus, censetur id supplere ex doctrina Sanchez d. disp. 37. n. 64. Quæ de re nos alibi sæpè.

Ad 4. negativè respondendum videtur ex Sixto V. in Congreg. 11. pro consultationibus Regularium, ibi: Concedimus etiam, ut dictis Regularibus non ad laxiorem, neque ad parem, sed ad arctiorem Religionem transeundi dare possint licentiam. Unde Bonac. tom. 1. de claus. prop. 2. num. 12. part. 3. inquit: Multi Doctores existimant neque Summam Pontificem licitè posse absque justa causa facultatem Religioso concedere transeundi ad Religionem æque arctam. Quia non potest in foro conscientie derogare juri acquisito Religioni, nisi id faciat ex causa. Cuius adducit. in 13. additque. nu. 14. neque Summam Pontificem posse in foro conscientie licentiam transeundi ad laxiorem Religionem concedere sine justa causa.

At verò affirmativè respondendum censeo. Quod autem ad Constitutionem Sixti, illa intelligitur, quod Sacra Congregatio non possit hujusmodi licentiam concedere sine causa. Tunc enim solus Pontifex illam concedere potest. Si enim cum causa possunt Prælati inferiores Papæ illam concedere, ergo multò magis Sacra Congregatio, ut per Sanchez in decalog. d. c. 7. concl. 7. ubi Navarrus, Azor. & alii.

CONSULTATIO XXII.

Ad validitatem electionis Canonice Regularium quot suffragia de jure communi requirantur.

CONSULTATIO XXIII.

Erra omnino regula est, quod ad validitatem electionis Canonice non sufficit habere, majorem partem suffragiorum respectu minoris, sed necessario requiritur major pars respectu Capituli juxta doctrinam Abbatis in cap. Ecclesia vestra de elect. Tambur. de jur. Abbat. tom. 1. disp. 5. quast. 6. numer. 2. 4. §. 27. Add. ad Buratt. dec. 809. num. 10. ac plene Barbol. de Canon. & dignit. c. 38. num. 10. ut proinde electio, quae est quidem major respectu minoris, dum alter, exempli causa, quindecim obtraherit suffragia, alter quatuordecim, sed minor respectu totius Capituli, si omnes vocales fuerint triginta, nullatenus valida sit.

Nec obstat, si dicatur, non esse audiendos illos, qui in actu electionis non contradixerint. Nam si electio est nulla ex Capituli consensu, quod importat substantiam, & operatur nullitatem ipso jure, ut inquit Rota post Tambur. loc. cit. tom. 3. decis. 22. numero quarto. ratificatio deducta ex non contradictione post publicatam electionem non habet locum. Quia electio à principio nulla, nequit per supervenientem consensum ratificari, ut tradit Lavor. var. elucubr. tit. 4. cap. 19. num. 113.

Præterea non data scientia nullitatis, impossibile est dare consensum, qui suffragetur. Hinc, etiam electione sequuta cum consensu omnium, licitum est reclamare ex defectu, & causa noviter emergente, ac prius electoribus ignota, ut expressè statuitur in cap. 19. nulli licere de elect. in 6. & firmat idem Lavor. dist. c. 19. num. 115. & 118. Si igitur Electores ignoraverint quod suffragia alter habuerit, & statim, ac veritatem facti receiverint, reclamant, appellaruntque, non potest prætendi tacita ratificatio, sive approbatio ex non reclamatione.

Minus obstat, quod id probari non possit, quia scrutatores ob juramentum præstitum de fideliter suum munus exercendo, nequeunt deponere adversus id, quod publicaverunt. Nam id probari poterit ex Præfide Capituli. De jure enim officium Præsidis consistit in discernendis, ac judicandis actis capitularibus, præcipue quoad suffragia, ut probat Lezana in summo. quast. regul. tom. 4. vers. Præses Capitularum. Probari etiam id poterit ex ipsis scrutatoribus, si revera non juraverint. Quod patebit ex actis Capituli, qui est modus probandi negativam, Buratt. dec. 633. n. 3. Addens ad eundem dec. 620. n. 3. lit. B. Denique scrutatores admitti ad testificandum, quando aliqui ex electoribus reclamant, & dicunt de non veritate electionis, probat Text. in c. Cum dilecti 32. de elect. his verbis: Prædicti tres electores juramenti vinculo adstringantur decere veritatem, quot ex Canonice examinationis tempore in præfatum Archidiaconum convenierint. ubi Gloss. vers. etsi tres ait, quod licet isti suspecti essent, & de facto suo quo quodammodo dicant, admittitur tamen eorum testimonium in defectum probationis, firmatque Lavor. loc. cit. eoque c. 19. n. 110.

Non obstat Innocen. in dist. cap. Cum dilecti num. 8. Inquit enim quod si dicerent isti electores: nos amore, vel pretio decepti, vel etiam ignorantia juris eum contra formam elegimus, non valeret testimonium eorum ad probationem infra de testib. cap. licet, §. 14. qu. 2. Can. fin. sed hoc intelligitur, quando hoc non dicebant, imò se ignorantia, vel alio modo excusabant. Quando igitur dixerint scrutatores, ac Testes considerasse majorem numerum suffragiorum respectu minoris, non respectu totius Capituli, & declarasse electionem, sic suadente, ac dicente qui intervenit, valeret eorum testimonium.

Eademque patet responsio ad doctrinam Bellameræ in cit. c. Cum dilecti in hæc verba: Solvit Innoc. d. q. prædicta non inferunt, quod peccarent, quia potuit esse, quod formam ignorabant. Et in fine. hi vero non sic dicebat, sed ignorantia, vel alio modo se excusabant.

Hujusmodi ergo electio est irrita, cum ejus nullitas respiciat formam substantialem electionis, nempe consensum eligentium.

An, & quatenus major pars Capituli, imò & minor possit devenire ad electionem? An suffragia absentium supplenda? De legitimatione suffragiorum, absentibus iis, de quorum suffragiis agitur. Et an Eminentissimi Cardinales Præsidentes Capitulis ferre possint suffragia? Et quatenus secunda electio sit nulla, & attentata?

IN hac re ita censeo. Sufficit, quod major pars velit devenire ad electionem adeo, ut prætextum absentium sit omnino irrelevans, nec tempus prorogari possit, Oldrad. consil. 122. num. 1. & segg. Joap. Andr. de specul. tit. de elect. §. 1. in 2. addit. Mandag. eodem tit. cap. 16. ubi alii ac Bertachin. de Episc. l. 1. par. 3. nu. 36. tom. 13. tract. part. 2. fol. 306.

Imò etiam minor pars, stante lapsu temporis assignati ad comparandum pro faciendâ electione potest devenire ad electionem, non expectatis absentibus, qui non debent cum sua negligentia præjudicium inferre præsentibus, qui diligentes fuerunt, Innocent. in cap. Cum nobis num. 6. de elect. Castren. in leg. sicut municipii, §. In decurionibus numero secundo. ff. quod cuiuscumque universitatis nomine. Angel. in summo. v. electio num. 13. Armill. eodem v. num. 6. Tabien. v. Item eodem nu. 3. Navarr. consil. 6. num. 2. tit. de elect. Mirand. in manual. tom. 2. q. 23. art. 5. Roman. consil. 352. nu. 15. & Franc. Marc. dec. 784. n. 1. & dec. 783. n. 5. part. 1.

Nec suffragia supplenda sunt, ut docent Doctores allegati, sed procedendum est ad electionem per præsentés, nihilque aliud expectandum, sustulitque prætextum Sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. capite sexto, de regular. prohibendo, suppleri suffragia. Certum enim est, quod non comparantes in tempore, faciunt se alienos à Capitulo, cap. Cum nobis 19. de elect. ibique Abb. numero tertio, ait quoad actum explicandum haberi, ac si non essent de Capitulo, nec computandi sunt in numero Capitularium, & ideo nec suppleri possunt absentium suffragia, etiam si essent impediti, quia ex impedimento aliquorum non debet retardari electio, sed solum absentes habent tunc facultatem constituendi procuratorem ad eligendum cap. Si quis iusto 56. §. Si autem de elect. in 6. ibique Gloss. v. admitti, & Franc. numero 2. Et in terminis illum Textum Concilii exemplificat in voto absentis impediti accedere ad Capitulum, Portel. in dub. regular. par. 2. c. 1.

Quod verò ad legitimationem suffragiorum faciendam absentibus iis, de quorum suffragiis agitur, id fieri posse existimo, quando oritur aliquod dubium super illorum legitimatione, secus quando dubium non excitatur. Præsertim si omnes approbaverint: & subscripserunt admissionem vocalium, quo in casu eam impugnare amplius non possunt, ut disponitur, in c. nulli 8. de elect. in 6.

Et quoad suffragium Eminentissimorum Cardinalium in Capitulis, illud ferre possunt, si iis præsideant. Habent enim Præsidentes suffragium, ut ait Lezan. par. 2. summo. c. 12. q. 21. n. 55. Maxime si pluries ita servatum fuerit, additque in brevi clausula cum facultatibus, & juribus solitis concedi Præsidentibus. Et solum dicitur etiam quod una vice aliàs fuit servatum, l. Adela. 14. §. 1. ff. de alim. & cibar. leg. Castri. consil. 36. n. 3. lib. 2. Alex. consil. 5. n. 13. lib. 5. Crescent. dec. 1. n. 1. de consuet.

Quod autem ad secundam electionem, regula est, quod electio præcedens ubi est valida, vel saltem non evidenter nulla, semper præbet impedimentum secundæ, nisi prima fuerit judicialiter declarata irrita, ut decernitur in c. consideravimus, ibique Bellam. n. 8. de elect. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 17. n. 110. cum aliis per Rotam dec. 210. num. 35. par. 9. recent. tom.

Esset etiam secunda electio nulla, & attentata propter appellationes antea interpositas ad majorem partem.

partem Diffinitorii constituentibus, quæ pendente, ab novam electionem procedi, absque vitio attenuatorum non poterit ad tradita per Innocen. in c. auditis nu. 2. de elect. Rota d. dec. 210. num. 29. & 33. & dec. 279. n. 2. par. 9. tom. 5. recent. cum aliis adductis in dec. 29. nu. 49. & segg. & decis. 37. num. 31. ad 32. coram æternæ memoriæ Alexandro VIII.

CONSULTATIO XXIV.

Quinam sit verus apostata à Religione? Recessus à Religione quando dicatur temerarius, & habitus ad contrahendam apostasiam? Quid de dimittente habitum suo Religionis sine sui superioris licentia, & transiente ad aliam diversum habitum. Translatio de una Religione ad aliam quando dicatur legitima? Quid de translatione Monialium? Quid in casu attendendum. Quid etiam de Religiosis Societatis seipso post emissâ vota simplicia? An liceat Religione ejicere Religiosum professum tanquam incorrigibilem? An si ejicetus à Religione, habitusque privatus ex justa causa, repetatur à Religione si regularis redire recuset, sit apostata? Quid de regulari, qui habitum de se sub veste? Quanam causa id excusari? Nulliter professus an possit sine crimine apostasia ad seculum redire?

AD constituendum recessum à statu Religionis dupli- citem conditionem requirit Calæterinus consil. de apostat. Primò, quod Regularis vagus existat, dimittitque habitum. Deinde quod si habitum retineat quantumcumque vagetur, apostasie nota maculari non poterit, quasi quod apostata proprie dici non possit, nisi qui ad seculum omnino redierit, quod dici non potest de eo, qui deserit habitum monasticum, qui est peculiare signum Religionis, c. Clerici officia de vit. & honestat. Cleric. Oldrad. consil. 186. num. 12. & seg. Hanc sententiam sequuntur Clar. in pr. crimin. §. fin. quast. 78. Navar. consil. 10. num. 6. de apostat. Bannet. 2. q. 12. art. 1. ubique Pefant. dist. 2.

Contrariam sententiam, quod nempe sufficiat solus recessus à Religione, etiam si Regularis habitum deserat, probant Soccin. in c. 1. num. 2. de apostat. ibique Abb. n. 12. n. 2. Anan. 3. Dacian. in tract. crimin. l. 5. c. 73. nu. 21. & 25. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 12. n. 1. Menoch. de arbit. cas. 546. num. 36. cent. 6. Jacob. Anon. de Maur. alleg. 13. n. 1. & ex Theologis Cajetanus ad dictum Divi Thomæ art. 1. ibique Valencia, Angel. in summo. v. Apostasia num. 4. Annilla eod. v. num. 11. & Azor. part. 1. c. 17. q. 6. & hæc sententia magis communis, magisque recepta videtur.

Probat, quia sicuti habitus Monachum non facit, sed professio regularis, cap. porrectum, & cap. ex parte, ubi Doctores de regular. cap. consilii, ibique Auchar. numero primo. Qui Cler. vel vov. Bald. in l. Interdum, §. Dicitur quoque, ff. de publ. adeo, ut valeat professio facta sine habitus susceptione, dist. cap. porrectum, ubi Doctores passim, præsertim Abb. in summo. & num. 7. Ita recentio habitus tantum non debet facere, aliquem esse in Religione, tum ut æqualiter fiat dissolutio, & colligatio vinculi, l. nihil est de regul. jur. l. ab emptione, Cod. quando licet ab empt. disced. §. Item per acceptilationem, Instir. quib. mod. obli. rollat. Tum etiam quia habitus non est de substantialibus, sed de accidentalibus Monachatus Abb. in dist. cap. porrectum nu. 5. de regul. & ante ipsum Butrius ibid. num. 5.

Quin etiam cum cætera opera, & præcipue conversatio secularis, Religionis non congruant, utique habitus delatio videretur magis in Religionis contemptum redundare, ut colligitur ex cap. Deus, c. ad decorem, & d. c. Clerici, officia de vit. & honestat. Clericor. & ex Clem. 2. eod. titu.

In hac re ita distinguendum est. Proposita enim hac controversia in Sacra Rota sub die 11. Februarii 1555. coram Oradino, post matutam discussionem, Tom. X.

tandem consultis Præsidentibus Sacræ Penitentiariæ, fuit conclusum, quod ad effectum, ut dicatur contracta apostasia vera & propria, quæ inferat inhabilitatem ad obtinendum beneficia, requiratur recessus sine licentia, & dimisso habitus, animo illum amplius non resumendi, adeo, ut si apparetur, habitum esse dimissum cum voluntate illum resumendi, non censetur contracta apostasia, quæ inferat inhabilitatem, sed tantum illa, quæ inferat excommunicationem, ut testatur Achill. decis. 1. titu. de apostat. Ex quibus conciliantur adductæ sententiæ, ut nimirum prima sententia vindicet sibi locum in apostasia vera, & propria. Secunda verò procedat in apostasia minus propria, & per quam sola excommunicatio contrahitur.

Difcessus autem à Religione ita demum temerarius dicitur, si sit à Sacris Canonibus, vel particularibus Religionis Constitutionibus improbat. Ita colligi potest ex Can. nihil 7. quast. 1. & Can. hanc consuetudinem in fin. 10. quast. 1. Alias enim in casibus à lege permittis difcessus temerarius dici non poterit cum temerè facta dici nequeant, quæ lege promittente sunt, leg. fin. qui satisdar. cog. leg. Gracchus cum ibi notat. ad leg. Jul. de adult. l. sancimus, ff. de adm. sur. cum aliis hujusmodi.

Ex hoc inferitur primò, quod is, qui intra annum probationis habitum reliquit, & à Religione difcessit, nullo pacto apostata reputari potest, cap. consilii, & cap. penult. de regul. Lap. alleg. 46. & Menoch. de arbit. cas. 546. numer. 45. Quinimò licet potest ad ordines promoveri, cap. postulasti eod. tit. Nec tenetur solvere expensas Monasterio, Jas. in l. 1. numero 4. Cod. de sacros. Eccles. Idque non solum ex generali ratione, quod talis difcessus non improbetur à Sacris Canonibus, sed etiam quia Regularis ante emissam professionem non dicitur proprie Religionem ingressus, nisi quoad beneficium Canonis, cap. Religiosi, §. Quamvis, ibique Germin. & Frauch. de sentent. excommuni. in 6. Bartol. in l. 3. numero 4. Cod. de sanct. baptisim. & in auth. Ingressi numero 56. Cod. de Sacros. Eccles. ibique Jas. numer. 56. Bald. in l. si quando, Cod. de bon. vac. Castren. consil. 211. numero secundo, parte secunda, ac Rimin. Jun. consil. 477. numero 9. lib. 4.

Ideoque conditio, si ingrediatur Monasterium, non comprobatur ante professionem, Imol. in l. In substitutione, ubi Jas. numero duodecimo, de vulg. & pupillar. Berro. consil. 28. numer. 11. ac 12. vol. 1. & Clar. in §. Testamentum quast. 28. numero sexto. Quod tamen intelligendum est, nisi mors supervenerit intra annum professionis. Tunc enim professio, veluti dependens à conditione successiva, habetur pro completa, ut in casu, de quo per Surd. decis. 303. & per Gratian. decis. 25. Nec hodie faciendâ est distinctio, an fuerit ingressus animo relinquendi seculum, necne. cum professio facta intra annum probationis, sit ipso jure nulla, nullumque penitus pariat effectum, non solum in mendicantibus, quod erat antea statutum in cap. 1. de regular. in 6. Sed generatim in omni, & quocumque Monasterio tum virorum, tum mulierum adeo, ut neque obliget ad Religionem in genere, ita disponente Sacro Concilio Tridentino sess. 25. cap. 16. de regul. & animadversum Navar. in Can. nullam num. 45. 18. quast. 2. & Menoch. loc. cit. num. 6.

Monendus tamen hic est, ut postquam ad seculum redierit, honestam vitam ducat, & in relicta Religionis memoriam honestiores vestes assumat, ut post Innoc. & Joan. Aud. illum monet Anania in d. c. consilii. n. 4. de regular. Decentia siquidem habitus extrinseca morum intrinsecam bonitatem ostendit, Clement. 2. de vit. & honestat. Clericor.

Id tamen non procedit in Monasteriis Mulierum, quæ Convertitæ vulgò nuncupantur. In his enim ex laudabili consuetudine, & ex Constitutionibus jam olim in earum Monasteriis præscriptis, D 4 Proc

professio fieri solet per ingressum. Et ideo si post ingressum à Monasterio recedant, possunt veluti professæ revocari, quas Constitutiones Sacrum Concilium Tridentinum auctoritate sua firmavit in c. 18. in fin. sess. 25. de regular.

Deinde infertur, quod cum oblatae Turris Speculorum Urbis non sint verè Moniales, neque Religiosæ regulares adeò, ut ad clausulam minimè obligentur, sed solum sint oblatae Religioni Sancti Benedicti, oblatione, quæ non facit eas Moniales, sed quæ reddit eas tantum obligatas ad observandam obedientiam, & ad suum peculiarem modum vivendi, approbatum à sede Apostolica, non in vim Religionis sed tamquam bonum, ut ex pluribus docet Navarr. conf. octogesimo secundo, de Regular. juxta primam impressionem, sitque illarum ab obedientia, sive à Domo quandocumque recesserit, non potest dedecore apostasiæ notari, cum non sit recessus à Religione, sed ab approbato vivendi modo, qui sicuti non facit eas regulares, sic recessus ab eo non potest parere crimen apostasiæ, argum. l. manumissionis, ff. de just. & jur. l. Deum ff. de verb. oblig.

Hinc hujusmodi oblatae non includuntur in dispositione c. periculoso de stat. regular. in 6. neque in dispositione Sacri Concilii Tridentini sess. 25. capite 14. de Regular. neque in dispositione Constitutionum Pii Quinti, & Gregorii Decimi Tertii, decernentium, ut Moniales cujuscumque Ordinis & Religionis exstant, perpetuam servant clausuram. De hisce autem oblatis nos alibi fusè. Idemque dicendum est de instituto Patrum Congregationis Oratorii, & aliorum ejusmodi.

Tum infertur, quod qui habitum Religionis extra Monasterium assumpsit, quamvis longo tempore illum gestaverit, potest nihilominus, mutata voluntate, illum dimittere sine apostasia, ut desumitur ex cap. Ut Clerici de regular. quatenus præcipit eum, qui extra Monasterium habitum gestat, urgendum esse vel habitum dimittere, vel Religionem ingredi, notantque ibidem Ostiens. numero primo. Abb. colum. 2. sub initio, & ante eos Gloss. in Clem. eos. v. aliqua eodem tit. Calder. consil. 5. de regular. Felin. consil. 29. Si quidem ex delatione habitus extra Religionem cessat tacite professionis præsumptio, c. unic. de vot. in 6. Abb. in cap. 3. de apostat. Post Innoc. in cap. porrectum de regular. Quinimò ex hac delatione habitus neque probari professionem, scribit Joan. Faber in d. authent. Ingressi numero 13. Menoch. præsumpt. 83. numero 15. ac Rota dec. 50. numero 2. parte 1. diversor. Quod quidem procedit, etiam si deserens habitum, fateatur, se esse ejusdem Religionis, ut gerat se, tanquam talem, ut per Rotam apud Putreum decis. 136. libro primo, & apud Mohedan. decis. 1. de præsumpti. Et ex hac ratione Plumbator in Curia Romana, quamvis deferat habitum, sive scapulare certi coloris, & in collatione officii, quod accipit à Papa, nuncupetur Conventus Ordinis Cisterciensis; at tamen non dicitur dicti Ordinis Religiosus. Quæ omnia sine dubio procedunt post Concilium Tridentinum, quo cavetur, ut nemo possit esse verus Religiosus, nisi post annum probationis completum, ut in c. 15. sess. 25. de regul.

Mox infertur, Regularem, qui evitandi periculi gratia dimisit habitum, dum per loca periculosa iter agebat, non posse apostatam dici, ut probat text. in d. cap. Clerici officia, ibi nisi juxta causa timoris, ibique notant Gloss. v. causa in fin. de vit. & honest. Cleric. & in cap. 2. eodem tit. in 6. ubi etiam Gloss. v. rationabilis, & eadem Gloss. in cap. 2. v. Clerici, & in c. 4. v. relaxa. verit. eodem tit. traduntque Butr. in d. c. 3. numero 6. de apostat. D. Anton. in 3. part. tit. 24. cap. 33. Silvest. in summ. v. habitus num. 3. Soccin. in cap. 1. numero 5. de apost. Afflict. in Constitut. apostatas num. 9. Decian. tract. crim. c. 75. numero tertio, & Menoch. de arbitr. cas. 546. numero 40. Hinc evitandi periculi causa licet Clerico barbam, &

comam deferre, Gloss. in c. Clericus de vit. & honest. Cleric. armique deferre ad terrorem improborum hominum, Gloss. in c. 2. ibique Anchar. n. 3. eod. tit. necnon & vestes virgatas, Clem. 2. eod. tit.

Ad hæc infertur, neque apostatam esse dicendum Regularem, qui intra septa Monasterii non exhibens se hominum conspectui, sed ut vel commodius somnum capiat, vel propter animi levitatem, ut expeditus currat, ludat vel se in balneo, aut flumine laver, habitum dimittat, aliaque hujusmodi faciat. In his enim casibus non solum apostata dici nequit, sed neque incurrit excommunicationem inflictam in d. c. periculoso. ut ibi adnotat Joan. Andr. n. 5. Franch. n. 4. & regulariter quantumcunque habitus, etiam ex lascivia, relinquatur, si non relinquatur animo deliberato illum non resumendi, non contrahitur apostasia, ut respondit Oldrad. consil. 202. in hanc rem edito, ac Rodriq. tom. 1. quæst. regular. 30. art. 1.

Infertur item, quod si quis ab obedientia, sive à Religione recesserit, si tamen statim redierit, non potest inter apostatas recenseri ex Divo Thoma 2. 2. quæst. 39. articulo. 4. Bald. in l. 1. numer. 19. Cod. de edil. edit. Inol. consil. 84. numer. 18. Navarr. in manual. cap. 21. numer. 4. Rodriq. eodem articulo. 1. Facitque quod ait Abb. in cap. super specula numero nono, ne Cler. vel Monach. ubi quod licet Monachus è claustro exiens audiendi gratia leges civiles, incidat in excommunicationem, & alias penas, si tamen postquam exivit, mutato consilio, se contulerit ad studium permillum; penas non incurrit. Quia cum ad apostasiam constituendam requiratur recessus, utique ille intelligitur de recessu cum effectu. cap. relaxatum de Cleric. non residen. leg. 1. §. hac verba ff. quod quisque jur. l. qui per alium, §. docere, ff. ne quis eum, qui in jus eum vulgo alio. Quod dicit de eo nequit, qui recessit, & illico rediit. Nam hic recessisse minimè videtur Can. divorcium, ubi Gloss. de poenit. d. 1. §. Qui præsens, ff. de verb. oblig. ubi Alexan. in princip. Bald. in auth. habitus num. 40. C. ne fil. pro patr. & in d. l. n. 9.

Hinc statutum puniens fugientes à carceribus, non 17. includit eos, qui fugiunt, & illico revertuntur, Bald. in l. 1. Cod. de sero. fugit. numero 27. ac Plot. in leg. si quando nu. 883. Cod. unde vi & qui constituit, fraudare vestigal, & cæpit, si deinde spontè poeniteat, & revertatur, non incidit in poenam, pro vestigali fraudato constitutam, ut tradunt. Joan. Andr. in addit. ad specul. tit. de constit. §. 2. post num. 8. lit. G. quem laudat Bertacch. de gabell. parte 8. num. 1. Mascard. de probat. parte 2. conclus. 834. numero 36. Secus verò dicendum est, si fuga casu aliquo effectum non habuerit, quia fortè in via caperetur à Superioribus. Tali enim casu habetur perinde, ac si fuga suam fuisset sortita effectum, ut notat Angel. in l. Quid sit fugitivus, §. Idem Coelius n. 2. ff. de edil. edit. & in l. 3. §. is, qui volens transfugere, & in aliquem actum processit, capite punitur, perinde ac si cum effectu aufugisset.

Præterea infertur, quod quamvis Regularis vagetur, si tamen redeundi animum habuerit, non erit apostata, ut docet Divus Anton. in summ. parte secunda, titul. 2. capite sexto. Silvest. v. apostasia, vers. quarto quarto. Tabien. & Pisanell. eodem v. Quia dum habet animum revertendi, semper intelligitur esse sub Superioris potestate, l. Pomponius, §. Idem Pomponius, ff. famil. erciscund. §. Apium, vers. in eis autem, Instituit. de rer. divis. Cumque recessus non à fuga, sed ab animi affectu intelligatur, regulaturque dict. leg. Quid sit fugitivus, §. Item apud Provanum, Bald. in cap. ad nostram numero quarto, de appell. sequitur, ut apostasia, tanquam animi vitium, non contrahatur, nisi Regularis ex animo, & proposito progrediatur ad aliquem actum extrinsecum; ut egregiè more suo notat Bald. in dict. leg. Quid sit fugitivus §. Idem in antiqua lectione. Curet tamen Regularis, ne hac securitate ductus, diù vagetur. Nam etsi hoc verum sit, ubi tamen diuturnus ejus recessus fuerit, tunc

tunc præsumitur animum redeundi amisisse §. Pavonum Instit. de rer. divis. ubi Doctores communiter, & habetur ac si nunquam talem animum habuisset l. 3. §. Emanfor. & l. 4. §. Edicta, ibique Gloss. v. Emanfor. ff. de re milit. Can. aut factade poenit. d. 1. & Bald. in cit. l. 1. num. 27. C. de sero. fugitiv.

Pari ratione apostata dici non poterit Regularis, qui cum à suo Superiore carceribus mancipatus detineatur iimens, ne eo immoderate abutatur, aufugit ad superiorem, ut per Bald. in dict. cap. ad nostram num. 4. de appellat. Rodriq. d. quæst. 30. art. 3. com. 1. quæst. regul. Idemque dicendum est de eo, qui aufugit ad alium, veluti ad amicum, quem deprecatorum apud Superiorem habet, d. l. Quid sit fugitivus §. In autem, leg. Boveri, §. 1. ff. eodem, Ross. ut. de carcer. fidejussor. commit. num. 46. Sanchez l. 6. in decal. c. 8. num. 17. Tambur. de jur. Abbat. tom. 3. dispuc. 8. Passus v. Religiosus. Quod licet verum sit, inspecta dispositione juris communis, attamen hodie difficultatem patitur ob dispositionem Sacri Concilii, Tridentini sess. 25. cap. 4. de regular. qui expressè cavetur, ne liceat Regularibus à suis Convenibus recedere, etiam prætextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab iisdem missi, aut vocati fuerint, aliis ab Ordinaris locoum, tanquam desertores sui instituti, puniantur. Cujus quidem decreti vigore, Bannes 2. 2. quæst. 12. art. 1. cenet, Regularem in tali casu apostasiæ reatum incurrere.

At enim verò verius videtur Sacrum Concilium non intellexisse imponere poenam in casu, in quo Regularis per fugam, seu recessum à suo Conventu nihil aliud exposcit, quam Superioris auxilium contra sævitiam, aut immoderatam tractationem sui Prælati, ut v. lum est Rodri. d. q. 30. art. 3.

Et quidem credendum est, quod Sacrum Concilium voluerit per suam Constitutionem coercere actus illicitos, non autem punire actus licitos, & auferre remedium Regulari iuste competens, c. audita, §. quia tamem, ibique Abb. numero quinto, de restitut. spol. c. factum legitime de regular. jur. in 6. leg. 1. ad fin. ff. de legibus l. leges Sacratissime. C. eodem, & Cardin. consil. 146. numero primo. Quandoquidem licitum est, etiam servis, per fugam, & recessum querere auxilium à superiore contra sævitiam, & asperitatem sui domini l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur. §. sed major. Instit. eod. tit. Ergo licet etiam Regulari. Nam quæ de servis dicuntur, possunt aptissime ad Regulares transferri, Bald. in cit. leg. quid sit fugitivus, ff. de edil. edit. Præterea Prælati, cæterique Superiores digni animadversione, ac pena judicantur, si nimis acriter in subditos se gerant, dict. leg. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur. cuius auctoritate fretus Baldus in num. 2. §. 4. ait posse Rerem, sive Officialem propter hoc ab officio removeri Non est igitur dicendum, quod Sacrum Concilium voluerit immoderatos Superiores in eorum sævitia vivere.

His etiam accedit, quod Sacri Canones maxime abhorrent subtrahi, & impediri recursum ad superiores c. dilecti 52. cum ibi traditis per Abb. in princ. & num. 6. de appell. c. unic. de Cler. peregr. Et propterea non ita facile existimandum est, mentem Sacri Concilii fuisse, tollere remedium recurrendi in casibus, in quibus de jure aliàs liceret.

Licet igitur Constitutiones regulares, ac decreta generalia Sacræ Congregationis super Episcopis, & Regularibus prescribant modum appellandi, nempe à superiore locali ad Provincialem, à Provinciali ad Generalem, à Generali ad Eminentissimum Protectorem, à Protectore ad Summum Pontificem, ex hoc tamen non est prohibitum appellare, etiam omissio medio ad Summum Pontificem, cap. ad Romanam 1. & 7. & Can. quoties 152. quæst. 6. dict. cap. delicti 3. ibique Gloss. v. illud generale da appell. cum aliis congestis à Scacc. de appellat. quæstio. 7. numero 46. Quia suprema auctoritas Papæ cenetur semper in quacun-

quæ dispositione excepta, ac præservata, c. Dudum de præben. in 6. cum aliis.

Idèoque hujusmodi Constitutiones, ac decreta non 24. comprehendere appellationes, quæ interponuntur ad Sedem Apostolicam, fuit pluries decisum à Sacra Rota, præsertim decis. 96. numero 5. & 6. parte secunda, diversor. & decis. 615. numero 6. & 7. coram Cardinali Seraphino, & decis. 191. numero quarto, coram Ugentensi cum aliis cumularis in Melevitana Marselhallaris 10. Januarii, §. nec visa fuit, & 26. Maii 1642. §. neque obstat coram Ducezeto. Hinc regularem vexatum à suo superiore, posse à Conventu recedere ex justa causa, dummodo id faciat alium superiorem adeundi gratia, & apostasiæ penas non incurtere, tradunt etiam Navarr. consil. 2. numero 61. de regular. Azor. institut. moral. parte prima, libro secundo, capite undecimo, quæst. 7. & 8. Bonac. de clausur. & poen. cum viol. quæst. 2. punct. 11. §. 1. numero nono. Tambur. de jur. ribus. tom. 3. dispuc. 5. quæst. 11. numero 79. Peytin. de subd. relig. tom. 1. quæst. 1. de obed. capite 2. in princ. Portell. in dub. regular. v. Episcopus num. 10. & alii apud Barbof. ad d. cup. 4. num. 9. Concilii.

Quinimò sunt gravissimi Doctores, qui afferant in 25. casu certæ violentiæ, & urgentis necessitatis, & malæ voluntatis superioris, ad quem deberet fieri recursum, liceat oppresso vim sibi illatam repellere, utendo sæcularis potestatis auxilio, ut Suer. de censur. dispuc. xi. sect. 1. & tom. 13. & in Reg. Angl. libro quarto, capite 34. & 35. numero 6. ac 9. Souia in Enlla Cen. d. spul. 5. conclu. 2. Fusch. de visit. libro secundo, capite 23. numero 5. Velaic. consil. 100. num. 2. Azor. tom. 1. cap. 13. quæst. 2. Layman. lib. 4. tract. 9. cap. 4. Portell. loc. cit. v. appellatio in addit. num. 3. Diana parte 3. tract. 1. resolut. 53. & parte 5. resol. 16. tract. 1. Valer. de differ. utriusque for. v. peccatum differ. 30. quem citat, & sequitur Belaf. in promp. Regular. v. Religiojus.

Quodque insuper possit Regularis in tali casu licitè 26. absque licentia sui superioris adire Principem sæcularem per modum adjutoris ab eo petendi, tradunt Portell. loc. cit. & in addit. numero quarto, ubi ait, extra Bullam, cujus meminit Bannes de justit. & jur. quæst. 67. comeluf. 6. Servarique in Hispania, Joann. Cochier. in thes. polit. libro secundo, cap. 4. Fusch. ibidem cap. 18. numero 104. Navarr. in cap. cum contingat remedia. 4. numero 3. Sess. de inhib. injust. cap. 8. num. 71. Suarez de censur. d. excom. 13. Et dicunt aliqui, vigere hanc præxim in aliis Regularis.

Probatque id Bannes, primò quia jus Pontificum 27. non derogat juri naturali. Deinde quia consentaneum est, ut Rex Ecclesiasticum corrigat, qui per Ecclesiasticum Judicem corrigi non potest Can. petimus 11. capite primo. Ad hæc, quia, quando est periculum in mora, à regulis juris est recedendum. leg. de pupill. §. si quis, ff. de nov. oper. nunc. arg. Cas. baptizari d. 5. Etenim mora fugienda, ubi timetur periculum, Can. ne quod abis de consecrat. d. 4. Postremò quia Judex sæcularis est primus defensor Reipublicæ, Aristot. politic. l. 5. cap. 10. Facitque lex. si quis in hoc, Cod. de Episc. & Cleric. ubi Justinianus ait: Sitque cunctis laudabilè factus Sacerdotibus injurias, veluti crimen publicum profequi. Ergo tantò magis ad Sacram Congregationem recurrere poterit, quæ inter Religionis Tribùna- lia numeratur. Alioquin decreta, & censuræ Ecclesiasticæ, ut est illa contra Religiosos ad Tribùnalia sæcularia recurrentes, contra suos Prælatos, & illa Bullæ Cænæ contra impediètes recursum ad Sedem Apostolicam, retorquerentur contra ipsam Apostolicam sedem.

Undè Regularis fugiens ad superiorem suum, dicendo se esse gravatum, vexatumque, injustè ab inferiori, non peccat, neque recedit ad obedientiam, sed dicitur appellare de facto, quamvis antea verbo non appellaverit, ut per Suarez de Relig. tom. 4. tract. 5. libro 3. capite 1. numero sexto. Lezan. tom. 1. quæstio. regular. cap. 28.

cap. 9. numer. 11. Azor. lib. 12. cap. 11. quæst. 7. & 8. Sayr. in cla. reg. lib. 12. cap. 17. num. 4. Sa. v. Religiosus numer. 71. Diana de dub. regular. dub. 61. & 115. parte 3. Biffem. v. Religio, Portell. parte 1. cap. 18. ad 3. & in addit. v. appellare num. 3. Navar. lib. 2. consil. tit. de sentent. & re judic. præcipuè Rodriquez tom. 1. quæst. regul. 30. art. 3. ubi refert Baldum in d. c. ad nostram, argum. l. contra pupillam, l. qui ad majus, ff. de re judic. & argum. c. dilect. 2. de appell.

28 Quare non obstat Sacrum Concilium Tridentinum dict. cap. 4. sess. 25. de regular. Quia, ut inquit Rodriq. non est erendum, Concilium voluisse derogare hujusmodi juri. Præsertim quod non est petenda licentia ab illo, ad cujus gravamen tollendum, & delictum castigandum agitur. Quod affirmat etiam Navar. comm. 2. de regular. numero 67. juxta Gloss. in Can. cum pastoris 2. quæst. 7. & argum. c. ex parte de accus. Suarez de relig. d. tom. 4. lib. 2. cap. 102. numer. 4. Idemque Rodriquez testatur, ita fuisse declaratum à Sacra Congregatione super Regularibus, quæ sanè pro legitimo Superiore habenda est, quia fuit à Sixto V. instituta speciatim pro regimine Regularium, ut ait Thomas à Jesu tract. 3. de visit. regular. c. 17. numero 8. Licentia enim tacita Superioris, ad quem, in hoc casu præsumitur, Suarez d. tom. 4. tract. 5. lib. 3. cap. 1. numer. 6. Lezana dict. tom. 1. cap. 16. num. 9. ubi ex Navarro, & Sayro ait Concilium Tridentinum de iniquè gravatis intelligi non debere. Non enim prohibet Concilium justam appellationem, sed quod Regulares non verè gravati absque Superiorum licentia illos adeant. Mens igitur Concilii fuit subtrahere Regularibus inanes, affectatosque prætextus, quibus subnixi sæpissimè nonnulli ex levissimis causis à Conventu recedebant. Quibus in casibus intellexit, Regulares esse puniendos, tanquam sui Ordinis desertores, etiamsi recedant prætextu accedendi ad suos Superiores, ut, quoad fieri possit, in proprio officio, & obedientia contineantur, & vagandi occasio ipsis auferatur.

29 Pariter non obstat decretum Sacre Congregationis, quod incipit: Quoniam nonnulli, quo prohibetur, Regulares recurrere ad Romanam Curiam absque Superiorum licentia. Nam in illo prohibetur tantùm recursus temerarius, & ex levi causa, & inordinatus, hoc est per saltum, non autem rationabilis ex gravi causa, debitoque ordine factus. Alioquin hoc decretum esset contrarium decreto allegato à Rodriquez, ac censuris Bullæ Cœnæ contra impediendos recursum ad sedem Apostolicam, sicque decreta decreris contraria facere diceretur, vel saltem propria decreta, & censuras abrogare, Peyrin. tom. 1. de Pralat. regul. quæstio. 1. cap. 8.

30 Hinc deducitur, quod, si Regularis latuisset, donec Superioris iracundia efferveret, non esset apostata d. l. quod si fugitivus, §. Item ut interrogatur, ff. de edil. edict. quem ad hoc expendit Azor. lib. 12. c. 16. & Rodriq. tom. 1. q. regul. 30. art. 3.

31 Idipsum etiam dicendum est de eo, qui iracundiæ colore à Monasterio recedit, animo amplius non redeundi. Non enim prius poterit apostata reputari, quam appareat deliberata perseverantia, quæ indicet, quoddam judicium animi fuerit, quæque perpetuam discessionem confirmet, ac proinde, si postquam effebuerit ira, ad Monasterium redierit, apostata dici non potest ad rex. in cap. divortium de panit. d. 1. cui concinit Can. constat l. qui 1. facitque maximè quod tradit Abbas in cap. super specula numero nono, ne Cleric. vel Mona. h. ubi quod licet Regularis discedat à Claustro audiendi gratia physicam, vel leges civiles, si tamen, mutato proposito, contrulerit se ad studium Theologiæ, non incidit in excommunicationem, & in alias pœnas propofitas in dict. cap. super specula. Quia non dicitur factum, quod postquam factum fuit, non duravit, cap. nam, §. ego de verb. significat. cap. ad nostram, ubi Gloss. & Doctores de regul. c. si filius, ff. quod cum eo.

Et quia sicut Deus mutat sententiam, peccatore mutante vitam, Can. Incommutabilis 22. q. 4. ita constitutio Ecclesiæ mutat dispositionem, peccatore mutante consilium cui nostrum procedat in princip. ut Ecclesiastica beneficia. Tempus autem ad redeundum videtur trium dierum ut desumitur ex c. ad nostram, ubi Gloss. v. triduum de regul. & in l. 3. C. de error. advoc. ex l. fin. C. de judic. Quibus suffragatur quæ scribit Anan. in c. consilium in fin. eod. tit.

Egrediens autem à Religione in casibus sibi permissis, 32 ad suorum subventionem cum licentia Superioris, durante causa subventionem, nunquam incurrit apostasiam, Navar. consil. n. 3. tit. de Paroch. Talis enim recessus non est temerarius, nec improbus, sed rationi, & charitati consentaneus, S. Thom. 2. 2. q. 121. art. 4. Navar. in Can. 18. quæst. 7. & 8. & in man. cap. 4. num. 11. Menoch. de arbit. cas. 546. numer. 41. etiamsi oporteret manere in habitu Clericali, ut ait idem Navar. consil. 54. & 55. alias 71. & 72. de regular.

Hæc autem licentia concedi consuevit pat. Sacram 33 Pœnitentiariam, si, & quatenus, re diligenter discussa, constiterit, parentes, aut liberos in statu necessitatis reperiri, & esque aliter, quàm opera, & auxilio Regularis honestè subveniri non posse, ac consideratis quæ circa ejusdem Regularis statum, & continentiam consideranda videntur, ac diligenter proviso, ne sub necessitatis alienæ prætextu, in periculo propriæ salutis maneat, ac durante tantum necessitate, & interim aliqua opera Religionis à Confessario injungenda, quotididè faciat, ut ea adimplens meminisse semper possit obligationis, qua adstringitur.

Dimittens verò habitum suæ religionis absque superioris licentia, & transiens ad aliam diversum habitum, non est apostata per textum in cap. n. l. de apost. ibique Innoc. & Joann. Andr. cap. intelleximus de erat. §. qualis. Gloss. in cap. ex parte de temp. ordin. & in extravagant. Ambitiosa de regular. ad fin. Lap. allegat. 33. §. 130. num. 4. Bald. in auth. jubemus num. 4. §. servos. Janè. C. de Episcop. & Cler. Roman. consil. 541. numero 1. Gemin. in cap. ut periculosa in fin. no Cleric. vel Monachi num. 6. Franchi. ibidem §. penult. ad fin. Calcan. consil. 123. num. 2. & seq. Rebuff. in pr. tit. de translat. Monach. n. 11. Boer. dec. 260. n. 29. Decian. consil. 20. num. 25. l. 1. Rodriquez tom. 1. quæst. regul. 30. art. 1.

34 Quia per hujusmodi transitum non deserit substantialia Religionis, & propterea non potest dici ab ea recessisse. Porrò una est Religio in genere, Lap. dict. allegat. 130. numero 4. Gemin. in d. cap. periculosa in fine, & idè professus unam Religionem, omnes professus videretur, ut præter citatos scribit Ostiens. in c. ad Apostolicam de Regular. Feder. de Sen. consil. 5. & consil. 19. col. 2. Omnes autem Religiones tria profitentur, nimirum paupertatem, castitatem, & Religionem, cap. cum Monasterium in fin. de statut. Monach. & notatur in c. 2. de Eccles. adif. Lap. d. allegat. 130. col. ult. Post S. Thom. 1. 2. q. 108. artic. 4. & 2. 2. quæst. 186. art. 7. & seq. & qu. 188. art. 1.

35 Hinc, quamvis ab una Religione fiat transitus ad aliam, etiam laxiorem, non tamen regularis definit esse regularis, prout dicitur de milite ex uno numero ad alium translato in l. unice in fin. ff. de bon. possess. ex testam. milit. Nec per transitum ab una Religione ad aliam mutatur Religionis substantia, patetque ex eo, quod Religiosus in novo Monasterio non cogitur emittere novam professionem, ut dicatur professus, Federic. dict. consil. 5. Rebuff. loc. cit. sub initio, Boer. dict. numero 29. Decian. ibidem 24. Ut autem censetur Monachus secundi Monasterii requiritur nova professio, ut obligetur peculiaribus Religionis statutis, sicque intelligendus Abb. in cap. Abbate Sancti Sylvani numer. 5. de verb. significat. & Rebuff. consil. 105. numer. 4. quos ita declarat Dec. in c. præter numero sexto, de præb. Neque hic Regularis incurrit excommunicationem statutum in dict.

in dict. c. periculosa. Quia in quacunque Religione existat, semper erit in Religione, ac tribus votis substantiabilibus adstrictus.

37 Non obstat omisso habitus propriæ Religionis. Quia non dimisit illum animo vagandi, sine quo apostasia locum habere non potest, ut tradit Roman. consil. 341. numero 1. quem sequitur Staphil. de rescript. apost. in form. Brev. sub numero 23. Id autem verum est, quod hic regularis, licet apostasiam non incurrat, si tamen absque superioris licentia se transferat in laxiorem, parata sunt adversus eum alia juris remedia, nempe remedium cap. eum, qui de præben. in 6. ut ait Gemin. in cap. Cum singula in 3. not. eodem tit. Rebuff. in princ. de translat. Monach. numero 12. Nec potest recuperare bona, quæ translata ad primum Monasterium, Soc. dict. consil. 22. numero 3. & consil. 270. sed potest ad propriam Religionem revocari à superiore, in cujus contemptum se transtulit, ut decernitur in c. fin. & ca. Joannes, & c. non est nobis de regular. & docet Roman. dict. consil. 341. addens ex sententia Innocentii in dict. c. fin. esse in hac re triplici remedio superiori consultum ad revocandum, nempe rei vocatione, & aliis, ut ibi eum, & per Abb. in dict. c. fin. numero 15. Unde si in translato ad laxiorem admittatur non intercedere apostasiam, æquius admittitur in translato ad parem, & ad arctiorem, pro quo tamen vindicando eadem superiori competunt remedia, quæ pro translato ad laxiorem, Roman. dict. consil. 341. numero 3.

38 De Religiosis autem societatis Jesu hæc trado. Cum hæc salutatis societas sit vera, & propria Religio mendicans, gaudeatque omnibus privilegiis mendicantium, & ex peculiaribus Constitutionibus Pauli Tertii, Gregorii Decimi Tertii, & aliorum Pontificum ejus Religiosi voti emissi, & vota simplicia, sive sint sacerdotes, sive scholares, sive Coadjutores, quoad ipsos pertinet, obligentur perpetuo Religioni, non verò Societas, sed tandiu quamdiu Præpositus generalis eos retinendos esse censuerit, rectè sequitur, quod si post emissi vota simplicia eorum aliquis ad sæculum redierit, etiam prætextu cujusvis indulgentiæ, aut concedendi, absque expressa Generalis licentia, incurrit apostasiam cum excommunicatione, à qua non potest absolvi, nisi à Summo Pontifice, vel Superiore Societatis, ut caveretur ex peculiari Constitutione Beati Pii Quinti, sub Datum sexta Kalendas Februarii 1565. Ad ditque simili Constitutione Gregorius Decimus Tertius octavo Kalendas Junii 1584. ut deficientes ab hac ipsa Societate post vota emissi, elapso biennio possint, tanquam veri apostatæ puniri, ac subiaceant excommunicationi latæ sententiæ, aliisque apostatarum pœnis Sedis Apostolicæ, ac Generali Præposito reservatis.

39 Quin etiam rescripto Pauli Tertii nemo, post emissi secundum Constitutiones Societatis vota, potest ad alium transferri, præterquam ad Carthusianorum Ordinem, nisi de expressa ejusdem Societatis Præpositi, aut Sedis Apostolicæ licentia, quod pariter à Pio Quarto, & Beato Pio Quinto est confirmatum, adjecta etiam pœna excommunicationis ipso facto incurrenda tam contra Religiosos recedentes, quam contra ipsos recipientes, etiam prætextu cujusvis indulgentiæ concessi, aut concedendi, aut alterius cujusvis quæstus coloris ob melioris vite frugem, ac strictioris observantia regularis. Additurque ex eisdem indulgiti, ut transire volentibus ad Carthusianos spatium sex mensium, ad alium verò Ordinem terminus Superioris arbitrio præscribatur, intra quem debeant re ipsa ingredi. Et quatenus in illis permanere nolint, aut non possint, absque ulla mora ad societatem reverti sub præfata excommunicationis pœna teneantur. Quod tamen à Beato Pio Quinto vivæ vocis oraculo, ac deinde à Gregorio Decimo Tertio speciali rescripto fuit aliqua ex parte innovatum, atque sta-

tutum, ut transire volens ad Carthusianos tres menses habeat ad transeundum, quibus elapsis, non ei amplius liceat, respectu Carthusiæ, sine Propositi licentia, confirmavitque Beati Pii Quinti concessionem, perinde ac si literæ super concessione illa confectæ fuissent, excommunicationis, & apostasiæ pœna irrogatæ, ut hæc omnia liquent ex ipsius societatis compendio privilegiorum, v. apostata.

40 Non autem esset apostata, si superioris auctoritate fuerit dimissus. Quia cum hujus societatis Constitutionibus caveatur, ut liceat ejus Præposito Generali ex causa sibi benevola, dimissionem indicere, non potest dici recessus temerarius ille, qui fuit, ut superioris obsequatur imperio, Can. quid ergo 11. q. 3. Lap. alleg. 130. num. 4. Navar. comm. 2. de regular. num. 36. Azor. in situ: moral. lib. 12. cap. 16. qu. 12. & 14. Quin etiamsi causa, qua superior fuit motus ad dimissionem præcipiendam, non undequaque probaretur, tunc Religiosus dimissus, aut expulsus, nedum immunis erit à meru apostasiæ, sed etiamsi talem in sæculo se præferat, qualem decet hominem, qui semel tam piæ, ac doctæ societati fuerit adscriptus; summopere erit obedientiæ nomine laudandum. Nam, etsi per obedientiæ præceptam non liceat facere malum, leg. 1. C. de mulier. qua se proprii serv. juv. potest tamen, ac debet bonum, quod agitur, intermittere, ut imperiori obsequium exhibeatur d. Can. quid ergo, ubi Gloss. v. intermitti, ait bonum esse pro obedientia pari.

41 Id autem intelligendum est, dummodò dimissio, aut expulsio ex mera superioris procedat voluntate, quæ nullo sit Religiosi factu procurata. Nam si forte quispiam sit, qui societatis callens instituta, ex industria in facinora, aut fœdas negligentia labatur, ut superior graves ejus mores pertæsus; illi dimissionem indicat, hic quidem dubio procul est in statu perditionis, non secus ac si sua sponte, nullo superioris factu egredere, ac proinde, saltem in foro conscientia, teneri facere, quod in se est, ut in eandem societatem recipiatur, quidquid sit in foro exteriori, in quo sola superioris licentia spectatur, & de illis, quæ in secreto sunt, judicari non solet, cap. ut nostrum, §. Porrò ut Eccles. benef. sine dimin. confer. cap. 1. de clandest. dispens. In foro tamen interiori, in quo etiam occulta inquiruntur, Roman. consil. 506. numero 11. licentia, sive dimissio malis artibus affectata, Religiosum tutum non reddit.

42 Porrò, quod non liceat Religioni ejicere Religiosum professum, tanquam incorrigibilem, probatur primò, quod per ejectionem daretur ejus occasio vagandi, ac magis licentiosè vivendi: Quod sanè in Religiosis est maximè cavendum, dict. c. periculosa, ne Cler. vel Monach. in 6. Can. juxta cum seq. 16. q. 1.

43 Secundò, quia per emissionem professionis censetur quodammodo celebratus contractus inter Religionem, & professum, c. ad Apostolicam de Regular. Et propterea non videretur, quod sola Religio, invito professo, possit illum rescindere. Quia quod ab initio fuit voluntatis, ex post facto est necessitatis, l. sicut C. de act. & obligat. Surd. consil. 38. n. 2.

44 Tertio, quia perspicuum est Monacho per Monasterium deberi alimenta, Joan. Andr. Franchi. ac ceteri in d. cap. periculosa, Innocent. in cap. quanto numer. 2. de offic. ordin. Abb. in cap. ex parte num. 8. de accusat. Castri. consil. 76. numero 1. lib. 1. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 57. num. 1. adeò ut si quis Monacho infirmo extra Monasterium alimenta præstaverit, poterit ea repetere à Monasterio, Franch. locat. citat. Non videretur ergo, quod possit illum ejicere, ne contingat ei alimenta denegare, quod idem est, ac necare, l. vel negare, ff. quem admittendum testam. per. l. necare, ff. de liber. agnos. & Can. pasci d. 86.

45 Quarto, quia hoc videtur expressum in cap. ult. de Regular. ubi generaliter præcipitur omnibus Præpositis

sis Religionum, ut fugitivos, & ejectos perquirant, colque corrigant, multò ergò minus possunt ejici.

46 Quintò, quia sequeretur, quod esset in potestate Religionis dissolvere vota Religiosa, quod falsum est, Calcan. *conf. 123. n. 30.* cum hoc tantum Papæ concedatur, & ex causa urgentissima secundum opinionem, de qua per Abb. in *c. Cum ad Monasterium n. 71. de regul. & per Felin. in c. si quando n. 5. de rescrip.*

47 Sextò tandem hoc idem in specie videtur sensisse Cardin. in *Clem. ne in agro, §. Quia vero numer. 5. de stat. monach.*

48 His tamen minimè obstantibus, contraria sententia, communi usu omnium Religionum recepta est, eamque probat S. Bonavent. in *opus. de determ. quæst. circa regulam S. Francisci c. 14.* Humbert. in *exposit. regul. S. Augustini c. 99.* Turcrem. in *exposit. regul. S. Benedicti tract. 99.* ac de jure ea tenent Angel. in *summ. verb. Abbas qu. 18.* Silvest. *verb. Religio q. 17.* Tabiena *ead. verb. q. 15.* Armilla *eodem etiam verb. q. 28.* asserentes, id esse de mente S. Thomæ quodlib. 12. q. ultim. quibus ad stipulatur Navarr. in *Can. non dicatis 12. q. 1. n. 36. & 65. & consil. 50. de regul. & consil. 65. n. 2. & in Can. nullam n. 52. 18. q. 2. & Rodriq. d. q. 30. art. 14. & seqq.*

49 Huic sententiæ primò suffragari videtur illud S. Matth. *cap. 18.* dum præcipit fratrem, quanta vice peccantem, esse habendum uti ethnicum, & publicanum, quæ verba interpretatur Augustinus, & S. Thomas inobedientem, & contumacem à communione fratrum esse separandum, ne róta domus, massa, corpus, & pecora, ardeant, corrumpantur, intereant, ut ait S. Hieronymus ad Galat. *capite quinto*, relatus in *Can. rescandam 24. q. 3.*

50 Deinde probatur ex *Can. illud sanè 24. q. 3.* ibi, quibus non potuit prodesse correctio, non parcat abscessio.

51 Tùm quia Clerici incorrigibiles deponuntur, ac traduntur Curie seculari, *c. Cum non ab homine de judic. Ergo* tantò magis potest Religiosus habitu, & consortio Religionis privati.

52 Ad hæc quia necessarium reputatur abscondi membra, quæ fomentum non recipiunt medicinæ, *Can. quia in fin. 81. dist.* Atqui melius est Religioni his careere membris, quam cum ipsis æterna pati supplicia, *Can. illud sanè 24. q. 3.*

53 Item quia id suadet exemplis. Ex hac enim ratione Senator à Senatu ejicitur. *l. 1. ff. de Senat.* Miles habitu, & & insigniis privatur, & à militia dimittitur *l. 3. ff. infra, ff. de remilit.* Quæ quidem jura extendi possunt, etiam ad ejectionem Religiosorum, ut per Bart. in *l. 2. ignominia in fine, ff. de infam. & per Felin. in c. ex literis numer. 5. de consuet.*

54 Tùm quoniam ejectio videtur remedium magis salutare. Quia expulsus potest à consanguineis, & amicis libenter objurgari, & pudefactus citius respicere. Ex quia pravis moribus, & malo exemplo minus potest nocere, dum incorrigibilis ab omnibus reputatur, quàm in Religione existens, ubi plus exemplo nocere potest, *Can. nec licuit d. 17. Can. nemo d. 83. & Can. 1. d. 96.* Adde, quod hæc mutatio quandoque valet ad mutandum mentis affectus, *Can. valet dist. 18.*

55 Postremò quia suadet æquitas concedi superiori, ut familiam suam possit improbis hominibus expurgare *l. 3. & l. congruit*, ubi Doctores *ff. de offic. Præsid. ac l. 3. in princ. ff. de offic. Præf. vigil.* Neque huic modo potest occurrì, si detineatur in ergastulis, ut in *Can. impudicus 27. q. 1.* Quoniam cum loquamur de incorrigibili, præter quamquod Religio gravaretur expensis, plurimum possent obesse aliis consilio, & suasionibus, ut in *l. omne delictum, §. qui in acie, ff. de re milit. §. sed et si credat, Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.*

56 Non obstat prima ratio in contrarium adducta. Nam finis primarius, propter quem Regularis ejicitur, non est, ut citius pudefactus revertatur, quod etiam videtur sententia S. Thom. in *Matth. c. 18.*

Neque secunda. Quia cum in professione promiserit obedientiam præstare, vitamque religiosam ducere, utique cum non servet promissa, contractus resolvitur, & Religio autem amplius non tenetur, *cap. 3. de jur. jur. Can. si infidelis 28. qu. 2. l. 1. in fin. ff. de loc. publ. l. si dversas, C. de transact.*

Neque tertia. Primò quia non est insolens, ut alimenta denegentur contumacibus, refractariis, & inobedientibus. Hac etenim ratione denegantur etiam liberis *§. aliud quoque capitulum aurb. ut cum de appell. cognosc.* Et nihilominus constat liberis alimenta deberi jure naturæ, *l. 1. §. hujus studii, ff. de just. & jur. & sub init. Inst. de jur. natur. & utrobique Doctores.* Deinde quia ejectus poterit sibi victum, vel proprio labore, vel mendicitate parare, Navarr. in *d. Canon non dicatis comm. 2. n. 36. cum seqq. 12. q. 1.*

Nec quarta. Quia textus ille intelligi debet de ejectis, 59 ordine judiciali non servato, vel propter crimen, non autem de ejecto, ut incorrigibili, quemadmodum ex multis declarat Navarr. *modò citatus n. 36. & consil. 51. de regular. ac Rodriq. d. q. 30. art. 22.*

Nec quarta. Nam ejectus, & habitu Religionis privatus non liberatur à votis Religionis solemnibus, ut pluribus probat Azor. *l. 12. c. 16. q. 4.* Sed tantum definit esse claustralis, & eoque tantum respectu non habet amplius communionem cum Religione, Abb. Anania, & Soccinus in *c. fin. de infant. & languid. exopf.*

Neque sexta. Quia Cardinalis ibi loquitur de criminoso simpliciter, non autem de incorrigibili, quo casu non procederet ad tradita per Gloss. in *d. c. nec licuit v. persecutores d. 17.* Quis autem in hac re judicandus sit incorrigibilis, tradit Rodriq. *d. q. 30. art. 14. tom. 1. de quibus Ricciull. l. 8. de jur. person. ex* cujus fonte hausi plura, quæ superius scripsi, quæ ante me etiam hauserat Theophilus Raynaudus in *lucubr. de Apostatis à religiosis ordinibus c. 1. & 2.* ubi commoda à quorundam Religiosorum defensione, inde purgatio honorum, auctior eorumdem nitor, atque venustas, firmitas denique, ac tutela major, & gratulandum Ordini abscessu apostatæ, qui non erat ex ordine; lege in hanc rem tractatum Patris Nigroni Societatis Jesu de Religione per dimissionem expurganda, De iis uberius dicerem, sed video te fatigatum, lector, ideoque taceam.

CONSULTATIO XXV.

Quibusnam competat dare signum in Choro, & Cœnaculo, aliæque hujusmodi facere etiam tempore Capituli Generalis, absente Patre Generali

Uto, hæc competere Provinciali, Guardiano, sive Priori, & Vicario Conventus, non autem Definitoribus generalibus, cum isti non sint Prælati, eorumque dignitas sit merè personatus, nullamque habeant auctoritatem, nec jurisdictionem, nisi expressam in Constitutionibus Religionis; Provincialis verò dicitur habere jurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos, ut firmat Rodriq. *tom. 2. q. regul. 43. art. 2. ac tom. 3. q. 65. art. 3.* ac similiter Guardiani, sive Priores reputantur verè Prælati in suis Conventibus, & dicuntur habere dignitatem Ecclesiasticam, ut tradit idem Rodriq. *tom. 1. quæst. 12. artic. 4.* ideoque de jure præponendi sunt *cap. statum de major. & obed. cap. ex ore privileg. Seraph. decis. 1223. num. 2.* ac Rota *decis. 326. num. 4. p. 4. diu.* eoque magis in proprio Conventu, Corneus *conf. 193. numer. 15. l. 2. Capyc. decis. 27. num. 24. & seqq.* ac Rota in *recent. decis. 616. n. 3. par. 1.*

Accedente præsertim consuetudine antiquissima, quæ 2 in materia præcedentiæ semper attenditur, ac prævalet, etiam dispositioni juris, etiam si sit quadraginta annorum, Purpurat. in *l. 1. numer. 206. ff. de offic. jus*, Gratian. *disceptat. 288. numero 8.* ac Rota in Tiraconen. præ eminentiarum 6. Aprilis 1590. coram Comitolo, quinimò

Consultationum Canoniarum Tom. X. 49

imò decem annorum, Rota in Siguntina præcedentiæ 23. Junii 1609. coram Pamphilio, Beltram. *ad decis. 124. num. 4.* Gregorii XV.

3 Ac præsertim in ea Religione, in cujus regula, & antiquis Constitutionibus non legitur fuisse factam institutionem, nisi Provincialium, & Guardianorum, sive Priorum, ac Custodum, non autem officii Definitorum generalium; Unde redditur dicta consuetudo, etiam conformis regulæ, & Constitutionibus, & ex tali antiquitate magis comprobatur, hujusmodi præminentias esse debitas Provinciali, & Guardiano, habentibus antiquiorem dignitatem secundum Glossam communiter approbatam, *vers. Predicatorum*, ibique Franch. *num. 4. de elect. lib. 6. Cavaler. decis. 588. num. 4.* ac Rota in *S. Agathe Gothorum præcedentiæ 24. Januarii 1629.* coram Mormano.

4 Non obstat, quod Definitorum generales habeant primum locum apud Patrem Generalem tempore Capituli tam in Choro, quàm in Cœnaculo, & alibi. Quia non ideo id extendi debet ad functiones cultus Divini, neque ad actus pertinentes ad Chorum, & Mensam, cum materia præcedentiæ, uti odiosa, non admittat extensionem, ut per Rotam in Asten. Sedis 27. Februarii 1589. coram Gypso, quam refert, ac sequitur Gratianus *d. discept. 298. num. 13.*

5 Quin etiam inferiores in aliquo loco, vel negotio ratione officii, quod ibi exercent, præcedere debent iis, qui aliàs sunt majores; ut si ageretur de præcedendo in propria Ecclesia, Collegio, vel Conventu per textus in *l. 1. c. de offic. Vic. & in cap. 1. & cap. officium de offic. Archid. & offic. Archipr. Abb. in cap. postulasti n. 8. de concess. præb. & Purpur. in d. l. n. 95. Menoc. conf. 21. n. 56. larc. Gratian. *discept. 106. n. 1. & seqq. & discept. 298. n. 1.* ubi copiosè Rub. in *suo responso à num. 27.* traditque Rota *decis. 104. n. 4. & seqq. lib. 3. in correctis, Rot. dec. 91. n. 4. part. 6. recent. in CasarAugustana præminentiarum 28. Aprilis 1634.* coram Ghislerio, & in *Mutinesi præcedentiæ 25. Junii 1638.* coram Merlino.*

CONSULTATIO XXVI.

An Monachi Casinenses, aliique jurisdictionem spirituales per se ipsos, temporalem verò per Judices deputatos administrare possint.

1 R Espondeo affirmativè, ac ita, ut textus in *cap. recolentes de stat. Monach.* non videatur oblatre, quominus id possint. Primò quia decretalis illa est directè Monachis Cisterciensibus, quibus ex dispositione eorum regulæ erat prohibitum habere tales jurisdictiones, ibi, *Contra ordinis vestri regulam, Villas, Ecclesias, & Alvaria possident, & infra: sic etiam in pauperate secularium rerum se letentur, vestris institutionibus confirmatas.* Monachi autem Casinenses tempore Alexandri III. auctor dictæ decretalis, scriptæ Abbatibus, & Conventibus Cisterciensis Ordinis, jam possidebant Villas, & Oppida, ut habetur in ejus litteris Abbati Casinensi, ejusque successoribus in perpetuum sub datum Idus Novembris 1159. ibi, *In Oppidis vestris, seu villis ageis, & asserit etiam Gloss. in d. c. recolentes vers. Ecclesia, ibi, quas possint habere nigri Monachi.*

2 Deinde quia hæc differentia in præcis terminis *d. cap. recolentes* inter Cistercienses, & Monachos Sancti Benedicti optimè deducitur, ac probatur à Rodriquo *tom. 3. quæst. regul. 75. art. 1.* ubi ait, quod cursu temporis fuit etiam Cisterciensibus concessum ex privilegiis Apostolicis, ut possint retinere Vasallos, Castra, & jurisdictiones. Imo idem Rodriq. *loc. cit. art. 2.* refert, quod Alexander VI. anno 1496. suo peculiari privilegio concessit Monachis Benedictinis, quod de causis, quas inter Vasallos Monasterium respectivè pro tempore moveri contingeret, superiores ipsorum Monasteriorum cognoscere debeant.

Tom. X.

Tùm quia de Abbate Montis Casini, & Sanctissimæ Trinitatis Casinensis, ac Sancti Pauli de Urbe, quoad jurisdictionem, extant innumera ferè privilegia Sedis Apostolicæ, ut per Rotam in *Sorana Benefici 8. Martii 1627.* coram Merlino, & apud Tambur. *de jur. Abbat. tom. 1. disp. 3. q. 4. n. 19.* Quibus privilegiis concessis uni Monasterio Congregationis S. Benedicti, Eugenius IV. sub anno 1434. voluit, quod omnia alia Monasteria ejusdem Ordinis gaudere valeant, ac si nominatim singulis concessa forent, ut refert idem Rodriq. *ibidem art. 2.* idque confirmavit Alexander VI. 11. Kalendas Aprilis 1501. apud Bullarium Casinense *Constit. 110.*

Item quia concurrens observatio tot sæculorum, Summis Pontificibus satis, superque notâ, quæ sola sufficit ad allegandum meliorem titulum, ut ait Rota *dec. 27. num. 8. tom. 2. par. 4. rec.* atque adeò quodcumque privilegium Apostolicum.

Ad hæc quia sicuti simplex Monachus potest delegari, ut notat Glossa in *c. cum olim 14. vers. Monacho de privi. tradunt* sive *Specul. tit. de offic. deleg. §. Excipitur, vers. nunquid Monacho*, Gambar. *de offic. & potest. legat. lib. 8. n. 32.* ita poterit etiam jurisdictionem exercere.

Præterea quia Monachus, ex facultate à suo Superiore sibi data, potest munus Vicarii, Officialis, & Locum tenentis exercere per ea, quæ ferè tradit Paris. *conf. 40. n. 19. vol. 4. Rota dec. 3. n. 1. de offic. Vicar. in antiqu. & dec. 4. in antiquior.* Guidopap. *dec. 563. n. 2. in fi.* qui testatur de Monacho Priore, qui fuit Vicarius, & Officialis Viennensis, & postea Lugdunensis. At hodie Sac. Congregatio non probat, quod Regularis sint Vicarii Episcopi. Tùm quia non decet eos extra claustra degere, nec possunt ex Clemente VIII. *Constit. 60. §. 19.* Tùm quia iustitiam à Jurisconsultis potius, quàm à Theologis administrari convenit, nisi tamen cum aliis requisitis habeant licentiam Apostolicam degen-di extra claustra, ut eadem Sacra Congregatio in *Caputaquen. 17. Novembris 1593.* Vel nisi sit Abbas, qui habeat jurisdictionem quasi Episcopalem in personas seculares. Nam hic potest deputare Vicarium Monachum jurisperitum. Quod si talem non habeat, debet tenere Vicarium Clericum secularem doctorem. Et si id minus fieri potest, poterit deputare Vicarium Monachum non doctorem, assignando ei Doctorem pro Assessore, sine cujus consilio nihil agere possit; quod requirat altiore indagine. Eadem Sacra Congregatio *sub die 23. Decembris 1603. & 21. Novembris 1603.* concessit aliquando licentiam assumendi Regularis in Vicarios Episcopales etiam Cœlestinos, ac Dominicanos, ut suo loco dicemus.

Postremò id suadet ea ratione, quia sicuti in Abbate, habente jurisdictionem vicariam, talis administratio est necessaria, & per consequens conversatio cum hominibus laicis, etiam in causis secularibus, multò magis poterit judicare in causis spiritualibus, & officialibus laicis ab eo deputatis in temporalibus præsidere. Nam cum dictis Monachis sit permittum id, quod magis, multò validius id, quod minus, ut in his terminis firmat Guidopap. *d. dec. 563. num. 2.*

Denique sicut Episcopi, & Barones proximi student sine suæ jurisdictionis extendere, ita non videtur committenda cura jurisdictionis Monachalis exteris, sed tantum propriis Monachis, qui illam diligenter custodiant, & conservent, suosque subditos cum equitate, & charitate gubernent. Quod alii Officiales plerumque negligunt, ideoque censo, non esse recedendum ab observatione immemorabili, quod scilicet Monachi jurisdictionem spirituales exercent, temporali præsideant.

CONSULTATIO XXVII.

An electio in Abbatem, facta in personam exteram contra Breve Apostolicum, quo mandatur, ne Abbatia conferatur exteris, sit valida?

E

E

Et quid de electione coarctata ad oriundos, & nationales? Quidve si Abbatia esset unita alicui Monasterio?

Respondeo, esse irritam, cum sit facta contra formam Brevis Apostolici, disponentis, quod existentibus oriundis, & nationalibus, Abbatia Religionis exteris conferri non possit, sed ipsi oriundi, & nationales de illa provideantur cum clausulis annullativis, & irritantibus, quæ operantur nullitatem electionis ipso jure, ac sufficeret esse factam contra legem Pontificis, ut sit irrita juxta ea, quæ tradit Fagnan. in cap. Cum dilectus num. 56. cum segg. de consuet. & Passerin. de elect. cap. 2. q. 3. num. 5.

2 Quod autem valeat coarctatio electionis ad oriundos tantum, & nationales, certum est, cum Doctores omnes indistinctè teneant, illam fieri posse ex consuetudine à Capitulo generali cum consensu eligentium, alii-ve modis, ut tradit Passer. d. c. 2. q. 3. num. 45. & Sigismundus à Bononia de elect. dub. 52. & n. 3. & 5.

3 At quando coarctatio facta est à Papa, nefas est de illius potestate dubitare, cum jus eligendi in electionibus canonicis, non nisi à Sede Apost. proveniat; ideoque Papa, non solum potest decernere, ut fiat electio ex certo genere personarum, sed etiam potest illam coarctare ad unum, vel duos, ut per Castell. de elect. c. 3. n. 7. ubi excipit Papam, & latè Passerin. loc. cit. q. 1. n. 34. & segg. Et omissis aliis, quod valeat hujusmodi privilegium eligendi oriundos, & nationales tantum, firmat cum multis Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 4. n. 163. ac sæpius respondit Rota, præsertim coram Crescentio decis. 4. de privileg. & in Majoricensi Indultorum coram Merlino inter ejus impressas decis. 814. & in alia, quæ non habetur inter impressas, sed est apud Dianam post sextam partem, edita sub die 16. Aprilis 1639. & in alia edita 16. Novembris 1640. coram Peutingerio. Et hujusmodi coarctationem esse honestam, & Cultui Divino proficuum, fusè ostendit Gonzal. d. n. 163. & gloss. 9. §. 1. n. 37. & segg. & §. 2. n. 45.

4 Nec obstat unio. Primum quia hæc unio probari debet, ad quem effectum requiruntur probationes plenæ, certæ, & concludentes. Deinde quia, si constituerit, Abbatiam semper fuisse collatam in titulum, non potest dici, quod unio facta sit accessorie, per quam extinguitur titulus, & Ecclesia unita sit prædium alterius, sed dici debet, quod facta sit æquè principaliter, per quam conservatur titulus collativus, neque alteratur modus conferendi, ut latissimè probat Cavaler. decis. 330. & 395. n. 3.

5 Neque obstat observatio contraria, & ultimus status, Quia eam constat certè de Constitutione Summi Pontificis, quod Abbatia conferatur oriundis, observatio contraria dicitur potius violatio Constitutionis, quæ non attenditur, ut per Rotam coram Cocchino dec. 203. n. 15. & in rec. dec. 319. num. 4. & §. ac 14. par. 6. & dec. 66. n. 12. par. 7. Stante præsertim clausula sublata, & decreto irritante, ex quibus tollitur omnis observatio contraria, Rota d. dec. 319. n. 6. & dec. 31. n. 2. & dec. 66. n. 8. & in hac specie firmat Rota coram Crescentio d. dec. 4. de privileg. & in d. Majoricensi Indultorum coram Merlino, & Peutingerio.

6 Ex quibus diluuntur etiam, quæ dici solent de ultimo statu. Nam ultimus status invalidus, & infectus non attenditur, maxime quando constat de invaliditate dicti ultimi status, Rota dec. 374. n. 6. par. 1. & 435. n. 4. par. 2. & dec. 588. n. 7. par. 4. rec. & in Volaterrana Capellanis 27. Junii 1630. coram Dunozetto, & in Lucana Capellanis 1. Julii 1650. coram Bichio, neque attenditur ultimus status, quando constat de initio contrario per Constitutiones Summi Pontificis, vel per foundationes beneficiorum, ut alibi diximus.

CONSULTATIO XXVIII.

An Regulares, qui obtinuerunt à Papa Breve directum

Episcopo, ad id delegato, ut alienare possint bona quadam Ecclesiastica, illudque ei præstarent, eiusque firmata jurisdictione, fuit coram eo prævis edictis inceptus processus, & inchoatum iudicium pro dicta alienatione cum solemnitatibus, ad id requisitis, possint etiam vigore cuiuscunque alterius facultatis hoc iudicium omittere, & aliud inire, an verò teneantur coram ipso Episcopo illud proseguere, & quibus sub pœnis?

Respondendum videtur, non posse hunc Episcopum hos Regulares cavere, interdicto, excommunicatione, aliave pœna Ecclesiastica punire. Quia propter exemptionem, qua ipsi, ipsorumque Ecclesiæ gaudent, nullo pacto possunt puniri ab Ordinariis. Imò Ordinarii præcipientes capi Regulares exemptos, sunt excommunicati, per Textum in Clem. 1. ibique Gloss. v. capiunt; Abb. n. 4. Card. n. 1. Imol. num. item 4. Anchar. n. 2. & Vitalin. n. 6. de excessib. Pralat. Et in specie quod Ordinarius non possit devenire ad comprehensionem regularis exempti, tradit Rodr. tom. 2. quæst. regul. 63. art. 7. ubi id ampliatur ad Ordinarios, manus injicientes in Regulares, atque eos incidere in excommunicationem, ex Navar. conf. 25. nu. 83.

2 Eademque ratione non possunt excommunicari, neque interdicti, ut per Gloss. in d. Clem. 1. v. Interdicuntur, ubi etiam imol. nu. 10. Abb. nu. 10. Vitalin. num. 37. ac segg. S. Antonin. in summ. par. 3. tit. 26. & par. 5. tit. 1. ac Ricc. in prax. var. resol. 250. n. 1.

3 Quod eo facilius procedit, quia simplices Clerici quantumvis subiecti suis Ordinariis, non debent carceribus mancipari, nisi prius constiterit delictum, ut per Joannem Andr. in cap. si Clericos de sentent. excomm. in 6. Farinac. in prax. de inquisit. q. 2. n. 2. & de carcer. q. 27. n. 79. ac Rota in Tarraconensi electionis Abbatie 4. Maji 1611. coram Attrebatenf.

4 Sic etiam, cessante legitima causa probata, non possunt Ecclesia, & Clerici interdicti, can. nemo Episcopus 2. q. 1. cap. Sacro, ibique Glossa, & Doctores communiter de sentent. excommunic. ac Vitalin. loc. cit.

5 Præsertim verò hæc locum habent in iis Regularibus, qui non possunt obtinere bona stabilia, ut sunt observantes Sancti Francisci, ac Patres Theatini, sed illa debent alienare juxta eorum Institutum. Ideoque illis non refragantur Canones disponentes, quod non possint bona Ecclesiastica alienari, prout in specie declaravit S. Congr. Concilii pro iisdem Theatinis ut alibi diximus. Sique in Brevis dictum fuerit, quod hujusmodi facultas non fuit concessa, quod illa Regulares indigerent, sed ad majorem cautelam emptorum, cui absque dubio potuerit renunciari, cap. ad Apostolicam de re judic. cap. 5. de terra in fin. de privil. Gloss. in l. 1. & in l. si quis in conscribendo, C. de pact.

6 Nec dicatur, quod in hoc casu Ordinarius potest procedere, tanquam delegatus, saltem ratione suæ lætæ majestatis. Quia non adest aliquod delictum, nec potest dici læsa majestas, cum partes, etiam ubi proceditur judicialiter, possunt concordare, ac desistere sine aliqua injuria Judicis. Et pro excludendo delicto, etiam in dubio, faciendâ est interpretatio, l. merito, ff. pro socio, Becc. consi. 77. n. 17. Surd. consi. 321. n. 29. Ponderando etiam, quod ipse procederet, non solum, ut Ordinarius, sed etiam ut delegatus, de cujus jure non est faciendâ strictissima interpretatio, Natta consi. 39. sub initio, Roland. consi. 28. n. 37. vol. 4. ac Becc. consi. 21. n. 14. Et in duodecim modis, in quibus exempti subjiunguntur Ordinariis, quos enumerat Rodriq. d. tom. 2. q. 63. art. 11. talis facultas non reperitur. Quinimò articulo præcedenti firmatur, ob jus reverentiale Ordinarios non posse in exemptos jurisdictionem exercere.

7 Ac nihilominus dicendum est, non posse hujusmodi Regulares, etiam vigore cuiuscunque alterius facultatis, hoc iudicium omittere, & aliud inire, sed teneantur coram Episcopo delegato omnia peragere, ut per Bald.

in l. 2. n. 29. C. de servit. & aqua, & in l. adem n. 13. Cod. locati, & in l. 1. n. 1. in fin. Cod. de re judic. Clarius Ne-gulan. de pignor. par. 4. nu. 25. Ruin. consi. 57. n. 30. & consi. 127. n. 12. lib. 4. & firmavit Rota in Pampilonensi Parochialis 14. Junii 1033. coram Ubaldo, cujus decisionem damus in fine, & in Ariminensi bonorum 27. Junii 1618. coram Sacrato. Nam eo ipso, quod quis præterit omittit primum Judicem, hoc semper redundat in maximum ludibrium, & contemptum ipsius, ut aiunt Baldus, alique supracitati, & totum id, quod sequitur vigore illius novi Judicis, omisso primo, est ipso jure nullum, ut præter Doctores allegatos tradit Rota in dicta Pampilonensi.

8 Rectèque applicatur Textus in c. ut qui duas de elect. in 6. Quia etiam admisso quod Regulares habeant duplex Breve, sive plures facultates pro faciendâ alienatione, producto tamen uno coram Judice delegato, & coram ipso incepto iudicio, non possunt uti alia facultate, nisi sequuta remissione causæ à primo Judice, ut per Gemin. in d. cap. ut qui duas n. 3. Franch. n. 2. Paris. conf. 77. num. 6. lib. 4. ac Surd. dec. 95. num. 13.

9 Et ideo cum isti Regulares faciant, quod sibi de jure non licet, aperteque contemnant majestatem Judicis delegati à Summo Pontifice, non est dubitandum, quin ipse Delegatus vigore suæ commissionis, aut jurisdictionis possit eos in pœna hujus contumaciæ, & contemptus punire, c. de causis, ibique Abb. n. 12. Cardia. n. 2. Butr. n. 13. de offic. deleg. Capell. Tholos. q. 275. n. 2. Ricc. in collect. dec. 415. Quia hujusmodi Regulares, non obstante quacunque exemptione, in omnibus his, quæ concernunt merita, & incidentia ejusmodi causæ sunt subiecti jurisdictioni delegati per Butrium, Abbatem allegatos, & Decium in d. cap. de causis n. 13.

10 Pro infligenda autem pœna est advertendam, quando non reperitur pœna à jure statuta, tunc sive pars contemnat profectum iudicium, sive non pareat, pœna delicti est arbitraria, ut per Butrium in d. cap. de causis num. 8. & segg. Præsertim quando est delegatus Pontificis ad unam tantum causam, ut per eundem Butr. num. 13. Quia tunc non solum est ei permittum suspendere, ac interdicare, sed etiam acrius delictum contumaciæ, ac inobedienciæ punire, cap. præterea, ibique Butr. n. 1. & §. Dec. n. 1. cum binis segg. & Abb. num. 1. de offic. deleg.

11 Nec solum hi Regulares irritè agerent, sed etiam incurerent pœnas à Sacris Canonibus inflictas contra alienantes bona Ecclesiastica, in Extravagan. Ambrosiana de reb. Eccles. non alienan. & aliis, quas congerit Quarant. in Summ. Bullar. v. alienatio n. 49. ac Rebuff. in tract. de reb. Eccles. non alienan. à num. 105. Earque sunt sacrilegium, depositio, suspensio, indignatio Papæ, perjuriarum, simonia, & homicidium, & quoad has pœnas puniri possunt.

12 Item atreantè procederent, contemnendo majestatem Judicis exequentis, coram quo lis pendet, etiam si extrajudicialiter hic procederet, Bellarm. dec. 7. §. 8. Felin. in cap. super literis num. 13. de rescriptis. sicut dicimus quoad committentem, etiam ante parris citationem, quod verè lis pendeat, Ror. dec. 6. ut lit. pend. in nov. dec. 17. de dol. & contumac. Cassador. decis. 6. super reg. Crescent. dec. 12. de caus. possess. & propriet. Put. dec. 239. lib. 2. Verall. decis. 169. p. 2. Lancelott. de attentat. lit. pend. par. 2. cap. 4. nu. 35. & per atreantata offenditur majestas Judicis, qui punire potest, Lancelott. ibidem par. 3. cap. 27. n. 10. 39. & segg.

13 Quinimò manifestam injuriam inferrent Delegato, impediendo jurisdictionem executoris delegati, quo in casu potest Delegatus Regulares ita contemneres, & inferentes injuriam punire, per Textum in cap. 1. de pœn. in 6. Doctores in c. 1. de offic. deleg. Et quod quando impeditur processus Delegati, dicatur ei fieri injuria, tradunt Doct. in d. c. 1. nominatim Innoc. n. 5. de offic. deleg. & in d. c. 1. de pœn. in 6. Quæ injuria esset manifesta

per acta publica, spernendo, attentando in fraudem jurisdictionis Apostolicæ delegatæ; imò illam usurpando, & auctoritate propria faciendò id, quod auctoritate Apostolica, specialiter delegata, faciendū, & executioni demandandū est, necnon impediendo. Imò ad contemptum sufficit sola contumacia, Lancelott. de attent. lit. pend. limit. 18. Et licet requiratur dolus, ut dicatur turba jurisdictioni, in hoc tamen casu esset parens, ex quo fieret venditio contra præceptum Papæ, Lancelott. ibid. d. limit. 18. & in præfat. n. 127.

14 Idque etiam, non obstante Regularium exemptione. Nam etiam Episcopi possunt punire exemptos turbantes suam jurisdictionem per dec. 1. de pœn. ut declarat vit S. Congregatio Concilii in Panormitana contra Religiosos Melitenfes exemptos. Cum enim eidem S. Congregationi expositum esset, quod quidam miles Religionis Hierosolymitanæ offendit ministrum Archiepiscopi, Panormitani in actu exercendi suum officium, & cum Archiepiscopus veller contra eum procedere, opposuit se esse exemptum, & propterea non posse ab Archiepiscopo puniri. Unde, ne hujusmodi delictum remaneret impunitum, & Archiepiscopus in futurum sciat, quomodo possit contra ejusmodi delinquentes procedere, emanavit dubium, An milites Hierosolymitani offendentes personam Officialium Curie Archiepiscopalis Panormitana in actu exercendi suum officium, aut alios Archiepiscopi jurisdictionem impediencies, ab eodem coerceri, & puniri possint.

15 Sacra Congregatio Cardinalium, Concilii Tridentini, Interpretum, partibus auditis, dubioque accuratè discusso, censuit, posse; R. Cardinalis Pbaldivinus.

16 Quæ sanè multò magis procedunt, si in exemptione Regularium non derogetur Concilio Lugdunensi, de quo in cap. 1. de privil. in 6. ubi clarè habetur, quod exemptio non suffragatur ratione delicti. Dispositio namque Conciliaris, nisi in specie derogetur, habet clausulam derogatoriam ad futuras dispositiones, cap. ex parte de Capell. Monach. ac fusè Mouera de commut. ult. vol. cap. 1. n. 165. & 7. n. 177.

17 Sed demus tandem, quod Regulares sint exempti, quæ tamè dicuntur de Episcopo, & Archiepiscopo in d. cap. 1. de pœn. & in dicta declaratione Panormitana, multò magis procedunt in ordinario delegato, cui subjiunguntur in hoc omnes subiecti jurisdictioni Papæ delegantis, ut per Doctores in d. cap. 1. de offic. deleg. ubi Innoc. nu. 2. alique, quos ibi refert Barbol. n. 2. & 4. Præsertim in hoc casu, in quo Papa sciens, ac prudens commisit causam ad instantiam Ordinarii, ipsique præstentur literas Apostolicas Ordinario. Sicque subintrat regula, quod delinquens coram Judice, sit de illius foro, & jurisdictione, Gail. observat. 39. lib. 1. & Peguera dec. 79.

18 Nec obstat quod Regulares nonnulli habeant facultatem alienandi per seiplos. Nam cum elegerint hanc viam, illamque obtinuerint à Pontifice, ac ejus literas Apostolicas præstentaverint, iudiciumque inceperint, non possunt modo ab illa recedere, ut in specie de illo, qui propria auctoritate poterat facere, si Judicem adiverit, firmavit Rota in dicta Pampilonensi Parochialis coram Ubaldo, cujus particula est hujusmodi.

19 Secundo movebantur Domini, quia malè videbatur capta possessio, & ideo non manutentibilis, quamvis aliàs qui cœpit, esset bono jure munitus, Rot. dec. 21. n. 3. & 6. p. 2. div. Quod autem malè esset capta, deducebatur, quia fuit capta propria auctoritate, licet enim hæc facultas illi cœmpeteret ex natura subrogationis gratiæ, & super hoc fuerit cœpta disputatio, videtur sibi præjudicasse, ut non poterit, relicta via Judicis, quam semel elegerat, redire ad viam facti, & ad propriam auctoritatem, qua antea uti poterat, Bald. in l. 2. q. 10. n. 34. C. de serv. & aqu. & in l. 3. n. 21. Cod. locat. &

in l. 1. n. 1. C. de rei exec. rei jud. Alex. conf. 105. nu. 32. li. 3. & conf. 130. n. 12. lib. 4. Jal. in l. 2. n. 114. C. de jur. emphyt. Dec. conf. 146. n. 5. & 6. Ruin. conf. 57. n. 3. lib. 4. & conf. 127. n. 11. ac seqq. lib. 5. Socin. conf. 195. n. 6. lib. 2. Decian. conf. 42. lib. 3. cum aliis cumulatis per Corbul. de caus. priv. ob non solut. Canon. q. 13. n. 2. & fuit dictum in causa Rom. domus 5. Nov. 1599. coram Lancellotto, & in causa Mediolan. bonorum, seu emphyteusis 18. Aprilis 1603. coram Reverendiss. Bononienfi, & in Romana donorum 24. Febr. præteriti coram me, & plura similia ad hoc congerit Lancell. de attent. lit. pend. p. 2. c. 4.

CONSULTATIO XXIX.

An, & quatenus Regulari, de crimine accusato, vel damnato debeantur à Monasterio alimenta, & sumptus litis?

IN hac re decantatissimum est, quod lite pendente, non sunt colliganti subministranda alimenta, & sumptus litis, per Textum in l. Imperatores, ff. de tutel. & rat. distraben. Add. ad dec. 617. n. 1. ac seqq. par. 4. tom. 3. rec. ubi plures Rotæ Decis. adducuntur, & firmatur in Reatina Castrorum 19. Junii 1656. coram Albergato.

Receditur tamen ab hac Regula ubi concurrunt copulatim paupertas, & præsumptio boni juris, ut communiter tradunt Doctores, & servat praxis. Ubi verò deficit alterum requisitum, ut si fuerit per sententiam condemnatus de crimine, cessat præsumptio boni juris, sicut enim sententia favorabilis probat præsumptionem boni juris ad effectum obtinendi alimenta, quamvis ab ea fuerit provocatum, & per appellationem remanserit suspensa per l. si instituta §. de inofficio, ff. de inoffic. testam. Dec. in cap. quoniam n. 134. de probat. Et passim firmavit Rota, ita sententia contraria, donec non fuerit revocata, præbet præsumptionem mali juris, ut arguit gloss. in cit. §. de inofficio v. decerni, ibi, & cum obtinuit in presenti, aliàs foret secus. Quod sequitur frequenter Rota, præsertim dec. 748. n. 2. par. 2. rec. ubi, quod ideo sententia contraria non nocet, quia fuit per aliam revocata.

Hæc quidem facilius procedere debent in Regulari, qui debet humiliter parere sententiæ contra se late, non autem ad convolvendum se diutius in contumacia, rescriptum appellationis impetrare, ut providè fuit sancitum in Concilio Lateranensi, relato in cap. reprehensibilis de appell. his verbis: Nec subiecti contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appellationis erumpant. Doctoresque Abbas Canonistarum phœnix, in cap. Cum contingat n. 17. de for. comp. ad hanc rem opportunè, quod ubi per Superiorem fuit contra subditum actum secundum regularia instituta, si velit subditus reclamare, minime sunt ei sumptus litis, & alimenta subministranda. Cùm enim superior de salute sui Monachi quærit, ille debet humiliter obedire. Nam sive plectendo, sive corrigendo, hoc solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur. Hæc Abbas.

Quibus suffragantur tradita per Ricc. dec. 191. nu. 3. par. 1. ubi rectè ait, quod si Monachus Abbatem accuset, mereri potest litis expensas, quia Monasterii causam agit, secus si ipse contra Abbatem rescriptum impetrasset. Quia tunc agit causam propriam, nec ulla Monasterii utilitas concurrit. Et utilius, inquit Augustinus, adductus in can. non omnis §. 9. esurienti panis tollitur, si de cibo securus, iustitiam negligebat, quam esurienti panis frangitur, ut iniustitia seductus, aliàs securus, acquiescat. Contingit enim plerumque, ut spes habendi alimenta, & sumptus litis inducat multos ad temerè litigandum, ut proinde Menoch. præsump. 35. nu. 21. lib. 1. asserat, in Monachum debere potissimum concurrere hoc requisitum præsumptionis boni juris, ut possit obtinere alimenta, & sumptus litis.

Atque hæc est distinctio, quam in hac materia regularis litigantis contra superiorem, non tamen accusan-

do Abbatem pro utilitate Monasterii Canonistæ communiter sequuntur, inhærendo Speculatori de inquisit. §. ult. nu. 5. quod scilicet, si fuerit processum contra Monachum ad inquirendum de ejus criminibus secundum regularia instituta; nullas debent expensæ litis subministrari, si verò processum fuerit secundum formam juris, cum debeat sibi superior imputare, quod hanc viam elegerit, ad quam non tenebatur, debet pariter pati, quod Monacho accusato & in iudicium tracto subministrantur sumptus litis necessarii, ut præ aliis tradunt Anan. in c. ex parte n. 5. de accus. ubi etiam Burr. nu. 7. Anchar. eod. nu. Felin. n. 4. Socin. n. 6. & Abb. in cit. cap. Cum contingat n. 37. de for. comp. Eandemque distinctionem approbant Boer. dec. 325. n. 1. aliique multi.

Porro si non debentur alimenta, & sumptus litis in futurum, multò minus præteriti possunt pro tempore præterito, cum hæc sit differentia inter alimenta, quæ præteruntur jure actionis, & ea, quæ in subsidium, uti hæc sunt, quemadmodum differit Bart. in l. libertis, §. manumissos nu. 3. ff. de alim. & cib. leg. rationem reddens, quod ubi sunt debita in subsidium, & officio Judicis, cessat ratio, quod post valeant, ubi quis jam se alimentavit. Id ipsum post Baldum, & alios probat Felin. in d. cap. ex parte nu. fin. ac Surd. de aliment. tit. 5. q. 32. nu. 40.

Et quidem de præteritis nulla profus habenda est ratio, si non adfit specialis petitio, nec Regularis doceat, se aliquod debitum contraxisse, ut per Bart. in d. l. libertis d. n. 3. ubi, quod si filius de suis laboribus alimentaverit, vel fuerit ei donatum aliquid, non agit contra patrem pro alimentis præteritis, Surd. loc. cit. n. 43. Gratian. discept. 60. n. 20. & Afflict. dec. 10. n. 4.

Præterea certum est, quod Regularis habeatur loco filii, & tanquam filius Monasterio obligatur. Unde si Regularis graviter suum Superiorem offenderit, ut si deveniret ad actum proximum propinationis veneni, quemadmodum, si id pararet in patrem naturalem, poterit justè exheredari, aut. ut cum de appell. cognosc. §. casus autem versic. vita parentum suorum per venenum, aut alio modo insidiari tentaverit, ita & à Monasterio licitè ipsi denegantur alimenta, Gloss. in l. si quis à liberis §. idem Judex v. detulerat ff. de liber. agnosc. Surd. ibid. tit. 7. q. 1. n. 5. ac Rota in Bononien. alimentorum 4. Martii 1654. coram Albergato.

Itaque, vel alimenta peruntur ex beneficio, quod habet colligans pauper, vel ex necessitate, qua tenetur Monasterium erga Monachos. Si primo modo deficit principale requisitum, nempe bonum jus, si Regularis habet contra se sententiam, ut per Rotam coram Crescentio dec. 8. de re jud. coram Seraph. dec. 426. nu. 1. Add. ad Buratt. dec. 426. n. 1. idemque Buratt. dec. 26. nu. 1. & dec. 708. n. 6.

Si secundo modo frustratur alimentorum petitio, si 10 quæstio est super delicto commisso in personam, præcipue proprii superioris; justè namque denegantur alimenta illi, qui enormiter delinquit in obligatum alere. Sic de filio delinquente in patrem probat, Surd. d. tit. 7. q. 1. n. 1. & seqq. Sic rursus de filio naturali calumniosè impugnantè testament. patris, Grat. discept. 567. n. 14. sic de filia, quæ peccavit in corpus suum, idem Surd. loc. cit. quem sequitur Rota in d. Bonon. cor. Albergato. Et in terminis Monachi impugnantis sententiam ejectionis, quod etiam, durante lite ei non debeantur alimenta, firmat Rota cor. Pureo dec. 202. lib. 1. Estque regula, quod ubi Monachus prosequitur causam propriam, nec agit de utilitate Monasterii, Monasterium non teneatur ad alimenta ei præstandum, neque sumptus litis. Ita resumpta doctrina dicti cap. ex parte de accus. firmat Pat. dec. 264. nu. 1. lib. 1.

Ad id autem, quod Monachus delinquens fame periret, si ei alimenta non subministrarentur, optimè respondet Paul. à Castro Confil. 76. lib. 1. in quo firmat in terminis Monachi ob delictum expulsi, quod sublata per delictum

delictum causa accidentalì, quam dicit habere Monasterium respectu Monachi subintrat causa naturalis parentum, & consanguineorum ejusdem in seculo degentium, & quod proinde ab iis perenda sunt alimenta.

In omnem tamen casum alimenta sunt præstanda domi apud Monachos, in quibus nulla suspicio cadere potest ob qualitatè vitæ Religiosæ, attento præsertim, quod S. Congregatio super Episcopis, & Regularibus non consuevit talem suspensionem admittere, sed solet mandare, ut è carceribus transferantur ad sua Monasteria, nulla habita consideratione vehementissimæ suspensionis, quam plerumque allegant. Huic nostræ Consultationi subnectere operæ pretium putavi causa Panormitana Congruæ, utrinque perorata, ac dignam, quæ referatur multis, ac magnis auctoritatibus nixam, ac documentis authenticis instructam, omnibusque juris præsidiiis cumulata, semel iterum, ac pluries judicata. Scatus enim Reipublicæ rebus judicatis continetur, ejusque interest res judicatas non rescindi. Verùm illam differre judicavit suo loco referendam.

CONSULTATIO XXX.

Quam jurisdictionem habent Priores, eorumque Vicarii Sacra Religionis Hierosolymitana in suos subditos? Ubi ad rem adducitur decretum S. Concilii Tridentini sess. 23. cap. 15. de reformat. ac illius explanatio.

RESPONDEO. Habent privilegium exercendi jurisdictionem temporalem, & jurisdictionem quasi Episcopalem in subditos suorum Prioratuum ex constitutione 9. Pii IV. §. 20. & 21. ideoque justè possunt approbare confessarios ad confessionem audiendam, quod est principuus effectus dictæ jurisdictionis. Idemque Pius IV. ibid. §. 29. tribuit facultatem audiendi confessiones omnibus Capellanis Hospitalis. Quod est de jure, ut habentes quasi Episcopalem jurisdictionem possint approbare confessarios, ut tradunt Zabarel. in Clem. Dudum §. statutus nu. 7. de sepult. ibique Anchar. nu. 12. Imol. n. 27. & Vitalin. nu. 10. ac prosequuntur Sylvest. in sum. v. Confessarius 2. q. 7. Moneta de commut. ult. volum. cap. 5. n. 455. Bordon. resol. regul. tom. 1. resol. 36. n. 56. Boss. sess. 3. cas. 2. nu. 6. Campanil. in diver. jur. Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 76. Barbof. de offic. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 25. nu. 9. ubi in specie de Prioribus Hierosolymitanis, & late firmavit Rota dec. 798. par. 4. divers. & dec. 203. n. 12. par. 7. rec.

Nec refragatur dispositio S. Conc. Trid. sess. 23. c. 15. de reformat. nam, licet loquatur de Episcopis, non tamen excludit alios Ordinarios, habentes quasi Episcopalem jurisdictionem in Clerum, & populum sibi subiectum, ut respondit Rota d. dec. 798. n. 2. & seqq. fallitque in iis locis, ubi hæc Religio, ejusque Priores utramque exeicent jurisdictionem in populum, sibi subiectum, & omnino exemptum à jurisdictione Ordinarii.

Cùm enim ex hoc habeant jurisdictionem quasi Episcopalem, dicuntur venire nomine Episcopi, de quo loquitur Concilium. Ita Sylvest. loc. cit. Sanchez de matr. lib. 3. disp. 29. n. 5. & lib. 8. disp. 2. nu. 12. & lib. 2. moral. c. 11. nu. 5. Gratian. discept. 212. nu. 3. Barbof. in Collect. ad d. c. 15. n. 29. ac fusc. Ciardin. controv. tom. 2. cap. 208. post n. 44. & 53. ac seqq. & cap. 22. sub n. 67. ac seqq. ubi alios cumulat, Bordon. d. resol. 36. n. 63.

Ideoque S. Concilium hujusmodi Prælati, seu Vicariis, quasi Episcopalem jurisdictionem habentibus, non dicitur resistere, sed assistere, ut plenè per eundem Ciardinum d. cap. 208. n. 45. & seqq. & consequenter in his locis approbatio Confessariorum, ac reservatio casuum pertinet ad Vicarium generalem Prioratus privativè quoad Ordinatum, ut in terminis Henrici in sum. lib. 6. cap. 6. §. 1. aliique citati à Sanch. d. disp. 29. n. 14. Squillant. de privil. Cler. cap. 1. n. 58. & Novar. in conclus. nov. jur. Pontif. concl. 68. n. 3. Ciardin. loc. cit. n. 45. Tom. X.

Rota in Montis Casinensis jurisdictionis 27. Martii 1651. coram Bichio.

Quapropter facultas, quam habent Episcopi ex decreto S. Concilii Trid. sess. 24. cap. 6. de reformat. competit etiam omnibus Prælati inferioribus, habentibus quasi Episcopalem jurisdictionem in populum exemptum ab Ordinario. Dicuntur enim veri Ordinarii in locis suæ jurisdictionis, ut late Sanch. de matrim. d. lib. 8. disp. 2. n. 12. & lib. 2. moral. d. cap. 11. n. 5. Moneta de commut. ult. vol. cap. 5. num. 455. Tambur. de jur. Abbat. tom. 2. disp. 17. q. 8. n. 4. & 5. ubi rem examinat, alique apud Ciardin. d. cap. 208. nu. 47.

Ratio autem est, quia habentes ex privilegio Apostolico jurisdictionem quasi Episcopalem cum plena exemptione in locis præcipue sub suo dominio existentibus, faciunt territorium separatum ab Episcopo, ac propriam Diocesim, Rota coram Mart. And. dec. 54. n. 2. & 5. ac per totam, & dec. 117. n. 3. & 4. apud Tambur. de jur. Abbat. tom. 3. quo casu dicitur verus Ordinarius, ac Diocesanus, talique etiam declaratur à Papa in d. Constitutione Pii IV. §. 65. & in Constitut. 60. Greg. XIII. §. 3. ac propterea venit sub nomine Episcopi, de quo loquitur textus S. Conc. Trid. in d. cap. 15. sess. 23.

Nullòque pacto ad hanc rem pertinet Constitutio 115. Clementis VIII. Nam loquitur de Confraternitatibus aggregatis, non de Equitibus Hierosolymitanis. Ideò marginator in hoc voluit abundare in docendo; non autem declarare Constitutionem Pii, ut patet ex verbis, quibus utitur. Simpliciter enim se remittit, non statuit. Nec Constitutio Clementis moderatur privilegium Religionis Hierosolymitanæ, nec procedit in locis penè exemptis, in quibus Priores Religionis sunt veri Ordinarii.

Idemque dicendum est de reservatione casuum. Pendet enim ab eadem jurisdictione, ut in specie tradunt Gypsius de casib. reserv. cap. 1. in prin. n. 6. Valquez in 3. par. D. Thom. q. 91. art. 3. dub. 1. n. 9. Suarez in eadem 3. par. disp. 29. n. 7. Juniper. de casib. reserv. par. 1. disp. 1. q. 2. n. 1. Miranda in manual. tom. 2. q. 34. art. 1. Roderiq. tom. 1. quæst. regul. 21. art. 2. qui ultimi dicuntur esse quasi assertionem hæreticalem asserere contrarium.

Neque obstat Constitutio 77. §. 7. B. Pii V. quæ reducit privilegia Religionis Hierosolymitanæ ad terminos Concilii in iis, quæ concernunt curam animarum; nam id procedit tantum in visitatione, non autem extra eam, quando scilicet Religio habet territorium separatum cum jurisdictione, ut ex declaratione dictæ S. Congregationis Concilii tempore Cardinalis Vicecomitis, quæ est impressa apud Novarium in sum. Bullarii tom. 2. fol. 607. in 4. & 5. dubio proposita.

Imò in locis, in quibus habet Religio Hierosolymitana utramque jurisdictionem, nullatenus possunt Ordinarii visitare, ut declarasse S. Congregationem pro hac Religione referunt Lezana in sum. par. 2. cap. 5. n. 52. & in Barbof. in apostil. decis. collect. 214. n. 18.

Et generaliter in aliis exemptis, quando ii habent utramque jurisdictionem, non competere Episcopis ullum jus visitandi, decernitur in S. Conc. Trid. sess. 25. cap. 11. in fin. de regul. ubi Barbof. n. 15. & tradit Ripa apud Mantica. decis. 362. ante finem, & apud Seraph. dec. 1067. n. 2. & par. 2. rec. dec. 493. n. 5. & in Abellinensi jurisdictionis 4. Julii 1646. coram memoria nuncquam perituræ Alexandro VIII.

Attendique debet observantia, quæ militat pro Religione, nec aliqui forsitan actus facti ab Episcopis attendi debent, si non constiterit de scientia & patientia superiorum Religionis Eoque præsertim, quia Constitutio Pii IV. continet decretum irritans, & clausulam sublata, quæ impediunt contrariam observantiam, Cavaler. dec. 595. nu. 5. Merlin. dec. 187. nu. 3. & dec. 486. nu. 8. & dec. 288. n. 15. & dec. 319. n. 6. & 7. par. 6. rec.

In qua quidem possessione S. Religio, ejusque Priores, & Vicarii sunt manutenendi, Post. de manut. observ. 45.

num. 34. & in specie post alios Ciarlin. d. cap. 220. n. 74. & segg. & num. 123.

14 Confitto igitur, quod hæc S. Religio, ejusque Vicarii habeant in suis locis, non solum jurisdictionem temporalem, sed etiam spirituales ex privilegiis Apostolicis, quæ tribuunt ei potestatem Episcopalem cum omnimoda exemptione ab Ordinariis, utique habere dicuntur separatim territorium, separatamque jurisdictionem privativè ad Episcopos, etiam si agatur de existentibus intra limites eorum Diocesium, ut latè per Card. Mantic. dec. 361. & 362. ac per Ciarlin. d. cap. 220. à num. 84. ubi ait, nihil repugnare, quod aliquis exemptus, etiam nullius, sit extra fines alicujus Diocesis, ex Rota apud Tambur. de jur. Abbat. par. 3. decis. 48. n. 7. ac plene in dicta Montis Casinensis, §. ex quibus, ubi quod hæc Constitutio territorii separati intelligitur non impropiè, ac per modum æquiparationis, prout esset casus in simpliciter exempto, sed verè ac propriè, ut contingit in exemptione plena, qualis hæc est.

15 Siquidem ex privilegio Clementis VII. relato in dicta Constitutione §. Pii V. §. 20. 10. 2. Bullar. & §. 29. & 65. concessa legitur magno Magistro, & Conventui omnimoda jurisdictio in personas, & bona necnon plena exemptio ab Ordinariis, adeunt Præceptores Commendarum intra limites suarum jurisdictionum veri Ordinarii existant. Quod etiam legitur confirmatum, ac dispositum à Greg. XIII. Constitutione 60. §. 3. ejusd. tom. 2. Bullar. & §. 36. ejusdem Constitutionis Pii IV. hospitale, & loca quacunquæ, ac personæ etiam Ecclesiastica, & curam animarum exercentes, plene exemptantur, & sub protectione S. Petri, ac Sedis Apostolicæ suscipiuntur. Quæ quidem exemptio sub protectione S. Petri tollit penitus omnem difficultatem, ut expressè decernitur, in c. si Papa, §. si autem de priv. in 6. & in c. ex parte 1. ibique Gloss. v. specialiter eod. tit. ac fusè Rota in Rossanensi exemptionis 20. Aprilis 1640. confirmata 22. Junii ejusdem anni coram Catillo.

16 Præsertim verò, si relictus proberetur, hanc jurisdictionem quasi Episcopalem semper Vicarium generalem S. Religionis exercuisse, ac exerceri. Quæ probatio suffragatur ad effectum, de quo agitur ex traditis à Gratiano discip. 871. n. 1. & segg. Barbosa ad Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18. n. 15. & segg. & à Ciarlino d. c. 220. n. 66. & 75. cum tribus segg. ac n. 123.

17 Omnia verò, quæ in contrarium adduci possunt, procedunt, vel in illis Prælati inferioribus, qui sunt in Diocesi Episcopi, licet sint exempti, quia licet non sint de Diocesi propter exemptionem, sunt tamen in Diocesi secus autem si sunt nullius. Ita Abbas, Felinus, & alii, quos refert, ac sequitur Ciarlin. d. c. 208. n. 9. vel extra casum plenæ, ac omnimodæ jurisdictionis, quando autem agitur de exemptione plena, fundata est intentio in Constitutione territorii separati per modum non improprium, sed verum, quamvis locus, de quo agitur, sit intra limites Diocesis Episcopi juxta doctrinam Geminiani in cap. Cum Episcopus n. 4. de offic. Ord. in 6. & in cap. 2. n. 19. de constit. eod. Gratian. d. discip. 212. nu. 8. cum aliis congestis in d. Montis Casinensis, quibus adde Moneram loc. cit. n. 443. & 454. & segg.

18 Quod eo facilis affirmandum est, quia hujusmodi licentiarum concessio est actus jurisdictionis, Bordon. d. resol. 36. n. 65. Bonac. de panit. par. 4. §. 1. n. 16. adeunt ex hoc jurisdictionem Episcopi in locis, qui prætendebantur exempti, argui dixerit Rota dec. 22. n. 2. & dec. 203. nu. 14. par. 7. recent. & in Beneventana jurisdictionis 13. Maij 1652. §. cessantibus coram Zarate; & propterea iste actus ab eo solum exerceri potest, qui habet propriam, ac veram jurisdictionem in eos, quibus illam conferre intendit.

19 Quod sanè procedunt non modò quoad approbationem Sacerdotum sæcularium, sed etiam Regularium degentium in territorio, ut per Bordonum, qui plu-

ribus rationibus id probat dicta resol. 36. num. 64. & segg.

Unde dubitari non potest, quin dicti Vicarii possint 20 aliquos casus sibi reservare, cum is, qui confessarios approbandi potestatem habet, casus etiam reservandi habeat facultatem, Bonac. loc. cit. q. 7. punct. 5. propr. 1. Mirand. tom. 2. q. 34. art. 1. & alii, quos sequitur Bordon. d. resol. 36. n. 28. & segg.

Eoque magis, quia is qui habet jurisdictionem Episcopalem, potest dispensare, & absolvere suos subditos à casibus in Concilio Trid. sess. 24. cap. 6. Episcopo in sua Diocesi concessis, ut per Sanchez de matr. dist. lib. 8. disp. 2. num. 12. ac dispensare à voto, Sanchez lib. 4. in decalog. c. 38. nu. 19. & Monera d. cap. 5. n. 455.

Ideoque, cum ex dictis pateat hujusmodi Priores, 22 eorumque Vicarios posse à reservatis absolvere, possunt etiam reservate. Qui enim potest solvere, potest etiam ligare can. verbum Dei de panit. dist. 1. & Bordon. d. resol. 36. n. 30.

His autem positis, nihil relevat, si dicatur præfatos 23 actus approbationis Confessariorum, ac reservationis casuum posse expediri per ipsammet S. Religionem, apud quam residet jurisdictio, non autem per ejus Vicarium, qui solum habet talis jurisdictionis exercitium.

Nam quæ conveniunt Episcopo ex officio, competunt etiam ejus Vicario, nisi contrarium in Concilio Tridentino sit cautum, Sanchez d. disp. 29. n. 16. & propterea cum habens jurisdictionem quasi Episcopalem veniat nomine Ordinarii, & prædicta facere possit, poterit etiam ea facere ipsius Vicarius, ut probat Sanchez de matr. d. disp. 29. num. 4. & in terminis Ordinum militarium, idem Sanchez ibid. n. 19.

Unde, cum Vicarius sit constitutus in quasi possessio- 24 ne administrandi jurisdictionem quasi Episcopalem in sua Diocesi privativè, quoad Episcopum, ex hoc resultat, quod ipse omnia possit explere, quæ de jure sunt Episcopo concessa contemplatione Diocesis, ut per Gloss. in Clem. un. §. volumus, v. Diocesanis de for. compet. Moneram loc. cit. d. c. 5. n. 457. & Sanch. d. disp. 29. n. 16.

Nec obstat, si Episcopus pluries concesserit ejus- 25 modi licentias confessariis locorum S. Religionis cum reservatione casuum. Nam Oportet probare, quod eas concesserit cum dicti Vicarii scientia, & patientia, prout, stantibus dictis privilegiis Apostolicis, & illius quasi possessione id agendi, est necessarium, ut aliquod hinc jus Episcopo potuisset acquiri, Rot. dec. 41. num. 11. par. 5. & dec. 185. n. 1. par. 3. recent. & dec. 181. num. 20. apud Post. de manus.

Maximè autem, si contrarium doceatur, quod scilicet 26 Vicarius nunquam permiserit aliquem Confessarium ab Episcopo approbatum, confessiones audire, notamque reservationis casuum ab eo indictam à confessariis deleri, & casus à se reservatos affigi curaverit. Ex quibus omnis Vicarii acquiescentia prorsus excluditur. Quo stante, approbationes non sunt attendendæ, Rota in Placentina Beneficiorum 11. Maij 1646. §. Illa verò, & §. segg. coram Ghislerio.

Quia in locis immediatè subjectis Religionis, eo- 27 rumque Prioribus, id pertinet ad eorum Vicarios, non ad Episcopum. Quia dicti Priores sunt veri Ordinarii in proprio territorio ex privilegio Apost. in quo habent jurisdictionem quasi Episcop. quam exercent per Vicarium, ut latè Flor. de Mena var. lib. 3. q. 24. n. 18.

Præterea non obstat Constitutio B. Pii V. nec Constitutio Gregorii XIII. & Sixti V. quæ reducunt privilegia Religionis ad terminos S. Concilii Tridentini in iis, quæ pertinent ad curam animarum, & administrationem Sacramentorum, in quibus locorum Ordinarii, tanquam Sedis Apostolicæ delegati procedere possunt, non obstantè exemptione.

Nam procedunt, prout loquuntur, in locis subjectis 28 Ordinario, in quibus simplex exemptio non suffragatur quoad visitationem, & curam animarum, secus autem in

in locis pleno jure subjectis Religionis, ejusque Prioribus qui in illis ex privilegio habent proprium territorium, & omnimodam jurisdictionem, suntque veri Ordinarii ita, quod, ne possint quidem visitari ab Episcopis, nisi auctoritate delegata, Barbof. in collect. Bullar. v. Eques Hierosolymitanus, referens ex Armenario, ita declaratum fuisse à S. Congregatione supet Episcopis, & Regularibus, & in tract. Apostolic. decis. 314. num. 18. Imò etiam dicta Constitutio Gregorii XIII. in Bullar. 67. §. 2. excipit personas, quæ Ecclesiis actu intervniunt, & intra tecta dictorum Equitum resident, ac sub eorum obedientia vivunt. Unde à fortiori non videtur comprehendere voluisse loca, & populum Religionis subjectum, cum ad ipsam, ejusque Priores, & capita Ordinum pertineat omnis jurisdictio, atque etiam visitatio Barbof. de potest. Episcop. par. 2. alleg. 74. num. 27.

31 Minus obstat, quod Oppida existant intra limites Diocesis Episcopalis. Quia cum hæc S. Religio in illis habeat jurisdictionem quasi Episcopalem, territorium proinde habetur, ac si omnibus, & per omnia extra Episcopi Diocesim adesset, Gloss. in d. Clem. 1. §. volumus? v. Diocesanis, ibique Abb. n. 15. de for. compet. Gratiam. d. discip. 212. n. 8. & 9. Rota decis. 619. par. 4. diverf. & coram Mart. Andr. decis. 54. n. 5. & coram Seraph. decis. 1278. n. 4. & i. recent. decis. 324. n. 1. par. 1. & dec. 234. n. 2. par. 4. & in d. Montis Casinensis coram Bichio.

32 Denique non obstat, quod Episcopus Ecclesias dictorum locorum pluries visitaverit. Nam ex dispositione S. Concilii possunt Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, omnes Ecclesias viciniores, etiam nullius Diocesis, visitare ex cap. 9. sess. 24. de reform. ac proinde aliter visitationes potius in vim delegatæ, quam ordinariæ jurisdictionis, factæ præsumuntur, Rota dec. 184. n. 17. apud Post. de manus. in Aquilana jurisdictionis coram Innocentio X. impresse apud Marchel. de commiss. par. 1. fol. 981. Neque ex illis dici potest fuisse interdictam quasi possessionem S. Religionis exercendi spirituales jurisdictionem, aut in aliquo ejus jure ac privilegiis fuisse derogatum, Rota in allegat. Aquilana jurisdictionis n. 4. in fine. Quinimò licet Episcopus probaret collationem sacerdotum Ordinum, & Christumatis à se factam, hi tamen actus ex dicta Constitutione Pii IV. §. 27. & 62. in locis subjectis, possunt haberi à quocumque Catholico Antistite, idèdque hi actus, tanquam facultativi non inducunt subjectionem.

33 Decretum autem S. Concilii Tridentini dicto cap. 5. sess. 23. de reform. est hujusmodi Quamvis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absolvendi potestatem accipiant, decernit tamen Sancta Synodus, nullum, etiam regularem, posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis datur, obtineat, privilegii, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili non obstantibus.

34 In hoc decreto ponitur regula de iis, qui audire Confessiones Regularium, etiam Sacerdotum, possint, & restringitur, quod statuitur in Clem. Dudum de sepult. §. statumus, quod scilicet Regulares approbati ad audiendas confessiones à suis superioribus possint audire confessiones secularium, etiam sine licentia Ordinariorum, si tamen illam petierint, & sine justa causa ab ipsis non obtineantur.

35 Nullum etiam Regularem, non tamen respectu suorum subditorum regularium. De his enim hoc decretum non loquitur, cum hi, excepto tempore Jubilæi, quo ex sententia S. Congregationis dixit Greg. XIII. posse illos confiteri quibuslibet ex Sacerdotibus ab Ordinario ad audiendas Confessiones approbatis confiteri debeant suis Regularibus. Imò dicti Regulares, nec ratione illorum secularium, qui sunt ex familia, & continui commensales hoc decreto comprehenduntur,

cum horum omnium possint confessiones audire, non tamen illorum, qui deserviunt in illorum Monasteriis, & illorum qui vocantur ex tertio ordine; cum privilegia revocata censeantur. Ex quibus patet nullum in Confessarios Monialium ipsis Regularibus subjectarum Episcopum jurisdictionem posse sibi vindicare, ad hoc ut audiant illarum confessiones deputatos. Nec cum ex cap. 10. sess. 24. Monialibus, præter ordinarium confessorium, alius extraordinarius ab Episcopo debeat offerri, Moniales poterunt vigore Bullæ Cruciatæ, aut aliquo alio prætextu eligere sibi alios Confessarios, quos voluerint, etiam si sint ex illis, qui ad aliorum confessiones audiendas ab ipsomet Ordinario fuerint, approbati, censuit S. Congregatio.

36 Nisi aut Parochiale beneficium. Qui tamen non ob id id censendus est ubique idoneus, ut absque alia Episcoporum approbatione audire possit confessiones eorum, qui habent jus sibi eligendi idoneum confessorium tum etiam eorum, qui de proprii Parochi licentia, & consensu hujusmodi habent facultatem. Imò nec si hujusmodi beneficium per concursum obtinuerit in alio loco, quam in Civitate, & Oppido, ubi situm est beneficium, non autem in tota Diocesi, idoneus minister ad audiendas confessiones est reputandus.

37 Aut ab Episcopis. Ergo nec Archidiaconus in districtu sua jurisdictionis, nec Prælati inferiores exempti ratione suorum subditorum, si intra fines alicujus Diocesis existant, poterunt suos subditos ad audiendas confessiones approbare, non obstantibus exemptionibus, cum hoc Episcopis à Concilio committatur, bene tamen poterunt Episcopo, intra cujus fines sunt suos subditos, ut ad audiendas confessiones approbentur, offerre, non item infatigabiles nullius Diocesis, & habentes propriam, & quasi Episcopalem jurisdictionem in suos subditos, cum ipsi suos subditos possint ad audiendas Confessiones approbare.

38 Per examen. Hinc dixit S. Congregatio, Episcopum indistinctè licentias confessiones audire, ab antecessore tam secularibus, quam Regularibus Presbyteris concessas, suspendere, ac revocare posse, donec pro majori conscientia suæ quiete, ab ipso denuò, prævio examine approbentur, & tales interim non esse eligibiles, etiam ex Bulla Cruciatæ.

39 Regulares verò ab Episcopo semel ad audiendas secularium Confessiones approbati juxta Constitutionem B. Pii V. à successore quidem, ut dictum est, poterunt examinari, non autem ab illo, à quo aliàs fuerint approbati cum quoad hoc non judicaverit S. Congregatio revocatam per reductionem privilegiorum Regularium ad terminos Concilii factam à Gregorio XIII. Et advertendum in eorum licentiis de audiendis scilicet Confessionibus, non debere apponi, quod durant ad beneplacitum Episcopi. Poterunt bene licentiæ tam Regularibus, quam secularibus concessæ ab eodem Episcopo, à quo conceduntur ex rationabili causa superveniente, etiam extrajudicialiter revocari. Et cum dubitaretur, an possit Episcopus mandare, ut nonnisi de licentia proprii Parochi juxta Constitutionem, cap. Omnis utriusque sexus de panit. & remiss. quis tempore Paschatis fratribus Mendicantibus confiteatur, stante Constitutione Sixti IV. quæ incipit, Vices illius de reg. & pac. in extravag. commun. visis eorum privilegiis pag. 22. vers. Joannes XXII. non posse Episcopum facere hujusmodi mandatum, judicatum fuit, cum ibi citetur cap. omnis utriusque sexus, quod loquitur tantum tempore Paschatis. Vide Quarantam in summ. Bullar. vers. Confessor, ubi ad rem plura.

40 Aut aliàs idoneus judicetur. Absolutio ergo data à Sacerdote vigore facultatis generaliter à Summo Pontifice, vel specialiter à Parocho concessæ, si ab Episcopo is Sacerdos approbatus, & examinatus non fuerit, etiam quoad eos, qui tali Sacerdoti bona fide confessi sunt, rati esse approbati, vel ignorantes approbati.

nem requiri, nulla censetur, licet hi quoad Deum tui haberi possint, nihilominus, cum primum sciverint, oportet, illas Confessiones iterare.

41 Obineat. Ergo eod dimissio, amplius idoneus non habebitur, non placuit S. Congregationi tempus hoc praesens extendi ad praeteritum.

42 Non obstantibus. Unde contra hoc decretum Concilium Provinciale, aut Metropolitanum non poterit aliquid statuere, veluti quod aliquis Baro praetextu inimicitiarum cum Episcopo, aut ejus Clero valeat confiteri peccata sua extero Sacerdoti etiam approbato ab ipsius Sacerdotis Ordinario, sed si hunc voluerit accerere, qui ejus, & suae familiae confessiones audiat, poterit ei permitti ex dicto Concilio Provinciali, vel Metropolitanano, dummodo ab Episcopo Baronis penitentis pro idoneo sit approbatus, nec ipsi Episcopo vigore privilegii, de quo in cap. fin. de panit. & remiss. possunt sibi eligere Sacerdotem, sibi non subditum, qui a proprio Ordinario non fuerit adhuc ad formam hujus decreti admittus, seu approbatus ad Confessiones audiendas.

43 Advertendum hic in privatis etiam domibus dictum fuisse ex urgenti causa audiri posse Confessiones saecularium, etiam Sacerdotum veluti infirmorum, & senum, qui ob ingravescentem aetatem commode Eccl. adire non possunt. Et in hujusmodi casibus Constitutiones Synodales, & alia prohibiciones obligare non posse.

44 Non etiam abs re erit hoc in loco annotare illos, qui intra Dominicam Palmarum. & Dominicam in Albis Eucharistiam acceperunt a Fratribus Minoribus, a quibus ex ipsorum privilegiis, omni tempore, praeterquam in die Dominicæ Resurrectionis potest Eucharistia sumi, praepro, de quo in dict. cap. Omnis puriusque, non satisfecisse. Nec licere illis, qui ipse dictum tempus de manu Parochi Eucharistiam acceperunt, & sic praepro Ecclesiae satisfecerunt, vel habent intentionem, antequam labatur octava Paschatis de manu Parochi Eucharistiam in ipso die Dominicæ Resurrectionis de manu dictorum Religiosorum communicare.

CONSULTATIO XXXI.

De quibusdam nullitatibus, qua in Congregationibus, sive Capitulis Regularium, nonnunquam intercedunt.

1 Quotiescumque Congregatio facta est contra formam Sacrorum Canonum, statutorum, & consuetudinum Religionis, ac S. Concilii Trid. sess. 25. de regul. & monial. cap. 6. ipso jure est nulla, ut per Fagnan. in cap. quisquis de elect. n. 3. & Samuel. de elect. canon. tract. 1. contr. 7. concl. 1. n. 3. & concl. 3. nu. 7. habeturque expressè in d. cap. 6. S. Concilii per hæc verba: Si vero contra hujus decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit. Et in cap. quia propter de elect. his verbis: Alio electio facta non valeat, & firmat Rota decis. 574. num. 4. par. 4. tom. 3. recent.

2 Ut si fuerit dolosa est invalida Paris. consil. 27. n. 41. lib. 1. Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 70. num. 24. Passerin. de elect. tit. de coarct. elect. ex parte eligent. cap. 3. n. 51. & segg. & tit. de temp. elect. cap. 12. quest. 8. nu. 50. & 51. ac melius in tit. de loc. elect. cap. 12. quest. 5. & Fagnan. in dict. Quia propter num. 65.

3 Praecipue ex omissione alicujus suffragatoris, qui necessario vocandus erat, ut disponitur in d. cap. quia propter, ibi, praesentibus omnibus, qui debent, ubi Gloss. lit. B. ait, quia omnes, qui habent jus in electione, sunt vocandi, atque adeo etiam qui habet suffragium perpetuum.

4 Item si fuerit Congregatio facta, non transmissis prius litteris citatoris, non precedente visitatione Conventuum, non celebrata Missa Spiritus Sancti, non discussis meritis, & qualitatibus Patrum eligendorum, sine quibus necessariis requisitis actus redditur nullus, sicut de missa Spiritus Sancti, ac litteris citatoris decernit S. Conc. Trid. sess. 24. de reform. & habetur in c.

Cum terra 13. de elect. & cap. Cum inter 18. eodem tit. traditque Passer. tit. de quibusd. promit. ad elect. c. 15. num. 1. & segg. Quæ litteræ sunt necessariæ transmittendæ, ædum in Capitulis Provincialibus, sed etiam in Congregatione capitulari juxta dispositionem statutorum quarundam Religionum.

De visitatione autem Conventuum pro eorum necessitatibus, ac de discussione qualitatuum eligendorum, quod hæc omittens peccet contra fidelitatem, firmat Azor. par. 2. lib. 6. c. 15. q. 1. Panorm. in cap. bona de postul. Pralati, & in cap. scriptum de elect. Sigilum. de Bonon. de elect. dub. 35. num. 1. p. 1. Ragg. de regimin. Regular. par. 1. dub. 16. n. 1.

Pro nullitate quoque Congregationis habenda est ratio temporis, quo celebratur, si nempe quadragesimæ; quo tempore Regulares Concionibus, audiendis confessionibus, aliisque rebus spiritualibus incumbere debent, maxime nulla compellente necessitate; quandoquidem pro Capitulis, & Congregationibus faciendis tempus opportunum est inter Pascha Resurrectionis, & Pascha Pentecostes juxta plurimum Religionum statuta quæ non urgente necessitate, sunt omnino servanda ut in his terminis plenè firmat Passerin. loc. cit. tit. de temp. elect. cap. 13. q. 4.

Si in Congregatione eligantur in Superiores Regulares inquisiti, crimine accusati, damnati, qui tanquam incapaces dignitatum, non possunt ad illas eligi per text. in l. reus. ff. de maner. &c. Omnipotens de accus. ubi plenè Barbof. & tradunt Lavor. var. lucubr. tom. 1. tit. 4. c. 16. n. 103. Covar. lib. 1. var. c. 16. n. 11. & Ragg. loc. cit. par. 3. dub. 60. cap. 1. n. 2. Samuel. de elect. tr. 1. dub. 6. tit. de merit. ac idoneis. eligendor. n. 4. & 8. ubi plures alii recensentur, adeoque id cordi esse debet electoribus, ut si eligatur indignus ex peccato noto alia scientia, quam quæ habetur per Sac. Confessionem, nedum eligens mortaliter peccat saltem contra justitiam distributivam, ex latè congettis à Sam. de Canon. elect. tr. 2. contr. 7. concl. 1. n. 2. & segg. sed etiam incurrit incensuram suspensionis, ut clarè disponitur in c. cum in curia de elect. & elect. potest. §. fin. c. per inquisit. 26. eod. tit. ubi Gloss. v. se indignum. Lezana par. 1. summ. cap. 15. n. 15. Bonac. de censur. disp. 3. q. 4. part. 1. & cum, pluribus docet Passerin. tit. de elect. indign. cap. 29. q. 10. n. 84.

Ac præcipue si eligantur fratres laici de variis criminibus inquisiti in Priores, in Guardianos. Quod sanè absurdum censetur in omnibus Religionibus. Quod si aliquando ad hujusmodi dignitates admittatur aliquis frater laicus, is est moribus probatus exemplo S. Didacii. Nam Superiores Regulares debent esse professi, & quidem expressè, cum causam 27. cap. cum ad nostram 37. & c. cum in magistratum 94. de elect. fuisse Passerin. tit. de qualitat. eligend. c. 25. q. 30. n. 345. ubi ait electionem non professi esse ipso jure nullam, & refert S. Congregat. declarationem, in qua dicitur esse reservatam Summo Pontifici tantum facultatem laicos promovendi, & comprobat Rota coram Seraphino dec. 647. Maxime si hujusmodi laici adeo sint ignati, ut nesciant litteras. Quod multis relatis detestatur Passerin. eod. tit. de qualitat. c. 25. concl. 2. Sufficitque pro invaliditate electionis fuisse electos illos qui causam scandali in Populo, ac Religione sunt præbituri, etiamsi nullum alium pateant defectum, Seraph. dec. 516. n. 4. Rota coram Alexandro VIII. decis. 202. n. 16. coram Comitolo decis. 119. in fin. & omittis aliis coram Bevilacqua in Calaguritanana beneficii de Bilbao 18. Junii 1657. §. Nec Antonio, & tradit Samuel. de elect. tract. 1. contr. 1. concl. 5. n. 8. ac 9.

Ad hæc si electio non fuerit secreta, quemadmodum exercet præcipitur in S. Concilio Tridentino dist. cap. 6. sess. 25. de regular. & id d. cap. quia propter. de elect. Ideo, que non solum oritur nullitas electionis ad formam S. Concilii d. cap. 6. & d. cap. quia propter, sed etiam privantur suffragio eligentes, audientes, & tacentes publicationem, ut per Sam. loc. cit. ac Peyrin. tom. 3. c. 9. n. 34.

Ac

10 Ac denique si Pater Provincialis ante Congregationem non curaverit, ut necessario requiritur, legi solitas Constitutiones, speciatim illam Urbani VIII. quæ incipit, Sanctissimus Dominus noster. Ex quo sequitur nullitas actus, & imponitur ipso jure Superiori privatio officii, ac vocis activæ, & passivæ, & firmant Bardon. par. 1. resol. 26. num. 30. & par. 2. resol. 18. q. 25. nu. 62. aliique communiter.

CONSULTATIO XXII.

An & quatenus Regulares, qui novum Conventum in aliquo loco fundare cupiunt, appellare possint à decreto admissionis novorum articulozum, qui ab aliis Regularibus impugnantibus hujusmodi fundationem fuerint producti? Et quid agendum, si constituerit de irrationabili dissentio Regularium ad hanc fundationem? & quatenus erectio Monasterii Monialium sit confirmanda?

1 Jussè quidem possunt appellare, si articuli contineant Jædta proliis materias in Interrogatoriis à testibus Regularium, volentium fundare Conventum, evacuatis expressas, & sunt directè contrarii articulis, super quibus pro hac parte fuerunt examinati plures testes, & didicita testificata. Obstat enim dictæ admissioni certissima, & in praxi quotidiana observata conclusio, quod post didicita testificata, non est danda facultas probandi, ne quidem super iisdem articulis, nec super aliis directè contrariis, auth. qui semel, ibique Gloss. v. didicere, c. de probat. c. Fraternitatis, cap. intimavit. c. cum venisset de testib. & Clem. fin. eod. tit. ac prolixè Surd. cons. 176. n. 3. Greg. dec. 48. n. 2. & decis. 266. n. 1. par. 6. recent. & decis. 41. eod. n. par. 7. & latè in Romana dotis 28. Junii 1651. coram Corrado, & in Tullesni matrimonii 12. Jan. 1654. §. Urget enim coram Alberгато, in qua firmatur quod ad effectum, ut dicantur didicita testificata, non est necessaria solemnis publicatio, sed sufficit, quod pars habuerit facultatem percutandi depositiones Testium & in his præcisè terminis remissionem petitam pro impedienda fundacione Collegii Societatis Jesu, ex quo in partibus fuerant super eisdem materiis examinati plures testes, S. Rota denegavit in Paccenfi Collegii 1. Jul. 1639. coram Tarracoenfi.

2 Quod maxime procedit, ubi agitur inter Regulares, quorum causæ tractari debent simpliciter, ac de plano, solaque verita inspecta, ut monet Lezana in summ. q. regular. v. Judicium n. 19. In causis enim summariis eo minus admitti novam receptionem Testium post didicita priora testificata, probant congettis à Farinacio de testib. q. 75. num. 83.

3 Si igitur ex depositione Testium probetur, Civitatem, Oppidum, locum, in quo novus Conventus constitui desideratur esse opulentum, & Cives admodum propensos operibus misericordiae, & quampluribus Monasteriis Mendicantium, qui actu quaestuant, fuisse uberrimè provifum, nec reclamare, nisi unum, vel alterum Religiosorum Conventum quibus abundè subministrant omnia necessaria, ita ut præter eorum sustentationem ipsi, eleemosynam aliis erogant, ac erogant tempore charitatis annona, etiam pauperibus Conventibus, & proinde quod novi Regulares possint commodè ali, & manuteneri in nu. duodeno absque ullo aliorum Regularium præjudicio, rectè sequitur irrationabilem esse unius, vel alterius Conventus Regularium contradiccionem, & non immunem à suspicione emulationis, sique cessare rationem Constitutionis Clementis VIII. Gregorii XV. & Urbani VIII.

4 Ideo namque hi Summi Pontifices exposcunt in fundacione novi Conventus quod audiantur alii Regulares, ut causa cognita, possit Episcopus certior reddi, quod novi Religiosi absque aliorum detrimento valeant commodè sustentari, ut habetur in Constitutione Clementis, quam cæteræ confirmant, §. 1. his verbis: Nisi vo-

catis, & auditis aliorum in eisdem Civitatibus, ac locis existentium Conventuum Prioribus, seu Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causa servata servandis, cognita, constituerit in eisdem Civitatibus, & locis novos hujusmodi erigendos Conventus sine aliorum detrimento commodè sustentari posse. Et in specie quod si Episcop. cognoscat Regulares absque justa causa contradicere, valeat nihilominus concedere licentiam pro nova fundacione, advertit Lezana, v. Monasteria Regularium n. 7.

Quinimò non esse absolutè necessarium alios Regulares vocari, & audiri, sed posse aliudè Ordinarios certiores reddi de commoda sustentatione Religiosorum, qui fundare volunt nova Monasteria, declaravit S. Congreg. Concilii sub Gregorio Decimo quinto, & habetur in ejus constitutione 31. nam in §. 3. post relatam dispositionem Clementis, quod vocari, & audiri debeant alii Regulares, leguntur hæc verba: Vel aliàs Ordinariis locorum constituerit, Religiosis Monasterii, conventus, seu Domus Regularis sic erigende absque detrimento aliorum in nu. duodeno congruè, & commodè manuteneri, & ali posse. Dictio enim, vel, tanquam alternativa, cadit inter diversa, casusque disjungit, ex traditis à Gonzal. ad reg. 9. gloss. 48. n. 17. & gloss. 52. n. 3. idemque importat dictio, Aliàs, ut per Pur. decis. 170. in fin. lib. 3. in correct. & Barbof. dict. 9. n. 3. & in hac specie, quod per dicta verba tribuatur arbitrium Ordinariis vocandi, vel non vocandi Regulares, quando aliudè possunt esse certi de commoda sustentatione Regularium novi Conventus probat Cespedes de exempt. Regular. quoad Monasterior. decis. c. 1. dub. 4. ubi respondet Peyrino in addit. ad Constit. 3. aliàs 13. Urbani notab. 2. contrarium asserenti ea ratione, quod dum Constitutio Urbani confirmat omninò Constitutionem Clementis tollit arbitrium, quod Greg. Episc. tribuerat. Quæ responsio planè proba non est. Urbanus siquidem non solum confirmavit Constitutionem Clementis, sed etiam declarationem, sive decretum Congregationis jussu Gregorii editum, ex quo conceditur dictum arbitrium. Unde ratio Peyrini nullum fundamentum habet, falsoque credit Constitutionem Urbani solum confirmasse Constitutionem Clementis, non autem decretum Gregorii, ac ita respondendo Peyrino antea observaverat Lezana d. v. Monasteria num. 7.

Quod certum existimo, si posita commoda sustentatione Regularium urgeant etiam causæ, ob quas concedenda est licentia fundacionis novi Conventus, nimirum penuria Sacerdotum qui juvent animas in loco, & magnum augmentum Divini cultus. Quod testari debet Ordinarius, ac deponere testes, quemadmodum has circumstantias pro concedenda licentia novæ fundacionis post Vener. lib. 6. exam. cap. 10. num. 6. maxime advertit Cespedes loc. cit. cap. 1. dub. 1. n. 2.

Erectio verò Monasterii Monialium ab Episcopo facta videtur confirmanda, si concurrant omnia requisita, nempe constructio ad formam Monasterii cum Ecclesia exteriori, ac omnibus officinis necessariis, dos sufficiens, introductio Monialium, & auctoritas Ordinarii, can. quidam, & can. qui Religiosis feminis, loquens de Monialibus cum duob. segg. 18. q. 2. & Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. in fine de regul. & monial. traduntque Remig. Gonn. de immunit. Ecclesiast. ampliat. 3. prima reg. num. 7. tom. 13. tract. fol. 89. aliique.

Praecipue si Monasterium undique muris sit præcinctum, ex quo dici possit, jam adesse clausuram, dum est adeo clausum, ut ad illud pateat aditus tantum per unum ostium, Bart. in l. si quis fugitivus, §. apud Celsum, ff. de adit. edit. Sitque tandem ab Episc. benedictum, vel consecratum ad textum in auth. de Monac. §. 1. collat. 1.

Quæ sanè videntur sufficere, ut ejusmodi erectio confirmetur, licet tutius sit, quod fundaciones hujusmodi à Sede Apostolica confirmantur, ut tradit Rebuff. in pr. tit. de erect. in colleg. n. 1. Fusch. de visit. lib. 2. cap. 1. n. 6. Gambat. de offic. & potest. legat. à later. lib. 5. cap. 3. nu. 30.

nu. 30. *Gaz. de benefico. part. 12. cap. 5. n. 4.* ac ita ut si Episcopus recusetur Monasterium confirmari, poterit ad id compelli *cap. 1. de jurepatron. Abb. consil. 59. n. 2. Lambert. de jurepatr. p. 1. lib. 1. quest. 2. art. 16. Azor. instit. moral. tom. 2. lib. 9. cap. 3. quest. 10. præclare Ludovisi. dec. 240. num. 12.* Quia id magis est actus justitiæ, quam gratiæ, Ludovisi. *loc. cit.* & in fundatione Monasterii possunt Fundatores apponere conditiones sibi benevolas, etiam si essent contra jus, dummodo non sint impossibiles, vel turpes, Lambert. *loc. cit. quest. 9. art. 1. Milis in reperi. v. patronus*, ac Rota *decis. 443. n. 3. par. 3. divers.* & in Romana jurispatronatus 31. Maii 1613. coram Sacrato, & in Giennensi Cappellanæ 15. Maii 1628. coram Verospio, sæpèque alibi.

CONSULTATIO XXXIII.

Electio Prælatorum Regularium ad quemnam pertineat? An possint iterum, atque iterum immediatè post primam, secundam, ac plures alias electiones eligi an restringi possit à Cardinalibus eorum Protectores? Quid si allegetur Summi Pontificis viva vocis oraculum? Ubi de viva vocis oraculis aliqua, & que fides de hujusmodi oraculis Cardinalibus adhibenda? Temporarius ne, an perpetuus suspensus Prælati operabilior sit? Facultatum Cardinalium Protectorum Ordinum moderatio.

Electio hujusmodi pertinet liberè ad Religionem tam ex privilegiis Religionum, quam ex dispositione juris communis, ut in *can. Abbatem 1. 18. q. 2. & can. fin. 16. q. 7.* cum aliis in hac specie per Rotam adductis *decis. 65. n. 4. par. 1. recent.* Atque ita debet esse libera electio, ut si una tantum persona excludatur, non esset libera facultas eligendi, ut abundè firmat Rota *loc. cit. n. 6. ac 7. ubi etiam n. 8. ponderat quod de jure est eligendus ille, qui est magis idoneus.*

Ac proinde non videtur attendenda restrictio liberæ electionis approbata à Cardinali protectore. Quia positus privilegiis cum derogatoriis derogatoriis, alii que clausulis amplissimis ne Papa quidem censetur voluisse illis derogare, si de illis nulla penitus facta fuerit mentio, Paris. *consil. 1. num. 85. lib. 1. Rota decis. 128. num. 4. par. 2. recent. & decis. 464. num. 4. par. 1. divers.* ac Seraph. *decis. 1293. n. 3.*

Edque magis in Summo Pontifice esset necessaria specialis derogatio, quia privilegium liberæ electionis est clausum in corpore juris *d. can. Abbatem, & cap. fin. de consue.* Hoc enim in casu Pontifex non præsumitur voluisse illud tollere sine speciali derogatione, ut latè Gonzal. *de alternat. gloss. 36. num. 34. cum seqq.* ac Rota *decis. 767. n. 5. par. 2. recent.*

Et quia dispositio *d. can. Abbatem, & d. can. fin.* trahit originem à Concilio Toletano, atque adedè dicitur conciliaris, Rot. *decis. 123. num. 3. par. 1. divers.* Ex quo fit, quod illi non censetur derogatum sine expressa mentione, *cap. ex parte de appell. ac Rot. decis. 122. n. 1. & seqq. par. 1. divers.*

Præterea in hujusmodi novis constitutionibus est necessaria derogatio regulæ de jure quasito non tollendo, quia per eas inferitur præjudicium toti Religioni restringendo antiquam formam liberæ electionis, ut in terminis tradit Rota *dict. decis. 65. par. 1. recent.* Qua derogatione deficiente, ne Papa quidem censetur voluisse dictum jus auferre, ac Religioni præjudicare, ex juribus vulgò notis.

Ac propterea nullum potest fieri fundamentum in asserto vivæ vocis oraculo, dato Cardinali Protectori. Tùm quia illud non obstat, si non legatur in eo subscriptio ipsius Cardinalis ad formam Constitutionis Gregorii Decimi Quinti emanatæ sub die 11. Junii 1622. Et tùm quia superius allegata loquuntur in dispositione Summi Pontificis, quæ habetur pro subreptitia, & prorsus invalida defectu intentionis ob non factam mentionem

privilegiorum, quæ clauduntur in corpore juris, & quæ proveniunt à Concilio. Quod si hæc procedunt in ipso Pontifice, multò magis procedere debent in Cardinali, quamvis testaretur de vivæ vocis oraculo.

Accedit, quod admissio hujusmodi oraculo, illud non esset perpetuum, si solum indefinitè dicatur quod Prælati Regulares per triennium debeant vacare à quolibet officio, ita ut non possint confirmari, & idedè prima vice fuit consumptum juxta textum in *l. Boves, §. hoc sermone, ff. de verbor. obligat. Jo. Monach. in c. Cum expediat num. 6. de elect. in 6. Alexan. consil. 16. num. 4. vol. 4.*

Quod eo magis procedit, quia hujusmodi oraculum, ita intellectum, tollit absurda quæ possunt contingere. Nam hoc pacto tollitur potentia quorundam Regularium, qui nimis prævalent in Religione, & constituantur alii in dignitate, & officio, & ita status Regularis reducit ad aequalitatem, neque est necesse, quod perpetuò mutetur à tot seculis feliciter asservatus. Unde facienda est interpretatio, per quam privilegia antiqua ad concordiam cum hujusmodi oraculo reducantur, ita ut utraque dispositio salva maneat, Cravett. *consil. 144. nu. 14. Gabr. consil. 7. nu. 4. lib. 1.* Quod est generale in quacumque materia, & speciatim leges, & statuta antiqua, quoad fieri potest, cum recentioribus sunt concordanda, ut evitetur correctio, *l. fin. §. in computatione, Cod. de jur. delib. Roman. consil. 104. nu. 2. & consil. 197. n. 2.* Ac etiam in dubio facienda est interpretatio, ut privilegium non censetur revocatum, Anchar. *consil. 162. num. 3. Castr. consil. 258. lib. 1. Roman. consil. 237. nu. 1. ac Dec. consil. 371. num. 12. ac 18.*

Quæ quidem eo faciliùs procedunt, quod aliàs assertum oraculum esset invalidum, quia non fuit in eo facta mentio privilegiorum, nec præsumitur, quod Papa habuerit illorum notitiam, neque observantiæ diuturnæ, ad text. in *cap. 1. ubi Jo. Andr. Gemina. Franch. & alii de consir. in 6.*

Imò in hoc casu non essent sublata privilegia antiqua, nisi illorum facta esset mentio, & adedè derogatio saltem generalis cum clausula, non obstantibus, ut per Archidiacon. in *can. renovantes num. 6. dist. 2. Gemina. consil. 30. num. 3. & ad reddendum subreptitium oraculum, sufficit sola possessio colorata.* Quia Papa illam tollere non præsumitur, Abb. in *cap. Cum nostris n. 19. de concess. præbend. Soccin. jun. consil. 120. n. 6. lib. 3. Sarnen. in reg. de annal. quest. 10. num. 2. ac Felin. in cap. in nostra n. 35. de rescript.*

Si igitur nullibi constiterit Summum Pontificem scivisse, quod Religioni tam ex Apostolicis, quam propriis Constitutionibus, ac perpetua observantia competebar libera facultas reeligendi Prælatos, & Officiales ad eadem officia toties quoties illi videbatur expedire, inverisimile est, quod voluerit eis derogare, Archidiacon. in *cap. 1. n. 3. ac seqq. de consir. in 6.* Ubi ex eo, quod Summus Pontifex verisimiliter ignorat statuta, & consuetudines Ecclesiæ, vel loci particularis, infert inverisimile esse, quod voluerit aliquid contra illas statuere, vel indulgere vel ea revocare, ac tollere, stante ignorantia facti quod approbat Alexan. *consil. 122. nu. 10. vol. 4. Curr. sen. consil. 35. num. 32.* ita ut ne quidem sufficiant clausulæ motu proprio, ac de plenitudine potestatis. Quia non operantur in iis, de quibus præsumitur habere ignorantiam, Aym. de *Antiquis tempor. par. 1. §. Non omitto num. 42. ac consil. 126. nu. 3.* ad rem inquit, non posse dici, quod Princeps tacitè voluerit uti jurisdictione potestatis ad derogandum privilegio, quod est facti, de quo verisimiliter notitiam non habebat, cum etiam si expressè fuisset usus ea plenitudine, non etiam aliud quidquam operata fuisset in iis, quæ sunt facti, & in quibus cadit probabilis ignorantia, & *consil. 241. n. 10. cum aliis per Menoch. consil. 1. num. 426. vol. 1.*

Et multò magis hoc est dicendum, si possessio sit ita adedè

adedè antiqua & assidua, ut habeat fomentum à titulis Apostolicis. Nam sola possessio alicujus temporis considerabilis relevat, & suffragatur non solum si sit confirmis dispositioni juris, ut in hoc casu, sed etiam si sit contra jus, Franch. in *cap. ad decimas not. 8. de restit. spol. in 6. ac Rota decis. 53. numer. 7. part. 1. divers.*

Neque officeret, si aliquando fuerit servatum contrarium. Quia ultimi actus, tanquam turbativi, & dantes causam litæ, non sunt attendendi, Rot. *d. dec. 61. num. 13.* Et quia uti facti contra privilegia Pontificia, non probata scientia Papæ, non debent esse in aliqua consideratione, nec privilegia possunt tolli per contrarium usum, Cavaler. *decis. 77. num. 3. & decis. 111. n. 1. & decis. 423. num. 4.* ne aliàs sit in potestate subditorum eludere Pontificias Constitutiones.

Præsertim verò si Religio sit in quasi possessione, quæ in incorporalibus unico actu acquiritur, Dec. *consil. 125. num. 3. Verall. par. 2. decis. 337. num. 6. & in rec. dec. 633. n. 1. part. 2. eligendi, elapso triennio pro alio triennio subsequenti eandem personam in Prælatum, nedum semel sed pluries tam ante, quam post assertum oraculum.*

Effectus autem hujus quasi possessionis est, ut sic electus à Religione, existente in dicta quasi possessione eligendi ritè, rectèque electus dicatur, ac verum, justumque titulum assequatur, etiam si postea appareat defectus tituli, sive ritè eligendi in posteriori contra Religionem, *cap. Consultationibus de jurepatron. Zabarell. consil. 69. num. 4. Dec. consil. 129. num. 4. Ripa in cap. Cum Ecclesia Surrina num. 30. de caus. possess. & propriat. Rota decis. 167. num. 7. & seqq. part. 2. recent. ac Seraph. decis. 875. num. 5.*

Hinc non obstatè dictum assertum oraculum quod præcipitur, ut Prælati vacare debeant ab omni officio per triennium. Quoniam ob non factam mentionem quasi possessionis, & antiquæ consuetudinis, ac libertatis, etiam à pluribus Pontificibus confirmatæ, iterum eligendi Prælatos pro pluribus trienniis continuis, non sunt sublata jura Religionis, & assertum oraculum tanquam subreptitium corruit, *cap. veniens, ibique Gloss. v. nullum de præscript. Seraph. dec. 1293. num. 3. & seqq.*

Ita quidem ut non obstatè, si aliqua Constitutiones Religionis non loquantur in specie de aliquo Prælato. Quia non solum constituitur fundamentum in Constitutionibus, sed in quasi possessione, usu ac libertate eligendi. Licet enim in Constitutionibus non fiat mentio specialis de aliquo Prælato, cujus officium forsitan postea fuit institutum, nihilominus privilegia Apostolica intelliguntur de omnibus officiis, tunc existentibus, & futuris, ut copiosè firmat Rota post plurimos, quos allegat *decis. 17. num. 8. part. 2. divers.*

Juncta præsertim observantia antiquissima privilegiorum in specie respectu illius Prælati, cujus nulla fit mentio in Constitutionibus, quæ deservit pro interpretatione, quatenus res esset dubia, Rota *decis. 256. num. 5. & 6. part. 2. divers.*

Idque præcipuè, quia ex d. Constitutione Gregorii XV. oracula sublata sunt, nisi sint subscripta. Quod est intelligendum de subscriptione speciali, cum ubi lex requirit subscriptionem, ut actus subsistat, intelligatur de particulari, nec sufficiat generalis, *l. 1. §. Testamento, & Clarius l. Divus §. Planè, ubi Bartol. in §. Item Senatus num. 3. & seqq. ad l. Cornel. de fals. Alexand. consil. 149. nu. 6. lib. 2. Clar. in §. Testum qu. 14. n. 4. cum aliis adductis à Gabr. de præsumpt. conclus. 3. n. 5. Maximè quando subscriptio deservire debet pro autoritate, sive pro authorizanda scriptura, & non tendit ad præjudicium subscribentis, sed tertii, ut tradunt Caltr. *consil. 209. part. 2. & Gabr. loc. cit. nu. 4.**

Minus obstatè, quod revocatio oraculorum Gregorii excipit ea, in quibus oracula jam suum sortita sunt effectum. Quia non impugnantur electiones factæ

ante dictam revocationem, quæ effectum sortita sunt, sed postea factæ, non obstante asserto oraculo, quod sublatum censetur per posteriores Constitutiones Religionis à Summo Pontifice in manibus protectoris benedictas, cum benedictio supponat examen, & confirmationem rei benedictæ, & adimat oppositiones, benedictionem impediens, *cap. meminimus, ubi Joan. Andr. num. 4. Anchar. nu. item 4. Abb. num. 2. Felin. n. etiam 2. de accusat. & cap. Indemnitatibus §. Sanè de elect. & elect. potest. in 6.*

Potissimum verò si in facultatibus, ac privilegiis Religionis contineatur facultas faciendi Constitutiones, & quod postquam factæ sunt autoritate Apostolica valeant. Quæ in hoc casu eo magis quoad electionem Prælatorum validæ esse debent, quo per illas Religio ponitur in libera facultate eligendi, & ab ea tollitur præjudicium restrictionis electionis, quæ restrictio efficere quandoque poterit, ut magis idoneus, magisque expertus in officiis non possit eligi, ut in similibus terminis electionis Regularium latè fuit deductum ac resolutum in Vallisoleana præminentiarum *decis. 65. part. 1. recent.*

Possessio verò Religionis controverti non poterit, si præter possessionem continuam à vetustissimis temporibus observatam, adit possessio specialis post assertum oraculum, ipso Cardinali Protectore adhuc subsistente. Ex hoc enim præsumitur Legislatorem noluisse Religionem illo obligare, nisi ab illa obligaretur, ut pulchrè animadvertit Salas *de legib. dispur. 16. sect. 1. nu. 6.* Quæ quidem sola possessio sufficeret. Quia possessio eligendi acquiritur unico actu, Ripa in *d. cap. Cum Ecclesia Surrina nu. 6. & 55. Ferrer. consil. 132. num. 11. ac Rota divers. decis. 17. num. 1. & 20. decis. 435. num. 1. part. 2. recent.*

Unde locus est conclusioni relatæ à Felino in *cap. 13. i. num. 6. de reg. & pace*, quod scilicet lex nova non acquirit vires, quando sciente, & non contradicente conditore, sunt actus contra illius dispositionem, quia non dicitur moribus utentium recepta, & superior videtur acquiescere inobservantiæ. Indeque infert cum Baldo in *auth. omnes Peregrini n. 7. Cod. de commun. quod si fuerit facta quædam reformatio contraria statuto, quod tamen ante, & post fuit observatum, statutum prævalet.* Quia reformatio fuit more utentium approbata, nec dicitur interruptum, quod semper viguit. Pari ergo ratione in hoc casu debent prævalere Constitutiones antiquæ permittentes reelectionem, non obstante dicta declaratione, quæ non fuit usu recepta, maximè propter ejus duritiem, & repugnantiam cum primævis institutis, & consuetudine.

Cùmque non agatur principaliter de validitate privilegiorum, & an sint revocata per assertum oraculum, sed agatur incidenter ad effectum validitatis electionis, hæc sola quasi possessio absque alia discussione suffragatur, non solum ad effectum postulatorii, sed etiam petitorii, juxta textum in *d. cap. Consultationibus, ibique Panorm. alique communiter de jurepatron. & in cap. quarelam de elect. traduntque Calder. consil. 25. de præb. ac Rota decis. 134. num. 18. par. 2. divers.*

Relectioni igitur Prælatorum, in primæva origine Religionis permixta in ejus Constitutionibus à Summis Pontificibus, ac pluries reipsa observatæ non videtur obstatè assertum oraculum, novis constitutionibus insertum, confirmatis à Cardinale Protectore, quæ ex ordinaria illius facultate non possunt sustineri, cum lex Superioris per inferiorem tolli nequeat, *Cl. m. ne Romani in princip. de elect. ubi Gloss. v. inferiorem, notat hoc maximè procedere, quando inferior ab illo Superiore accepit potestatem, sicque Protector, qui omnem potestatem acceperat à Papa non poterat per se tollere legem, à Sede Apostolica prius conditam super facultate reeligendi in litteris Apostolicis contenta.* Quæ ratione Navarr. *consil. 3. n. 5. de elect. ne Pa. Generalitè*

Generalem quidem cum majori parte sui Ordinis posse collere modum eligendi, quem habet conformem jure communi absque facultate expressa in id à Summo Pont. facta. Quia nulli inferiori licet edere legem contrariam juri communi, *cap. quod super his de majorit. & obed. cum similibus. Quod reperit Salas de legib. disp. 8. sect. 12. num. 56. ubi etiam num. seqq. ex Gersono & aliis firmat Prælatos Religionis non posse legem ferre, nec aliquid præcipere, præter regulam, sive Institutum, primamve Constitutionem.*

26 Nec quidem sustineri potest ex eo, quod asseratur, id emanasse jussu Pontificis eidem protectori dato ejus vivæ vocis oraculo. Nam præter dicta responderetur primò, illud non constare secundum formam præscriptam à Gregorio Decimoquinto, nec propterea quoad illius fidem, standum esse simpliciter assertioni non docto de ipso oraculo subscripto, & confirmato manu propria ejusdem Cardinalis Protectoris, ut pro forma cavetur à Gregorio in sua Constitutione. Quicquid enim ibi exprimitur aliter, quam prius esset à jure communi dispositum, dicitur de forma Felin. in *cap. Cum dilecta num. 34. de rescript. Anchar. consil. 245. nu. 11. Dec. consil. 262. n. 4. & consil. 234. num. 1. & consil. 451. num. 7. & consil. 331. num. 1. & consil. 332. num. 3. Becc. consil. 62. num. 43. lib. 1. Letter. de re benef. lib. 2. quest. 38. num. 45. Quæ forma est præcisè, & ad unguem servanda, Bald. in l. 1. nu. 1. ff. de Liber. & posth. Alexan. consil. 42. num. 16. vol. 3. Jal. consil. 97. num. 14. lib. 4. aded ut cessante forma permissiva, immediatè succedat destructiva, & consequenter actus ipso jure efficitur nullus, ut post Bald. notat Jal. per Textum *leg. Prætor. ait. §. Sive autem num. 2. & 3. ff. de oper. nov. nunc. Mantio. decis. 286. num. 3. & 4.**

27 Nec forma prædicta videtur impleta ex subscriptione Cardinalis Protectoris in fine Constitutionum. Quia Constitutio Gregorii dum loquitur de oraculis firmatis manu Cardinalium, intelligit de subscriptione ejusdem oraculi, ita ut præcedat tenor illius, & immediatè sequatur subscriptio Cardinalis, asserentis illud sibi datum fuisse, & ex illa firmetur, nec reddatur dubia fides ipsius oraculi. Unde hæc forma non videtur impleta ex sola enunciativa compilatoris Constitutionum, & generali subscriptione Cardinalis, qui præcedentes Constitutiones solum confirmavit, & approbavit in genere, nulla prorsus facta mentione asserenti oraculi, ad tradita per Angel. *consil. 400. num. 2. & 5. ubi ex eo, quod subscriptio potest fieri ad multos effectus, & realis in signum confirmationis, per Textum in leg. Si quis per calumniam, ff. de Episcop. & Cleric. infert num. 5. non sufficere generalem, sed requiri specificam, ut nulli ambiguitati sit supposita, maximè quando lex, ut in hoc casu, requirit pro validitate scripturæ, quod constat de consensu subscribentis, tunc enim exigitur subscriptio specialis, nec sufficit generalis, ut declarant jura adducta per Bart. in l. Divus §. Item Senatus, ff. ad leg. Cornel. de falsi. inquit Alexand. *consil. 147. num. 6. vol. 2.**

28 Cessatque omnis difficultas, quia dum pro forma validitatis oraculi statuitur in dicta Constitutione Gregorii, ut illud firmetur manu Cardinalis, asserentis, illud sibi datum fuisse, utique nil actum censetur per generalem subscriptionem statutorum, in quibus simpliciter enunciatur. Quoniam ubi forma est inducta, nihil dicitur actum, si aliquid vel minimum deficiat, *cap. 1. de baptis. & tradit. Bald. in l. 2. num. 64. Cod. de servit. & aqua.*

29 Deindè quia, ne Cardinali quidem creditur, asserenti vivæ vocis oraculum sibi datum in requiritibus specialium facultatem, qualis profectò est prohibitio relectionis perpetuè observatæ, & concessæ tam ex regula, quam ex Constitutionibus Apostolicis, quod ut dixi, à Prælatibus Religionis fieri nequit sine expressa facultate

Summi Pontificis, ut communiter tradunt Doctores relati à Felino in *cap. quod super nu. 9. de fid. instrum. Gabr. vii. de probation. conclus. 3. num. 10. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 17. num. 18. Idèdque Roma decis. 35. num. 1. de probat. in antiq. ait, non credi Cardinali, nisi circa suam jurisdictionem, non autem circa alia, & Seraph. decis. 143. num. 11. declaravit, non credi Cardinali asserenti de facultatibus suis in iis, quæ neque de jure communi, neque ex generali officio sibi competunt.*

Prout neque illi creditur in iis, quæ directè concernunt præjudicium Tertii, Angel. *consil. 132. nu. 1. Felin. in cap. Cum in jure num. 6. de offic. de legat. Gozzadin. consil. 41. num. 15. Gabr. dict. concl. 3. num. 9. & 16. Caesar. de Grass. decis. 2. num. 14. de præbend. Non enim potest inficiari, quin asserita declaratio sit præjudicialis tam iis, qui primum triennium in officio exegerunt, quam ipsi Religioni, nedum quia privatæ facultate reeligendi eos, qui triennio præcedenti in suis officiis non propriæ, sed communi totius Religionis utilitati, ac commodo vacarunt, verum etiam quia frequens mutatio Prælatorum illi perniciose est ex multis, quæ ponderant Navar. in *cap. multam num. 318. quest. 2. & in com. 3. de regular. n. 3. ac per tot. Cordub. in exposit. regul. frat. minor. quest. 3. introduct. §. Sicut, ac Suarez tom. 4. de religion. lib. 2. cap. 7. Castellin. de elect. canon. cap. 20. proposit. 5. n. 8. & seqq.**

Potest temporarium aliqui mallent supremum Religionis Præsidentem, quippè modestum imperatorem. Quod si inferiores Prælati intolerabiles essent, nisi mutabiles quomodo supremus, idemque immutabilis toleretur?

Alii verò, quibus ad stipulor, aiunt, re generatim inspecta, & secreta à peculiaribus circumstantiis, quæ moralibus axiomatis multam semper exceptionem aspergunt à Republica esse, ut Supremi Præsides perpetui sint.

Multa sunt, quæ id persuadent. Primum quia ejusmodi jurisdictione eo bono instituta est, ut gubernator, dum subditis consulit, negotiorum suum agat, eaque charitate illos complectatur, qua cuncti nostra diligimus. Atque in hoc versatur discrimen illud celebre observatum à Christo Pastorem inter ac mercenarium, quod ad hunc, cujus non sunt oves propriæ, non pertinet de ovibus. Ex quo nascitur præceptum divinum Episcopis injunctum manendi in sua Diocesi, nec eam credendi Vicariis, quippè mercenariis non pastoribus, atque aded incuriosius curantibus. At nemo, ut suum agnoscat, ac diligit, quod citò deponere cogitur. Commodatum hoc est, non dominium, conductoris, non hereditarium.

Alterum est, quia ubi Rector se in ordinem redigendum prænoscat, privatam ac publicum bonum inter noscit, illud perpetuè retinendum, hoc brevi relinquendum. Non ergo semper eadem sibi, ac Republicæ utilia judicabit, quo discrimine nihil subditorum incommoditati nocentius, perindè ac humano commercio nil deterius evenisse Tullius queritur, quam quod homines honestatem ab utilitate distinxerint. Et verò tanti hoc fuit plerisque Populis, ut hæc præcipuè de causa successionem, quam electionem in suis Principibus malint; præoptantes Regem qualem fors obtulerit, adedque non ratò, vel ingenio tardum, vel moribus pravum, dummodò eodem loco habeat, rem suam, & publicam, quam optimum, qualem electio tribueret, sed privata in suis posteris à publico Regni bono discernentem.

Hæc eadem causa impulit nationes illas, quæ Principem non à progenie accipiunt, sed suffragiis, ut consueverint nihilominus duo servare Alterum, ut is legatur qui multo plus ab ea electione accipiat, quam aliunde possideat. Alterum, ut hic ex frequentissimis præteritarum electionum exemplis spes principatus posteris augetur, si eum cum laude administraverit. Hæc enim duo

duo efficiunt, ut principatum ipsum consideret, ceterum privatam bonum, & id præcipuum, quod in posteris transcribere sibi liceat, si non hæreditate, ac jure certè merito, ac re.

36 In sacris verò donationibus, ubi hæc consuetudo sufficiens consanguineos non decet, curam illam posterorum plurimum cœlibatus remittit. Quis enim neget segnius irritari mortales fraternæ, quam propriæ sobolis charitate?

37 At in religiosis familiis satis cavetur distinctio privati ac publici boni, si Præses ad vitam creetur. Nec enim ille consanguineos habere solet hujusmodi, qui sint ejus Reip. membra, & quorum bono in totam progeniem duraturum consulere possit per publica detrimenta.

38 Accedit tertia ratio. Præses enim dominaturus ad vitam, hoc est quàm diutissimè per humanam curam obtineri potest, absolvit Religionem à frequenti sollicitudine, ac diffensione, hoc est à non separabilibus Comitiarum malis, quorum vitatio altera fuit causa, cur tot nationes rem maximam, hoc est imperium, potius fortunæ in progenie, quàm consilio in electione commiserint. Nullum enim monstrum, plurimum periculorum ferax, quàm tot simul capita, præsertim sine capite. Nimis timendum, ne frequenter coacti, qui in legem dominantur, aliquando legem evertant, seu ad ostendendam potentiam, quæ privatis, quo rarior, eo jucundior; seu ex domesticis similitudinibus, seu veterum fastidio, & novitatis illecebra, quæ sæpè facit, ut mortales pro iisdem sumant alia, & meliora. His de causis, Concilia generalia, quæ tamen nunquam sine capite, non nisi tantquam potentiora pharmaca sunt adhibenda, hoc est, tantquam gravium morborum remedia. Neque illorum frequentiam amant, nisi qui Cath. Ecclesiæ bonum, vel non dignoscunt, vel non amant. Idèd etiam prudenter cautum est, ne Summi Pontificis Electores possint quidquam de Pontificis legibus inducere, vel immutare, sed unam habeant substituendi Principem, atque interim curandi populorum potestatem.

39 Adjungitur quarta ratio pro ejusmodi Rectorum stabilitate, quia ingeniorum varietas, & aliena reprehendendi libido solet efficere, ut quæ dubio exitu decessor inchoavit, præcedantur à successore. Et tamen multa sunt opera, ac præsertim difficilia, qualia semper magna, quæ longam curam efflagitant, quando per ipsam diuturnæ elaborationis necessitatem Aristoteles difficile definit. Si ergo Summi Præsides temporarii fuerint, pauci magna aggredientur, pauciores conficiant.

40 Nec Superioribus rationibus levior quinta est. Scilicet imperium, si breve nec reverentiam, nec metum habet, quando subditi Rectorem aspiciunt, non tam ut in præsentia majorem, quàm ut mox æqualem, & eorum aliquis, ut fortasse subiectum. Idèd Deus summè reverendus, quia Regni ejus non erit finis.

41 At inquit ab amore meliùs, quàm à timore Religioso Antistiti reverentia paratur. Fateor, amorem querendum Principi, ut magnum, quamvis incruentum, regnandi telum. Fateor, subditos honestius amore, quàm timore commoveri, quo magis assimilent celestem Rempubl. ex qua regnatix charitas timorem, quasi mancipium, exturbat. Qui tamen timorem ab humana dominatione conjunctum vellent, si propriè, ac præse loquantur, vim jurisdictionis ignorant. Amor enim & amice, & minori communis est, jus timorem inferendi, id unum est, quo Præses privatos excellit. Præmia ipsa, ut Divus Thomas admonuit, à privato rependi possunt, pœnæ hoc est justum malum, justique timoris irritamentum, Præsides ærarium, & legiones sunt. Si punitionis timorem tollis, Principatum tollis, ni antea peccandi potestatem abstuleris. Illud in Tertio evenit, hoc in Cælo.

42 Non igitur quæsitio esse potest, utrum solo amore constante, ac timore prorsus amoto, Regnum constet, sed an Principi, ut tunc regnet solus timor querendus

fit, amore neglecto, quod aliqui non inhumanius, quàm falsius asseruere: an potius amor timori necedendus, quod fœdere nil validius ad munimentum Principatus. Ceterum conferre jurisdictionem nil aliud est, quàm conferre potentiam justè cogendi, ac plebendi, ac proinde de quam intentare mortalibus aculeum timoris.

His rationibus demonstrasse ita arbitrantur, Rectoribus qui subditos verè suos regunt, utilius perpetuam, quàm temporariam jurisdictionem impertiri.

Inquunt è diverso in Præsides, qui subditos non suos, sed sibi creditos moderantur, ejusmodi rationes non convenire, imò adversas, adedque illis expeditè temporarias.

Non quidem in eos convenit prima ratio, hoc est, ut aspiciant imperium, & subditos, tanquam sua, non tantquam commodata; item neque altera, hoc est ut publicum bonum à privato nihil distinguant. Neutra enim his Rectoribus quadrare potest, ut patet ex ipsa rerum definitione, qua dicuntur alienos gubernare, non suos. Non tertia de vitandis discordiis, ac periculis imminentiibus ex acephalo multorum conventu. Quandoquidem Rectores hi sine turbis creati possunt ab ipso superiore Præsidi, vel si à subditis eliguntur, non eliguntur à cœru præpotenti, & amplissima jurisdictionis, sicut supremi.

Non quarta quæ spectat ad perficienda incepta grandia, & diuturni operis indigna. Quoniam principis causa est tanquam archirecti præstituræ finem, atque in eum inferiores causas, quasi fabros dirigere. Quamvis ergo alii aliis temporibus subeant administri ejusdem dominatoris, idem tamen est omnium scopus, quem dominator præsignavit, quemadmodum alia, & alia jacula eodem tendunt, si ab eodem jaculatore in idem signum evibrentur.

Denique non quin de metu, ac reverentia languet, cente prope occasum Magistratus. Nam Rectoribus absentem dominum repræsentantibus, hunc veremur, hunc timemus, quem Rectoris honor colit, vel despectus contemnit. Quocirca si quis Vicarium Præsidentem violat, læsæ Majestatis in Principem reus est, non ita qui Dynastiam Principis beneficiarum violat. Licet enim uterque potestatem habeat à Principe, non tamen hic, sicut ille personam Principis gerit. Donec ergo illam gerit, verendus manet, quamvis eam brevè posturus; sicut nemo auderet vestem Regis contaminare, licet eam in horas à Rege extendam prænosset. Quod si tamen aliquid reverentiæ decedit Præsidi decessuro, satis est, hæc si manserit illibata in Principem, cui arbitrarium est eam opportunè cæteris Magistratibus distribuere. Nec enim animal periclitatur frigiditibus manibus, pedibusve, si vitalis calor incolumis perseveret in corde.

Addunt, multas esse causas, quæ nominatim suadeant regiminis brevitatem præscribendam Rectori, aliena moderanti.

Prima est, quod cum hic nequeat subditos intueri, tanquam aliquid proprium, expedit, ut omnes contuetur, tanquam alienos, & omnibus æquus amoris, atque odii causas procul habeat. Id verò fieri nequit, si longior mora, & consuetudo familiaritatis conglutinet, offensiones excitet. Expedit ergo, ejusmodi Magistratum tempus, nec aded correptum, ut ante desinant regere, quàm dignoscere incipiant, nec aded productum, ut seorsim Rectoris animus, vel re, vel quod in civilibus perinde est, suspicione peculiare proclivitates contraxerit, idque subditis grave sit, tanquam diutius duraturum.

Ad stipulatur ratio altera. Nam qui alienos curat, alteri servit, ac proinde, ut ritè serviat, calcet, ac frangit sentiat oportet, spem, & metum. Nec tantum metuere debet pro gravioribus noxis gravia supplicia. Levia sunt, quorum vitiatione præstantia regiminis continetur. Timeat ergo Rector necesse est, etiam pro

negligentis; ac prætermissionibus leviusculam poenam, hoc est vel indecoram vocationem, vel ad inferiora munera depressionem. Contra verò meliora speret, si laudabiliter creditam provinciam obierit. Hæc potest incommodè fieri, si magistratus illi suapte natura perpetui sint, non commutabiles. Moderatio autem facultatum Eminentissimorum Cardinalium Protectorum Ordinum Regularium hæc est.

Sanctissimi Domini Nostri Domini.

INNOCENTII PAPÆ XII.

Constitutio Moderatoria Facultatum Protectorum Ordinum Regularium.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Christi fidelium, qui spretis sæculi hujus illecebris sub suavi Religionis jugo Divini Numinis sese manciparunt obsequiis, salubriori regimini, & felicitibus in Domino progressibus, quantum Nobis ab Alto conceditur, prospicere satagentes, inter multiplices curas quibus occurrantur rerum, negotiorumque varietatibus obsequemur, ad illam quoque nostræ considerationis aciem dirigimus, per quam hujusmodi Religiosorum Ordines S. R. E. Cardinalium protectioni commissi, ita ejusdem protectionis persolvantur subsidio, ut claustralis disciplinae vigor illibatus permaneat, Institutique observantia facta recta servetur, ac propterea, quæ curæ hujusmodi Protectorum, & quæ censuræ Superiorum regularium respectivè, & magis aptè conveniunt, congrua distinctione ordinentur, seu potius, quæ respectu alicujus Ordinis, per Rom. Pontifices Prædecessores nostros providè desuper ordinata noscuntur, quoad illum confirmationis nostræ maxime constabulantur, & quoad eundem, & alios Ordines præfatis Protectoribus sive similiter, sive dissimiliter commendatis pro una, eademque regula, ad limites tamen præsentium, pariformiter constituantur.

Sanè licet S. Franciscus de Assisio in ejus Regula, per Sedem Apostolicam confirmata, hæc verbis præceperit: Per obedientiam ad hoc injungo Ministris, ut petant à Domino Papa unum de S. Rom. Ecclesie Cardinalibus, qui sit Governator, protector, & corrector istius Fratemitatis, ut semper subditi, & subiecti pedibus ejusdem S. R. E. stabiles in Fide Catholica paupertatem, & humilitatem, & sanctum Evangelium Domini Nostri Jesu Christi, quod firmiter promissimus, observemus; Nihilominus nonnulli Romani Pontifices Prædecessores nostri Protectoris hujusmodi facultates declarandas, sineque, quibus illæ concludi deberent, præscribendos esse, in Domino existimant, suisque desuper editis literis decreverunt.

Cum enim aliqui eorundem Protectorum suam potestatem nimiam extendisse dicerentur in pluribus, ex quibus in Ordine Minorum graves perturbationes, & scandala fuissent exorta, fel. rec. Gregorius Papa XI. Prædecessor Noster suis 6. Kal. Junii Pontificatus sui anno tertio expeditis literis, ut idem Ordo in sua primæva quiete permaneret, de virtute in virtutem iret assidue, & quibuslibet amotis præpedimentis, eradicarique spinis, & tribulis, fructum non solum confuerum, sed etiam uberiores afferret, ad radicalem submersionem turbationum, & scandalorum ejusmodi jam exortorum, & ne oriantur in posterum, providere, ac ejusdem Ordinis pro tempore existentibus Protectoribus transgressionis suæ potestatis occasionem tollere efficaci remedio cupiens: Auctoritate Apostolica eidem Protectoribus districtius inhibuit, ne præsumerent quæcumque ordinata, statuta, sive disposita, aut ordinanda, statuenda, seu disponenda per generalia, vel

provincialia, aut Custodialia Capitula infringere, reprobare, corrigere, suspendere, aut dispensare super ipsis, seu contra ea, vel eorum aliquid quomodolibet immutare, nisi contra præmissos articulos in præfata regula, ut præfatur positos, vel aliquem ipsorum existeret manifestè.

Aut quemcumque Prælatum, seu officialem dicti Ordinis, seu alicujus loci ejusdem quocumque nomine nuncuparetur, ponere, seu instituere; aut deponere, destituere, seu privare, aut à suo officio suspendere, seu impedire super ejus libero exercitio quovismodo.

Aut aliquem Fratrem Ordinis antedicti ad lectoratum, aut quamcumque lecturam, seu studium, vel gradum promovere, aut promotos ab eis removere, seu etiam revocare.

Aut de loco ad locum mittere, aut mutare, sive alicui Fratrum eorundem eundi ad quodcumque Monasterium, vel locum alium, vel domum, vel aliquam personam, licentiam impartiri.

Et ne insuper quamvis singularem Fratrem memorati Ordinis de quocumque crimine, vel delicto punire, vel à pœna, seu pœnitentia liberare, aut eam minuere, augere, vel immutare.

Aut etiam alicui Fratri locum, cameram, cellam, libros vel alias res d. Ord. concedere, vel ejus usui deputare.

Aut quemcumque per Prælatos ejusdem Ordinis, aut alios deputatum quomodolibet amovere.

Nec etiam de rebus aut correctione Fratrum dicti Ordinis, nisi in casibus præmissis contentis in præfata regula, seu eorum aliquo se aliquatenus intromittere quovismodo, ita ut dictus Ordo, seu Fratres ejusdem Ordinis in nullo subessent futuris Protectoribus, nisi in casu, in quo ipsorum Fratrum Communitas, vel generale Capitulum (quod abesset) à prædictis articulis, vel eorum aliquo deviasent, alioquin si secus fecissent, id decrevit irritum, & inane.

Et nihilominus Fratres, qui contra ejusmodi inhibitionem quidquam impetrassent, seu post inhibitionem ejusmodi usi fuissent etiam per alios impetratis, punirentur illis pœnis, quibus fuissent pro gravibus culpis secundum statuta dicti Ordinis puniendi, & nihilominus essent actibus privati legitimis, & à suis, si quæ habuissent, suspensi officii ipso facto.

Ceterum memoratus Greg. Prædecessor eosd. futuros Protector. hortatus fuit attentius, quod per facti efficaciam sic nominis sui officii procurarent effectum, ut Ordo ipse per eos non læderetur in aliquo, sed potius ab adversis, pro tempore forsitan imminentiis, suo opportuno defensionis clypeo protegeretur, & à noxiis præservaretur: sic acturi providè, & æquitatis, ac modestiæ limites servaturi, ut non traheretur ad noxam, quod provisum fuerat, ad salutem, sed ex charitativis gestis eorum Ordo præfatus quietem, & consolationem perciperet, & ipsi Protectores magnum apud Deum præmium sortirentur, & super contrario non oporteret dictæ Sedis providentiam aliud remedium adhibere.

Successivè fel. mem. Sixtus Papa IV. etiam Prædecessor noster, qui cum sibi in minoribus constituto memorati Ordinis generalis cura, & administratio incubuisset, saluberrimum, opportunum, & necessarium d. Ordini fuisse conspexerat, ut Protectores ultra præfixum, ab ejusdem Ordinis regula, auctoritatem non extenderent, nam expertus fuerat, & viderat, quanta pax, quies, utilitas, quantaque commoda præfato Ordini, & Fratribus ejusdem ex firma, & inconcussa præfatarum literarum dicti Gregorii pariter Prædecessoris observantia provenerant, quæ, & quantæ perturbationes, jacturæ, incommoda, damna, & gravia scandala in dicto Ordine suscitata fuerant, quoties illius Protectores suæ auctoritatis limites excedere attentantes, in particularibus d. Ordinis, & Fratrum ejusd. causis, & negotiis se intromittere, & usurpato sibi auctoritate ea videre, cognoscere, judicare, & decernere voluerant:

Cupiens

Cupiens ut Religio, & ordo præfatus quem affectuosissima charitate complectebatur, ut potè quia in eo à teneris annis enutritus, & doctrina, ac regularibus disciplinis, & moribus institutus fuerat, quieto consistens statu, virtutibus, & meritis augetur, & multiplicaretur, ut Fidei Catholica, & Christianæ Reip. augmentum, & multiplex, ac solidum fundamentum ex ejusd. Ordinis Fratrum operibus, & exemplis sapientia, & splendore, ac fructuosis studiis, & prædicationibus provenirent, promptissimo, & liberali animo ut dignum censuit, & debitum, ut ea, quæ pro ipsius Ordinis quiete, pace, tranquillitate, & prosperitate à Rom. Pontificibus Prædecessoribus providè statuta, & ordinata fuerant, illibata perdurarent, suæ approbationis munimine solidavit, interpretatus fuit, & declaravit, prout ipsius Ordinis tranquillitati conspexit salubriter expedire.

Præmissa igitur dictarum memorati Gregorii Prædecessoris literarum inferione, ac prævia hujusmodi narrativa, idem Sixtus Prædecessor, ut de cætero ipsius Ordinis professoribus omnis evagandi extra Religionem occasio tolleretur, & vera suis Prælati obedientia, in qua Religionis verum, & solidum firmamentum, & robur consistit, exhiberetur, præfateque Ordinis, & Fratrum ejusdem negotia, & causæ non alibi, neque per alios, quàm in ipso Ordine; & per ipsius Prælatos tractarentur, agerentur, judicarentur, & determinarentur, tunc existentis Generalis dicti Ordinis Ministri, & totius generalis Capituli in hac parte supplicationibus inclinatus, inhibitionem, & literas præfatas memorati Gregorii Prædecessoris auctoritate Apostolica suarum tenore literarum approbavit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decrevit.

Et per eas Protectori præfato pro tempore existentis, nisi in illis casibus, & articulis in regula dictorum Fratrum expressis, & Præfati Gregorii Prædecessoris literis declaratis, neque in illis, dum non universis, sed alicui ipsius Ordinis professoribus in quovis numero à Fidei unitate, sacrosanctæ Romanæ Ecclesie obedientia deviantem, vel regulam præfatarum non servarent, sed de eorundem deviantium, & non observantium regulam correctione, aut reductione, ac aliis quibuslibet causis, & negotiis dicti Ordinis se intromitteret, inhibitionem fuisse, dicta auctoritate decrevit, & declaravit.

Hortatusque fuit illum, qui ad officium Protectionis hujusmodi quod tunc per obitum hominem. Bessarionis Episcopi Sabinensis dicti Ordinis, dum viveret, Protectoris, vacabat, assumi, & deputari contigisset, & ipsius successores dicti Ordinis Protectores, ac eis in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo inhibuit, ne extra prædictos articulos, & casus in regula præfata contentos, & expressos, nec etiam in illis, cum non universis Ordo, sed aliqua ipsius pars, vel speciales personæ errarent, ipsorum Fratrum querelas audire, seu de ipsorum causis, & negotiis contra literas, & declarationes hujusmodi intromittere se quovismodo præsumerent, sed curarent, vigilarent, & intenderent, uti erat eorum officium, & prædicti S. Francisci, & præfate Sedis intentio fuerat, ipsum Ordinem in quieto, tranquillo, & pacifico statu conservare, & augere, & ab impugnantibus, molestantibus, & perturbantibus protegere, defendere & tueri, ne secus agendo Ordinem præfatum non solum non protegerent, conservarent, & exaltarent, ut tenebantur, sed in animarum suarum perniciem, & dicti Ordinis detrimentum, & scandalum perturbarent, destruerent, & confunderent, ut in ejusd. Sixti Prædecessoris Anno Incarnationis Dominicæ 1472. quinto Kal. Februarii, Pontificatus sui anno secundo expeditis literis continetur.

Quas, ac alias præfatas memorati Gregorii Prædecessoris literas præmem. Julius Papa II. etiam Prædecessor noster, qui in minoribus constitutus, Cardinalatus honore fulgens, dicti Ordinis Protector viginti

Tom. X.

sex annis, & ultra fuerat, dictosque Fratres tanquam peculiare filios in visceribus charitatis gerens, eadem commoda, & tranquillitatem sinceris affectibus exoptabat, prævia ambarum præfatarum intentione aliis suis literis sub Dat. Anno Incarnationis præfate millesimo quingentesimo octavo, Idibus Octobris, Pontificatus sui anno quarto, approbavit, ac eorundem suarum literarum patrocinio communit.

Cupientes itaque, ut pluries animò attentè revolvisimus, etiam in hac parte Apostolica sollicitudinis studium apponere, ac nolentes salutaris provisionis remedium jamdiu à Nobis præmeditatum, ac etiam à quampluribus divectorum Ordinum Regularibus suppliciter petitum, diutius differre, dictorumque Roman. Pontificum Prædecessorum vestigiis inhaerentes, Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, nec non de nonnullorum Vener. b. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Ro. Curie Prælatorum pietate, doctrina, prudentia, & reum tui præstantium ad hunc effectum de mandato nostro congregatorum consilio, præfatas memoratorum Gregorii, Sixti, & Julii Prædecessorum literas tenore præsentium approbamus, confirmamus, innovamus, & ad primævum statum, pristinumque usum reducimus, & reintegramus, illisque in omnibus, & per omnia perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus.

Insuper, ut in omnibus, & singulis quoruscumque Regularium Ordinibus memoratorum protectorum curæ commissis, seu committi consueveris, una, eademque, & pariformis, hujusmodi protectionum sit, & perpetuè esse debeat regula, & disciplina, omnia, & quæcumque tam in præfatorum Prædecessorum, ut præfatur, confirmatis, quàm in præsentibus nostris literis contenta, in omnibus, & singulis, sive S. Francisci, sive cujuscumque alterius Regulæ, vel Institutum, ac quomodocumque erectis, reformatis, seu existentibus, ac erigendis, reformandis, seu futuris, & quomodolibet nuncupatis, seu nuncupandis Ordinibus, Religionibus, Congregationibus, vel Reformationibus tam virorum, quàm mulierum, curæ Protectorum Ordinis, cujus illi, seu illæ existunt, generaliter commissorum, seu commissarum, observanda, attendenda, ac omnimodæ executioni demandanda esse, & fore, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, hæc in perpetuum valitima Constitutione sancimus, & mandamus. Et nihilominus ne hujusmodi Protectores in aliquibus negotiis, causis, seu rebus, quæ universum Ordinem, seu totum corpus Religionis non concernunt, ex quacumque causa, occasione, titulo, seu prætextu sese quoquo modo intromittant, seu ingerant, etiam tenore præsentium penitus prohibemus, statuimus, atque decernimus.

Hinc cum retento præfatarum à Nobis confirmatarum, & ad omnes Ordines Regulares extensarum, ac præsentium nostrarum literarum themate, congruere, & in consequentiam venire videatur, ut memorati Protectores etiam à cognitione, & definitione causarum, seu litium, vel negotiorum dictos Regulares vel eorum bona, jura, domos, aliaque ut præfatur particularitè concernentium pariter, seu magis abstinere: Vice autem versa cause, lites, instantiæ, petitiones, vel negotia hujusmodi, sive ex indultis, privilegiis, aut Constitutionibus Apostolicis, sive ex Regulis, vel Statutis, seu Ordinationibus aliquorum Ordinum, sive ex declarationibus, vel decretis dictæ S. R. E. Cardinalium à quibus Congregat. præpositorum, sive ex usu, vel quacumque consuetudine, in aliqua instantia, seu gradu cujuscumque appellationis, vel recursus à memoratis Protectoribus, seu eorum aliquibus hæctenus cognita, examinata, seu iudicata fuerint, vel cognoscantur, examinari, seu iudicari potuisse, vel debuisse dignoscantur, seu prætenderentur: Propterea ut modus, forma, & ordo in præfatis confirmatis, & extensis,

F 4

26

ac presentibus nostris literis constituti, suum plenarium, & consimilem etiam in hac parte solvantur effectum, omnibus & singulis præfatis Indultis, Privilegiis, Constitutionibus, Regulis, Statutis, Ordinationibus, Declarationibus, Decretis, usibus, & consuetudinibus, quorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti essent, pro plenè, & sufficienter expressis habemus, plenissimè, & amplissimè motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, illis aliis in suo robore permanentibus, ac quancumque instantiam, sive gradum cujuscumque appellationis, vel recursus coram Protectoribus, seu ad Protectores hujusmodi, removens, tollentes, seu rescantes, quancumque instantiam, prout de jure, & juxta ordinis instituta relinquimus, & cujuscumque appellationis, seu recursus gradum, quem singulis Cardinalibus Protectoribus tenore presentium omnino, & absolute adimimus, ipsi Cardinalibus, infimul tamen in Congregatione negotiorum, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præposita convenientibus, eorundem tenore presentium restituimus, concedimus, tribuimus, & impartimur, seu verius utrumque, seu duplicem appellationis gradum, qui super præmissis prius ad Cardinales Protectores præfatos, & successivè, vel respectivè, omisso medio, ad hæmoratam Congregationem devolvebantur, in eadem Congregatione consolidamus, annectimus, & unimus, & ad unum cognitionis, seu appellationis gradum reducimus.

Ad hæc cum pariter ex Indultis, Privilegiis, seu Constitutionibus Apostolicis, vel ex Regulis, Statutis, seu Ordinationibus, sive ex usibus, & consuetudinibus, vel aliis quocummodo, aliqua nonnullis Prælatos, Superiores, seu alios in aliquibus Ordinibus eligendi, seu deputandi, vel alia quæque facultas, seu auctoritas nonnulla quæcumque gerendi, committendi, mandandi, demandandi, seu ordinandi præfatis Protectoribus, seu aliquibus eorum quomodolibet attributa, commissa, commendata, seu demandata specialiter, vel generaliter contra formam præfatarum Gregorii, & Sixti Prædecessorum literarum existat; Hinc Nos hujusmodi electiones, seu deputaciones ad limites Sacrorum Canonum, seu Regularum, & Instituti, vel ad modum, & formam in Comitibus generalibus, seu per Nos auctoritate Apostolica statuendum, & statuendam reducimus, & reductas esse volumus, & mandamus: Quo verò ad cætera, facultatem seu auctoritatem, quam iisdem singulis Cardinalibus Protectoribus in præmissis, & circa ea penitus adimimus, eorundem Cardinalium Congregationibus, juxta cujuslibet Congregationis facultates, congrua congruis referendo, similiter restituimus, concedimus, tribuimus, & impartimur; sub ea tamen moderatione, seu declaratione, ut præfata Congreg. in illis duntaxat, quæ ad Protectores hujusmodi ex Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, seu ex Statutis, Regulis, vel Constitutionibus cujuslibet respectivè Ordinis, non autem ex usu, consuetudine, vel aliis spectantur, loco eorundem Protectorum subrogentur, & subrogata sint, intelligantur.

Quia verò sæpè sæpius contingit, ut in Causis, seu negotiis, quæ in memoratis dictorum Cardinalium Congregationibus proponuntur, exquiratur super expressis informatio, ac quandoque etiam votum, seu delegetur resolutorum executio, eandem proportionem, seu distinctionem, quam præmissis, etiam in hac parte servari mandamus, ut nimirum in respicientibus totum Ordinem Protectorum Curæ, ut præfatur, committimus, seu relicti, iisdem Protectoribus. In cæteris vero Causis, & Negotiis, Superiori generali, sive Procuratori generali & in utroque, seu alterutro casu, etiam Congregationi sive Assistentium, sive Definitorum, sive Consultorum, sive aliter quomodocumque nuncupata hic in Urbe, vel in alio Italia loco existenti, in qua

Ordinis negotia tractantur, seu tractari solent, vel debent, & quoad illos Ordines, in quibus hujusmodi infimul, & continè conveniens Congregatio non existit, seu existit, sed extra Italiam, eidem Procuratori Generali vel soli, vel infimul etiam nonnullis aliis ejusmodi Ordinis Superioribus seu Prælati, tametsi in diversis locis in Italia seu extra eam respectivè, ut præfatur, commorantibus, arbitrio semper cujuslibet ex præfatis Cardinalium Congregationibus, juxta rerum, locorum, & personarum qualitates, & circumstantias respectivè, informatio, & Votum ut præfatur, necnon executio hujusmodi, congrua congruis referendo, & servata cateroquin quoad singulos Ordines forma propria Regulæ, statutorum, seu Instituti, remittatur, delegatur, seu committatur.

Perpendentes etiam Christianæ Reipub. præ cæteris expedire, ut Ordinibus Regularibus Prælati inculpatæ vitæ, morumque integritate, virtutibus, meritis, rerumque experientia præstantiores, & aptiores præficiantur, & ad hunc effectum omnimodam, & ab humanis respectibus undequaque immunem, & sacrosanctam libertatem in illorum electionibus, nedum mirabiliter conferre, sed requiri, memoratos Protectores in Domino hortamur, & enixè obsecramus, ac Electoribus pariter in Domino, & in virtute S. Obedientiæ distinctè præcipimus, seu hortationes, obsecrationes, & præcepta hujusmodi renovamus, ut in comitiis præfatis generalibus, quibus eisdem pro tempore præsidere, & respectivè interesse contigerit, nedum inter se, & aliis intra claustra degentibus, sed exteris ipsis quibuscumque etiam Laicis, quacumque majestate, præminencia, gradu, & dignitate fulgentibus, propriae indifferentiæ, ac unici in Dei gloriam, & Religionis bonum respectus, ita se præbeant singulare specimen, & exemplar, talemque hujus rectæ intentionis, & melioris operationis odorem diffundant, ut illi propterea vexationes, & importunas commendationes, ubi Spiritus Paracliticus spirat, & præsidet, inutiles, & incongruas esse, seu fore, certius agnoscentes, ab iisdem prosus abstinant, indeque tam intrinsecus, quam extrinsecus, omnibus vexationibus, commendationibus, machinationibus, humanisque finibus eliminatis, & explosis, integra, illibata, & intacta Vocalibus remaneat eligendi facultas, & Superioris Generalis, quam aliorum respectivè Prælatorum, undequaque libera, optima, & canonica sequatur electio, ad quam cum Voto, si quod, & eo modo, quod Protectori juxta cujusque Ordinis Regulæ, Statuta, vel aliis competit. Deum, ejusque honorem, & gloriam duntaxat præ oculis habens, concurrat. Nolumus tamen absentium vota, nec Protectoris, nec cujuscumque alterius nec etiam ipsarum Cardinalium Congr. auctoritate suppleri, seu alios Vocales eorundem absentium loco, seu vice subrogari, deputari seu eligi, sed jus eligendi in solis, juxta juris, & Instituti regulas ad hunc effectum assumptis, & in destinatis loco & tempore convenientibus consolidari, seu aliis, prout de jure, permanere omnino volumus, & mandamus.

Ut autem præmissa omnia, & singula eò magis debitum consequantur effectum, & executioni demandentur, ac ad majorem cautelam, seu declarationem, omnia, quæcumque, & singula, quæ in præmissis confirmatis, ac extensis, & presentibus nostris literis sunt quoquo modo explicitè, vel implicitè memoratis protectoribus interdicta, in posterum annullamus, & cassamus, & irritamus, seu potius nulla, cassa, inania, irrita, nulliusque roboris, & momenti ipso jure, & ipso facto omni meliori modo declaramus, atque decernimus. mandantes iisdem nunc, & pro tempore in futurum existentibus Protectoribus, ne cuncta, vel singula præmissa quoquo modo injungant, faciant, mandent, committant, permittant, sive tolerant; necnon quibuscumque Regularibus utriusque sexus, tum Superioribus etiam

Generalibus,

Generalibus, tum Subditis, ne iisdem omnibus, & singulis ut præfatur præmissis pareant, obediant, morem gerant, adhæreant, seu illa tolerant, aut permittant, sive omnia, vel singula præmissa quæcumque fiant, seu attententur per sententias, vel decreta, sive in forma judiciali, sive extrajudiciali, tam per patentes, quam per privatas literas, seu epistolas, sive per seiplos, sive per quoscumque alios, nedum per viam præcepti, justificationis mandati, vel commissionis, sed etiam commendationis, & sive palam, sive secretè, tum in quibuscumque scriptis, tum ore tenus, & tam directè, quam indirectè, mediatè, vel immediatè, ac aliis quibuscumque formis, & modis, nihil penitus omisso, præfatorum omnium conscientias desuper onerantes.

Propterea omnes, quæcumque & singulas facultates, auctoritates, & jurisdictiones quomodocumque, qualitercumque, & quancumque, tam in genere, quam in specie omnibus, & singulis antehac, sive nunc existentibus, Protectoribus hujusmodi, & tam eorum personis, quam gradui, muneris, vel officio concessas, & attributas, vel communicatas, seu ab illis quoquo modo exerceri consuetas, etiam speciali, & individua mentione moderatione, seu revocatione dignas, eorundem omnium, & si gularum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti essent, pro plenè, & sufficienter expressis habentes, in omnibus, & singulis, quæ præmissis advertantur, moderamus, reformamus, & ad limites, modum, formam & tenorem præsentium reducimus, & pro sic moderatis, reformatis, & reductis haberi, censeri, & intelligi volumus, & decernimus; Sicque pariter, & non aliis quam servata forma presentium, & omnium, ac singulorum in illis contentorum facultates, jurisdictiones, & auctoritates hujusmodi, necnon deputaciones eorundem Protectorum in posterum quomodocumque concedendas, attribuendas, seu communicandas, & respectivè faciendas, observari, attendi, intelligi, & exequi omnino volumus, & mandamus.

Quo circa præfata Congr. memoratorum negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum, Cardinalium & dilecto filio Curie Causarum Camera Apostolica Generali Auditori per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus omnibus, & singulis præmissis, semper salvis, & in suo robore permanentibus, Congregatio, vel Auditor præfati præfatas literas in ea parte, quæ prædictam moderationem, seu limitationem facultatum Protectorum hujusmodi, ac in contrarium desuper ab iisdem Protectoribus gerendorum, nullitatem, seu irritationem duntaxat concernunt, ubi, & quando opus fuerit, quoties pro parte quorumcumque desuper interesse habentium Congregatio, vel Auditor præfati fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque desuper efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eandem præfatas in dicta parte duntaxat firmiter observari, & singulos, quos eadem literæ in dicta parte concernunt, illis pacificè gaudere, non permittentes eos quomodolibet indebitè molestari, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo.

Decernentes, eandem præfatas literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod omnes, & singuli supradicti, ac alii quicumque cujusvis status, gradus, ordinis, conditionis, præminentiæ, vel dignitatis, seu aliis specificis, & individua mentione, & expressione digni, in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes, iisdem præmissis non consentiant, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint, tamen si suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari, & audiri semel, vel pluries quoquo modo debuissent, aut ex alia quacumque juridica, privilegiata, & rationabili, ac etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, cassa, & occasione, colore, prætextu, titulo etiam oneroso, & capite etiam in corpore jure clauso, ullo unquam tem-

Tom. X.

pore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam maximo, substantiali, essentiali, & formali, aut incogitato defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, rescindi, in controversiam revocari ad terminos Juris reduci, seu ad verius illas aperitionis oris, restitutionis in integrum aliudve quodcumque juris facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se jurare nullatenus posse, sed easdem præfatas literas, & in eis contenta quæcumque semper, & perpetuo firma, valida, & efficacia existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere debere, & ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore quodcumque, & quomodocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari; Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apost. Auditores, & quoscumque Nuncios, & Cardinales etiam de latere Legatos, nec non quoscumque eorundem Cardinalium Congregationes, & quosvis alios qualibet auctoritate præminencia, & potestate fungentes, & quodcumque functuros; sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiti debere; Insuper quoque & inane, quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus omnibus, & singulis præmissis, & quatenus opus sit, nostris, & Cancellariæ Apost. regulis, & signanter illa de jure quæsito non tollendo, & alia, quod Cardinales in Constitutionibus & regulis per Nos edendis non comprehendantur, nisi illæ eorundem Card. favorem concernant. vel ipsæ edendæ Constitut. de illorum, seu majoris partis eorum consilio editæ fuerint, aliisque quibuscumque etiam in Generalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, etiam Apostolicis, necnon quorumcumque, & singulorum Ordinum Regularium, Religionum, Congreg., seu Reformationum Instituti, Regulis, Statutis, Decretis & Ordinationibus quibuscumque etiam in limine erectionis, foundationis, seu reformationis, etiam in Comitibus Generalibus quoquo modo factis, ac usibus, styli, & consuetudinibus quibuscumque etiam centenariis, & immemorabilibus, Privilegiis quoque & Indultis, ac literis Apost. quibuscumque sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac aliis quomodolibet, in contrarium præmissorum concessis, editis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiscumque vicibus innovatis; Quibus omnibus, & singulis, & etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, iisdem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis respectivè habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum harum serie specialiter, & expressè, ac plenissimè, & amplissimè derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut eorundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manus

alicujus Notarii publici scriptis; & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ habeatur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, reductionum, reintegrationis, sanctionis, mandatorum, prohibitionis, statuti, decretorum, derogationum, voluntatum, ademptionum, restitutionum, concessionum, consolidationis, annexionis, unionis, hortationis, obsecrationis, præcepti, renovationis, annullationis, cassationis, irritationis, declarationis, onerationis, moderationis, & reformationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum ejus se noverit incuturum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, Quartodecimo Kalendas Martii Pontificatus Nostri Anno Tertio.

B. Card. Prodatarius. J.F. Card. Albanus.

Visa de Curia J. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco + plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, Indictione secunda, die verò decimasextima Februarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Innocentii Divina Providentia Papæ XII. Anno Tertio, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis Locis solitis, & consuetis Urbis per me Jo. Baptista de Comitibus ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Curatorem.

Petrus Cannamellinus Curs. Magister.

CONSULTATIO XXXIV.

Quinam Moniali debeatur cella Monialis defunctæ.

Asignari debet Moniali antiquiori arbitrio Abbatissæ, ut pluries decrevit S. Congreg. super Episcopis, & Regularibus apud Barbofi. de jur. Eccl. lib. 1. cap. 44. n. 59. ac in annot. ad Conc. Trid. sess. 25. de regul. & monial. c. 2. n. 12. Pelliz. de monial. c. 4. n. 23. Idque præsertim si accedat consuetudo antiqua distribuendi has Cellas monialibus senioribus, quæ probari poterit ex attestatone Abbatissæ, & ipsarum monialium, quæ hanc distributionem vocant optionem propter similitudinem, quibus attestatibus, quamvis extrajudicialibus, standum est, tum attenda qualitate personarum, attestantium ex traditis à Decian. conf. 121. nu. 101. lib. 2. Merlin. dec. 714. n. 16. & post Zacch. de oblig. Camer. dec. 181. n. 14. Tum etiam, quia in hujusmodi causis procedendum est, sola facti veritate inspecta. Nam apud viros graves procedentes sola facti veritate inspecta, testes probant, quamvis formiter examinati non fuerint, ut ait Dec. conf. 54. num. 2. ad med. Cravet. conf. 193. n. 11. & Buxat. conf. 345. n. 29.

At ita, ut non obstaret, si monialis defuncta suam cellam permutaverit cum cella alterius monialis. Nam, quidquid sit, pro tempore, quo ipsa vixerit, certum est, quod non potuerit de dicta cella dispositionem facere, quæ duraret post suam mortem, & illius distributionem impediret, quemadmodum in specie quod non concedatur monialibus facultas disponendi

de Cellis suis post mortem in præjudicium dictæ distributionis, Senioribus faciendæ, habetur in eisdem decretis S. Congregationis, relatis ab adductis auctoribus loc. cit. Nam moniales nullum jus habent in cellis, sed solum usum sua morte finiturum, ideoque non possunt permutantes transferre in aliàs jus duraturum post mortem, & sic majus quam ipsæ habebant, dum viverent, ad textum in l. nemo 54. ff. de reg. jur.

Tolliturq; omnis difficultas, si permutatio non fuerit facta, nisi ad vitam monialis defunctæ, ac moniales restarentur, ita sensisse, ac pluries passim esse ipsam monialem viventem, ac ita etiam Abbatissam requisitam de approbatione permutationis dixisse, quod eam admitteret tantum ad vitam, ac fieret præjudicium distributioni senioribus faciendæ. Id enim sufficeret, quia certum est, quod attendi debeat voluntas Abbatissæ, in quam per vorum obedientiæ moniales transferunt jura propriæ voluntatis, ut in specie monialium tradit Pasqualig. in quest. moral. qu. 324. n. 5.

Sicque cessaret omnis dubietas dictæ approbationis, ac præsentio, quod intelligi debeat ad vitam monialis viventis, dum moniales contrarium testantur, dumque adest declaratio ipsius Abbatissæ, cui propterea standum est, Alex. conf. 146. n. 25. lib. 5. Becc. conf. 3. n. 17. lib. 1. Rota dec. 238. n. 5. part. 3. & dec. 63. n. 7. par. 6. rec. maximè autem, si, non solum sit adminiculata attestatone aliarum monialium, sed etiam, quia est omnino verisimilis, in quo casu statur etiam attestatoni, quæ aliàs regulariter non probaret, Add. ad Gregor. decif. 214. n. 7. Merlin. dec. 714. n. 18. & in rec. dec. 122. nu. 7. part. 1. & dec. 260. n. 4. part. 5.

Verisimilitudo autem inde eruitur, quia si Abbatissa approbasset permutationem ad vitam monialis viventis, perturbasset ordinem, ac intulisset aliqualem injuriam monialibus senioribus. Contra verò approbando ad vitam monialis defunctæ, se conformabat dispositioni juris, ac decretis S. Congregationis, ac proinde ita facillè præsumitur, Crot. conf. 1. num. 36. lib. 1. Rota coram Greg. dec. 56. n. 5. & dec. 307. num. 6. & coram Coccino dec. 67. n. 17.

Præterea nec potuisset Abbatissa permittere moniali defunctæ liberam dispositionem cellæ post ejus mortem duraturam. Quia decreta S. Congr. expressè prohibent concedere monialibus hanc facultatem. Et quatenus eam concedere potuisset, concessissetque, si modo vult recedere, ac distribuere cellam senioribus ad sedandas turbas Monasterii, quod moniali junior debeat obtinere cellam meliorem, monialis vivens non potest hanc Abbatissæ voluntatem impugnare, cum propter vorum paupertatis non potuerit acquirere in cella, nisi usum, arbitrio ipsius Abbatissæ amovibilem, ex Conc. Trid. sess. 25. de reg. cap. 2. cum aliis adductis à Donato de reb. monial. tom. 3. tract. 15. qu. 8. ubi quod est de jure naturali, divino, & positivo, & quod possit super rem semel concessam ad libitum revocare, Surd. de alim. tit. 82. privil. 79. num. 5. & quod non valeat promissio per eum facta, de non revocando, Sanchez in decalog. libro 7. capite 8. Et in terminis Monialium, quod, si Abbatissa permittat Moniali disponere de aliqua re ad favorem alterius, & promittat dispositionem non revocare, adhuc tamen ad libitum eam revocare possit, ait Pellizar. de monial. c. 4. n. 23.

Nec suffragatur, quod aliquando cellæ hoc modo permutatæ non fuerint senioribus distribuæ. Quia id fortitan evenit ex eo, quod distributio non fuerit petita. Unde probari debet fuisse petitam, & recusatam, cum aliàs in hisce materiis facultatis simplex non usus non possit tollere jus, sive consuetudinem contrariam, ut in terminis tradit Monet. de opin. c. 8. num. 18. Merlin. dec. 838. n. 7. Mant. dec. 10. n. 11. ac Seraph. decif. 1086. nu. 1. passimque alibi.

Denique non suffragatur asserta æqualitas cellarum. Quia dum cella monialis defunctæ communiter æstimatur melior,

melior, ita credi debet, cum valor non percipiatur sensu, sed communi æstimatione, ut inquit Aret. in ff. Si quis agens nu. 3. Insistit. de act. & Rota coram Pegna decif. 479. n. 11. & sufficit, quod ea consueverit distribui senioribus ad hoc, ut reputetur dignior, & sine injuria eis derogari non possit, ut in simili notat Cyriac. controu. 274. nu. 27. Unde liquet, non posse adduci æquitatem, sed injuriam ut post Bald. conf. 9. ad med. lib. 1. tradit Gabr. conf. 116. n. 44. lib. 1. & Anchat. conf. 398. nu. 4. ac Becc. conf. 3. n. 45.

CONSULTATIO XXXV.

An & quatenus Regularibus, & Monialibus, præsertim Ordinis Sancti Francisci, liceat appellare ad summum Pontificem, sive ad Sacram Congregationem super Regularibus, omittis jus superioribus.

Respondeo affirmativè. De jure enim cuicumque licitum est appellare, omisso medio, ad summum Pontificem, atque adeò ad Sac. Congregationem super Regularibus, illius Vicariam, illumque representantem per text. in can. quoties, & can. ad Romanam 2. q. 6. & probant Abb. in cap. dilecti nu. 11. Franch. num. 25. ac Dec. nu. 15. de appell. Guidopap. in tract. de appell. qu. 41. num. 34. Schaderch. eod. tit. num. 7. Joan. Ferrat. eod. pariter tract. cap. 5. num. 139. & Scacc. eodem argument. q. 7. nu. 46.

Idque præcipuè permittum est personis Ecclesiasticis, ut firmat Scacc. loc. cit. n. 88. ac potissimum personis miserabilibus, ut tradunt Rebuff. de sent. prov. s. art. 5. glo. ult. nu. 31. Cance. var. resol. part. 2. cap. 2. num. 3. Scacc. ibidem. nu. 113. Novat. de privileg. n. 1. sub person. priv. vil. 61. nu. 7. inter quas connumerantur moniales, ut decidit Velasc. decif. 65. nu. 35. Pereyr. decif. 22. num. 1. & Cabed. decif. 54. part. 1.

In specie verò id esse permittum Regularibus Ordinis Sancti Francisci, firmant. Rodriq. in prax. crim. tit. 27. de appell. nu. 29. Pereyr. de privileg. Regular. tom. 3. fol. 417. num. 14. Lucern. Regular. de appell. nu. 1. Franch. de Tonran. in suo compend. v. appellatio fol. 45. vers. an verò appellare.

Eoque maximè quia ex Constitutione 27. Gregorii XIII. in Bullar. tom. 2. §. 2. permittitur Regularibus Ordinis Sancti Francisci de Observantia appellatio alternativa, vel ad Generalem Ministrum, vel ad Protectorem, vel ad Papam, supremum Ecclesiæ universalis Judicem, ibique testatur summus Pontifex sic antiquius fuisse semper consuetam. Clarum enim est in alternativa electionem eligendi Judicem spectare ad appellantem, ut tradit Scacc. de appellat. qu. 5. nu. 99.

Quod facilius procedit, quando gravamen illatum fuit à commissario sive delegato patris Generalis aut Vicarii Generalis quo casu appellationem interponi posse, omisso medio, ad summum Pontificem, asserant Specul. tit. de appell. §. nunc tractemus n. 3. & 5. Felin in c. super questionem, §. Porro n. 13. fullent. 3. ibique Abb. nu. 4. de offic. deleg. Franch. in d. cap. dilecti nu. 29. de appell. & Scacc. eo loco quæst. 6. nu. 50. & 69.

Nam quidquid gessit delegatus patris Generalis, aut Vicarii Generalis, habetur ac si gessum esset ab ipso Generali delegante cap. super literis de rescript. & cap. cum aliquibus eod. tit. in 6. decif. 292. nu. 9. ac Rota decif. 55. num. 4. par. 4. recent.

Et ob hanc rationem, quando non agitur de delegato à summo principe, non recognoscendo superiorem, sed de delegato ab inferiori, numquam appellari potest à gravamine illato per talem delegatum ad ipsam delegantem, sed ad superiorem Judicis delegantis per Textum in l. §. 1. & §. ff. qui, & à quibus appell. & firmant Bart. in l. præcipuus sub nu. 2. in 2. notab. C. de appell. Archid. in cap. Romana de appell. in 6. Sbroz. de Vicar. lib. 3. qu. 2. nu. 28. Gratian. discept. 37. 4. num. 23. Reginnell. de appell. §. 5. nu. 24.

Tom. X.

Ideoque causa cognoscenda est à Sacra Congregatione, nulla habita ratione Patris Generalis, aut Vicarii Generalis, ut tradunt, Abb. in cap. Nicolao n. 6. ibique Franch. nu. 7. & Cardin. nu. item. 7. de appell. & Scacc. d. qu. 7. n. 57. Siquidem omnia gravamina illata Commissario, ceteri debent, ac si ab ipso Generali delegante processerint, ex adductis à Doctoribus in l. Item eorum, §. Decuriones, ff. quod cuiusque univers. nom. & l. 2. §. omnia, Cod. de veter. jur. encl. Gemin. in cap. Romana, §. Archidiaconi nu. 4. cap. 6. ibique Franch. n. 4. limit. 7. de appell. in 6. ac Brederard. de appell. part. 1. tit. 18. col. 204. lit. G. Concurrentibus maximè gravaminibus illatis ab ipso Generali, ob quæ redditur suspectus ad nova gravamina inferendum, ut advertit Scacc. loc. cit. qu. 17. lit. mit. 47. membr. 5. nu. 2. ac 3.

CONSULTATIO XXXVI.

Pius testator disposuit, quod antiquior ex hæredibus conducatur ad nutum actu Sacerdotis cum annuo stipendio, præferendo semper propinquos, & inter eos proximiores descendentes à fratribus, & fororibus, incipiendo à descendentibus à fratribus, & ita successivè, quaeritur an dicta Capellania, ab herede concessa Titio, qui provenit ex fororibus, qui tempore concessionis erat proximior Testatori, debeat modo, à Titio auferri ad instantiam Fratris Alberti Regularis, qui nunc est proximior tanquam descendens ex Fratribus, sed non habet pro se voluntatem heredis.

Enseo negativè respondendum, tum ex jure, quod à persona Titii oritur, tum ex defectu, qui ex persona dicti Regularis deducitur. Quod ad jus Titii, cum ipse fuerit admittus ad Capellaniam tempore, quo erat proximior, illam non amittit ex interventu alterius proximioris. Ita in terminis Capellaniam probant Gratian. decif. March. 199. in addit. n. 3. Garz. de benef. part. 7. cap. 1. n. 33. & in puncto proximioris descendens ex masculo, qui agebat de exclusione descendens ex femina jam nominati, tradit Rota coram Seraphino decif. 489. numer. 3. quam integram refert garz. loc. citat.

Non obstat, quod id procedat in Capellaniam perpetuis, non autem in istis amovibilibus ad nutum. Nam emisso, quod Capellania hæc non est talis, cum testator dixerit, quod Capellanus eligatur, & conducatur ad nutum hæredis antiquioris, non autem quod possit amoveri ad nutum quæ valde differunt inter se. Aliud enim est eligere ad nutum, aliud amovere ad nutum. Amovibilitas ad nutum potest quidem operari, quod habens facultatem amovendi, ea uti valeat ad sui placitum, non autem cogit habentem hujusmodi facultatem, ut removeat jam provisum, superveniente proximior.

Quamvis igitur admittamus doctrinam Butrii & aliorum, de qua tom. 9. quod Capellanus ad nutum possit quandocumque amoveri, hoc tamen non habet locum in hoc casu, in quo habens facultatem nominandi non amovit Titium, sed quaestio est cum proximior, qui supervenit post provisionem Titii, quique ab habente facultatem nominandi, & amovendi, adhuc nihil obtinuit.

Quod verò ad defectum, qui ex persona dicti Regularis deducitur, cum ipse sit Regularis, est incapax hujus Capellaniam secularis. Secularia enim secularibus, regularia verò Regularibus beneficia danda sunt, ceterum de beneficiis de præb. in 6. ubi glossa, & Doctores.

Capellaniam autem hujusmodi esse secularem, probatur primò, quia talis de jure præsumitur, quando per seculares in Eccl. secularibus fundantur, Franch. in d. cap. cum de beneficiis nu. 1. Gonzal. ad regul. §. glo. 7. n. 1. & 2. Vivian. de jurepatr. part. 2. lib. 6. cap. 2. num. 23. ac Rota decif. 2. nu. 2. de præben. in nov.

Secundò quia ipse fundator ad Capellaniam nominavit.

navit secularem filium fororis, quamvis tunc viveret Regularis filius fratris, qui erat in genere predictorum ab eo fundatore. Si enim ad dignoscendum secularitatem Capellaniam, etiam in Ecclesiis regularibus erectam, optimum argumentum est, quod illarum per seculares teneri sint solite, ut in his terminis tradunt Sanchez in *deolog. tom. 2. lib. 7. c. 29. n. 27.* aliiq; relati a Barbol. *de jur. Eccl. lib. 3. c. 5. n. 14.* certe firmissimum argumentum est, quod ex facto ipsius fundatoris deducitur. Nam, si vera testator nolisset excludere Regulares, admisisset illum, qui tunc erat ex proximioribus ab se dilectis, non autem secularem minus proximum, minusve dilectum.

7 Tercio perspicue probatur ex verbis erectionis, nimirum: *Qui Sacerdos pro hujusmodi celebratione missarum non sit, nec esse debeat subiectus legibus, factis, nec faciendis a quacumque persona, communi corpore, collegio, & communitate Ecclesiasticis cujuscumque auctoritatis, & dignitatis.*

8 Cum enim recepta sententia, sit quod intentio subditorum Regularium in celebratione Missarum spectet ad Praelatos & eorum superiores adeo, quod dicti Praelati possint etiam intentionem subditorum in Missarum celebratione irritare, ut specialis applicatio ei tantum valeat, cui a Regulari Praelato applicatur, non cui a Sacerdote Regulari, ut per Arnil. in *sum. v. Missa num. 36.* Rodriq; pariter in *sum. part. 1. cap. 251. conclus. 19.* Fraxinell. *de sacerdot. obligat. sect. 7. §. 6.* & 7. & Barbol. *de offic. ac potest. Episcop. part. 2. alleg. 24. nu. 28.* his verbis. Quoad Regulares vero Sacerdotes strictius proceditur. Possunt etiam Praelati eorum intentionem in Missarum celebratione irritare. Ed igitur ipso, quod testator voluit, Sacerdotem non esse subiectum pro celebratione Missae alicui legi, manifeste patet constituisse Capellaniam mere secularem.

9 Quarto ex eo etiam probatur, quod Testator Sacerdoti deputando legavit annum stipendium, quod est incompatible Regulari, qui legatorum & reddituum incapax est ratione propriae personae. Licet enim Religio in communi possit esse capax, ideoque possit etiam legari existenti in Religione capaci, hoc tamen non videtur excludere demonstrationem ex praesenti legato ductam. Quia Testator verba direxit in eundem Sacerdotem deputandum, quasi ei daps dominium. Si enim ille disposuit. *Cui Sacerdoti conducendo datus Testator pro elemosyna legavit, & legat annum redditum.*

10 Denique id ipsum probatur ex eo, quod Testator expressit, prohibuit, ne Regulares aliquo modo in suis bonis, & hereditate aliquid praetendere possent, nec quidem succedere. Cum enim haec prohibitio per dictionem *aliquo modo*, concepta sit, & non solum loquatur de successione, & hereditate, sed etiam de bonis, clarissime ostendit, testatorem voluisse omnino excludere Regulares a quocumq; commodo suorum bonorum.

CONSULTATIO XXXVII.

An & quando dubitatur, utrum Coenventus aliquis Regularium sit exemptus a Provinciali, an immediate subiectus Patri Generali, causa committenda sit ipsi Patri Generali?

R Espondeo, nequaquam causa hujusmodi remittenda est Patri Generali. Nam agitur de ejus commo- do, an scilicet conventus iste sit exemptus a Provinciali, an subiectus immediate ipsi Generali, anve subijci debeat Provinciali quemadmodum, & reliqui omnes Provinciae Coenventus, qui in re pro subiectione adest assentientia juris S. Concilii Tridentini *sess. 25. c. 20. de Regular.* Sicut enim se habet Abbas ad suum Monasterium, ita se habet Provincialis ad suam Provinciam, ut per Suarez *de relig. tom. 3. lib. 5. cap. 10. nu. 6.*

2 Ideoque iure, meritoque suspectus redditur Pater Generalis, cum valde inter se competentia jurisdictionis, de qua in hoc casu principaliter agitur, non autem in-

cidenter. Et, quamvis Judex possit cognoscere, an sita sit jurisdictio, id tamen procedit, quando lis est de praedictio, de fundo, de pecunia, vel re simili, & oritur quaestio, an Judex sit competens; secus autem quando quaestio principalis est super jurisdictione. Tunc enim non potest cognoscere, vel saltem potest uti suspectus removeri, ut scite distinguit Innocent. in *cap. venerabili n. 5. de censib.* ac prosequitur Angel. in *l. 2. nu. 7. in 1. §. 2. fallent. ff. si quis in jus voc. non ier.* ubi etiam Jaf. *num. 22.* & tradunt. Abb. in *cap. super litteris num. 10. de rescript.* Dec. in *cap. ad audientiam num. item 10. de appell.* Alexand. *conf. 1. num. 10. & seq. lib. 5. Surd. conf. 286. num. 15.*

Sic etiam Episcopus, qui, licet sit Judex competens in causa suae Ecclesiae, potest tamen allegari suspectus, Abb. in *cap. postremo nu. 6. de appell.* ubi etiam Franch. *nu. 15.* aliiq; congesti a Surd. *conf. 50. num. 17. & seqq.* ac Rota *decif. 562.* coram Merlino.

Boque praetertim, si Pater Generalis propalaverit animum suum, ut si decreverit novitici recipi in hoc Coenventu sine aliqua licentia Provincialis, ac Definitoris, sed cum sua tantum licentia, distinguendo hunc Coenventum a reliqua Provincia. Ex hoc enim oritur justa causa recusationis, ut per Praepos. in *d. cap. postremo n. 11. caus. 18. de appell.* ibique Franch. *nu. 20. caus. 37.* Menoch. *conf. 94. nu. 13. & seq.* ac Caesar. de Grassi. *decif. 4. num. 5. de except.*

Aut si constituerit fauorem Prioris dicti Coenventus, vel aliorum, qui hanc causam contra Provinciale promovent. Quo quidem in casu justa causa recusandi est, ut per Cattr. *conf. 313. sub initio lib. 2.* Butr. in *dist. cap. postremo nu. 11.* ubi etiam Praepos. *nu. 11. in 1. & 28. caus. Franch. nu. 20. & 21. caus.* ac Bertach. *de Episcopi. lib. 4. part. 4. nu. 30. & 32. causa.*

Eademque causa viget contra Procuratorem patris Generalis, & contra Assistentes, qui intervererunt in Congregatione. Quinimod sufficit esse suspectum Patrem Generalem, ut tota Congregatio possit recusari, ut suspecta, quemadmodum plene firmant Menoch. *conf. 98. nu. 11.* Joseph. Ludovic. *decif. Pernf. 108. num. 4. ac per tot. & Josephus Roman. conf. 3. num. 4. ac pluribus seqq.*

Et ita quidem, ut non obstaret consensus in jurisdictionem, si supervenerit notitia causatum recusationis, quae prius ignorabatur. In quo casu potest hujusmodi exceptio proponi quodcumque, & de ignorantia, statim juramento partis, ut explicat Covarr. *pract. cap. 26. nu. 2.* Ricc. *decif. 143. nu. 3. lib. 3.* & Maltrill. *dec. 151. num. 60. ac seqq. part. 2.*

CONSULTATIO XXXVIII.

An existente hac regulari Constitutione, quod Pater Generalis proponat tres, si fieri poterit, ejusdem Provinciae, non habita ratione antiquitatis promotionis ad Magisterium, sed potius probitatis doctrinae, possit eligi in Provinciale Baccalaureus? Ubi quid praecipue considerandum in electione Provincialis? Quid si accesserit mala fama electi. Objectiones in electum quando fieri debeant? Quid si aliquot electores careant suffragio activo; Et electus ante confirmationem se intruserit muneris? Ubi etiam cur dicatur Baccalaureus, licentiatu, Magister artium?

Secundum, ea quae proponuntur respondendum videtur affirmative. Nam Pater Generalis proponit tantum eligendum, non autem eligit, quemadmodum neque eligere potest, neque restringere electores ad insignitos illa qualitate, nisi reperiat expressa in Constitutione, ut per Rodriguez *tom. 2. qu. regul. 52. in fine,* ubi speciatim agit de eligendo tres per restrictionem patris Generalis. Unde si reperiantur in Baccalaureo ceterae qualitates, non poterit subdubitari de validitate electionis per Glos. in *cap. quam sit v. eo ipso de elect. in 6.* & in

& in specie electionis firmat Rot. in Leodiensi. Praepositurae 19. Januarii 1650. coram Alexandro VIII.

2 Idque praetertim, si in Constitutionibus Religionis legitur quod in Provinciale non eligatur, nisi talis, qui sit bonae vitae, & famae, & in sacris litteris mediocriter eruditus. Quibus ex verbis colligitur non esse necessarium, quod Provincialis eligatur magister, qui non mediocriter, sed apprimè debet esse doctus, ac promotus, praevio rigoroso examine, ut notat Cardinal. in *proemio libri 6. decretal. v. Bononiensi,* Baccalaureo autem sufficit mediocris scientia.

3 Non obstat, quod aliter observatur in Capitulo generali. Qui non probè inferitur a Capitulo generali ad Provinciale, hoc est a dispositione iunius ad dispositionem alterius. In Capitulo enim generali proceditur, ut aiunt, *per balottas*, in Provinciali per suffragia, & scrutinium. Regula autem vulgaris est, quod a diversis non fit illatio. *l. Papinianus si. de minor.*

4 In electione item Provincialis primò consideratur habitus ad regimen, deinde doctrina. In Constitutionibus autem debet attendi, quod principaliter disponitur, non quod secundario, per text. in *l. cum Pater, §. dulcissimis, ff. de legat. 3. l. si de certa,* ubi Bart. *C. de transact.*

5 Et, quamvis in Constitutionibus fiat mentio magistrorum, non tamen dispositivè requirit magistros, sed procedit ex suppositione, quod adsint in Capitulo Magistri, qui velint eligi, non ex necessitate eligendi, sed ex congruo, ut ex illis verbis restrictivis, *si fieri poterit,* quae excludunt necessitatem eligendi magistros. Constitutio enim debet intelligi ad literam, non autem interpretationem accipere ab argumentis ita, ut si Constituens voluisset eligi magistrum, hoc expressisset Alex. *conf. 115. n. 4. lib. 2.* quem sequitur Paris. *conf. 49. n. 8. lib. 3.*

6 Praetertim autem, si hoc ipsum disponatur in constitutione aliqua Summi Pontificis, cui non obstat non usus. Quia non usum constitutionis Apostolicæ non potest opponi, cum eo ipso, quod sit publicata, dicitur usu recepta, & ligat semper, ac ubique, nec ei derogatur per contrarium usum absque scientia Pontificis, ut per Abb. in *cap. 1. n. de irregu. & pac. ac Rot. dec. 10. de consuet. in antiq. & coram Caval. decif. 111. n. 2.* & quando lex praecipit duo, si usus abrogaverit unum, non censetur abrogatum alterum, Rota *dec. 126. n. 21. p. 6. rec.* Quia lex juxta usum est observanda ut per Alex. *conf. 115. n. 6. lib. 6. Gail. obs. 79. n. 5. lib. 2.*

7 Quod sanè certum videtur, si accesserit pro Baccalaureis consuetudo, ut si in Provinciali, quae magnam Magistrorum copiam habent, electi fuerint Provinciales Baccalaurei. Ex hoc enim tollitur omnis contraria observantia, quae nisi sit conformis, non suffragatur ad tradita per Bartol. in *l. 2. n. 12. ff. sol. matr.* Aym. *conf. 313. nu. 33.* ac Rot. *dec. 45. n. 4. p. 1. rec.* Et constitutiones Religionum sunt generales, non unius tantum Provinciae. Poteritq; negari observantia contraria. Nam ad hunc effectum non sufficeret demonstrare, quod nunquam fuerit electus in Provinciale Baccalaureus, sed necesse est ostendere Baccalaureum electum fuisse, ac fuisse rejectum, Grat. *discept. 694. n. 56.* ac Rota *dec. 141. p. 6. din.*

8 Quod verò ad malam famam electi, absolurè id negandum erit cum dilectum non praesumat, nisi probetur, Menoch. *praesumpt. 86. n. 5. lib. 3.* Et quatenus probetur non comprehenditur delictum ante octo annos patratum juxta Concilium Trid. *sess. 25. cap. 7. de regular.* restringens bonam famam electi ad octo annos. De laudabili autem vita electi non poterit dubitari, si fuerit electus ab omnibus ferè suffragatoribus. Dicere enim, quod omnes electores sint improbi, prout essent, si eligerent indignum, est impingera maculam toti capitulo, accidentibus praecipue meritis electi in rebus theologicis, & Canonibus.

9 Denique objectiones fieri debent in ipso Capitulo,

ne detur occasio suspendendi effectum electionis juxta plurium Religionum prudentes Constitutiones, in quibus satis prudenter disponitur in haec verba, *si quis noverit causam, propter quam vocem quis activam vel passivam habere non debeat in praesenti capitulo, illam referat iudicibus causarum; alius enim sine visio peccaverunt omnes electiones, nec postquam electio Prioris Provincialis incepta fuerit, alicuius super hac re proclamatio admittatur.* Hanc protestationem Praesidentes Capitulorum in Capitulis facere debent alta ita intelligibili voce, ne praetendatur ignorantia. Id profectò sufficeret, quoad oppositiones contra qualitates electorum.

Si verò aliquot electores caruerint suffragio activo, id non ideo electio esset irrita, quia sustineretur pro majori parte legitima per *cap. in Genesi §. nos hic de elect.* traditq; Castell. *de elect. c. 4. n. 41.* ubi ponderans hunc casum, concludit, quod si major pars constitueretur ex vocalibus non legitimis, tunc esset irritanda electio, quia illa constituit majorem numerum.

Verum Abbas in *cap. consultationibus n. 6. de procur. ix.* post Innoc. in *cap. illa de elect.* concordat dictum *cap. in Genesi cum c. Messana eod. tit.* & distinguendo ait, quod vel electores admiserunt ad eligendum inhabilem scienter, electio est nulla; si ignoranter est valida. In casu igitur quo electores nullam haberent scientiam obsectorum, ex eo, quod non sint ejus generis, ut omnibus innotescant, quemadmodum exemplum exhibet Abbas *loc. cit.* in laico, ut si iste admittatur ad electionem, cuius qualitas omnibus est nota, electio est nulla. Si verò admittatur excommunicatus, & excommunicatio non est nota, non dicitur admissio voluntaria. Ita etiam Innoc. *loc. alleg.* & tradit Castellin. *ibid. cap. 4. nu. 53.*

Minusque objici poterit electo, quod ante confirmationem se ingesserit muneris. Et id quoque poterit negari, si pe definitorium acta fuerint, quae obijciuntur. Quod si aliquo modo se ingesserit, id forsàn fecerit jussu P. Generalis. Et quamquam id comprobaretur, non tamen esset electio nulla, sed incidisset electus in penas *e. avartitia de prob.* electionem enim non inficiunt quae subsequuntur, sed quae praecedunt electionem *d. cap. Messana de elect.* Innoc. in *cap. nihil est. vers. idem de immo. eod. tit.*

Doctores autem, qui solent allegari pro infirmatione electionis fundantur in *c. indemnitate §. sanè de elect.* ubi quod opponens contra electionem debet docere tantum de male fama electi, quam superior accipere potest extrajudicialiter. Quod sanè verum est ad effectum superlegendi in confirmatione, ne statim concedatur, ut per Innoc. in *c. 1. n. 3. de elect.* ad effectum verò infirmandi electionem requiruntur probationes judiciales, Glos. in *d. §. sanè.* Quandoquidem electio est voluntatis, confirmatio necessitatis, ut loquitur Abbas in *c. postquam de elect.*

His tamen minime obstantibus nullam censeo hanc electionem ex parte electi. Primò quia ipse est Baccalaureus, atque adeò incapax dignitatis Provincialatus. Secundò cum secundum plurium Religionum Constitutiones Provincialis, quoad fieri potest, debet eligi unus ex tribus Magistris proponendis in Definitorio, non habita ratione antiquitatis promotionis ad magisterium, sed potius probitatis, ac doctrinae; si ergo inter eligendos non est consideranda prioritas in gradu magisterii, electio debet fieri de similibus Magistris, inter quos Constitutiones nolunt attendi ordinem, ac prioritatem in magisterio, sed experientiam, & doctrinam. Requiritur itaque magisterium in positivo, licet non in comparativo, cum comparativum disponat positivum, *l. ubi autem ff. de verb. oblig.* ubi Doctores praecipue Cuman. *n. 1.*

Et in hoc casu comparativum antiquior disponit positivum in eadem specie, Benincal. *de consue. 9. 2. n. 20.* & proprie non tollitur comparativum si non reliqua- tur in disposito positivum, Bartol. in *l. illud 7. §. si cuius dolo*

fito, quod Episcopus quascunque saculares Ecclesias curatas exemptas, sive illius Diocesis Monasteris Cas-

Quæritur ordinaria ne ipsi Episcopis, an verò delegata auctoritate visitare licere adeo, ut nisi expresse

Censuit S. Congregatio quoad primum, licere Episcopis delegata tantum auctoritate visitare quoad utrumque

Singulis annis visitare teneantur. Respondit S. Congregatio

Ad hæc questum fuit, an ab Episcopo illæ Ecclesiæ exemptæ possint visitari, quæ à suis Ordinariis inferioribus

Item S. Congr. censuit, licere Episcopo visitare Capellam jurispatronatus laicorum ad instar jurispatronatus

Minimè desrasdarentur. S. Congregatio censuit pro reparatione, vel aliis, quæ in visitatione sibi videbuntur

Illorum inhibitionibus penitus exclusi. Et si objiceretur, quod verbi gratia, Ecclesiæ exemptæ in sua Diocesi

Sed fuit dubitatum, an decretum Concilii sess. 24. c. 20. in fine intelligatur, fuisse res judicatas, quæ inniuntur

to positam, non intelligi, nisi duobus vinculis, quorum alterum vinculum per se obstat. Et ita mandavit in similibus responderi.

CONSULTATIO XL

Electio capitularis Regularium quatenus sit confirmanda? Quid de capitulo celebrato ante completum tempus capituli

Confirmanda est electio non solum ex regula, quod electo sufficit docere de sua electione, quia præsumitur Canonica, & contrarium afferenti incumbit onus

Constareq; poterit electionem fuisse Canonicam, ex literis Scrutatorum, quæ in confirmatione sunt præcipue

Si fuerit confirmata, nedum à Commissario, & Præsidente Capituli, sed etiam à tota Provincia recognita & approbata, ut proinde non sint audiendi pauci tantum

Soletq; S. Congr. super Episcopis, & regularibus rescribere, confirmandum esse capitulum, & omnia gesta in eo, nisi ad primam Congregationem aliquid relevans fuerit

Non est itaque deneganda confirmatio electionis, quotiescunque contra electionem, vel contra electum nihil opponi potest, quod subsistat, ut inquit Abb. in c. postquam

Nec obstat capitulum fuisse celebratum ante completum triennium post electionem Provincialis defuncti, licet enim in plerisque Relig. officia ministri Provincialis, & aliorum Prælat. sint triennialia, & propterea capitula celebrari debeant de triennio in triennio, attamen hujusmodi tempus non intelligitur mathematicè, sed civiliter sive legaliter, ac ita, ut non ita præcisè intelligatur, quin possit per mensem, aut per menses prorogari & abbreviari, dummodo tempus à lege præscriptum non excedatur, ut de ordine Minorum tradunt

tradunt Rodriq. 10. 2. quest. regul. 52. art. 2. Casarub in comp. privi. frat. Minor. tit. Officia ordin. ibique Add. Capuc. §. 2. Miranda in man. Præl. lib. 2. tit. de c. provinc. 9. 16. art. 4. Portel. in dub. regul. v. officia Ordinis in add. n. 6. & Sancto. ad stat. & Constit. gener. ordin. min. stat. 36. & ad stat. 65. Quinimo in fortioribus terminis, quod

Minus obstat, si electus fuerit acensatus, ac processatus de crimine, præsertim, si ad hunc effectum adducatur simplex fides extrajudicialis personæ incognitæ, se referentis ad actus, cui nulla fides est adhibenda. Tum quia non creditur referenti, nisi constet de relato, ant. si quis in aliquo Cod. de eden. Rot. dec. 754. n. 3. coram Baratto cum aliis in dec. 743. n. 11. coram Marliano. Et rum quia, admisso, quod hæc attestatio esset notarii publici, nihil tamen relevaret, quia notario assentiens de actu præterito à se gesto sine testibus non creditur. Innoc. in cap. quoziam n. 6. de probat. Bald. cons. 428. n. 5. lib. 1. Alex. cons. 142. n. 12. lib. 1. ac Rota dec. 137. n. 3. & dec. 588. n. 2.

Nam, etiam si revera fuerit ac. ultatus, ac processatus, adhuc tamen non redderetur ineligibilis ex sola accusatione, aut denunciatione, ut per Jo. Andream, Innocentium, & alios relatos à Fagnano in c. omnipotens n. 6. 25. & §. 2. ac 35. de accusat. coque magis si agatur de re antiqua complurium annorum, & sic electus ad dignitates, & officia Ordinis fuerit assumptus.

Minusque obstat, non potuisse eligi infirmum, & valerudinarium, ac impotentem agere vitam communem, ac regularem observantiam, si attestaciones, sive testes concluderent simpliciter infirmitatem actualem de tempore præterito, non autem habitualem, quæ sola excludit ad electionem passiva ex juris communis dispositione, ut tradunt Sayrus, Ugolinus, & alii, quos sequitur Passerin. de elect. cap. 25. q. 27. n. 330.

Idque præcipue, si electio esset jam confirmata, ad quam annullandam non sufficiunt simplices attestaciones, sed requiritur plena probatio, ut firmat Favor. de elect. c. 19. n. 121. Rodriq. tom. 1. quest. reg. 14. art. 3. cum aliis adductis à Lezana consil. 13. n. 9.

Præterea minus obstat, quod electio facta fuerit, lite pendente, atque aded quod fuerit attentata, si presentia litis pendencia non comprobaretur, nisi per solam commissionem ad instantiam electi, & nunquam fuerit presentata, & effecta communis per citationem, vel alium actum judicialem ex eo, quod commissiones continent clausulam, quatenus pars uti velit, ut tradit Abb. in cap. ex conquestione nu. 11. de restit. spol. cum aliis per Rot. dec. 138. n. 3. ac seq. coram Baratto, & in Comen. Canonicius 16. Martii 1654. §. non obstat coram Carro.

Aut si presentia litis pendencia fuerit omnino extincta per renunciationem litis ab oppositoribus factam, ob quam receditur ab appellatione, ut ponderavit Rota dec. 349. n. 3. coram Cavalerio, & dec. 29. ubi Add. n. 4. coram Ludovico cum aliis in dec. 37. n. 4. post Tambur. de jur. Abbat. Impetrans enim commissionem causæ quavis etiam fuisset decreta citatio, pœnitere potest, illique renunciare, & post renunciationem, nullam remanere litis pendenciam, firmavit Rota penes Achill. dec. 10. n. 1. de refer. & post alios comprobatur Lancell. de atten. par. 2. ca. 4. in præf. 46. dicens n. 49. id procedere, licet commissio in manuali Notarii, sive in libro publico descripta esset.

Cessatque omnis difficultas, quia electio, tanquam actus extrajudicialis fieri potest, etiam lite pendente, absque vicio attentatorum, ut probat Lancellot. loc. cit. limit. 22. n. 1. & seq.

Quod autem aliquis non fuerit admittus ad ferendum suffragium, non refragaretur, si ille non habebat hujusmodi jus, scilicetque esset, ut fit dubium, an hoc jus ei competere, præsertim, si de hoc voto præterito jure non docuerit

apud Judices suffragiorum, aut si cum esset præfens in loco, ubi celebratum fuit Capitulum, non comparuerit neque deduxerit, aut opposuerit coram eodem Capitulo;

Vocales autem novos, & insolitos creare, ac inducere in Capitulis Provincialibus, non solum nequit superior, sed videtur, quod ne ipse quidem P. Generalis id possit, cum electio Provincialis pertineat tantum ad certos, & determinatos suffragatores, & P. Generalis nequeat Constitutiones alterare, sive commutare, nisi per tria Capitula Generalia approbetur, ut in Religione Prædicatorum, quod non possit augeri numerus vocalium, probat Passer. loc. cit. c. 3. q. 2. n. 11. & q. 3. n. 48. & 50.

Unde satis est, quod non dubitari possit, an alicui competat jus ferendi suffragium, ne possit admitti, cum nunquam habuerit possessionem præter jus eligendi, sine qualiter exclusus non possit dare de contemptu, quia ipsi nulla fuit facta injuria, cum nunquam possederit, ex jure enim dubio nemo debet immitti in possessionem, ut distinguentio tradit Passerin. loc. cit. cap. 14. q. 7. n. 44. & n. 48. ac seqq.

Doctores verò contrarii loquuntur in casu, quo non fuit vocatus ad Capitulum, qui habebat jus certum, ut Favor. de elect. tit. 4. cap. 17. n. 13. Eoque magis, si non admittus ad suffragium, esset præfens in Conventu, in quo celebrabatur Capitulum Poterat enim, ac debebat ad locum electionis accedere. Quod si non accesserit, non potest dici contemptus, cum per sonum campanæ vocantur omnes præfentes in conventu, nec finit monitiones singularem ex communi Religio-num praxi.

Privatio autem vocis activæ, & passivæ debet intimari Patribus Conventus, cum nemo excludi possit ab electione passiva ex capite privationis vocis, nisi sit privatus per sententiam, quæ transiverit in judicatum, ut tradit Passer. ibi. c. 35. n. 601. & 602. Cumque agatur de vitio personæ, sicque de gravissimo præjudicio, procedendum est cum probationibus, & actio judicialiter, ut docent Castell. de elect. c. 4. n. 30. Barb. vot. 35. n. 15. lib. Passer. eo loco 33. n. 153. & n. 164. Estque communis sententia; Ideoque asserta declaratio privationis vocis non est attendenda, si ea constat per simplices narrativas, aut fides extrajudiciales, ut late in terminis Barbos. vot. 97. n. 42. & seqq. lib. 3.

Ac præsertim, si constiterit de nullitate, de attentata, ac de injustitia privationis. De nullitate quidem, ut si non præcesserit citatio, cujus defectus est insanabilis ad rectum in Clem. sepè §. non sic de verb. signif. in Clem. pastoralis §. ceterum de re judic. & in l. de unoquoque ff. eod. Aut si citatio facta non fuerit pro illa die, qua fieri debebat declaratio, Rota dec. 312. n. 4. p. 4. Et sententia declaratio-nis requiritur ex jure, ut post multos tradit Passer. cap. 25. n. 624. & seqq.

Aut si constiterit de attentatis ex appellationibus interpositis super denegatione induciarum, vel à comminatione dicte pœnæ privationis. Cum enim non agatur de correctione morum, neque de visitatione sine dubio licet appellare, Rodriq. tom. 2. quest. reg. 29. art. 2. proluxè Donat. tom. 2. de appellig. tract. 10. quest. 30. n. 6. & seqq. ac in terminis Barbos. d. vot. 97. n. 120. lib. 3. & Passer. d. cap. 25. n. 602.

Vel si constiterit de injusticia, ut si denegatæ fuerint induciæ, nec ullum delictum commissum fuerit. Non enim est contra obedientiæ votum rationes, ac jura proponere præcipienti petere inducias, & appellare, cum hæc sunt permisa de jure, ut tradunt S. Bonaventura in spec. discipl. par. 1. princ. q. 1. cap. 4. Turrecrem. in reg. S. Benedicti cap. 66. in art. 43. & Alvar. tom. 2. de vit. spirit. lib. 5. cap. 15.

Cumque in Constitutionibus Regularium sit expresse statutus modus pro reformatione, utique superior secundum illas debet procedere, ut ex decreto S. Congregat. tradit Fagnan. in cap. recolemes nu. 6. de stat. Monach.

Aut si constiterit, quod asserta declaratio privationis non doceatur fuisse Patribus intimata, idèque nunquam potuerit transire in judicatum, aut esse impedimento, quin electio esset valida, ut per Passerin. cit. cap. 25. n. 600. & 602.

digno determinate, ut ipsi conciliantur electores, & reduncantur ad debitam dispositionem; non tamen, ut ipsi eligant. Tenentur enim electores habere bonam dispositionem erga eligendos, & peccant, quando prætermittunt dignos, & eligunt indignos, aut minus dignos, præsertim ex malo affectu. Cum autem actus dandi pecuniam pro conciliandis electoribus alicui ex eligendis habeat objectum bonum, atque etiam finem, erit actus bonus, atque adeo licitus.

40 Neque hoc est alicui procurare electionem, sed tantum procurare bonam affectionem electorum erga ipsum. Quod si ex hac bona affectione sequitur electio, id est per accidens. Nam est in potestate electorum quemlibet ex dignis eligere, neque cum ipsis sit pactum, quod talem determinate eligant, sed ad summum, quod erga talem deponant malum animum.

41 Ex quibus notandum est cum Ledesma loc. cit. quod postquam data est pecunia, ne eligant indignos, sed dignum in communi, si bona fide, ac mediis procurare electionem digni in particulari. Quia uterque actus ordinatur ad alium.

42 Quando verò ex eligendis unus est tantum dignus, licet offerre lectoribus pecuniam, ne indignos eligant, non autem, ut illum solum eligant, qui dignus est. Ita Valent. tom. 3. disp. 6. qu. 76. quest. un. 4. & Laym. loc. cit. Quia tunc non datur pecunia pro electione personæ determinate, sed tantum, ne eligantur indigni, & per accidens censetur, si unus solus dignus sit, qui possit eligi.

43 Hæc sententia præ cæteris probabilior videtur, quia tribuit actui objectum honestum. Est enim honestum impedire malum, quoad fieri potest, & iis omnibus mediis impediri potest, quæ ex natura sua sunt mala. Ex natura autem sua non est malum aliquem promereri pecuniis, ac muneribus, ut sibi complacere, abstinendo à malo. Unde per hoc medium poterit impediri mala electio. Neque enim aliquid spirituale compensatur pecunia, sed datur pecunia, ne aliquid malum fiat.

44 Esse autem licitum, quando electores subornantur vi aut fraude, redimere pecuniis hanc vexationem, quando subornans adhibens vim, aut fraudem, non est unus ex electoribus docent Sot. lib. 9. de just. & jur. qu. 6. art. 1. ad 5. Less. eodem tit. lib. 2. cap. 35. dub. 18. nu. 19. Ugolin. tab. 1. de simon. cap. 9. §. 9. num. 3. Valent. tom. 3. disp. 6. qu. 16. punct. 3. concl. 2. circum 2. Suar. d. lib. 4. de relig. cap. 50. n. 2. Laym. d. §. 2. num. 22. Gordon. lib. 8. theol. moral. qu. 8. cap. 18. num. 54. Aragon. d. q. 100. art. 2. in dub. circa fol. 5. Quia hoc est pure redimere injustam vexationem, & non datur pecunia ad obtinendum auxilium pro electione, sed tantum ad vitandum nocumentum. Secus autem, inquitur, si subornans prodesse possit, ut si sit elector. Debet enim intelligi de eo, qui potest prodesse cooperando per se ad actum electionis. Quia tunc censeretur pecunia offerri, ut prodesset, atque adeo in ordine ad electionem.

45 At verò esse licitum, etiam quando subornans vi, aut fraude prodesse potest ita, ut sit elector, docent Sylvius 2. 2. q. 100. art. 2. concl. 3. Aragon. in dub. circa fol. 2. Malder. tr. 9. cap. 3. dub. 17. Less. lib. 2. cap. 35. dub. 17. Ugolin. d. tab. 1. disp. 1. de simon. q. 6. punct. 5. n. 6. ac 7. Cælestin. in compend. theol. moral. tr. 7. c. 4. n. 9. Sanch. lib. 2. conf. mor. c. 3. dub. 30. n. 5. §. 9. Quæ sententia valde probabilis est, eamque sequitur Paulus par. 3. tr. 17. disp. 3. de simon. punct. 20. n. 4.

46 Non enim datur pecunia illi, qui prodesse potest, ut proficit, sed tantum ob redimendum ipsius injustam vexationem. Habet enim jus sibi à natura concessum se, suaque defendendi, atque adeo potest redimere quancumque vexationem sibi noxiam, sive directam, sive indirectam.

47 Possit etiam absolute redimi vexationem, etiam quando subornans potest prodesse, & est unus ex electoribus, docent Villalob. tom. 2. summ. tract. 17. diff. 3. num. 3. citans Aragonam Sanch. d. dub. 30. num. 5. Fernandez par. 3. exam. theol. moral. cap. 32. num. 28. Dian. part. 5. tract. 14. resol. 2. Suarez d. lib. 4. cap. 50. n. 28. & Palaus loc. cit. n. 6.

48 Prior pars assertionis probatur. Quia quando vexatio

hujusmodi fit ab eo, qui non potest prodesse electioni, habet meram rationem nocuenti; Unde qui læditur, potest uti jure naturali, quod habet ad se defendendum & ad avertendum à se quodlibet malum. Neque medium, quod adhibetur, est malum. Quia quod pretio obtinetur, non est quid spirituale, nec quid connexum per se cum ipso, neque consequens per se ad ipsum. Quia remanent Electores in eo statu, in quo essent; si non fieret subornatio, sed tantum quod subornans deponat pravum animum subornandi.

Altera pars ita probatur. Quia licet, quando subornans 49 prodesse potest, quia est elector, censeretur potest, quod illa subornatio pertineret ad munus ipsius, ac proinde daretur ipsi pecunia, ut electori, quia tamen subornatio est contra munus electoris, ut potest contraria bonæ electioni idèd si datur ipsi pecunia ex hoc præciso fine, ut desistat à subornatione, non datur tanquam electori, sed tanquam malè affecto, & in tali casu eadem est ratio de ipso, ac de eo, qui non potest prodesse, ut notat etiam Suarez loc. cit. Idèdque hoc licitum est, quia non ordinatur ad acquirendum aliquid spirituale, sed merè ex intentione dantis ad avertendum à se nocumentum. Neque jura, quæ prohibent simoniam prohibent uti jure proprio naturali ad sui defensionem.

Solumque jura positiva damnant, ut simoniam, redemptionem vexationis, quando fit in ordine ad obtinendam electionem, sive beneficium. Quia intentio est illa, quæ dat speciem operi. Secus autem est, quando fit solum in ordine ad constituendum electorem in debita dispositione, & ad amovendam subornationem. Quod si per hoc inclinatur animus electoris ad eligendam, id est per accidens, ac præter intentionem. Unde non potest inficere redemptionem vexationis.

Licitum etiam est, procurare pretio, ne impediatur 51 electio, quum juridicè fiat. Hæc assertio est Sylvestri v. Simonia qu. 13. & Sanchez d. lib. 2. conf. moral. capit. 3. dub. 10. num. 9. Quia per hoc non obtinetur pretio ipsa electio, sed tantum redimitur vexatio, quam pateretur Capitulum, si ex malitia alicujus electio non fieret juridicè. Habet enim Capitulum jus ad juridicam electionem, ad quam tenetur concurrere, ipsamque procurare quoad fieri potest. Unde si quis facit, ne juridicè fiat infert injuriam Capitulo in re gravi, quia ipsum malitiosè fraudat sine, quem intendit, ac proinde licet redimere hanc injustam vexationem.

Id, quod etiam extendendum censeo cum Sanchez 52 citato, quamvis, ut ipse ait, aliqui Doctores oppositum sentiant, quando agitur de electione alicujus personæ determinate; adhuc enim redimitur vexatio, quando datur pretium, ne impediatur, quin electio ipsius juridicè fiat. Si enim elegeretur, & non juridicè, adhuc fieret injuria Capitulo, quod sine suo frustraretur in tali electione. Nec datur pretium in hunc finem, ut ipsum eligant sed ut eligendo, juridicè procedant. Unde manent electores in illa æqualitate, ac dispositione, quam habent, secluso omni pretio, si ad electionem rectè procederent. Quare nulla committitur simonia. Quia non trahitur mediante pretio electio ad aliquem.

Si autem elector accipit à meo competitore pecunias 53 aut munera, licet mihi munera, & pecunias ei date. Est Petri, Hurtadi in 2. 2. disp. 173. sect. 17. §. 243. ubi ait, quod si certò scio electorem accepisse pecuniam, potero indicare animum meum, & ostendere me esse paratum ad dandas pecunias, si elector eas voluerit. Quia hoc non est provocatio, neque consilium; absolute tamen non licet offerre; quia ego non vexor injustè, & elector potest esse antecesser determinatus in favorem competitoris sine ulla injustitia. Subdit tamen, non esse improbabile posse offerri illam pecuniam; quia quod ego peto, potest fieri & bene, & malè, nempe ut mihi opuletur. Quod si malè fit, est culpa ipsius, quam ego non teneo vitare cum gravi damno. Est autem grave damnum, ut elector sit à competitore pecuniis devinctus. Neque illi sum causa peccati,

peccati, quia formaliter est in peccato. Hactenus Hurtadus. Idem tradit Palaus d. part. 3. tract. 17. disp. 3. de simon. punct. 20. num. 8.

54 Et quidem hic actus non est malus ex objecto, quia non datur pecunia in compensationem suffragii, ac proinde non est simonia ex objecto, imo est bonus, quia dare alicui pecuniam, aut munera ad sibi ipsius animum conciliandum, est actus munificentie, ac liberalitatis, quæ est specialis virtus. Et licet procedat ex amore concupiscentie erga seipsum, adhuc tamen importat convenientem usum pecuniarum.

55 Neque est malus ex fine. Quia datur pecunia electori ad præponderantem inclinationem, quam habet erga meum competitorum eò, quod pecunia ab ipso quoque devinctus sit; qui finis bonus est. Quia nihil aliud intenditur, quam quod ejus animus reducat ad illam æqualitatem inclinationis, quæ debita est in singulis Electoribus erga competitores ut justa electio sequatur. Hæc autem æqualitas necdum est bona de se, sed etiam necessaria pro ipsa electione. Unde qui eam procurat, non facit aliquid in præjudicium bonæ electionis, sed facit in favorem illius. Nam quoad se procurat, ut justè fiat, & non intendit inclinare animum ad eligendum.

56 Electione autem facta à majori parte, committitur simonia, si datur aliquid electori contradicenti, ut cesset à contradictione per Textum in cap. Mattheus de simon. Quamvis enim electio sit jam facta; quia tamen contradictio tendit ad illam annullandam, idèd pecunia remove contradictionem, est tibi electionem de novo per pecuniam adjudicare.

57 Sed quid si contradictio sit injusta? Committi simoniam, ait Sanch. d. lib. 2. conf. mor. cap. 3. dub. 30. n. 8. Quia hoc pacto paratur via ad electionem, quæ stante contradictione, nondum est sub pleno jure electi, adducitque Cardinale, Panormitanum, & alios in d. cap. Mattheus, ac Sylvestrum v. Simonia q. 10. sub initio, & Innocentium in cap. significasti de elect.

58 At verò, id licitum esse, quando contradictio est injusta, & non esse simoniam, tenet Glossa in cit. cap. Mattheus v. majoris, intelligens Textum solummodo de contradictione juxta, quando scilicet electo aliquid rationabiliter opponitur, Gloss. in c. dilectus 1. de simon. & tradunt Præpos. 1. q. 1. num. 3. Suar. tom. 1. de relog. d. lib. 4. de simon. cap. 50. num. 8. & Palaus loc. cit. num. 1. Quæ sententia probabilior est.

59 Nam in hoc casu licet electo se defendere juxta jus, quod habet à natura. Et idèd cum in contradictione patitur injustitiam, potest non modò se ab illa tueri, sed etiam redimere vexationem injustam, præveniendò injustam turbationem electionis. Quia unusquisque habet jus ad manutenuendum proprium statum contra omnem injustitiam, & proinde habet jus ad manutenuendum statum propriæ electionis contra injustam contradictionem eam redimendo.

60 Quod etiam locum habet, quando electio indiget ulteriori confirmatione. Quia tunc non datur pecunia pro confirmatione, sed pro avertenda injusta contradictione quæ fit contra electionem, quæ est jam sub jure electi. Quare defendit quod suum est.

61 Confirmatur ex communi regula, quod post jus acquisitum liceat pecuniis redimere vexationem injustam, quæ fit pro turbando ipso jure. Eam tradunt Gloss. in can. questum 1. q. 3. v. redemptione, & in can. decimas 3. 16. qu. 6. & in d. dilectus 1. de simon. ubi Innocen. Panorm. & alii, ac D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 5. pluresque alii, quos refert, ac sequitur Suar. d. cap. 50. num. 2. Cum enim quis est electus à majori parte, licet nondum confirmatus, fecit jam suam electionem, & idèd potest contra injustè turbantes illam defendere, ac etiam prævenire turbationem dando pecunias.

62 An autem electus possit pretio redimere vexationem injustam, quam patitur in confirmatione electionis, ita distinguendum est. Quando vexatio est ab eo, qui potest

prodesse, non licet eam pretio redimere. Quia tunc ille actus tenderet non solum ad vexationem tollendam, sed etiam ad parandam viam ad confirmationem. Unde saltem mediata ordinatur ad obtinendam confirmationem, quia non daret pecuniam, si non vellet obtinere electionem, ac proinde dat ex intentione obtinendi. Si verò vexans non potest prodesse, quia non pertinet ad ipsum de confirmatione, tunc licet redimere injustam vexationem. Atque ita docent Suarez d. cap. 50. num. 8. citans Præpositum, & Bellameram, & prosequuntur Laym. lib. 4. tr. 10. cap. ultim. §. 2. num. 22. Gordonius lib. 8. theol. moral. 8. cap. 18. n. 54. Villalob. p. 2. summ. tr. 37. diff. 30. n. 4. Bonac. d. tom. 1. disp. 1. de simon. qu. 6. punct. 5. n. 4.

63 Er sane quando confirmatio non pertinet ad vexationem, tunc dare pecuniam pro redimenda vexatione, est pura redemptio vexationis, nec habet admixtum aliquid, quod spectet ad confirmationem, & alioquin redemptio vexationis est justa, cum spectet ad defensionem, nec intervenit aliquid spirituale, pro quo datur pecunia. Quando autem vexatio injusta est ab eo, ad quem spectat confirmatio, est eadem ratio, ac de electore injustè vexante de quo diximus supra. Quare tenendum est, quod etiam si vexans prodesse possit, adhuc licet ab ipso injustam vexationem redimere. Quia tunc pecunia non datur pro confirmatione obtinenda, sed pro removenda injusta vexatione, & constituendo confirmatore in debita æqualitate, quam debet habere. Unde talis actus habet pro objecto aliquid honestum, nempe animi æqualitatem in confirmatore, in ipso necessarium, & remove ipsum à malo, ac peccato, in quo est, dum injustè vexat.

64 Eum autem, qui apud Electores justè vexatur, non potest redimere vexationem, ut tollat impedimentum propriæ electionis, tradunt communiter Doctores, dum docent absolute, non licere redimere vexationem justam. Ita Glossa in d. cap. Mattheus v. panis de summa, Panormit. in d. cap. dilectus eod. ibique Innoc. Abb. num. 3. Felin. n. 4. quibus adscripulantur Redoan. par. 3. c. 22. in fine, Navarr. conf. 41. n. 2. de simon. Suar. d. cap. 50. num. 10. Azor. p. 3. lib. 12. cap. 3. q. 3. Laym. d. tr. 10. cap. 28. num. 22. Bonac. loc. cit. n. 3. Paulus d. punct. 20. n. 4. ac Reginald. lib. 23. prax. form. penitenti. n. 125.

65 Verum hac in re ita distinguendum est, quando vexatio justa injustè fit, ut si fiat ab eo, à quo opponi non potest, vel fiat ex malo animo, & non ex intentione bonæ electionis, vel si ex aliquo alio capite, tunc pretio redimi potest, non solum absque simonia, sed etiam absque peccato, si cum recta intentione id fiat, nimirum si tantum deat, ut deponatur malus animus, unde provenit vexatio, maneat tamen in sua libertate.

66 Nam ratione defensionis, quæ de jure naturali est, possumus à nobis propulzare omne malum, præsertim quando injusto modo inferatur, etiam si alioquin de se justum sit. Unde si quis mortem mereatur, potest se defendere contra conantem occidere, si injusto modo velit occidere, quia nimirum non habet potestatem occidendi. Unde potest etiam propulzare vexationem sibi injustè illatam.

67 Quinimò quando justa vexatio justo modo fit ab eo, qui non tenetur ex aliqua obligatione opponere, eligendo, ut contingit in illis, ad quos non pertinet de electione, si fiat redemptio cum debita intentione, nimirum ut intendatur tantum avertere proprium nocumentum, potest etiam pretio redimi. Quia potest eligendus uti jure suo naturali, quo potest se defendere, & propulzare omne malum, quod fit à quocumque, cui non subjicitur; ita ut possit ab ipso puniri, atque adeo omne malum, quod non habet rationem justæ punitionis, & potest adhibere pecuniam, ut medium indifferens. Tunc enim cum talis vexatio non sit justa punitio, talis actus habebit objectum honestum, nempe propulsiionem mali per medium licitum. Unde etiam actus licitus erit.

68 Sed quando justa vexatio est ab iis, ad quos pertinet de electione, distinguendum pariter est. Fieri enim potest, quod elector, aut quisvis alius, ad quem pertinet de electione,

electione; possit, ac debeat opponere, quæ habet contra eligendum, & tunc certum est, non posse precio redimi hanc vexationem. Qui enim tenetur opponere, quæ habet contra eligendos, peccat mortaliter, si non opponit. Quia in re gravi non satisfacit proprio muneris, & ideo inducere ipsum pretio, aut alio modo ad tacendum, est inducere ad peccatum.

69 Si verò solùm potest opponere, sed non tenetur, quia vel absolute non habet obligationem, vel ab ipsa excusatur ratione circumstantiarum, tunc est eadem ratio de ipso, ac de iis, ad quos non pertinet de electione, ac proinde potest vexatio precio redimi. Militat enim eadem ratio. Quia nimirum eligendus potest uti jure suo propulsi mali ab se ipso, & potest exigere ab eo, qui illaturus est, ut non inserat, desistendo ab oppositione, à qua cum possit licite ex libertate sua desistere, nihil illicitum ab eo exigitur.

Quo in casu considerandum est, quod si quæ opponi possunt reddunt inhabilem pro electione, aut indignum tunc nullo modo ii, ad quos pertinet electio, tacere possunt. Nam permitterent eligi indignum, & inhabilem. Unde essent auctores totius damni, quod ex hujusmodi electione sequeretur, & ideo à nullo induci possunt si ve precio, si ve aliquo alio modo, ut taceant. Quia hoc esset, eos inducere ad malum.

71 At si quæ opponi possunt eligendis, non reddunt indignos, aut inhabiles pro munere, ad quod concurrunt, sed tantum non dignos beneficio electionis ita, ut negatio electionis sit potius quædam pœna malis moribus inflicta, quam aliquid debitum Communitati, tunc licet pretio redimere hanc vexationem, aut alio modo operari, ne ea proferantur, quæ impedire possunt electionem.

72 Nam electores tenentur solum eligere dignum, & habilem ad illud munus, pro quo fit electio ac proinde tenentur solum impedire ratione sui muneris, ne eligatur aliquis, qui inhabilis sit, & cujus electio damnosa sit Communitati. Unde quamvis possint, præterquam ex inhabilitate, & indignitate, etiam ex aliis demeritis denegare electionem, non tamen tenentur. Quia sufficit, quod provideant de persona idonea, & consequenter qui novit demerita eligendi, quæ non præjudicant idoneitati, ac bono electionis, non tenentur propalare apud alios electores ut eos inducat ad denegandum electionem, sed tacere potest. Et ideo si hoc ab ipso exigatur, non inducitur ad aliquod malum, cum exigatur, quod licite potest f. cere.

73 Potest autem vexatio precio redimi, etiam si adiri possit superior, ut alio modo vitari. Ita Suarez d. cap. 50. num. 6. ac Fernandez p. 3. exam. theol. cap. 14. §. 1. num. 28. Quia nulla adest obligatio, qua teneamur alio modo provide- re, ne vexemur. Sive enim possimus, si ve non possimus alio medio propulsiare vexationem, semper hic actus propulsiandi est secundum jus naturæ, quo nobis conceditur defendere nos ipsos, habetque idem objectum, nempe defensionem propriam, si ve conservationem proprii status ac eorum, quæ ad nos pertinent. Unde semper de se est actus honestus, habetque objectum honestum, atque adeo est actus licitus, quo hoc ipsum intendimus, ac proinde pro ipso obtinendo possimus applicare quodcumque medium, quod de se malum non sit, & nobis magis expediat applicare.

74 Non obstant Jo. Andr. in cap. ad aures de simon. Abb. in d. cap. dilectus. 1. num. 4. eodem tit. ibique Felin. nu. 3. Rebuff. in prax. tit. de simon. in renunc. num. 30. & 31. Redoan. part. 3. cap. 2. num. 17. Bonac. d. tom. 1. disp. 1. de simon. q. 6. punct. 5. nu. 11. Sotus lib. 9. de just. jur. q. 6. art. 1. Reginal. lib. 13. prax. for. penit. num. 133. affirmantes necessarium esse, ut vexatio aliter vitari non possit moraliter loquendo; nam si vitari potest alio modo, ut adeundo superiorem, qui cohibeat vexantes, tunc non liceret illam pretio redimere. Moventur hac ratione, quia quando pretio redimitur vexatio, electio simoniaca est quantum est ex parte electoris, atque adeo nulla. Non licet autem procurare electionem invalidam, etiam si adsit

intentio procurandi convalidationem à Summo Pontifice nisi adsit urgens causa.

Nam hæc ratio solum militat in redimenda vexatione 75 ab electoribus, quæ nec quidem in hoc casu valida est. Nam esto, quod electio ex parte electorum sit simoniaca, non sequitur, quod dans pecuniam, procuret electionem invalidam, sed tantum procuret impedire propriam vexationem, utens jure suo, & quod electio sit invalida per accidens se habet, provenitque ex malitia electorum.

Præveniri autem posse vexationem, ac pretio redimi quando est aperte futura injusta, docet Reginald. loc. cit. n. 126. & quando certe cognoscitur inferenda, Fernand. d. cap. 14. §. 1. n. 28. Quod sanè tenendum est, atque addendum, quod quotiescunque vexatio potest redimi, potest etiam præveniri redemptio, nec est necesse, quod certo cognoscatur inferenda, sed sufficit, si probabiliter timeatur. Quotiescunque enim imminet malum si ve certo, si ve probabiliter, possimus uti jure naturali defensionis, ac ipsum propulsiare, nec debemus expectare, quod sit præsens, nisi quando medium ad propulsiandum est de se illicitum, & sit tagrum licitum ob necessitatem vitandi mali præsentis, ac proinde requirit præsentiam mali ut honestetur, ut est homicidium pro defensione propria, quod de se non est licitum, sed tantum honestatur ex necessitate defendendi propriam vitam ab actuali vi illata. In hoc autem casu adest malum, quod probabiliter timeatur, & medium ad ipsum avertendum non est illicitum, sed indifferens, nempe traditio pecuniæ, aut largitio munerum, quæ possunt bene, vel male adhiberi juxta finem, ad quem ordinantur. At qui in hoc casu ordinantur ad finem, qui est secundum jus naturale, nempe ad propriam defensionem, mediante reconciliatione illius, qui paratus est nocere, ac reductione animi illius ad benevolam affectionem. Cur ergo id non erit licitum, cum nihil turpitudinis in his omnibus reperitur, antequam vexatio præsens fiat?

Nec refragatur, quod tradit Sotus d. q. 6. art. 1. ac Bonac. d. punct. 5. num. 11. qui aiunt, vexationem debere esse actualem, ut possit pretio redimi, nec sufficere, quod probabiliter timeatur. Quia non licet vim vi repellere nisi vis inferatur? Unde nec pretio redimere vexationem nisi adsit vexatio, cum adsit periculum scandali, & simoniæ. Nam ex hoc fieri potest, ut elector moveatur ad promovendam electionem ob pecuniam.

Id inquam non refragatur, non enim est eadem ratio 77 de vi. Quoniam vis non est de se licita, sed tantum sit licita, existente vi in contrarium. Est enim vis de se injuriosa, & ideo non potest adhiberi, nisi ad repellendam vim actualem. Periculum autem scandali, aut simoniæ potest tantum esse ex parte accipientis, non quidem ratione oblationis pecuniæ, quia non datur pro spirituali, neque est talis, quin iusto modo accipi possit, si accipiatur per modum muneris, quando circumstantiæ sunt tales ut permittant habere rationem muneris. Quando autem non permittant, potest respui. Unde totum scandalum erit passivum, & totum periculum simoniæ erit ex malitia accipientis. Deinde qui dat pecuniam vexatori parato, non offert materiam peccati, quasi ex obligatione ordinetur ad peccatum, sed offert medium ordinatum ad sui defensionem, & conservationem. Qui autem accipit eam facit materiam peccati ex propria malitia.

Quando vexans, & accipiens pecuniam est elector 78 aut alius, ad quem pertinet, concurrere quomodocumque ad electionem, quia prodesse potest, tunc electionem esse simoniacam, tradit Præpos. 2. quest. 1. sub init. n. 30. atque, hanc esse tanquam communem sententiam Canonistarum in dict. cap. dilectus de simon. quorum tamen plures tantum dicunt, id esse injustum, ut Glossa Pannonitanus, aliique. Idem asserit Laym. dict. tractat. 10. cap. ult. num. 23. qui citat Valentiam, qui tamen non absolute loquitur, sed solum de eo, qui animo simoniaco non vult conferre spirituale, & concludit electionem esse simoniacam secundum præsumptionem in foro externo,

externo. Quod etiam docet Adrian. quodlib. 9. in solut. 2. confirm. 3. arg. princip.

80 At hujusmodi electionem non esse simoniacam, & proinde esse validam, sument Suarez dict. cap. 50. num. 14. Reginald. loc. cit. num. 128. Bonac. cit. quest. 6. punct. 5. num. 14. Quæ sententia, ut probabilior tenenda est. Certum etenim est, quod non committitur simonia, nisi vendatur spirituale, & subjiciatur humano contractui. In hoc autem casu nihil spirituale subjicitur venditioni, & humano contractui. Nam materia contractus est tantum vexatio removenda à vendente. Vexatio autem est quid merè temporale. Et quamvis vexans prodesse possit electioni, non tamen cadit sub contractui, quod proficit, quia solum incuitu pecuniæ cessat à vexatione, deinde est in arbitrio ipsius, ut proficit, vel non proficit eligendo, neque enim de hoc aliquod exigitur.

81 Hæc tamen sententia limitanda est, primò quando quod traditur pro redimenda vexatione, non est quid spirituale. Nam si esset spirituale committeretur simonia, quia spirituale pro temporali commutaretur, ut statuitur in can. Euphemium 2. q. 3. ubi, si simoniaci puniuntur qui acceptum Ordines ab Episcopo pro relinquenda ejusdem Episcopi accusatione.

82 Secundò autem limitari debet, ut non habeat locum quando ipsa vexatio spiritualis est, ut si fiat per manifestationem juris spiritualis, atque adeo non possit cessari ab ipsa, nisi cedendo alicui juri spirituali. Tunc enim venit in contractum aliquid spirituale, quod pretio estimatur, ideoque simonia committitur. Quæ in re advertendum est, quod spirituale nunquam potest esse ipsa formalis vexatio, sed tantum materia, per quam fiat vexatio. Vexatio enim formalis est illa molestia, quæ provenit ab animo male affecto, si sit injusta, vel ab animo illam intendente ob aliquem injuriam finem.

83 Qui ex eo, quod prodesse potest, movetur ad vexandum, ut mediante vexatione obtineat pecuniam, injustè agit, ac tenetur ad restitutionem. Imò in foro externo præsumeretur simoniacus, & posset puniri. Quia electio mediante vexatione subjicitur contractui, ac pretio. Intendit enim per vexationem inducere eligendum ad emendam electionem. Unde ex parte ipsius committeretur simonia, licet non committeretur ex parte redimentis.

84 Quando vexatio in ordine ad possessionem est per violentiam allatam à vexatore propria auctoritate, & ut à privata persona, ad quem non spectat de possessione, potest pretio redimi. Quia tendit redemptio illa ad removendum tantum impedimentum merè temporale, ut si electus detineretur ab aliquo, ne possit adire Superiorem, à quo est conferenda possessio.

85 At quid si vexatio sit à Superiore, vel ab aliquo, qui vexet apud Superiorem, ut impediatur, ne ipsi conferatur possessio, seu quodcumque vexatio est juris, non facti ita, ut tendat ad juridicè impediendam possessionem? Et potest redimi vexationem, quæ obstat possessioni, defumitur ex D. Thom. 2. 2. cit. q. 100. art. 2. ad 5. quatenus docet, acquisito jure, licere vexationem redimi, ubi Aragona, Rodr. tom. 2. summ. cap. 59. n. 5. & cap. 61. nu. Vega par. 2. summ. cap. 101. cas. 19. 33. & 44. Pisanell. v. simonia 1. Ledes. par. 2. summ. tr. 12. concl. 26. & segg. Major. in 4. d. 25. qu. 2. ad 2. Suar. d. c. 50. n. 31. Less. lib. 2. de just. & jur. cap. 35. dub. 18. n. 10. Reginald. lib. 23. prax. for. penit. n. 130. Rosella v. simonia 1. §. 13. Ang. eod. v. 2. §. 11. Palaus par. 3. tr. 17. disp. 3. de simon. dub. 20. n. 3. Laym. lib. 4. theol. mor. tr. 10. cap. ult. n. 22. Sanch. lib. 2. opusc. cap. 3. dub. 30. n. 11. ac Villalob. par. 2. summ. tr. 37. disp. 30. num. 5. aliique superius relati, etiam ex Canonistis. Hæc sententia nedum est probabilior, sed certa ex his principiis.

86 Primum est, quod non est simonia compensare pretio, quod non est spirituale, sed temporale, ac pretio estimabile, dummodo saltem non ita sit annexum spirituali, ut trahat secum ipsum spirituale, & spirituale principali modo se habeat, ut contingit in beneficio, in quo jus spirituale est principalis, & connectitur cum tem-

porali. Alterum est, quod possessio est quid merè temporale, quia non dicit aliud, quam quoddam factum corporale, quo res possidenda consignatur possessori nec in spiritualibus secundum se differt à possessione in civilibus, sed est omnino idem factum; solum enim differt ratione tituli. Et licet sit annexa titulo spirituali, non tamen vexatio est circa titulum, ac jus, quia supponitur jus jam plene acquisitum. Unde remanet quod redimatur vexatio tantum in ordine ad temporale.

Hæc sententiæ adversantur ii, qui docent non licere 87 hujusmodi vexationem pretio redimere, nominatim Glossa in can. decimas 2. causa 16. q. 7. Abb. in d. c. ad aures de simon. & d. c. dilectus eod. tit. ubi Felin. n. 3. Præpos. in caus. 1. q. 1. sub initio n. 28. & segg. Redoan. p. 3. c. 22. n. 2. Vgolin. d. tab. 1. c. 9. §. 8. n. 5. Guidopap. dec. in fin. Navarr. in man. cap. 23. n. 102. Sor. lib. 9. de just. & jur. d. q. 6. art. 1. ad 5. licet dubitanter, Armil. v. simonia n. 25. Sylvest. eod. v. qu. 3. Sam. Confes. lib. 1. tit. 1. de simon. q. 46. Sam Corona par. 3. tr. de simon. 32. Lopez p. 2. instr. cap. 302. Garzib. de benef. par. 1. cap. 2. n. 53. qui n. segg. assert. decisionem Rotæ Romanæ in Majoricen. præminentiarum sub die 22. Maii 1554. coram Vestano, in qua fuit decisum, possessionem Canonici fuisse simoniacam, quia fuit tradita cum pacto de non habenda voce in Capitulo, nec possidenda domo Canonicali usque ad certum tempus. Idque probant; quia possessio est quid spirituale. Nam datur in ipsa jus spirituale administrandi officium, vel saltem est connexa cum spirituali, nempe cum administratione officii, & auctoritatis, quæ inde sequitur.

At verò id non obstat. Quia licet requiratur possessio 88 pro administranda auctoritate, & officio, non tamen talis administratio est annexa possessioni, ut consequens ad ipsam, nam consequitur ad titulum, & jus acquisitum per electionem, sed possessio se habet tantum, ut conditio, si ve qua jus acquisitum exerceri non potest in administratione auctoritatis, & officii.

Minus obstat, quod possessio sit annexa juri spirituali. 89 Quia non illud trahit secum, sed supponitur jam acquisitum, & ideo pecunia non ordinatur ad acquirendum aliquid spirituale. Nec possessio magis firmat jus spirituale modo, seu dans aliquid spirituale de novo, sed tantum dicitur firmare, quatenus jus conjungitur cum suo objecto, & sit jus executioni mandatum.

Si verò jus ad possessionem est dubium multi ex iis, 90 qui docent, licitum esse redimere vexationem, quæ sit contra possessionem, acquisito jure per electionem, negant id licere, quando jus est dubium. Quia hoc esset conservare, & roborare jus infirmum. Nam daretur pecunia pro possessione, ut trahente se cum convalidationem, ac determinationem juris dubii. Ita Suar. Paulus, Laym. & Reginald. loc. alleg.

Distinguendum tamen est. Aut vexatio est contra 91 possessionem, aut contra jus ad possessionem acquisitum per electionem. Si vexatio sit contra possessionem, potest pretia redimi absque ulla simonia. Possessio enim non solum revera, sed etiam secundum citatos auctores est quid temporale. Unde dare pecuniam pro ipsa, est dare pro re merè temporali. Adde quod neque datur pecunia pro ipsa, sed tantum pro vexatione propulsianda, cui cum non teneatur succedere, potest illam quocumque licito medio propulsiare.

Nec dici potest, quod possessio trahat secum jus spi- 92 rituale, aut corroboret, & faciat melioris conditionis. Nam cum possessio consequatur ad jus, & jus debeat antecedere possessionem, non potest per possessionem convalidari, aut corroborari, neque effectus corroborat suam causam, quia ipsam supponit, ut illam, à qua accipit esse, ac proinde validitas possessionis est à validitate juris acquisiti per electionem, & possessio est nulla, si jus sit nullum, & dubia, si est dubium.

Si autem vexatio sit contra jus acquisitum, quod tam- 93 men sit dubium, tunc cum per electionem possideat illud jus qualecumque sit, & in dubiis sit melior conditio possidentis,

possidentis, potest illud jus, tanquam aliquod proprium sui ipsius defendere, & adhibere omnia illa media, quæ ad justam sui, suarumque rerum defensionem permittuntur, abuti jure naturali defensionis. Atque adeo potest pretio redimere vexationem. Quia hoc est unum ex illis mediis, quæ ad defensionem concessa sunt. Nam id non est aliud, quam defendere jus proprium. Neque enim tunc pecunia ordinatur ad aliquid spirituale acquirendum, sed tantum ad defendendum acquisitum. Unde objectum istius actus est justa defensio rerum propriarum, quæ cum sit quid honestum, actus quoque erit honestus, atque adeo licitus.

94 Non posse autem electum pretio vexationem redimere, si vexetur in possessione acquisita virtute electionis, aut deturbetur ab ipsa, aut in iis, quæ consequuntur possessionem, tradit Vgolin. *dict. tab. 1. cap. 9. §. 8. n. 6.* Quia videtur ordinari illud pretium ad spirituale, aut saltem ad annexum spirituale. Nam inservit pro recuperando, quod est amissum, & quod sine simonia per pecuniam prius obtineri non poterat.

95 Communis tamen sententia firmat, posse pretio redimi vexationem. Hanc tradunt etiam ii, qui negant posse redimi vexationem contra possessionem, eamque docent Glossa in *d. cap. dilectus 1. de simon.* ibique Felin. Præposit. in *causa 1. q. 1. n. 30.* Turrecr. in *cap. nullus 1. q. 1. c. in d. can. decimas 16. q. 7.* Suar. *d. cap. 50. n. 34.* Reginal. *loc. cit. nu. 131.* Bonac. *d. punct. 5. nu. 8.* Laym. *d. tr. 10. cap. ult. n. 22.* & Sanchez *lib. 2. opusc. cap. 3. dub. 30. n. 12.* Hæc sententia, ut potè vera, tenenda est.

96 Nam, acquisito pleno jure per electionem, & confirmationem, captaque possessione, tota vexatio, quæ est per deturbationem possessionis, & contra cetera, quæ consequuntur possessionem est, mera violentia, nec auferit aliquid spirituale; quia non habet vexans auctoritatem auferendi. Unde redemptio vexationis ordinatur ad merum temporale, cum semper remaneat apud vexatum totum, quod spirituale est. Nec est eadem ratio de prima acquisitione. Quia in prima acquisitione est acquirendum quid spirituale, in recuperatione autem nihil spirituale est acquirendum, cum non sit amissum.

97 Idque confirmatur ex doctrina, quam tradunt communiter Doctores, quod nimirum acquisito pleno jure, licet vexationem redimere. Eos superius adduximus, quibus addendi Raphael à Turre in *2. q. 2. quest. 100. art. 1.* Gloss. in *can. nullus Episcopus 1. q. 1. v. restituat. c. in can. questum caus. 1. qu. 3. v. redemptione, c. in d. c. dilectus 1. de simon.* ibique Innoc. Panorm. & alii, Turrecr. in *can. altaria 1. q. 3.* Navarr. in *man. cap. 23. num. 102.* Sylvest. *verb. simonia quest. 3. reg. 3.* Rebuff. in *prax. titul. de simonia in renunc. n. 18.* & suffragantur *d. cap. dilectus, c. d. can. questum*, ubi non censentur peccasse, qui dederunt pecuniam, ut se liberarent à gravaminibus circa ea, quæ jam possidebant.

98 Si verò electus vexetur per viam juris circa possessionem jam habitam, non potest pretio redimere vexationem. Ita Suar. *cit. cap. 50. n. 31.* cum Turrecr. in *d. can. altaria, c. d. can. decimas*, Reginald. *lib. 23. pr. for. pœnit. n. 131.* Sanchez *d. dub. 30. n. 12.* Laym. *d. tract. 10. c. ult. n. 22.* Quia hoc pacto ordinaretur pecunia ad spirituale. Nam daretur pro possessione, ut est annexa juri spirituali, & esset redimere, ac sibi firmare jus ad possessionem.

99 Contrarium tamen suaderi potest. Quia non remanet privatus possessione neque jure ad ipsam, nisi per sententiam. Unde sententiam potest habere & jus, & possessionem pro suis, ac uti jure naturali defendendi se, ac sua & pretio redimere vexationem.

100 Dare autem pecuniam alicui, ne tibi, in electione exceptionem opponat, quam jure opponere potest esse simoniacum, docent Vgolin. *tab. 4. de simon. cap. 50. §. 8.* Paris. *de confid. benefic. 47. n. 9.* Prosp. de August. in *addu. ad Quar. int. am. v. simonia addit. 3.* Navarr. *conf. 3. n. 1. de simon. in antiqua edit. c. in aliis editionibus c. 39. 41. c. seq.* Palaus *d. tr. 17. disp. 3. de simon. p. 20. n. 2.* Sanch.

d. l. 2. opusc. c. 3. d. 30. n. 13. c. 11., qui docent, non posse redimi vexationem justam. Quia hoc pacto redderetur per pecuniam via securior ad beneficium, sive ad electionem.

Hæc tamen doctrina difficilis videtur. Nam oppositio exceptionis est quid merè temporale, unde quantum est de se, non est materia simoniæ, si circa ipsam fiat contractus, & alioquin quilibet habet jus ad se conservandum indemnem; Unde cum oppositio exceptionis sit ipsi damnosa, poterit quantum est ex hoc capite, eam pretio impedire. Nec redimere talem oppositionem trahit secum aliquid spirituale, quod sit ipsi annexum, ac proinde sit materia simoniæ, ut quid annexum spirituali. Nam non trahit secum electionem. Quia adhuc est in potestate electorum, sicut erat antea. Nec adest aliud spirituale, quod secum trahere possit.

Neque etiam dici potest, quod hoc sit tibi parare viam ad electionem. Quia præparare viam ad electionem est aliquid facere, quod concludat ad ipsam per se directè ac positivè, non autem ponere, sive impedire obstacula, quæ possent obstare electioni. Nam via ducit ad terminum, & est quedam incompleta assequutio illius, quod non est solum remove impedimentum.

Quod autem reddatur via securior ad electionem, id non est verum de securitate positiva, sed tantum de negativa. Quia non est ponere aliquid positivum, quod reddat securam electionem, sed tantum remove obicem. Remove autem obicem, sicut non est comparare aliquid spirituale, nec aliquid temporale, quod trahat secum spirituale, ita non est materia simoniæ, sed quisque habet jus removendi ea, quæ sibi etiam justè obesse possunt, dummodo non teneatur ea subire per modum poenæ.

Si autem unus ex concurrentibus det alteri pecuniam, ut à concursu desistat ob impedimentum tollendum committit simoniam. Ita Maiol. *lib. 5. de irreg. cap. 45. n. 3.* Vgolin. *dic. tab. 4. cap. 5. §. 9. numer. 2.* Prosp. de August. *loc. cit.* Sanchez *ibidem dub. 3. num. 13.* Palaus *dict. tract. 17. disp. 3. de simon. punct. 20. num. 2.* Less. *lib. 2. de just. c. jur. cap. 35. dub. 18.* Pontius *lib. 5. de matrim. capit. 13. §. 6. num. 40.* Nam hoc est parare sibi viam ad electionem, ac redimere vexationem justam, quæ sibi infertur ab alio competitore. Addo, quod dum facit, quod concurrentes desistant à concursu, trahit electionem ad seipsum, quia electores eligent ipsum, dum non sunt alii, qui concurrant, & ideo pecunia pararet sibi viam ad electionem.

Pactum autem cum alio, quod non concurrat tecum in ordine ad hanc electionem, & tu non concurras secum ad subsequentem esse illicitum, ait Sanchez *dict. dub. 30. num. 13.* Quia obligatio non concurrenti posteriori vice, est pretio æstimabilis, & ideo per id quod est pretio æstimabile, paratur via ad electionem. Ac subdit quod non est simonia completa, donec adimpleatur, quod promissum est, non concurrente pro posteriori vice; etiam si in priori concursu electus fuerit qui promiserat.

Verum si obligatio non concurrenti pro posteriori vice est pretio æstimabilis, etiam obligatio non concurrenti pro priori vice erit pretio æstimabilis, arque adeo in hoc contractu sit commutatio eorum, quæ sunt pretio æstimabilia, nempe unius obligationis, cum alia obligatione. Quando autem commutantur, quæ sunt pretio æstimabilia, nulla committitur simonia.

Rationem igitur car hujusmodi pactum sit illicitum, eam esse puto, quia hoc pacto faceres tuam electionem cum fieri possit, quod remaneas solus, præsertim si ille, vel illi, cum quibus sit pactum, sint te digniores.

Qui autem dat aliqui pecuniam, ut merum incutiat competitori, ut desistat à concursu in ordine ad electionem, ad quam ipse quoque concurrat, certum est, quod peccat. Nam inducit aliquem ad inferendam injustam violentiam, quæ est contra justitiam. Nam impedit jus competitoris, quod habet ad concursum.

An

109 An autem contingat simonia, & electio sit nulla, si cadat in autem pecuniam pro incutiendo metu, firmat Vgolin. *dict. tab. 1. de simon. cap. 48. §. 3. n. 5. c. dict. tab. 4. cap. 50. §. 9. in fine.* Quia hoc pacto conducit se ad electionem, atque adeo mediante pecunia. Electio enim est morivum dandi pecuniam pro incutiendo metu.

110 In electione licere uti subornatione contra subornationem affirmat Villalob. *tom. 2. summ. tract. 37. diffie. 30. n. 5.* Unde per ipsum licebit adhibere munera, preces, promissiones aliaque in ordinem ad subornandum electores, quando scio ab aliis adhiberi, quia nimirum licet vim vi repellere, & monopolium alio monopolio dissolvere.

111 Hæc tamen sententia nullo modo probabilis est. Nam, etsi aliquando liceat adhibere munera, & preces ad aliquid justum, ac honestum obtinendum, non tamen in ordinem ad subornandum. Unde tenendum est nullatenus esse licitum adhibere subornationem contra subornationem, ut docent etiam Suarez *tom. 1. de relig. tract. 3. lib. 4. de simon. cap. 50. nu. 26.* ac Bonac. *d. tom. 1. disp. 1. de simon. q. 6. punct. 5. n. 15.*

112 Nam elector subornatus non potest bene eligere, cum eligat secundum mensuram subornationis. Unde qui subornat, quantum est de se, semper ponit causam malæ electionis, ac intendit, quod electio sequatur secundum mensuram illius subornationis. Et idè intendit, quod de se est malum. Nunquam autem licet intendere malum, sive in ordinem ad bonum, sive in ordinem ad aliud malum propulandum. Et absque nova subornatione potest adhiberi remedium priori subornationi, eam detegendo, & manifestando electoribus, ac proponendo motiva justæ, ac debitæ electionis.

113 Neque est eadem ratio de vi. Quia vis, quæ altera vis repellitur, non ordinatur ad malum, sed ad id, quod licitum, & honestum est, nempe ad defensionem, vel personæ, vel rerum, quæ est de jure naturali, & idè licita, & honesta est contra aliam. Ad subornationem per se primò ordinatur ad malum, licet possit inde se qui aliquid bonum. Non sunt tamen facienda mala, ut eveniant bona.

114 Est pariter diversa ratio de monopolio. Quia monopolium quoque est injuriosum communitati, & particulatibus personis, quæ sunt de communitate, ac infert moralem vim, idèque est licita defensio contra ipsum. Unum autem ex mediis aptis ad defensionem est alterum monopolium contra ipsum, & idè licet ipsum adhibere, qui vis mortalis, altera vi morali depellitur.

115 Ad vitandum autem subornationem in electione, posse induci consuetudinem, quod nullus adhibeat tractatus, ait Sigismund. à Bononia *p. 2. de elect. q. 1. dub. 35. numer. 11.* Quia licet sit contra jus canonicum, est tamen ex causa urgenti, ac verisimiliter non præcisa à canone, nempe ne occasione tractatus fiat subornatio; Unde toleratur cum surgat ex tacito consensu, ait Panorm. in *Clem. Esi principalis n. 6. de rescript.* Tum quia non præsumitur ambitio, & quia majus scandalum oriretur ex reprobatione consuetudinis.

116 At hæc doctrina nullatenus sustineri potest. Nam quicquid sit, an possit induci consuetudo contra jus canonicum, hæc tamen consuetudo reiicienda omninò est, tanquam abusus, & contraria substantiæ electionis. Ipsi enim ratione sequitur, electiones esse nullas. Nam electio, in quo non præcedit debitus tractatus, est nulla, ex *cap. in Genesi de elect.* ac docent Gloss. in *cap. cum in veteri, v. in tractatu eod. tit. c. in can. in nomine Domini, v. tractantes d. 23. Butr. in cap. cum inter num. 7. c. in cap. in causis pariter de elect. alii que passim.* Deest enim aliquid substantiale, sine quo non potest fieri electio, quæ cum sit assumptio unius præ cæteris, eò quod præ illis debeat eligi, non potest talis assumptio habere locum sine tractatu, quia sine ipso non potest electoribus innotescere, quinam sit cæteris præferendus. Cumque debeat collegialiter præferri, debet etiam collegialiter innotescere, quod sit præferendus. Ac optimè quidem ca-

Tom. X.

non prævidit, posse tractatum evadere subornationem, idèque decrevit poenas contra subornantes. Nec verum scandalum oriri potest ex reprobatione præcise consuetudinis tollentis necessaria ab bonam electionem. Verum quia facillimum est hominibus inee, quod cupiunt, hallucinari, & quod justum est, injustum opinari, quinimò in materia simoniæ Judices ipsi faciliè in errores incidunt, idè protector, quod per supra scriptas doctrinas, etiam ex opinione sapientum Doctorem traditas, quibus diversimodè docetur, licere absque simonia injustam vexationem, vel injustum gravamen pecunia, vel aliter conventionibus profanis redimere, non autumo, lectorem turum facere in conscientia, nisi consulat probos, doctosque viros super omnibus, ac singulis facti circumstantiis in suo casu existentibus, prout semper Sacra Congregatio Concilii, abstinendo à decretis theoreticis, responderi in hujusmodi materiis: Proponantur casus particulares illisque postea propositis cum omnibus facti circumstantiis atpre consideratis, consultò responderi, *Constare, vel non constare de simonia.* Cæteroque enim nimis periculosum est incidere in errores per solam doctrinam theoreticè datam.

CONSULTATIO XLV.

An Regularis, qui origine est filius Provinciae Italiae, quique postmodum obtenta filiatione Provinciae Germaniæ, tanquam verus filius hujus ultima Provinciae doctoratum, & magistrerium assequutus est, non juxta Constitutiones Ordinis sed juxta privilegium Ultramontanis concessum, possit modo redire ad antiquam Provinciam Italicam, ibique tractari debeat tanquam doctor, & magister?

Quoad filiationem constans sententia est, quod nemo potest esse filius duarum Provinciarum. Quia sicut repugnat naturæ duas habere matres, ita repugnat fictioni juris. Jus enim in istis imitatur naturam, ut de adoptione sunt Textus in *§. minore Instit. de adopt. si Paterfamilias. §. In arrogationibus, ff. de adopt.*

Cum ergo hic Regularis postquam erat filius Provinciae Italicæ, obtinuerit filiationem provincie Germanicæ, hæcque filiatio sortita fuerit plenè suum effectum, quia ipse, tanquam filius hujus novæ provincie admittitur ad privilegia, quæ solis filii competunt, impossibile est, quod remanserit filius provincie Italicæ.

Idque etiam si specificè, ac verbaliter non renuntiaverit antiquæ filiationi. Nam actus est incompatibilis, & qui vult antecedens, videtur velle necessariò consequens, ut pluribus exemplis probat Barbof. *axiom. 30. & in jure fortius est id, quod declaratur factis, quam id, quod firmatur verbis l. Certum, ff. si certum per. can. existimant 12. q. 2. Cæphal. conf. 77. n. 2. lib. 1.*

Atque ex his, vel hic Regularis præterdit resumere antiquam filiationem jure proprio, & præterditio est vana. Quia semel alteri perfectè incorporatus, desinit esse membrum primæ matris, illamque postmodum cogere non potest ad se iterum recipiendum, ut de Religioso ad alteram Religionem transito, qui postmodum redire intendit ad primam, est text. in *can. mandamus 19. q. 3. & tradunt Pelliz. in manual. regul. tom. 1. tr. 3. cap. 5. num. 1056.* Sanch. in *decalog. lib. 6. c. 7.* Bordon. *resol. moral. q. 16. n. 57. c. seqq.* Donat. in *prax. rer. regul. tom. 1. par. 2. tract. 5. q. 52.*

Vel præterdit illam resumere ex benigna acceptione antiquæ Provincie, ac cum ista nedum ipsum non acceptaverit, sed reipsa ejus instantiæ se opponat, ejus præterditio remanet inanis.

Quod verò ad magistrerium res habet minorem difficultatem. Nam demustandem aliquando, quod hic Regularis præterdet possit reditum ad primam Provinciam magistrerium tamen non poterit ei aliqua ex parte suffragari, quia fuit obtentum ad formam privilegii Ultramontanis, concessi. Privilegium autem eatenus suffragatur, ac durat, quatenus in privilegio reperitur, ac durat qualitas, sive ratio, ob quam privilegium fuit concessum, ut

H

probanz

probant Anchar. *conf.* 394. *nu.* 3. Roman. *conf.* 404. *num.* 5. & 6. & *antea conf.* 180. *num.* 7.

7 Et quidem si hoc admittetur, aperiretur via fraudibus. Incapaces enim magisterii ad formam Constitutionum, obtinerent à Provinciis Ultramontanis si iationem, atque adeò facilitatem assequendi magisterium juxta privilegia Ultramontanis concessa, & redeunda postea ad suas Provincias, gauderent magisteriis, non obstantibus Constitutionibus. Quod minime consentaneum est.

CONSULTATIO XLVI.

Pius Testator in hunc modum disposuit: Lego Patribus Religionis A. ex mea hereditate scuta viginti millia, ut Monasterium in meis ædibus construant, dummodò tamen intra annum legatum acceptent, locumque accipiant, alioquin eis substituo Patres Religionis B. Quæritur. *Primo, an & quatenus in hoc casu factus sit locus substitutioni? Ubi plura in hanc rem discutuntur.*

Secundo an dictis Patribus, donec eis non solvantur dicta scuta viginti millia, debeantur aliqui fructus sine labe usurarum.

AD primum. Affirmativè respondendum videtur. Perspicua etenim est Testatoris voluntas, ut adificetur Monasterium intra annum à die sui obitus cum expressione non solum temporis, sed etiam caducitatis. Unde si post habitam noticiam effluerit tempus præscriptum, caducitas evitari non potest, per Text. in l. vos quidem, ibique Doct. de testam. & firmavit Rota in his terminis in Romana hereditatis 10. Decembris 1655. coram Albergato, & 28. Aprilis 1659. coram Melio.

2 Neque in hoc casu opus est discutere, an sit necessaria monitio, quam requirit Textus allegatus. Quia licet solutio questionis esset pariter clara, quando tempus, ut in hoc casu fuit expressè in testamento præscriptum. Tunc enim currit à die aditæ hereditatis, ut rectè distinguit Abb. in d. cap. nos quidem n. 10. & post alios ibidem Covar. n. 1. & generaliter, quod ubi præceptum testatoris est clarum, nulla sit necessaria monitio ad incurrendam privationem, plenè probat Paris. *conf.* 19. *num.* 206. cum *seqq.* lib. 1. & Altograd. *conf.* 101. n. 35. lib. 2. Evelliturque ex anima omnis hæsitatio, & augetur magis contumacia, si intercesserit interpellatio tam ex parte hæredis, quam PP. subditorum.

3 Non obstat, quod tempus à testatore non fuerit præscriptum ad construendum Monasterium, sed solum ad accipiendum locum, quod utique factum fuit antequam laboraretur annus. Idèdque substitutio in casum contraventionis statim evanuerit.

4 Nam cum ipse Testator destinaverit locum eligendum in suis ædibus, verba, quæ subsequuntur, nempe ut accipiant locum, non possunt referri ad solam electionem situs, cujus Patres A. nullum habebant arbitrium, sed necessitate præcisè restricti erant ad constructionem Monasterii in loco designato. Et quatenus in eo fieri non potest, causa cognita, & obtenta dispensatione, potuisset constructio fieri in alio loco per d. cap. nos quidem, ubi Gloss. v. in loco de testam. ibique communiter Doctores. Alioquin voluntas testatoris frustraretur, quod est contra juris regulas, ut sæpè firmavit Rota, speciatim in Romana executionis laudi 14. Junii 1647. §. Quod eo factibus coram Arguelles, Faber in *Cod. lib. 6. tit. 18. de fin. 12.*

5 Ac licet verba illa, ut accipiant locum, ex propria significatione non importent Monasterii foundationem, id tamen non obstat, quia Testatores sæpè sæpius plus significant, quam loquantur, idèdque non est standum verbo corrici, sed attendendum qualis fuerit eorum voluntas, monet Jurisconsultus in l. Cum avus, ff. de condit. & demonstr. & l. cum accusissimi, C. de fideicom. passimque Doctores. Cumque in hoc casu Testator voluerit, quod tam per Patres A. quam per Patrum tres B. substitutos intra annum accipiatur locus sub pœna caducitatis, hoc sanè repetitum præceptum sub pœna amissionis legati indicat aliquid amplius legatum voluisse, quam verba illa accipiendi locum, possent in se continere,

re, ut per Surd. *dec.* 272. *nu.* 6. Cyriac. *cont.* 118 *nu.* 48. ac Rot. *dec.* 298. *nu.* 4. p. 2. *divers.* & quatenus etiam standum esset in propria significatione verbi accipiendi locum, adhuc Patres A. non adimpleverunt Testatoris voluntatem. Nam verbum capere, intelligendum est cum effectu, ut habetur in l. aliud capere 79. ff. de verb. signif. ibi, aliud est capere, aliud accipere, capere enim effectu accipitur. Idèdque non videtur quis capere quod est restitutus. Quare esto, quod Testatoris præceptum se ad illud restringeret, quod scilicet Patres A. deberent intra annum locum Monasterii capere ad formam, quod propriè significat hoc verbum, nihilominus ne quidem id adimpleverint, cum nec locum emerint, nec ullum actum acquisitionis domini, ac possessionis gesserint, ex quo liquidissimè apparet, nunquam posse dici locum fuisse ceptum, nec ad formam mentis Testatoris, neque ad formam dispositionis juris. Quia capere locum in sua propria significatione, est dominium, & possessionem loci acquirere irrevocabiliter, ut probat Textus supra allegatus, & tradit Cagnol. in l. non videndum 13. n. 161, ubi propriè capere est cum effectu penes se retinere ff. de regul. jur. Alciar. in d. l. aliud est capere, ff. de verb. signif. aliique per eos relati.

Præterea certum est, non posse accipi à Regularibus nova loco, nisi ad præscriptum Constitutionis 99. Clementis VIII. editæ sub die 13. Julii 1603. in Bullar. tom. 2. quæ inter alia requirit, ut obtineatur consensus Superiorum, Conventuum aliarum Religionum, & licentia Ordinarii, idque fiat causa cognita, & inducat formam omninò servandam, ut tradunt omnes, nominatim Gratian. *discept.* 517. n. 18. & *seqq.* Laur. de Franchis de centr. inter Episc. & Regul. *respt.* 18 pag. 115. Barbol. de offic. & potest. Episc. allegat. 26. Et quod hæc omnia sint adimplenda ante ipsam Curis erectionem, ait Donat. *rer. regul. tom.* 2. *par. 2. tr. 1. q. 7. n. 10. & q. 1. n. 1. & 3.* ubi etiam, quod licentia Episcopi debet esse in scriptis, imò erat necessaria licentia Summi Pontificis, sine qua loca nova acquiri à Regularibus non possunt, ut ex Constitutione 25. Urbani VIII. & ex sententia Sacræ Congregationis super Episcopis, & Regularibus, de qua Tambur. de *jure Abbat. tom.* 3. *disput.* 33. *nu.* 6. *par. 1. & 2.* firmat Rota in Cracoviensi foundationis 19. Aprilis 1649. §. 1. & 2. ac 20. Junii 1650. coram Cardinali Celso. Unde cum nec per viam facti neque per viam juris acceperint locum intra annum, adimplera est conditio apposita à Testatore, atque adeò statim fuit jus acquisitum à substitutis, ad Text. in l. si fuerit 13. ff. de manum. testam. Menoch. *consil.* 78. n. 27. ac Rota in d. Romana hereditatis coram Albergato. Caducitatis autem ex eo etiam evitari non potest, quod non solum Testator præcepit ut intra annum caperetur locus, sed locus suatum ædium. Quod cum non adimpleverint, manifestum est à legati jure cecidisse, ut disponitur. in l. Quod traditum, & l. nam ad ea, ff. de condit. & demonstr. à Rota in Romana Primogenituræ 7. Junii 1617. §. Præter quod coram Dunozeito, & in specie, quod sit servanda voluntas Testatoris, etiam quoad locum, est Text. in d. cap. nos quidem de test.

Nec Episcopus potest commutare voluntates Testatorum. Idem ad solum Pontificem Summum pertinere, probatur in *Clement.* Quia contingit de relig. domib. traditque Rota *decis.* 544. *nu.* 3. *par. 1. recent.* & asserunt in his terminis Covar. de testam. *cap. 3. nu.* 7. Rodriq. *tom.* 2. *q. 125. art.* 10. Mirand. in *manual. Pralat. quest.* 33. *art.* 7. & Barbol. *loc. cit. allegat.* 83. Demumque, quod Episcopus id potest, debet tamen id facere causa cognita, ut ex pluribus firmat Ricc. *decis.* 163. *nu.* 5. *par. 3.* Quod cum ita factum non fuerit, nec constet fuisse Episcopo expostum, quod Monasterium esset in loco à testatore assignato erigendum, dici non potest, causa cognita factam fuisse communicationem ejus voluntatis, per Textum in *cap. super literis de rescript. Faber. in suo Cod. lib. 1. tit. 2. de fin. 2. nu.* 6. Rota *decis.* 499. *nu.* 4. & 5. coram Cavalerio. Nam, ut aliquid dicatur factum causa cognita, non sufficit expressio causæ in genere, sed exprimendæ sunt causæ

particulares ipsius commutationis, ut per Hòned. *consil.* 32. *nu.* 109. & *seqq.* lib. 2. Rota *decis.* 594. *nu.* 37. cum *seqq. par. 5. recent.* ubi quod non dicitur cum causæ cognitione processisse Judicem, quando non constat ex quibus causis motus fuerit, & non apparet quas causas potuerit discutere.

3 Debebant igitur Patres A. cum solemnitatibus necessariis intra annum acceptare legatum, etsi locus à Testatore designatus justis de causis non fuisset repertus opportunus debebant instare pro commutatione voluntatis juxta formam traditam in *cit. cap. nos quidem.* Unde solus accessus factus per nonnullos ex Patribus A. ad patriam Testatoris, & asserta electio alterius loci absque ullo actu judiciali, & absque cognitione causæ nullatenus importare potest impedimentum aliquid aded, ut statim evanuerit substitutio, sed potius inde magis augetur contravenio.

9 Nec minus redditur clarum ex facti circumstantiis, quod dictis Patribus nullo modo competere possit restitutio in integrum ex duplici ratione. Prima est, quod ubi concurrat dolus, etiam in omitendo, restitutio non datur, ut declarat Baldus, cujus doctrina in hac questione celebris est. in l. Pupillorum, C. de repud. vel abst. *harred. Zabarell. in d. cap. nos quidem. nu.* 9. Aretin. *conf.* 67. *nu.* 9. Mart. Felician. *inter conf. Casir. conf.* 259. *part.* 1. Caphal. *conf.* 304. *nu.* 197. cum *seqq.* Odd. de *restitu. in integr. par. 2. q. 82. n. 63. & q. 83. n. 21.* Non autem dubitari poterit, quin concurrat dolus verus, quando is refulset ex eo ipso, quod Patres scientiam habentes dispositionis Testatoris, noluerint illam adimplere, ut in hac specie Monasterii asserit Bald. *loc. cit. ibi, Nisi Monasterium fuerit in dolo, quia cum sciret, & posset, noluit conditioni parere.* Zabarell. *ibidem,* ac Odd. *cit. q. 82. n. 23. & Caphal. d. conf.* 304. *n. 198.* probans, quod vera contumacia continet in se verum dolum, illumque, ait, auget, quando contumacia est geminata, ut *nu.* 202.

10 Altera ratio, quod restitutio nunquam datur, quando res non est amplius integra, ut fusè probat Menoch. *consil.* 103. *nu.* 25. Rimin. *jun. conf.* 655. *numer.* 87. Grat. *discept.* 667. *nu.* 45. & *seqq.* ac in similibus terminis quod donatarius non restituatur adversus non acceptatam tempestivè donationem, quando res non est amplius integra, idest quando alteri fuit interim verè quæsitum jus, probat Odd. *q. 89. nu.* 13. quem sequitur Fontanel. de *pass. nupt. class.* 4. *gloss.* 29. n. 16. & 17. & comprobat Straib. *resol.* 36. *num.* 14. & in his terminis firmavit Rota in d. Romana hereditatis coram Albergato, estque Gloss. in *cap. ex parte 4. v. quamvis de restitu. spoliat.*

11 Quin etiam subintraret caducitas ex alio capite, si nempe Patres, non obstantibus pluribus monitionibus judicialibus, nunquam curaverint adificationem Monasterii, quæ vel erat facienda intra annum, ut ex Textu, Glossa, Innocentio, & aliis probat Fagnan. in *dist. cap. nos quidem de testam.* Vel juxta opinionem Abbatis in *dist. cap. num.* 9, quod inspicienda sit qualitas operis, certè Patres officio suo defuerunt, si nihil post monitiones judiciales fieri curaverint. Unde non solum fuerunt in mora, quæ nullo modo purgari potest, ad tradita per Bartol. *in l. 2. nu.* 10. & in l. cum quidam n. 7. ff. de legat. 2. Gratian. *disceptat.* 239. *num.* 19. ac Rotam coram Gregorio XV. *decis.* 316. *num.* 5. Sed etiam in manifesto dolo, qui committitur, etiam quando aliquid omittitur fieri absque justa causa, l. Dolus, & l. si procurator, ff. de dol. *Natr. consil.* 12. *n. 5. lib. 1.* Sicque etiam ex hoc capite ceciderunt à legato, ut admittunt Doctores communiter, et etiam Rota, quæ in contrariū allegari solet in *Neapolitana hereditatis 30. Januarii 1660.* coram Cardinali Certo.

12 At nihilominus negativè respondendum censeto, si tamen constiterit Patres primò vocati à die habitæ noticiæ legati, acceperint locum pro Monasterio juxta Testatoris voluntatem, aliæque fecerint, quæ concludenter probent agnitionem legati, & loci acceptationem, ad quem effectum sufficit quomodocumque voluntas declaratur sive verbis, sive factis, ut de agnitione legati firmat Rota *decis.* 195. *nu.* 22. *par. 7. recent.* & de acceptatione est

Textus in l. Paulus respondit ff. *rem ratam haberi, & Rot.* post. Zacch. de *obligat. Cameral. decis.* 189. *num.* 22. & *seqq.* ac *decis.* 40. *nu.* 32. *par. 9. recent.* Quia nil aliud est, quam quædam animi declaratio, Paris. *consil.* 117. *nu.* 10. lib. 4. & Rota *decis.* 229. *num.* 17. *par. 9. tom. 1. recent.* Præsertim autem si acceptatio legati, ac loci in tempore, ac illius commutatio facta ex causa legitima proberetur, nedum à testibus, sed etiam ab Episcopo in ejus visitatione, cujus assertio uti facta in actu visitationis, plenissimè probat Cæsar. de *grass. decis.* 1. *nu.* de *reb. Ecclæs. non alien.* Rota *decis.* 318. *num.* 12. *par. 5. & decis.* 50. *nu.* 6. *par. 7. recent.*

Quare præsentio Patrum, qui secundo loco nominantur penitus cessat, quia cum illi sint vulgariter substituti in casum, in quem Patres primò vocati intra annum locum non acceperint, dum acceptatio facta est intra tempus, substitutio aliorum evanuit, neque hodie cum illis agendum est per Text. in l. post. *ad istam, C. de impub. & al. substit.* Rot. *decis.* 97. *nu.* 1. & *decis.* 661. *nu.* item 1. *part. 1. 4. tom. 3. recent.*

Solumque versaretur quæstio, ad quem devolutum sit jus exequendi hujusmodi legatum, si post acceptationem nondum fuerit exequutum, quod intelligitur de illo exequendo ad favorem Legatarii, à quo fuit acceptatum, non autem ad effectum tradendi alteri. Nam id non est exequi, sed destruere voluntatem Testatoris, & auferre legatum illi, cui fuit acquisitum, ut probat Text. in d. cap. nos quidem de testam. ibique Barbat. n. 43. ac Imola. n. 10. Carol. Marant. *respons.* 32. *nu.* *post.* 32. & *seqq.* ac *respt.* 41. *nu.* 48. *par. 1.* Spin. in *specul. testam. gloss.* 28. *num.* 5. & *seqq.*

Quo super non immoror. Nam si jus exequendi devolutum sit ab hærede ad Patres primò vocatos, ut firmanr Imola, & Barbaria *loc. cit.* si ab ipsis Patribus ad Episcopum, vel fabricam Sancti Petri, id non refragatur, dum semper exequutio facienda est pro construendo Monasterio, ad favorem dictorum Patrum, quibus legatum est acquisitum, nec aliquid ipsis imputari poterit, si legatum ipsis non fuerit traditum; nem respectu legatarii tempus non incipit currere ad construendum, nisi à die, quo legatum est ei solutum, ut in specie firmat Jal. in l. si cui legatur 51. *num.* 18. ff. de legat. 1. Cancr. *var. resol.* lib. 3. *cap. 1. n.* 160. & Antonell. de *temp. legat. lib. 4. cap. 6. n.* 4. & 5.

Hinc nihil obstant interpellationes de non perfecta constructione intra annum, si Episcopus, ad quem devolvebatur jus exequendi, non procuraverit consignationem legati à quo tempore, ut dixi, tempus currere incipit, non autem debuert interponere decretum pro caducitate legati, quæ non intrat, sed ipsius legati exequutio, ad Text. in d. cap. nos quidem.

Tolliturque omnis difficultas, si Patres primò vocati inceperint construere Monasterium, quod sufficit. Nam annus datus ad construendum intelligitur ad incipiendum, non autem ad perficiendum juxta veriorum, & magis communem sententiam, quam sequitur Barbat. in d. cap. nos quidem n. 39. ubi ponderando verba illa, *Monasterium debeat ordinare,* ait, quod verbum, *ordinare,* non denotat perfectionem, tenetque ibidem Abb. *num.* 9. & Anan. n. 10. ibi, *Si tamen inciperet intra annum sufficere,* & profequuntur Covar. *nu.* 9. ac Roch. de *Curte de Innepatr. v. Construxit q.* 10.

Ex quibus, cum pateat hanc sententiam esse communem, non est attendenda contraria, quam ibidem dicitur Fagnanus, qui se fundat in illis verbis Textus d. cap. *Nos quidem,* quibus præcipitur Episcopo, quod moneat hæredem, quatenus intra annum Monasterium debeat ordinare, & cuncta secundum voluntatem defuncti construere. Nam illa prima verba, quod intra annum debeat Monasterium ordinare, non denotant perfectionem, ut dixi; in sequentibus verò, quod debeat cuncta secundum voluntatem defuncti perficere, non reperitur terminus intra annum, ut notant superius allegati Doctores, cumque illa sint directæ ad hæredem, in omnem

- 2 Sunt igitur, qui referant, Joannem XXII. vel juxta alios XXIII. ordinem hunc militare instituisse. Sed hæc sententia à quocunque habeatur, recipi non potest. Joannes enim hic Papa Pontificatum Romanum tenuit circa annum Domini 1320. Joannitæ autem Templarii, reliquique Christiani omnes, præsertim qui ob militiam erant celebres circa annum Christi 1300. tota Syria à soldano excedere jussi sunt.
- 3 Probabilior ergo eorum videtur opinio, qui putant, cœpisse hoc milites post captam demum à Christianis Hierosolymam, Gottifredo Bulione Duce, cum paulò ante Joannitæ etiam emerissent. Quamquam ne huic quidem sententiæ absolvente subscriperem, cum nulli eorum his temporibus aliquam saltem, quod equidem sciam mentionem faciant.
- 4 Quitamen in hac postrema sunt sententia indicant, hunc Ordinem Patriarchæ Hierosolymitano subjectum fuisse, atque normam vivendi illi datam, quam Canonicam appellant, amplius præditi daturam à Gottifredo, aliique Regibus. Rubram, & geminam Crucem holosericam togis adfuisse.
- 5 E Syria autem pulsî, Ordinis totius caput Perusium constituerunt, sed tandem ab Innocentio Octavo circa annos Christi 1485, militiæ Rhodiorum Equitum agglutinati, sui juris esse desierunt, Hierosolymis vend electis inde militibus sacris, Sepulchri Domini custodia Soldani assensu, & jussu, Franciscanæ familiæ monachis tradita, & commissa fuit.
- 6 Et quidem anno 1336. Pontificis Romani venia octo Monachis Franciscanis Sepulchrum hoc commendatum fuit, qui ei in hodiernum usque diem præstant. Nam, & si post Rhodi expugnationem Joannitæ, aliique tota Asia excessissent, & in Europam trajectissent, ac Solymanus Turca edicto cavisset, ut omnes Christiani latini nominis suis Provinciis, Syria præsertim, & Hierosolyma, excederent, concessit tamen, ut soli Armeni, Syriani, Georgiani, Græci, & Franciscani ibidem habitarent.
- 7 Ab anno igitur 1304. usque ad hunc annum 1695. tantum bonorum operum, ac frugis animarum in Palestina, Syria, Ægypto, aliisque in partibus Orientis Ordo minorum prouitit, ut Summi Pontifices Religiosos in illas partes proficiscentes, in eisdemque commorantes variis privilegiis, indultis, gratiis, exemptionibus, & favoribus prosequuti fuerint, quorum omnium, ac singulorum tenores in variis Ordinis Archivis asseruati ad manus non habentur. Ex multis hæc modo producimur.
- 8 Clemens VI. concessit, & confirmavit Minoritis loca sancta, iisdem à Roberto, & Sancia, Sicilia Regibus comparata, vel eorum sumptibus in meliorem, & firmiter Ordinem redacta. Item facultatem ad ea mittendi idoneos Ordinis sui fratres, qui transfretato mari, sub sint Præfecto, seu Guardiano Terræ Sanctæ. Incipit ejus diploma: *Gratias agimus omnium largitori*, datum Avenione 11. Kalendas Decembris Pontificatus anno primo.
- 9 Innocentius VI. Hospitale in Monte Sion fundatum per Sophiam Florentinam subjecit regimini Guardiani pro tempore montis Sion. Incipit: *Pius fidelium studiis*. Datum apud Villam novam Avenionensis Diœcesis nominis Septembris, Pontificatus sui anno tertio.
- Urbanus Quintus approbat concessionem Innocentii VI. Quod fratres Minores ferrum, & ligna ad Infidelium partes pro locorum suorum restauratione, & constructione deferre possint, & construere Monasterium propè Ecclesiam Beatæ Virginis Mariæ in Valle Josaphat. Incipit: *Rationi convenit*. Datum Avenione sexto Idus Novembris Pontificatus sui anno primo.
- 10 Gregorius Undecimus concessit fratribus Minoribus facultatem ædificandi Ecclesiam, & Domum apud Bethleem propè Capellam sancti Nicolai, & quod Religiosi in ea habitantes gaudeant privilegiis toti Ordini concessis. Incipit: *Inter cunctos ordines*. Datum Avenione 7. Kalendas Octobris Pontificatus sui anno quinto. Idem concessit fratribus Minoritis potestatem dandi facultatem

piis fidelibus utriusque sexus manendi in Terra Sancta ad tempus, vel perpetuò, si illuc se contulerint cum Apostolicæ sedis licentia. Incipit: *Dilectis filiis Ministro, & Custodi Terræ Sanctæ, ac Guardiano, loci de Monte Sion*. Datum Avenione 7. Kalendas Decembris Pontificatus sui anno quinto.

Item facultatem reconciliandi Ecclesiæ Catholicæ illos, qui ab ea recesserunt, & adhererunt Mahumeticæ, vel alteri Sectæ. Incipit: *Sicut de damnabili filiorum errantium*. Datum Avenione 7. Kalendas Decembris, Pontificatus sui anno quinto.

Idem in Syria instituit Inquisitorem Minoritam. Incipit: *Inter sollicitudines innumerat*. Datum Avenione 4. Kalendas Januarii, Pontificatus sui anno quinto.

Bonifacius Nonus instauravit societatem fratrum peregrinantium in fidei obsequium, magnis per Sedem Apostolicam facultatibus ornatam. Incipit: *Exultat cor nostrum in Domino*. Datum Romæ apud Sanctum Petrum 8. Idus Januarii, Pontificatus sui anno decimo. Præficit Antonium Salpensem Minoritam classi mittendæ in Tartariam. Incipit: *Animarum salutem*. Datum Romæ apud Sanctum Petrum 7. Idus Januarii, Pontificatus sui anno duodecimo.

Joannes XXII. confirmat privilegia Pontificum, & aliorum Principum Fratribus Terræ Sanctæ concessa. Incipit: *Cum à nobis*, 4. Kalendas Julii Pontificatus anno quinto. Item quod possint Minoritæ in illis partibus existentes excipere omnium confessiones, & ab omnibus reservatis, etiam Episcopis, absolvere.

Martinus Quintus concessit Guardiani Montis Sion, seu aliis Minoritis, in Terra Sancta degentibus, facultatem, ut ab excommunicatione absolvere possint alios fratres proficiscentes ad prædicta loca absque licentia Sedis Apostolicæ. Incipit: *Votis vestris*. Datum Florentiæ 7. Kalendas Septembris, Pontificatus sui anno tertio.

Idem concedit Guardiani Montis Sion potestatem absolvendi ab excommunicatione Mercatores Januenses, Venetos, Catalonos &c. proficiscentes ad prædicta loca absque licentia Sedis Apostolicæ. Incipit: *Exigit vestra devotionis &c.* Datum Florentiæ 4. Idus Julii, Pontificatus sui anno tertio.

Idem mandat Archiepiscopo Gradensi, ut fratres Minorites loca Terræ Sanctæ inhabitantes pacifica possessione dictorum locorum gaudere faciat, & uti possint obligationibus ipsis largiatur. Incipit: *Ad assiduum Christi servitium deputatos*. Datum Florentiæ Idibus Julii, Pontificatus sui anno tertio. Extat autographum in Archivo Sancti Isidori Urbis n. 16. Et processus factus à Patriarcha, quo eadem consignavit jussu Martini V. n. 25. incipit: *In nomine Sanctæ, & individue Trinitatis*. Datum Mantuæ anno 1421. die 7. Januarii, Pontificatus sui anno quarto. Fratribus Minoritis in terra Sancta degentibus concessit, ut Confessores eligere possint, qui eos in articulo Mortis absolutione plenaria absolvant. Incipit: *Provenit ex vestra devotionis effectus*; 7. Idus Julii, Pontificatus sui anno tertio.

Confirmat indulgentias, aliaque privilegia, immunitates, exemptiones ab aliis Pontificibus, ac Principibus concessa Fratribus Terram Sanctam inhabitantibus. Incipit: *Cum à nobis &c.* Datum Florentiæ 7. Idus Julii, Pontificatus sui anno tertio.

Concessit Fratribus locum de Barutho mittendis in possessionem ab Archiepiscopo vicinioribus, seu per longa temporum spatia antea possessum confirmat. Incipit: *Salutare studium* Datum Romæ 16. Kalendas Maii, Pontificatus sui anno quarto. Iisdem Fratribus Montis Sion, & Terræ Sanctæ concessit licentiam sacrum faciendi ante lucem. Incipit: *Sinceritas vestra devotionis*. Datum Romæ 4. Idus Martii, Pontificatus sui anno quarto.

Ut possint recipere oblationes medio Procuratore pro sustentatione vitæ. Incipit: *Hic, qua pro Ecclesiis*. Datum Romæ decimo sexto Kalendas Martii, Pontificatus anno quarto.

Eugenius

22 Eugenius Quartus concessit Fratribus Minoribus inter infideles habitantibus, quod bona tam mobilia, quam immobilia per Apostolicos Syndicos administranda, retinere possint. Incipit: *Exultantes in Domino*. Datum Bononiæ anno 1437. quarto Idus Pontificatus sui anno septimo.

Idem multa concessit privilegia iisdem pro Sacramentorum administratione, præsertim penitentia. Instituit Jacobum de Primadiciis ejusdem Ordinis suum Vicarium in partibus Orientis, Septentrionis &c. cum facultate absolvendi à quibuscunque censuris tam à jure, quam ab homine, exceptis casibus voluntarii homicidii, bigamiae, mutilationis membrorum, & administrandi Sacramenta Baptismatis, Eucharistiæ, ac extremæ unctionis, & alia, concedendi plenariam indulgentiam in articulo Mortis, cum excommunicatis, & Schismaticis conversandi, nova loca acquirendi cum communicatione omnium privilegiorum, exemptionum &c. toti Ordini concessorum. Incipit: *Pastor bonus*. Datum Bononiæ anno 1437. quarto Idus Julii, Pontificatus sui anno septimo.

Nicolaus Quintus concedit Minoritis Terræ Sanctæ, ut possint omnes Ordines Sacros extra tempora ab Ecclesiâ statuta, eosque simul suscipere ab Episcopo quovis Catholico. Incipit: *Apostolica Sedis copiosa benignitas*. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno 1451. 11. Kalendas Augusti, Pontificatus sui anno primo.

Confirmat gratias à Summis Pontificibus, vel Regibus, Minoritis inter infideles habitantibus concessas. Incipit: *Cum à nobis petitur*. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno 1452. pridie Kalendas Aprilis, Pontificatus sui anno sexto.

Calixtus Tertius concessit omnia Indulta, & privilegia, &c. in genere, vel aliis quomodolibet antea concessa Fratribus Minoribus, commorantibus in partibus Hierosolymitanis. Confirmat concessionem locorum per totam Asiam, permittit nova recipere, & ædificare gaudere privilegiis toti Ordini communibus, absolvere à quibuscunque peccatis, & pœnis, excepta literarum Apostolicarum falsificatione, uti in baptisate, & extrema unctione, veteri christmate, altaribus, Calices, & alia Divino Cultui dicata benedicere, Missas ante lucem celebrare, Guardianis Montis Sion fratres pro elemosynis ad citramontanas partes mittere, advocare ad se fratres quoscunque voluntarios, cum iisdem super regulæ præcepta in itinere dispensare, permittit, ut Schismatici, & Infideles ipsorum Missis possint interesse, ab iisdem medicamentis recipere &c. Incipit: *Esse ex debito sollicitudinis pastoralis*. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1455. quarto Idus Januarii Pontificatus, sui anno primo.

Iisdem confirmat prædicta loca, dat potestatem nova erigendi, etiam in Monte Sinai, & ut gaudeant privilegiis totius Ordinis. Incipit: *Licet pro nostra ad B. Franciscum &c.* Datum Romæ anno 1455. quinto Idus Maii, Pontificatus sui anno primo.

Concedit Guardiani Montis Sion posse viginti personas ab omni voto absolvere, præter peregrinationes ad limina Apostolorum, & quod fratres Terræ Sanctæ eisdem obediant, & nullus audeat absque speciali ejus facultate ad transmarinas partes transire. Incipit: *Apostolica Sedis copiosa &c.* Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno 1455. Pontificatus sui anno primo.

Mitigat in illis partibus rigorem paupertatis Minoritanæ. Concedit ex defectu Sacerdotum Ordinario, ut possint fratres aliis confiteri, innoxios reddi, qui pro sui, vel locorum Sanctorum defensione aliquem infidelium mutilant, aut occidunt, potestatem facit Guardiani Hierosolymitano admittendi ad tertium Ordinem Sancti Francisci, atque ejusdem ministrum instituendi, concedendi facultatem alienis Sacerdotibus quorumcumque venientium audiendi confessiones, & faciendi sacrum à media nocte usque ad horam nonam, mandat quod nullus Sacerdos secularis, sive regulatis conjunc-

que Ordinis possit manere in partibus Saracenorum contra voluntatem Guardiani, nisi habeat specifi cam à Sede Apostolica facultatem. Incipit: *Devotionis vestra ardor*. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno 1457. pridie nonas Februarii, Pontificatus sui anno tertio.

Paulus Secundus Petro Maronitarum Patriarchæ Antiocheno commendat fratrem Guiphonem, & Conso-dales Franciscanos, & ut horum dictis adhaereat, etiam suo nomine proponendis. Incipit: *Firmum Deum Omnipotens*. Datum apud Sanctum Petrum anno 1469. nonis Augusti, Pontificatus sui anno Quinto.

Sixtus Quartus tribuit potestatem Petro de Neapoli, Vicario Generali observantium eligendi, & mittendi Nuncium in partibus Matonitarum, qui eadem potestate gaudeat, ac si à Sede Apostolica fuerit electus. Incipit: *Suscepti cura regimini*. Datum Romæ anno 1475. pridie Idus Februarii, Pontificatus sui anno quinto.

Leo Decimus anno 1516. concessit Guardiani Montis Sion, ut possit ordinare milites Sanctissimi Sepulchri, & facere, sicut fecerunt sui Prædecessores anno supradicto 1516. Item Lectores Theologiæ, Judices, & notarios creare anno 1518. die quarta Februarii.

Clemens Septimus confirmat in Castro sancti Angeli omnia indulta, facultates, & gratias concessas per Prædecessores suos Romanos Pontifices.

Pius Quartus confirmat omnes Indulgentias, gratias, & privilegia Guardianis, & fratribus Terræ Sanctæ à suis Prædecessoribus tam in scriptis, quam vivæ vocis oraculo, tam in genere, quam in specie, & aliis quomodolibet hæctenus concessa, incipit: *Divina disponente clementia*. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno 1561. decimo sexto Kalendas Augusti, Pontificatus secundo.

Gregorius Decimus tertius Ecclesiam, & Domum Constantinopolitanam, indulta, item & privilegia aliis locis, & fratribus Ordinis communia Minoritis Hierosolymitanis concedit, & confirmat. Incipit: *Cum sicut nobis*. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die octava Martii 1585. Pontificatus sui anno decimotertio.

Sixtus Quintus privilegia, & gratias Terræ Sanctæ per Prædecessores suos concessa confirmat, à quibuscunque peccatis, censuris, & pœnis, etiam contentis in Bulla Cœnæ Domini, absolvendi, dispensandique in irregularitatibus, in foro conscientia, benedicendi Ecclesiastica paramenta facultatem confert, venias, indulgentias locis Sanctis, & aliis in Terris infidelium constituit impertitur. Incipit: *Votis, ex quibus*. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 19. Aprilis 1588. Pontificatus tertio.

APPENDIX.

Clemens V. concessit Minoritis ad infidelium partes proficiscentibus, posse verbum Dei proponere constitutis in terris, quæ adhuc Sedis Apostolicæ magisterio non intendunt cum excommunicatis ibidem conversari, alios cupientes ad fidem converti, baptizare, aggregatos, & baptizatos, ubi Episcoporum Catholicorum copia non exiterit, confirmare, uti oleo, & christmate antiquis, ubi novum haberi non poterit, volentes insigniri caractere clericali, & ipsos ad Acolythatus ordinem promovere, in impedimentis Matrimonialibus dispensare, omnium fidelium ibidem existentium confessiones excipere, excommunicatos à Canone, vel alio modo absolvere cum irregularibus earumdem partium in casibus, in quibus solent legati Sedis Apostolicæ dispensare, ac cum Clericis patientibus defectum natalium, dummodo non sint ex adulterio, vel incestu, aut à Regularibus procreati, apostatas tam à fide, quam à Religione recipere, occisores Clericorum, & religiosorum personarum absolvere, fundare de novo Ecclesias, reconciliare profanatas, noviter fundatis de rectoribus idoneis providere, schismaticis, ac noviter convertis dare licentiam,

riam, ut uxores suas, cum quibus in gradibus à lege Divina non prohibitis, contraxerunt, retineant, causas matrimoniales cognoscere, discordantes ad concordiam reducere, inordinate viventem compellere, censuris Ecclesiasticis ad satisfactionem, & meliorem frugem, in locis suarum residentiarii Missas, & divina officia celebrare, Cæmeteria benedicere, in Civitatibus, Castris, vel villis, seu locis quibuscumque ad habitandum domus, & loca quæcumque de novo recipere, hæcenus recepta mutare, eadem venditionis, permutationis, donationis, aut cuiusvis alienationis titulo in alios transferre. Incipit: *Cum Hora undecima* si diei Datum Paravii 10 Kalendarum Augusti, Pontificatus 2. Eadem omnia concessit Joannes XXII. dilectis filiis de ordine fratrum Minoritarum in Terris Saracenorum. Datum Avenione 10. Kalendarum Novembris, Pontificatus anno sexto.

38 Gregorius nonus, Innocentius Quartus, & alii Pontifices antecessores concesserunt plura privilegia, indulgentias &c. Fratribus proficiscentibus in partes Infidelium, atque ibidem existentibus, quæ omnia fuerunt confirmata à successoribus ipsorum fratibus Terræ Sanctæ.

39 Ex quibus, & aliorum plurium Summorum Pontificum indulgentiis in sacris Montibus Sion magna, & varia est potestas, est Commissarius Apostolicus in partibus Orientalibus, ex ejus vel Vicegerentis licentia possunt Peregrini loca Sancta perlustrare, potest Cruces Sanctissimæ Trinitatis pro redimendis Captivis benedicere, suæ Religionis habitum conferre aliis Religiosis, ut sic facilius valeant peregrinari, fulget dignitate Præmonstratiensis, utitur mitra, baculo, cæterisque Pontificalibus in festis solemnioribus, potest Ordines minores conferre, Altaria, Calices, Corporalia, &c. benedicere, evocare quos sibi placuerit Religiosos ex omnibus Provinciis sui Ordinis, coercere Religiosos cujuscumque Ordinis, etiam Clericos Seculares, sive militares, qui in illis partibus scandala committunt, revocare Bullas Apostolicas, quas deserunt Peregrini ex concessione Innocentii Octavi, aliæque multa præstare, quæ brevitas causa omittuntur.

CONSULTATIO XLIX.

An sit credendum fide Catholica Sanctis innoscere omnes preces nostras ad eos directas? sive

An hoc ipsum sit absolute necessarium ad fidem, & praxim invocationis Sanctorum, ut sit salutaris?

A D primum respondeo, non esse prorsus necessarium fide Catholica credere omnes nostras preces, quæ ad Sanctos, sive Sanctorum animas diriguntur, eis à Deo revelari, sed sufficere quod hoc piè credamus, sitque nobis ita persuasum, tum ob Patrum, & Scholasticorum auctoritatem, scripturæ Sacræ consentaneam, tum ob rationem beatitudinis, & amicitiam, quam habent cum Deo.

2 Quamvis enim scholastici tam in 4. diff. 45. quam vel 22. q. 83. vel supplem. S. Thomæ q. 72. vel aliis in locis unanimiter doceant, idoneisque argumentis confirmant preces, quas ad sanctos dirigimus, ipsi innoscere, ideoque non sine grandi temeritate possit quispiam oppositum tenere, nulla tamen extat vel aperta scripturæ sententia, vel evidens traditio, aut Ecclesiæ definitio, quæ certò statuat, ac decernat omnes eis à Deo revelari nostras preces ad Sanctos directas.

3 Unde licet Sanctus Augustinus agnoscat, Beatos rerum nostrarum, ac etiam orationum, quas facimus per divinam potentiam esse conscios lib. 22. de Civitate cap. 29. & in psal. 88. ac serm. 94. de divers. libro tamen de cura pro mortuis cap. 16. non definit, quemadmodum opulentur Martyres istis, quos certum est per eos adjuvari, utrum ipsi per se ipsos adfuit uno tempore tam diversis locis, an ipsi in loco suis meritis congruo ab omni mortalium conversatione remotis, & tamen generaliter orantibus pro indigentia supplicentium, sicut nos oramus pro mortuis, quibus utique non presentamur, nec ubi sint, nec quid agant, sciimus Deum omnipotens exaudient Martyrum preces per

Angelica ministeria usquequaque diffusa præbeat hominibus ista solatia.

Hinc Bellarminus lib. 2. de Beat. cap. 20. & si dicat, certum esse, quod sancti preces nostras cognoscant, non tamen dicit, fide certum esse, quod illas præsertim omnes cognoscant, uti nec Vasquez, qui in 1. p. dub. 50. cap. 9. ait, Ecclesiam certò sibi persuadere, preces nostras esse Beatis cognitatas, de fidei tamen certitudine nihil dicit. Estius in 4. diff. 45. §. 18. scribens esse plusquam probabile, quod Beati preces invocantium cognoscant, addit Patres Concilii Tridentini noluisse illud tanquam dogma fidei definire. Supponit autem nullam anteriorem Ecclesiæ definitionem extare. Unde §. 20. iterum scribit ex doctrina Patrum Ecclesiæ, atque ex ipso more Ecclesiastico invocandi Sanctos, plusquam probabile esse, quod preces nostras ipsi cognoscant, non ita profecto, sed cum majori asseveratione loquuntur, si existimaret esse certum fidei dogma.

Si dicas, Pelantium in 4. 12. 1. p. dub. 7. dicere esse de fide, Beatos cognoscere orationes, quas ad illos fundimus. Respondet id, quod unus, atque alter Doctor censet esse fidei, non idcirco esse fidei, vel certum fidei dogma, quando Ecclesia nihil super ea re definit, neque est constans aliorum Orthodoxorum sententia, quod hoc ad fidem pertineat.

Ad secundum etiam negativè respondeo, ac dico, quod ad fidem, & praxim invocationis Sanctorum, ut ea sit salutaria, non est absolute necessarium credere, omnes nostras preces ipsi innoscere. Etiam si enim dæremus, quod tamen, ut ex jam supra allatis notum est, non damus, eos non audire orantes, nec cognoscere nostras preces, non ideo consequens foret, frustra eos invocari. Nam aliquis alius eorum vice fungitur, sicut non frustra supplicat Regi, qui certo scit, Regem non lecturum supplicationem, sed aliquem alium ex aula ejus, & nihilominus ita se imperaturum, quod petit, ac si Rex legisset supplicationem. Ita Bellarminus loco citato, & ei conformiter Estius allegato §. 20. cum præmississet argumentum hæreticorum, quo Sanctorum invocationem oppugnant ex eo capite, quia preces nostras non cognoscunt, solvi posse negatione consequentiæ id, quod & Bellarminus non tacuit.

Eodemque pertinet, quod Raphael de la Torre in 2. 2. 7. q. 83. art. 4. diff. 3. scribit, etiam si Beati nostras orationes non cognoscerent, inde inferri non posse, quod non orent pro nobis. Quoniam illi bene sciunt nos versari in magnis periculis, & pluribus egere. Ergo possunt petere, & petunt auxilium divinum pro nobis, sicut nos quamvis ignoremus, quos in particulari cruciatus patiantur animæ Purgatorii, pro eis tamen fundimus preces. Et addit, ex eo quod Beati ponerentur ignorare nostras petitiones per se ipsos, non sequi, illos inutiliter invocari. Nam aliquis v. g. Angelus potest eas Deo præsentare, & nobis satis est quod Deus ipsas audit. His conformia videri possunt apud Hugon. Victor. in 1. 2. de Sacram. p. 16. cap. 11.

Quod ad primum objicitur primo ex 10. 4. Conciliorum in Senonensi decreto 13. fidei, quod est non tantum de invocatione, sed etiam de notitia illa Beatorum.

Secundò ex quadam tacita definitione totius Ecclesiæ per hanc ipsam praxim tam antiquam, & communem invocandi directè Beatos, consistendi illis, jurandi per illos tanquam præsentem, vel saltem audientem, sicuti & plura alia olim ita definita fuerunt, ut peccatum originale infantium per praxim eos baptizandi, non rebaptizandos hæreticos baptizatos per praxim eos non rebaptizandi.

Tertio ex Sancto Augustino lib. de vera Religione cap. 10. §. 55. *Quisquis in Deo manet, & potest humanas preces sentire, in illo me exaudit.* Quo proptus supponit, sensum, seu cognitionem precum nostrarum à Beatis necessariam esse ad eorum exauditionem.

Quartò ex Alexandro Pelantio in 1. p. D. Thomæ q. 12. art. 10. diff. 7. concl. 6. ubi notat expressè esse de fide, quod Beati cognoscant preces, ad eos directas.

Quintò

12 Quintò ex Indice expurgatorio Antuerpiensi sub anno 1571. ubi sub censura in plerisque Georgii Cassandri libellos, ex quodam ejus hymno expungitur: *Omnes sancti orate Deum pro me, perinde valet ac si dicatur: utrum omnes sancti orent pro me.* Quia inquit Censores, reverentia Sanctos invocamus, preces eorum postulantes, non solum desiderantes, & amplius petit, qui dicit: *Orapro me, quam qui dicit: minam ores pro me.* Nam illud intelligenti, & audienti dicitur, hoc verò etiam non audientibus, & non intelligentibus optari potest.

13 Ad primum quidem respondeo, Concilium Senonense tantum fuisse Provinciale sub annum 1528. nec confirmatum à sequente Concilio Tridentino, aut Clemente Septimo ejusdem temporis, neque decrevisse cognitionem precum nostrarum à Sanctis esse de fide, sed probare invocationem Sanctorum per facilem eorum notitiam à Sanctis ex speculo Essentiæ Divinæ, aut revelatione Angelica. Porro quando Concilia reddunt aliquam rationem suæ definitionis, non tam definitivè, ut patet ex 2. Concilio Nicæno art. 5. de pingendis Angelis, & quare. Denique non loqui modo, quo ad hoc definitivè. Unde Suarez 1. part. tract. 1. lib. 2. tantum inde elicit, quod faveat vitioni precum à Beatis in verbo; sed & faveat plurimum nobis contra hæreticorum insaniam, & præstigiis, ut idem Concilium loquitur.

14 Ad secundum respondeo, dupliciter intelligi posse, aliquid definitum per praxim, seu traditionem practicam, sicut etiam per Sacram scripturam. Primum quidem per eam formaliter, tanquam per ipsam definitionem. Secundò per eam quasi casualiter, tanquam per motivum aliquod extrinsecum definiendi. Porro nec Sacra Scriptura, nec traditio est formaliter alicujus definitiva, nisi in certissimo, ac expresso sensu formali. Unde nec praxi illæ, sive traditiones practice non rebaptizandi hæreticos, aut baptizandi infantes, fuerunt definitivæ, aut definitiones, sed motiva definiendi, teste D. Augustino libro contra Pelagianos, & Donatistas, speciatim libris de baptismo contra Donatistas, ubi excusat Sanctum Cyprianum ab errore contra fidem in rebaptizandis hæreticis, priusquam plenarij Concilii sententia quid in hac re sequendum esset, totius Ecclesiæ consensus confirmasset, inquit lib. 1. cap. 18. *Quamvis, ait, lib. 2. cap. 7. saluberrimam consuetudinem tenebat Ecclesia [videlicet non rebaptizandi] quam credo ex Apostolica traditione venientem.* Et cap. 9. *consuetudinis robore tenebatur Orbis terrarum, & hac sola opponeretur voluntatis inducere novitatem.* Libris autem contra Pelagianos ita quidem ex consuetudine baptizandi infantes probat eorum peccatum originale, ut hoc ipsum confirmet ex caremoniis exorcismi ante baptismum lib. 1. de peccatorum merit. & remiss. cap. 34. lib. 2. de nupt. & concupisc. cap. 29. Et ex Sacræ scripturæ testimoniis. ut lib. 1. de peccat. mort. & remiss. cap. 18. ex illo ad Romanos 5. *Sicut in Adam omnes moriuntur* &c. nec dum tamen ut expressè definitivè, sed potius, ut motivus definiendi per Pontifices Romanos, & Concilia ab eis confirmata, Palestinum, Milevitanum, Arausicum, ut patet ex libris Beati Augustini contra duas Epistolas Pelagianorum.

15 Quantò minus praxi illa orandi Beatos per modum alloquutionis est definitiva, imo nec sufficiens ratio definiendi auditionem, sive cognitionem omnium talium precum à Beatis, cum nec fit propriè alloquutio eorum immediatè. Omnes enim docent Beatos non audire, sive intelligere à nobis à Cælo immediatè preces nostras, sed à Deo formaliter, aut virtualiter per se, vel per Angelos suos, quorum inferiores illuminantur etiam à Deo de multis per Superiores ipsi revelant, sicuti speculum voluntarium repræsentaret intuitum, aut echo reddit vocem audientem, vel quis refert aliquid nescienti, aut interpretatur non intelligenti, aut tradit epistolam absenti. Nec alloquutio inferat, aut supponat semper necessariò actualem sui auditionem ab eo, ad quem dirigitur, neque Ecclesia id inferat, aut supponat, sed potius oppositum, tum in suis benedictionibus, exorcismis, formis Sacramento-

rum directis æquè salubriter ad non audientes, aut non intelligentes, ac è contra, ut quando ante baptismum interrogatur infans: *Vis baptizari credis?* Pro quo responderi solet: *volo, credo* &c. Quare non possint etiam salubriter invocari Beati, Deo pro ipsis audiente, & exaudiente? Tum sub communi usu illius. *Job. 5. Voca si est qui tibi respondet* &c. pro invocatione Sanctorum defunctorum à vivis ex spe tantum, aut etiam dubio expresso respersionis, seu attentionis, & illius. *Job. 19. Miseremini mei saltem vos amici mei,* pro quadam invocatione vivorum, quamvis actu nescientium à defunctis. Tum denique sub hac distincta forma externa invocandi in Litaniis Christum, & Sanctos. *Christe audinus, Christe, exaudi nos. Omnes Sancti, & Sancta Dei intercedite pro nobis.* Non autem exaudite, imo nec audite nos.

16 Quibus adde illud Hugonis de Sancto Victore loco citato. *Hoc unum certum est, animas Sanctorum in decreto divinæ contemplationis constitutas, eorum, quæ foris aguntur tantum scire, quantum illis vel ad gaudium, vel nobis ad auxilium prodesse constat. Nos intercessores quærimus apud Deum. Quid amplius vis Times, ne forte non orant, qui semper orant? Si non audiant, inquit, & ego in vultum fundo verba non audientibus, & non intelligentibus loquens &c. Ecce dicamus, non audiant. Nunquid Deus non audit.*

17 Quid quod nec ipsa praxi tam publica, & expressa officii, & festi de Conceptione Immaculatæ Deiparæ Virginis sit adhuc definitiva ipsius Immaculatæ Conceptionis. Quomodo ergo invocatio Sanctorum per modum alloquutionis esset definitiva auditionis omnium talium precum ab ipsis?

Ad tertium respondeo primò Sanctum Augustinum 18 sæpè quidem statuerè, aut supponere notitiam precum nostrarum à Beatis, non tamen tanquam necessariam ad salutarem eorum à nobis, & pro nobis orationem, ut patet ex toto illo cap. 16. de cur. pro mort.

Respondeo secundò, sententiam illam o. 55. de cura 20 Relig. non requirere actualem, & distinctam notitiam nostri, ac precum nostrarum à Beatis, ad exauditionem in Deo, seu tantum posse sentire, seu potentiam cognoscendi, aut notitiam habitualement, vel etiam actualem, sed generalem invocantium se, aut Deum in suis memoriis, ut loquitur illo cap. 16. de cur. pro mort.

19 Respondeo tertio, non requirere illam qualemcumque nostri notitiam, ad hoc, ut possint salubriter à nobis orari, & pro nobis orare, sed ad nostri exauditionem in Deo. Exauditio autem longè plus supponit auditionem exauditi ab exaudiente, quam invocatio supponat auditionem invocantis ab invocato.

Respondeo quartò, exauditionem illam in Deo ex vñ totius contextus non significare propriam operationem Beatorum circa nos in Deo, aut ex Deo; tanquam obiecto, sed tantum vicariam ipsius Deipro illis, seu ipsorum tantum per Deum, sicuti lib. 5. de Civit. cap. 12. *Quando Angeli nos exaudiunt, Deus non in eis exaudit, tanquam in templo suo non mansueto,* per hanc ipsam etià exauditionem Angelorum, tanquam suam, seu sui vicariam. Aut certè illam non esse aliam operationem Beatorum circa Deum, & nos, quam perfectam adhesionem Deo, eisque benevolentiam, ac beneficentiam erga suos supplices, ut patet ex hac sententia immediatè sequenti: *Quisquis ipsam habet bonum suum, in illa, me adjuvat.* Tum denique ex toto illo contextu, ac intentione expressa Beati Augustini, ibi videlicet solum Deum nobis esse colendum absolute, & simpliciter loquendo, seu cultu latræ, nec inde offendi, sed nobis etiam conciliari omnes Dei amicos.

Ad quartum respondeo primò, unicum Pelantium ita sentire, ac scribere. Secundò, non velle aliis hanc fidem præscribere. Tertio nequidem sentire, quod sit de fide omnes omninò preces ad sanctos, eis semper revelari, sed aliquas & aliquando, vel ad summum solere revelari. Quartò ita sentire hac sola ratione: *Quia alioquin frustra invocarentur,* cujus contradictorium expressè respondent, probant, & explicant Bellarminus, alique.

Ad

23 Ad quintum respondetur, illam interpretationem Caslandi, quantum vis auctoris suspecti, non tamen censurari, ut hereticam, imò nec, ut falsam, de sensu aliquo possibili, sed de actuali, ac communi; neque ut positivam, five affirmativam illius etiam sensus, sed ut negativam, five exclusivam alterius, nostram autem interpretationem non esse exclusivam alterius sensus, sed etiam inclusivam, vel ad summum præcisivam, nec disjunctivè, sed disjunctim expr. essam, nec de sensu actuali, & communi, sed de possibili tantum, idest quod preces non dirigantur ad Sanctos ex fide catholica revelationis earum, nec necessariò ex piâ credulitate illius revelationis, (sed posse etiam aliquas, & aliquando ad eos dirigi, præcindendo à revelatione, & non revelatione, ex solo desiderio participandi orationibus Sanctorum, expresso per verba mentalia, aut vocalia, potius ad significandum, vel excitandum in nobis ipsis desiderium, five spem ac fiduciam nostræ à Deo exauditionis per preces, & merita Sanctorum, tanquam dispositionem ad participandum precibus eorum, quam ad loquendum eis, vel eos movendum ad orandum, prout Divus Augustinus edist. 121. ad Probam interpretatur communes formulas precandi Deum, quibus videmur ei significare rationes motivas exaudienti nos. Deus, inquit, cap. 8. non vult sibi voluntatem nostram orationibus innotescere, sed exerceri, & dilatarè desiderium nostrum ad capiendum, quod parat dare. Et cap. 11. nobis verba necessaria sunt, quibus commoneamur, & inspiciamus quid petamus, non quibus Dominum, seu docendum, seu sectandum esse credamus. Quamvis enim longè sit alia ratio Dei, quam Beatorum, quod ille nec possit ab extrinsecò discere, aut moveri, cum tamen nostræ ad Deum preces per modum alloquutionis, & persuasionis necessariò requirant illam interpretationem, quare non possint aliquæ preces, & aliquando à nobis exprimi ad sanctos in simili sensu, quando quidem nec Beati videantur à nobis immediatè discere, aut moveri posse?

Ad illam autem differentiam Sanctorum inter Ora pro me, & utinam oras pro me, quod illud intelligenti, & audienti dicatur, hoc verò etiam à non audientibus, & non intelligentibus operari possit. Respondetur primò, hanc formatam æquè supponere audientiam, ac illam. Unde videtur voluisse potius dicere, *utinam oras*, quam *utinam oras*, sicut Divus Augustinus invocat B. Cyprianum lib. 7. de baptis. contra Donatist. cap. 1. Adjuvet nos orationibus suis. Quæ forma invocandi Sanctos sine dubio est expressiva illius desiderii, de quo supra. Respondetur secundo, procedere tantum ex communi modo loquendi, & sentiendi, non autem ex aliqua determinatione Ecclesiæ ad hunc sensum, ut patet tum ex suprædictis, tum ex eo, quod Ecclesiæ usurpet preces ad Crucem Christi, ad Sacras Imagines, ad membra, vel vulnera Christi sub forma alloquutionis, non eorum in se, sed in suis prototypis, in suo capite, ex persona; cur non etiam possint invocari Sancti, tanquam perfectæ Imagines Dei, & membra Christi per modum alloquutionis, non tam eorum, quam in Deo; & Christo Domino? Respondetur tertio, quod quidquid importare videtur illa forma orandi ultra desiderium, est alloquutio, five humilis significatio, & ex positio nostri desiderii ad Beatos, quæ quidem non est necessario vocalis, cum non dirigatur ad audientes aut corporali, sed mentalis, de qua tam problematice disputatur inter Doctores, utrum sit actio transiens, vel immanens tantum, utrum sit intellectus, an solius voluntatis; utrum sit solum desiderium, an consensus loquentis, ut ab alio intelligatur, an quid aliud, ut hæc ipsa incertitudo sufficere videatur ad probandum, formam illam orandi non esse ita ab Ecclesiâ determinatam ad sensum, & intentionem alloquendi propriè Beatos, quin possint etiam ita orari ex solo desiderio participandi precibus eorum ad quaslibet etiam necessitates.

CONSULTATIO L.

De cultu ac veneratione Sanctorum ex Augustissima Divi Augustini doctrina, ubi resolutio practica ejusdem de

miraculis, ac plerisque controversiis ex cap. 8. 9. ac 10. lib. 22. de Civit. Dei lib. 2. retract. cap. 64. sic ait: *Librum de cura pro mortuis gerenda scripti, cum interrogatus literis fuisset, utrum proficiat, cuique post mortem, quod corpus ejus apud sancti alicujus memoriam sepeliatur. Hic liber sic incipit.*

8 *Ap. 1. Diu Sanctitati tue, Cœpiscopo venerande Pauline, rescriptorum debitor fui. E. utrum proficiat cuiquam post mortem, quod corpus ejus apud sancti alicujus memoriam sepeliatur. Infra: dicit videri tibi non esse inanes motus animorum religiosorum, atque fidelium pro suis ista curantium. Adjungit etiam vacare non posse, quod univ. pro defunctis Ecclesiâ supplicare consuevit, ut hinc illud conjici possit, homini prodesse post mortem, si fide suorum humanando ejus corpori talis provideatur locus in quo appareat opitulatio etiam isto modo quesita laborum.*

Infra: Conciliato illo Apostoli 2. Cor. 5. Recipiet unusquisque, prout gessit in corpore, cum cura, quam aliquoties hoc capite religiosam vocat, fidelium pro defunctis, hancque confirmatam ex oblato pro defunctis sacrificio 2. Machab. 12. & ex consueta precibus sacerdotis pro defunctis ad Altare in universa Ecclesiâ, ita cap. 2. regrediur ad intentum principale: *sed utrum aliquid proficiat anima mortui locus corporis sui, operolus inquirendum est. &c. Quo disputatur in favorem corporum Martyrum, & pauperum fidelium, quamvis insepulorum, contra superstitionem Gentilium circa Sepulcras crudelitatem tyrannorum, & vanitatem etiam fidelium ditiorum monet tamen.*

9 *Cap. 3. Nec ideo tamen contemnenda, & abiicienda sunt corpora defunctorum, maximeque iustorum, ac fidelium, quibus tanquam organis, & vasibus ad omnia bona opera sanctus usus est spiritus. Quo confirmato, tum similibus moralibus, tum exemplis antiquis Sacre Scripturæ, ita iterum refutit intentum.*

10 *Cap. 4. Quod si verum est, profectò etiam provisus sepeliendo corporibus apud memoriam Sanctorum locus, bona affectionis humane est erga funera suorum. Quoniam si nonnulla Religio est, ut sepeliatur, non potest nulla esse, quando ubi sepeliatur, attenditur. Sed cum talia vivorum solatia requiruntur, quibus pius in suos animus appareat, non video, quæ sint adjumenta mortuorum, nisi ad hoc, ut dum recollunt ubi sunt posita eorum, quos diligunt corpora, eisdem sanctis illis, tanquam patronis susceptos apud Dominum adiuvandos orando commendent.*

Infra: *Cum itaque recolit animus, ubi sepulchrum sit carissimi Corporis, & occurrit locus Martyris venerabilis, eidem martyri animam dilectam commendat, recordantis, & precantis affectus. &c.*

Et infra: *Verum, & si aliqua necessitas vel humani corpora, vel talibus locis humani, nulla data facultate permitat, non sunt præmittenda supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana, & Catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus quocumque sub generali commemoratione suscepit Ecclesiâ, ut quibus ad ista desunt parentes, aut filii, aut quicunque Cognati, vel amici ab una eis exhibeatur piâ manū communi. Si autem deessent istæ supplicationes, quæ sunt relicta fide, ac pietate pro mortuis, puto, quod nihil prodesset spiritibus eorum quantumlibet in locis sanctis exanima corpora ponerentur.*

11 *Cap. 5. Cum ergo fidelis mater filii sui defuncti corpus desideravit in basilicam Martyris poni, siquidem credidit ejus animam meritis Martyris adiuvari, hoc quod ita credidit, supplicatio quadam fuit, & hæc profuit, si quid profuit. Si quid non dubitativè, sed maxime. Et quod ad idem sepulchrum recurrit animo, & filium precibus magis, magisque commendat, adiuvat defuncti spiritum, non mortui corporis locum, sed ex loci memoria, vivus matris affectus. Simul enim & quis, & cui commendandus sit, non utique infructuosè religiosam mentem precantis attingit. Nam & orantes de membris sui corporis faciunt, quod supplicantibus congruit, cum genua fignat, cum extendunt*

12 extendunt manus, vel etiam prosternuntur solo, & si quid aliud visibiliter faciunt, quamvis eorum in v. sibi voluntas, & cordis intentio Deo nota sit, nec ille indignat his indicis, ut hinc uti pandatur animus, sed his magis scriptum exivit homo ad orandum, genuendumque humiliter, atque ferventiùs. &c.

13 *Infra: Ita etiam cum plurimum inter sit, ubi ponat corpus mortui sui, qui pro spiritu ejus Deo supplicat, quia & procedens affectus locum eligit sanctum, & illic corpore posito, recordatus locus sanctus, eum, qui præcesserat, renovat, & auget affectum, tamen, etiamsi non possit, ubi religiosus animus elegit humare quem diligit, nullo modo debet à supplicationibus necessariis in ejus commoratione cessare. &c.*

14 *A cap. 7. ad 10. refert varia exempla, & rationes permissionis Divinæ, ut quadam corpora martyrum beneficis sepultura privata fuerint, & pietatis, & compassionis humanæ circa sepulturam fidelium defunctorum quamvis nihil amplius sentientium.*

15 *A cap. 10. ad 13. hujus occasione refert appatitiones mortuorum in somnis, vel aliter revelantium corpora sua inhumata, & commendantium eorum sepulturam in operationes angelicas ex Dei permissione, ac providentia, non autem semper, aut necessariò in præsentiam aut notitiam eorum, qui videntur apparere. Quod probat cum exemplis dormientium, qui somniant sibi apparere, & loqui vivos absentes, profus inscios illorum somniorum; Tum exemplis visorum in somnis, quæ revera ita sunt, sicut videntur; non tamen à mortuis, sicut, nec à vivis, à quibus fieri videntur. Tum exemplis phreneticorum, quibus etiam vigilantibus, videntur præsentia, five vivi, five mortui, quorum tantum phantasmata patiuntur. Tum denique exemplis extaticorum, seu raptorum à corporis sensibus, & ita occupatorum quibusdam visionibus, quasi res ipse præsentis essent, & quæ ipsis videntur, fierent, quorum unum admirabile refert sui temporis de quodam rustico municipi Tullienis, qui vocabatur Curina Curialis, vel ut alia editio habet Curia Curialis, habebatque vicinum ejusdem nominis, sed Fabrum Ferrarium. Ille raptus à sensibus, visus sibi fuit mortuus, & deductus ad locum defunctorum, vidisse quomodo pro diversitate meritorum tractarentur; & inter alia audivisse, quod non Curina, seu Curia Curialis, sed Curina, seu Curia fabri Ferrarius, ad loca illa mortuorum præceptus fuisset adduci. Unde quasi à mortuis vitæ restitutus, mox, ut aperuit oculos; eas aliquis, inquit, ad domum Curinae, seu Curia fabri Ferrarii, & videat quid ibi agatur. Quo cum itum esset, inventus est mortuus eo momento, quo iste fuerat sensibus redditus, & penè à morte revixerat. Super quibus cum eum illius visionis monitu à se baptizatum B. Augustinus examinasset, deprehendit fuisse tantum visionem, ex eo, quod videbatur sibi etiam vidisse vivos, & inter alios, & alia Augustinum se baptizantem; Cumque in eadem visione moneretur, ut baptizaretur, jam factum esse respondit; cui rursus ille, qui cum eo loquebatur; vade inquit, vere baptizare nam illud in visione vidisti.*

16 *Unde cap. 13. refert: Sicut vidit vivos eisdem nescientibus vivis, cur non ergo ita & illos mortuos, eisdem nescientibus mortuis? Cur non istas operationes Angelicas credimus per dispensationem providentia Dei? Et infra: Vt volet accipiat quisque, quod dicam: si rebu viventium interessent anime mortuorum, & ipse nos quando eas videmus alloqueretur in somnis, ut de aliis iacem, me ipsum pia mater nulla nocte desereret. &c. Infra: si autem parentes non interjunt, qui sunt alii mortuorum, qui noverrunt quid agamus, quidve patiamur?*

17 *Infra: Hi ergo sunt spiritus defunctorum, ubi non vident quocumque aguntur, aut eveniunt in ista vita hominibus. Quomodo ergo vident tumultus suos, aut corpora sua, utrum abiecta jaceant, an sepulta. &c.*

18 *Et cap. 15. Proinde fatendum est, nescire quidem mor-*

tuos, quid hic agitur, sed dum hic agitur; postea verò audivere ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt. Non quidem omnia, sed quæ fiuntur etiam ista meminisse, & quæ illos, quibus hæc indicant, oportet audire. Possunt & ab Angelis, qui rebu, quæ aguntur hic præsto sunt, audivere aliquid mortui, quod unumquemque illorum audire debere iudicat, cui cuncta subiecta sunt. &c.

19 *Infra: Possunt etiam spiritus mortuorum aliqua quæ hic aguntur, quæ necessarium est, eos nosse, & quæ necessarium non est eos non nosse, non solum præterita, vel præsentia, verum etiam futura, spiritu Dei revelante, cognoscere, sicut non omnes homines, sed propheta; dum hic viverent, cognoscebant, nec ipsi omnia, sed quæ illis essent revelanda Dei providentia iudicabat. 4. de cur. pro mort. dist. cap. 15. & similia lib. 3. de spirit. & anima cap. 59. quoad notitiam. Quoad præsentiam autem subdit ibidem: Mitti quoque ad vivos aliquos ex mortuis, sicut è contrario Paulus 2. Cor. 12. ex vivis in paradisum raptus est, divina scriptura testatur 1. Reg. 18. & Eccl. 46. de Samuele.*

20 *Infra: Sed si huic libro ex Hebræorum, quia in eo non est, canone contradicitur, quod de Moysè dictum sumus, qui corè, & in Deuteronomio mortuus, & in Evangelio cum Elia, qui mortuus non est, legitur apparuisse viventibus? Matth. 17.*

21 *Et cap. 16. Hinc & illa solvitur quæstio, quomodo modo 14 Martyres ipsis beneficiis, quæ dantur orantibus, indicant se interesse rebu humanis, si nesciunt mortui, quid agant vivi? Non enim solis beneficiorum effectibus, verum etiam ipsi hominum aspectibus confessorum apparuisse Felicem, &c. cum à barbaris Nola oppugnetur, audivimus, non incertis rumoribus, sed testibus certis. Verum ista divinitus exhibentur, longè aliter quam se se habet usitatus ordo. &c.*

22 *Infra: Alii itaque sunt humanarum limitis rerum, 15 alia divinarum signa virtutum. Alia sunt, quæ naturaliter; alia, quæ mirabiliter sunt, quamvis & natura Deus adit, ut sit, & miraculis natura non desit. Non ideo igitur putandum est vivorum rebu quibuslibet interesse posse defunctos, quoniam quibusdam sanandis, vel adiuvandis Martyres adsunt, sed ideo potius intelligendum est, quod per divinam potentiam Martyres vivorum rebu interessunt, quoniam defuncti per naturam propriam vivorum rebu interesse non possunt. Quid absolutius, quid expressius pro distinctione, ac excellentia Beatorum super communi statu defunctorum quoad præsentiam, & notitiam vivorum dici potuit?*

23 *Subdit tamen Augustinus suum illud desuper dubium 16 non de notitia, aut præsentia extraordinaria Sanctorum defunctorum, nec de ope eorum ordinaria per suas preces, etiam in particulari pro invocantibus se, aut in suis memoriis, sed tantum de modo ordinario. Quamquam ait, ita quæstio vires intelligentie meæ vincat, quemadmodum opulenter Martyres vis, quos per eos certum est adiuvari, utrum ipsi per se ipsos adsint uno tempore eam diversis locis, & tanta inter se longinquitate discretis, sive ubi sunt eorum memoria, sive præter suas memorias ubicunque adeste sentiuntur, an ipsis in loco suis meritis congrua ab omni mortalium conversatione remotis, & tamen generaliter orantibus pro indigentia supplicantium, sicut non oramus pro mortuis, quibus utique non presentamur, nec ubi sint, vel quid agant scimus. Deus Omnipotens, qui est ubique presens, nec concretus nobis, nec remotus à nobis exaudiens Martyrum preces per Angelica ministeria usquequaque diffusa prebeat hominibus ista solatia, quibus in hujus vitæ miseria iudicant esse præbenda, & suorum merita Martyrum, ubi vult, quando vult, quomodo vult, maximeque per eorum memorias, quoniam hoc novit expedire nobis ad adificandam fidem Christi, pro cuius illi confessione sunt passi, mirabili, atque ineffabili potestate, ac bonitate commendat. Res hæc altior est, quam ut à me possit attingi, & absynsor, quam ut à me valeat percurrari, & ideo quid horum duorum sit, an verò fortassis*

- 54 Ex epistola 137. Quis potest Dei consilium persequari, quare in aliis locis hac miracula fiant, in aliis non fiant? Multis enim notissima est sanctitas loci, ubi, sancti Felicis Nolens corpus conditum est, quod volui, ut pergerent, quia inde nobis facilius, fideliusque scribi potest quicquid in eorum aliquo divinitus fuerit propalatum. Nam & nos novimus, cum Mediolani apud memoriam Sanctorum, ubi mirabiliter, ac terribiliter demones confitentur, furem quemdam qui ad eum locum venerat, ut falsum jurando deciperet, compulsus fuisse confiteri furtum, & quod abstulerat, reddere. Nunquid non est Africa Santorum corporibus plena? Et tamen nusquam scimus hic talia fieri. Sicut enim quod Apostolus dicit I. Cor. 12. non omnes Sancti habent dona curationum, nec omnes habent dijudicationem spirituum, ita nec in omnibus memoriis Santorum ista fieri voluit ille, qui dividit omnia propria unicuique, prout vult.
- 55 Ex lib. 21. de Civitat. cap. 27. Illi iusti, qui tanta sanctitate vixerunt, ut alios quoque recipiant in aeterna tabernacula, quibus amici facti sunt de mammona iniquitatis. Luc. 16. Et tales essent misericordia liberati sunt, &c. Illi autem, qui recipiuntur a talibus in aeterna tabernacula, fatendum est, quod non sint his moribus praediti, ut eis liberandis, sine suffragio Sanctorum sua possit vita sufficere.
- 56 Infra: Est itaque quidam vita modus, nec tam mala, ut his, qui ea vivunt, nihil profic ad capeendum Regnum Caelorum largitas elemosynarum, quibus etiam iustorum sustentatur inopia, & sunt amici, qui in aeterna tabernacula suscipiant. Nec tam bona, ut ad tantam beatitudinem adipiscendam eis ipsa sufficiat, nisi eorum meritis quos amicos fecerint, misericordiam consequantur. Mirari autem soleo etiam apud Virgilium, istam Domini reperiri sententiam, *Aeneid. 6. Quisque sui memores alios fecere merendo, id est, qui promeruerunt alios, eosque sui memores promerendo fecerunt. Prorsus tanquam eis diceret, quod frequentatur ore Christiano, cum se cuique Sanctorum humilis quisque commendat, & dicit: Memor mei esto. Atque ut id esse possit, promerendo efficit.*
- 57 In Psalm. 85. Christus orat pro nobis, ut Sacerdos noster. Orat in nobis, ut caput nostrum, oratur a nobis, ut Deus noster. Infra: Dominus noster Iesu Christus adhuc interpellat pro nobis, omnes martyres, qui cum illo sunt interpellant pro nobis, non transeunt interpellationes eorum, nisi cum transferit gemitus noster.
- 58 In Psalm. 88. sub finem. Tenete omnes unanimiter Deum Patrem, & Matrem Ecclesiam. Natalitia Sanctorum cum sobrietate celebrate, ut imitemur eos, qui praecesserunt, & gaudeant de vobis, qui orant pro vobis.
- 59 In Psalm. 44. Ostendatur mihi Roma in tanto honore templum Romuli, in quanto ibi ostendo memoriam Petri. In Petro quis honoratur, nisi ille, pro nobis defunctus? Sumus enim Christiani, non Petriani.
- 60 Epist. 42. ad Madalensens. Videtis Imperii nobilissimum eminentissimum culmen ad sepulchrum Piscatoris Petri, submisso diademate supplicare.
- 61 Epist. 120. cap. 29. Annunciant Angeli non solum nobis beneficia Dei, verum etiam illi preces nostras. Nam scriptum est Job 12. ubi Angelus hominibus dicit: Ego obtulisti memoriam orationis vestrae.
- 62 Et Epistol. 121. cap. 9. Postulationes vestrae innotescant apud Deum, non tanquam Deo innotescant, sed nobis &c. aut forte etiam Angelis, qui sunt apud Deum, ut quodammodo eas offerant Deo prout Job 12.
- 63 Sermon. 1. in fest. sancti Stephani: Commendamus ergo nos orationibus eius. Multo magis enim exauditur nunc pro bene orantibus se.
- 64 Lib. de cognition. verae vitae cap. 39. Cum anima nostra aliquid secundum Deum desiderant, & hoc sibi a Deo per Sanctos dari, sive corde, sive lingua, sive voce postulant, anima Sanctorum, quibus est idem audire, quod

videre, & de converso non voces, & verba intuentem, desiderata a Deo eis impetrant.

Lib. 5. de baptis. cap. 17. Oracionibus B. Cypriani & adjuum, discam. &c.

Lib. 7. cap. 1. Adjuret itaque nos oracionibus suis. 66 Sermon. 18. qui est 2. In festo Annunciationis: Sancta Maria succurre miseris, juva pusillanimes, refove fribiles, ora pro populo; interveni pro Clero; intercede pro devoto femineo sexu, semiant omnes tuum juvenem, quicumque celebrant tuam commemorationem.

Lib. 20. de Civitat. cap. 9. Neque piorum animarum mor- 67 tuorum separantur ab Ecclesia, quae etiam nunc est regnum Christi. &c. Regnat itaque cum Christo nunc primum Ecclesia in vivis, & mortuis.

Sermon. 131. de temp. Credo Sanctorum communionem, 68 id est cum illis Sanctis, qui in hac, quam suscipimus fide, defuncti sunt Societate, & spei communionem tenentur.

Lib. 10. de Civit. cap. 7. Cum Beatis sumus una Ci- 69 vitas Dei, cujus pars in nobis peregrinatur, pars in illis opitulatur, &c. geritur enim ibi cura de nobis.

De qua societate, & communione per preces Sancto- 70 rum pro nobis, & a nobis alibi differit.

Quamvis autem Beatus Augustinus solus pro omnibus, ac pro omnibus huic veritati, sicut & aliis omnibus satis accinat, ad perfectam tamen harmoniam audiat de super concentus Sanctorum Patrum. S. Chrysostomus tom. 1. ho. 2. in psalm. 50. David. mortuus vivo patrocinabatur. Hom. 44. in Gen. Confugiamus ad Sanctorum praesens auxilium, & oremus, ut pro nobis intercedant, sed non illorum precibus tantum confidamus &c. Tom. 3. Orat. de S. Philogonio. Tum quidem patrocinabatur hominibus adversus homines. Hic autem adest hominibus patrocinans adversus Demones.

Ambrosius tom. 1. lib. de Viduis. Observandi sunt An- 71 geli, qui his ad praesidium dati sunt. Martyres observandi, quorum videtur nobis quodam corporis pignore, patrocinium vendicare.

Et Beatus Hieronymus toto libro contra Vigilantium. Nam tract. 1. Vigilantius calumniabatur Catholicos, ob cultum Sanctorum, esse cinerarios, & idololatrias. Responderet Hieronymus: Honoramus reliquias Martyrum, ut eum, cujus sunt Martyres adoremus. Honoramus servos, ut honor redeundet ad Dominum.

Tractat. 2. objicit Vigilantius inter alia: Dum vivimus 74 mutuo pro nobis orare possumus. Postquam autem mortui fuerimus, nullum pro alio exaudienda est oratio. Responderet Hieronymus: Si Martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro ceteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti, quanto magis post coronas, victorias &c. Et infra. Male ergo facit Romanus Episcopus, qui super mortuorum hominum Petri, & Pauli secundum nos ossa veneranda, secundum te vilem pulvisculum, offert Domino sacrificia. Infra: Et post hac de barathro pectoris tui cenosam spurcitiem evomens, audes dicere: ergo cineres suos amant anima Martyrum, & circumvolant eos, semperque praesentes sunt, ne forte si aliquis precator advenit absentes audiri non possint. O portensum &c. Infra; refert hanc haesum ad Eunomium auctorem, vocatque etiam Cainam.

CONSULTATIO LI.

Quod in Canonizatione Sanctorum virtutes potius in gradu heroico examinanda sint, quam miracula? Et cur in Carthusiensis Ordine nulla, aut rara, ut in reliquis ordinibus miracula fiant?

AD 1. Plures sunt, qui cum fama sanctitatis moriuntur, quique in sua vita magna, ardua que facinora patravunt. Ut autem probetur, ea jussu Dei fuisse patrata ad eorum miracula confugitur, quae ediderint, quaeque iudicia fiot, ipsos instinctu Dei illa fecisse.

At deus maxime omnia ea miracula illos fecisse, non tamen sequitur eos instinctu, & jussu Dei ea perpetrasse. Si desit

Si desit enim expressum Dei verbum, & mandatum, miracula nos de voluntate ejus certiores reddere non poterunt. Permittit namque Deus interdum etiam falsos Doctores & malos, impiosque homines edere miracula, quod de magis Aegyptiacis constat Exod. 7. & Matth. 7. inducit Christus quosdam in die iudicii dicentes: Nonne Domine in nomine tuo Demonia ejecimus? Nonne in nomine tuo multas virtutes edidimus? Quibus tamen dicitur: Nunquam novi vos, discedite a me qui facitis iniquitatem, Matth. 24. ait Dominus: Surgens pseudochristi, & pseudoprophetae, & signa magna dabunt ita, ut in errore inducantur, si fieri possit, electi. A Paulo quoque 2. Thess. 2. Antichristi adventus describitur secundum operationem Satanæ cum signis, & prodigiis mendacibus. Hinc Cyrillus lib. 7. cap. 11. in Evangelium Joannis, Miracula, inquit, nihil adjuvant Sanctitatis homini, cum malis, & reprobis id etiam competat. In quam etiam sententiam Gregorius Magnus in Evangelia hom. 4. inquit: Corporalia miracula ostendunt aliquando sanctitatem, non autem faciunt.

Ad 2. Bonifacius Ferrarius, qui vixit circa annos 1420. natione Cathalanus, Ordinis Carthusiensis, scripsit tractatum, cur in ordine Carthusiensis pauci Canonizati sint & miracula nulla publica fiant. Sunt qui putant, quod nulla miracula in hoc ordine fiant inde esse, ne propter miraculorum ad eos concursum, quies, & solitudo, cui fe totos addixerunt, disturbetur. Quod ego ex eo colligo, quod Antoninus refert tit. 15. cap. 22. §. 2. Circa annos Domini 1175. quemdam Carthusiæ Monachum mortuum miracula multa ad sepulchrum elidisse, ut maxima multitudo hominum quotidie ad conflueret. Cum autem Prior ejus loci videret quietem Monachorum turbari, sive ut Antoninus loquitur, dissolvi ex eo concursu, & multa simul scelera ab iis, qui ad concurrerent perpetrari, accessisse ad tumulum defuncti, eique praecipisse in virtute sanctæ obedientiæ, ut sicut in vita sibi obediret, ita & nunc faciat, ac nullum de cetero miraculum edat. Quod & factum fuit. Hæc se legisse Antoninus dicit in Chronico hujus Ordinis; si verò de miraculis Sancti alicujus nihil constat, non canonizatur etiam.

CONSULTATIO LII.

An sit annuendum petitioni Confraternitatis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, ut oblationes ipsi oblatas intuitu dicti Ordinis convertat in aliud opus pium?

Et an id saltem ex gratia sit concedendum?

Respondeo negativè. Primum quia ordo Sanctissimæ Trinitatis Divina revelatione fuit institutus pro redemptione Captivorum ab Innocentio Tertio, & sub propria regula confirmatus, ut constat ex Bullario Romano tom. 1. Conf. 1. & §. 9. dicti Pontificis concedentibus aliis Summis Pontificibus gratias, in dulgètiis, privilegiis, facultatibusque Religiosis redemptionibus, ac fidelibus Christianis, qui ad Captivorum redemptionem elemosynam erogarent, ut liquet ex litteris Apostolicis eidem Religiosis concessis, quas brevitaris causa missas facimus. Unde praecipuum institutum essentialique exercitium hujus Religionis est Captivorum redemptio, quæ cum sit opus tantum, ac necessarium, Religio hæc Sanctissimæ Trinitatis magno in honore habita est, ut deducitur ex Cassaneo in catalogo gloriae Mundi, D. Antonino, Sabellico, Gagnino, & ex Pontificia historia Innocentii Tertii.

Unde in limine foundationis, & ex vi sui instituti, ac regulae habet hic ordo facultatem quaerendi, & accipiendi elemosynas, & legata relicta pro redemptione Captivorum. Hinc est quod plures Summi Pontifices per suas Bullas concessas in favorem dicti Ordinis præceperunt universis, ac singulis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, eorumque Vicariis, & officialibus generalibus, ut quando fratres Ordinis Sanctissimæ Trinitatis pergerent ad colligendas elemosynas Confraternitatum, darent illis litteras commendatitias, ut eos benignè acciperent, Tom. X.

honestè tractarent, ac eis elemosynas conferrent. Confratribus dicti Ordinis concesserunt magna privilegia indulta, ac indulgentias ad excitandam ipsorum pietatem erga miseros captivos Christianos. Hæc omnia leguntur in Bullario dicti Ordinis, ac præ omnibus legi poterit Constitutio Septima Clementis Septimi. Cum ergo ex vi instituti, regulæ, ac privilegiorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis competat ejus Religiosis petere & accipere elemosynas pro redemptione Captivorum, injustè volunt Confratres, quod tales elemosynæ non dentur dictis Religiosis, cum potius deberent illas dare Patribus Trinitatis titulo Confraternitatis, gratitudinis, ac fidelitatis.

Deinde quia pretensio Confraternitatis tendit in diminutionem ac destructionem operis redemptionis Captivorum, quod ex suo instituto, & regula competit Religiosis Sanctissimæ Trinitatis. Cum enim propria non suppetant facultates dicti Ordinis pro redemptione Captivorum faciendi, indiget elemosynis fidelium, ut in Bulla citata inquit Clemens VIII. Quare si elemosynæ ab ipsis Confratribus oblatæ intuitu Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, ac ejus instituti auferantur, nec dentur ejus Religiosis, cessabit ipsorum proprium institutum.

Ad hæc si hujusmodi contrarium petitio exaudiretur, induceretur exemplum aliis Confraternitatibus sunt enim plurimæ, quas ordo Sanctissimæ Trinitatis habet in diversis Orbis Christiani Provinciis, quæ similiter possent pretendere non dare elemosynas Redemptoribus dicti ordinis, ex quo exercitium redemptionis frustraretur. Patet id exemplo Archiepiscopatus Consalonis Urbis, quæ habet privilegium à Sixto Quinto, ut ipsa sola in ditione Ecclesiastica recipiat elemosynas, & legata pro redemptione Captivorum, & tamen plures anni elapsi sunt absque eo, quod aliquem captivum redemerit pecuniasque collectas expendit inducendis matrimonio virginitibus. Ita pariter possent facere aliæ Confraternitates, si que nec ipsa rediment Captivos, & Redemptores ex Instituto privabuntur suo piissimo munere, ut conditor omnium per humilis pietatis obsequia placentes, operibus misericordiæ fovendo miseros, & de Paganorum vinculis redimendo Captivos, quos dura fors in Infidelium servitutem redegit, quique etiam diversis poenis, ac tormentis vexati, Christi fidem in baptismo per eas receptam, persæpe (proh dolor!) deserunt in Christi nominis contumeliam, incessanter laborare non desinunt, ut ait Urbanus V. litteris Romæ datis, Pontificatus sui anno secundo.

Præterea hujusmodi pretensio est contra fidelitatem, & gratitudinem debitam ordini Sanctissimæ Trinitatis, cuius major, ac Generalis minister in Bulla, quæ aggregat suo ordini Confraternitates, loquens cum Rectore, sive Capellano ponit clausulam tenoris sequentis: *Dantes tibi tuisque successoribus presentium tenore facultatem benedicendi scapularia, sive habitus cruce rubra, ceruleaque signatos, eosque conferendi, sive imponendi Confratribus Confraternitatis, eorum elemosynas pro redemptione Captivorum colligendi easque tradendi ad hunc effectum dilecto Confratri nostro Patri ministro Conventus nostri S. N. sive ejusdem Conventus procuratori, &c.*

Tum quia id esset contra jus, ac rationem. Nam qui sentit commodum, debet utique sentire otus. Cum igitur Confratres aggregati Ordini Sanctissimæ Trinitatis sentiant maximum commodum spirituale in communicatione, ac participatione Indulgentiarum, suffragiorum aliorumque bonorum operum, quæ per Dei gratiam in universo Ordine Sanctissimæ Trinitatis fiunt, sentire debent, & onus dandi elemosynas, præsertim quia dare illas dicto Ordini potius quam aliis, nullum est onus, sed recognitio, fidelitas, & iustitia.

Ad secundum. nec quidem ex gratia Nam Sedes Apostolica non concedit gratias in præjudicium Tertii, cui quaesitum est jus, ut in specie de communicatione privilegiorum, quæ tendit in læsionem juris alicujus, probat Jo. Andr. in cap. dubium num. 5. de privileg. Butr. conf. 19. nu. 9. Natta conf. 4. nu. 6. & in fortioribus, quod etiam privilegium

cumulativa non solum ab eis acquisita fuerat ex privilegio, sed etiam ex lapsu quadraginta annorum ac ultra, & quod ex eodem privilegio eligi debeant de triennio in triennium. Quae omnia si Pontifex scivisset, utique non edidisset suum diploma, in quo mandat nullum jus competere Rectoribus circa visitationem, & in quo illis admittit facultatem visitatores praesentandi, ac tribuit facultatem Nuncio Apostolico confirmandi in perpetuos visitatores duos ab eodem Nuncio eligendos, Rota coram Caputaquen. *decis. 189. par. 3. & apud Seraph. decis. 708. num. 9. & 10. & dec. 418. nu. 1. par. 1. & decis. 64. nu. 61. par. 6. recent. & coram Durano decis. 100. num. 7. & decis. 208. num. 8. & in Romana hereditatis 28. Aprilis 1659. §. nec refert coram Melio.*

3 Obreptio pariter redditur manifesta, ex quo Pontifici fuit expressum, Rectores habere solummodo jurisdictionem temporalem, non autem spiritualem expressam in eorum privilegio, Rota coram Mantica *decis. 358. n. 4. & coram Durano d. decis. 100. nu. 6. & decis. 285. nu. 13.* ex quo constat, huiusmodi Rectores esse cum amplissima facultate loco Ordinarii, a cuius jurisdictione, & superioritate Monasteria exempta fuerunt in omnibus, & subiecta visitationi, correctioni, & superioritati, quoad visitationem eisdem Rectoribus tam circa temporalia, quam spiritualia, nedum quia simpliciter, ac indefinite ipsis conceditur cura, gubernium, regimen, & administratio absque aliqua restrictione temporis, sed etiam quia datur eis expressa facultas faciendi, ac edendi statuta, & ordinationes circa curam, & regimen Monasteriorum tam circa temporalia, quam spiritualia, & in specie circa receptionem, & admissionem numerum, etatem, qualitates, victum amicum Monialium, nec non eorundem instructionem, ac disciplinam, & modum, ac formam recitandi divina officia, preces, orationes & suffragia, quae omnia concernunt spiritualitatem, data etiam eidem facultate praecipendi Monialibus observantiam sub poenis; Unde liquido constat universalem, ac indefinitam jurisdictionem iis tributam esse, tanquam repraesentantibus loci Ordinarium, ejusque vice suffectis; ne alias daretur inconveniens, quod huiusmodi Monasteria essent absque Superiore, qualis dici non potest visitator, qui singulis annis in certis tantum temporibus deputatur, quia istius jurisdictionis, completa visitatione expirat.

4 Concessa autem jurisdictione generali, ac indefinita, subintrat consequenter jus visitandi, quod est unus ex actibus jurisdictionis, & gubernii, *cap. Conquerente de offic. ordin. ubi Gloss. & Doctores, Seraph. decis. 1008. num. 4. Merlin. decis. 84. num. 3. egregie Gregor. decis. 304. & Rota in Burgen. sive nullius juris visitandi 14. Junii 1647. coram Royas. & ita, ut non obstaret, quod in Monasteriorum visitatorem aliquis alius deputatus esset. Nam ex alicujus specialis visitatoris deputatione non inferitur ad negationem juris visitandi annexi jurisdictioni ordinariae, ac generali, quae alteri competit, ut per Gregor. *dec. 8. Et quomodo hac quaestio, an specialis visitatoris deputatione cessare jus visitandi annexum jurisdictioni generali in terminis juris communis tuos habeat contradictores ex adductis per eundem Gregorium decis. 4. Negari tamen non potest, saltem id esse dubium, ut firmitur apud eundem Gregorium d. dec. 8. quod sufficit, ut subsequuta longa observantia visitandi, omnino attendenda sit, tanquam interpretativa, cum in casibus dubiis observantia sit semper optima interpretas, ac interpretationum regula, ut per Cavaler. *decis. 80. & 99. Adden. ad Gregor. decis. 184. & Rota decis. 14. n. par. 7. recent. & in Romana pecuniaria 5. Junii, & 31. Julii 1648. coram Corrado, passimque alibi.***

5 Et sic observantia non adducitur, tanquam praescriptio, sive introductio juris, aliis non competentis, sed tanquam interpretatio, quod sub dicta generali jurisdictione, & gubernio a Pontifice concessa, venerit etiam jus visitandi, tanquam una ex specialibus jurisdictione Sa-

tis autem refert, observantiam non esse praescriptivam, vel novi juris inductivam, sed declarativam ejus, quod tacite inesse praetendi potest. Quia sic neque temporis lapsus, neque aliud praescriptionis requisitum desiderandum est, sed sufficit ita aliquando servatum esse, Cavaler. *d. decis. 80. nu. 5. & 427. nu. 2. Mantica. decis. 320. num. 5. & decis. 119. num. 12. & 15. apud Vivian. de jure par. In subsequuta igitur observantiae standum est, cum jus ei non resistat, Rota decis. 232. nu. 5. par. 7. recent. Siquidem praescriptione, & observantia annorum quadraginta jus visitandi in alicujus praedictum acquiritur, Rota decis. 394. num. 1. & 2. par. 1. recent. Quae observantia comprobatur etiam, quod a principio jurisdictionis visitandi fuerit cumulativè concessa, Rota decis. 76. n. 7. par. 7. recent.*

6 Quod autem non possit dici de obreptione, vel subreptione dicti diplomatis, ex quo oris aperiatio non fuerit obtenta, perperam obicitur, si constiterit oris aperiatio fuisse obrentam, dum specialiter super hoc diplomate fuit reclamatum, & Pontifex commisit causam in Sacra Congregatione discutendam, quod sufficit pro aperiitione oris Marchesan. *de commiss. tom. 2. fol. 416. n. 52.*

7 Praeterea illa, quae dicuntur super defectu jurisdictionis ob clausulam sublata, & quod de subreptione, vel obreptione, &c. procedunt in Judicibus Ordinariis, ac inferioribus, qui juxta suas ordinarias facultates, prout de jure, in causis procedere intendunt. His enim ex huiusmodi clausulis adepta est facultas judicandi, non autem in Sacris Congregationibus, quae Principis potius, quam Judicis partes explendo de subreptione, & obreptione Brevis cognoscere intendit ad effectum consulendi Pontificis ejus revocationem tanquam indebitè extorti, praesertim ubi agitur de Brevis ad Sacrae Congregationis super Episcopis, & Regularibus consultationem emanatis, dum passim in eorundem Brevirum corpore Sacrae Congregationis facultas reservari solet, accedente praesertim remissione supplicis libelli per Summum Pontificem desuper facta, qui est loco commissionis super aperiitione oris; Cum dicta Sacra Congregatio ex Constitutione 74. Sixti V. in ejus erectione non procedat in forma judicii, sed per viam extrajudicialis, ac summariae cognitionis. Unde propterea necessaria non est illa formalitas commissionum, quae in Judicibus in forma judiciaria procedentibus requiritur.

8 Ex quibus tam subreptio, quam obreptio Brevis manifestè convincitur, nec censendum, quod Princeps Jus Rectoribus ex concessione Apostolica, & de jure etiam, ut supra quaesitum, tollere voluisset, ut per Dec. *conf. 15. n. 5. tom. 1. Paris. conf. 65. n. 24. & segg. par. 4. Honded. conf. 39. n. 45. vol. 2. Rota coram Seraph. decis. 351. n. 7. & coram Cavaler. decis. 374. n. 7. & in Gerunden. jurisdictionis 22. Aprilis 1630. coram Coccino.*

9 Praecipue si Pontifex nullam habuerit notitiam, quod major pars Monasteriorum ab huiusmodi Brevis reclamaverit. Quod si ille scivisset, certè gratiam aliis non concessisset, cum semper standum sit cum majori numero, *l. & suum heredem in fine, & l. segg. ff. de pact. Rota decis. 160. num. 22. p. 6. recent.*

10 Aut si nulla expressa fuerit causa, ob quam facultas Rectoribus concessa, & observantia diuturna, exercita esset tollenda. Quapropter ab huiusmodi novitatibus cavendum est, ut in *cap. Cum consuetudine de consuet. ibique Gloss. vers. vel novas, ubi ait novitates sine causa inducenda non sunt. Nam ex illis dissensiones, & scandala oriuntur, & ideo tanquam odiosae sunt omnino tollendae, Anchar. conf. 157. num. 4. & scandala sunt penitus evitanda, cap. i. de offic. leg. in 6. Clem. i. de offic. ordin. ibique Zabarel. notab. 7. & Clem. i. de immun. Eccles. Neviz. inter conf. Bruni conf. 12. num. penult. ac Federic. de sen. conf. 185. num. 1. & ex iis cessare Principis gratiam, firmit Oldrad. *conf. 262. n. 2. Quinimo etiam a jure recedendum, tradit Feder. de Sen. loc. cit. numer. 2. Praesertim**

Praesertim si huiusmodi scandala sint universalis in omnibus Monasteriis, Zabarel. 150. n. 10.

11 Et ponderandum est, quod ex hoc Brevis tolleretur quamplesse optimi effectus, qui ex cumulativa visitatione proveniunt, & praecipue quia si visitator esset unus, vel duo, & non plures, omnia necessaria providere non possent, prout providerentur, si essent plures, & hac de causa visitatio cumulativa alias fuit admissa ut in *decis. 4. & 6. Ludovisii, & in Barchinonensi jurisdictionis 1. Julii 1644. coram Bichio, & in Valentini juris visitandi 27. Novembris 1653. coram Peutingero. Et in specie, quod jurisdictionis visitandi semper dicatur concessa cumulativè, non autem privativè, tradit Gratian. *discept. 154. num. 4. & discept. 270. Pur. decis. 217. num. 4. lib. 3. & Gratianus attestatur fuisse resolutum in Sacra Congregatione Concilii.**

12 Insuper si visitatores sunt plures melius possunt consilium necessitatis Monasteriorum, cum firmiora sint consilia, quae plurimorum judicio confirmantur, per Text. *cap. praesertim prope fin. ibi, Clem. sicut Canones attestantur integrum se iudicium, quod plurimorum sententia confirmatur, ubi Gloss. v. plurimorum de offic. deleg. & can. de quibus d. 20. ibi, facilius tempè invenitur, quod a pluribus Senioribus queritur, ibique Gloss. v. pluribus, & in l. 32. ibi, ut per ampliores heredes perfectissima veritas reveletur. Col. de fiduciomm. Aach. r. conf. 157. n. 2. Menoch. conf. 145. num. 26. ubi plurium electionem, & administrationem anteferebam, ait electioni, & administrationi unius, Gratian. *cap. 544. num. 36.**

13 Idque veritissimo tenore, sive stylo Senis Apostolicae, cum huiusmodi causarum cognitiones potius duobus, quam uni, tribus quam duobus liberis delegare consuevit ut firmitur in *d. cap. prudentiam in fin. de offic. deleg. ubi dictam rationem iudicii plurimorum assignat.*

14 Et quidem ad constituendum Senatum requiritur multitudo non exigua praecipuorum virorum. Nam si Senatum constet ex paucis, poterunt inter se conspirare, suaeque utilitati, & magnitudini velificare, posthabito emolumento, & honore communi totius Populi. Ita Decemviri apud Romanos constituti ad ferendas leges, conspiratione facta, statuerunt non deponere potestatem decemviralem, atque addidit in ius imperium exercere in populum, libertatemque invecta perpetua potestate evertere. At si magnus sit numerus conspiciorum hominum, vix poterit fieri, aut diffillimè fieri, ut velint conspirare ad opprimenda publica iura.

15 At nihilominus tenendum cenfeo, non esse locum revocationi, seu moderationi dicti Brevis, utpotè motu proprio ex certa scientia, & pravia matura causa discussione in Sacra Congregatione super Episcopis, ac Regularibus emanati, cum clausula, quod de obreptione, & subreptione dari non possit, necnon clausula sublata, & decreto irritante, unde non obtenta prius à Summo Pontifice oris aperiitione, pars adversatrix auditi non potest, Rota coram Seraph. *decis. 764. num. 1. confirmata in decis. 776. coram eodem.*

16 Eoque minus dum nullo pacto subreptio, & obreptio subsistit. Nam quatenus obreptio deducitur ex narrativa, quod in Brevis fuerit Rectoribus concessa cura, regimen, & administratio solum quoad temporalia, & tamen ex eodem Brevis praetendatur eam extendi etiam ad spiritualia.

17 Respondetur primò nihil fuisse narratum Pontifici, cum ille non procefferit ad supplicationem, sed motu proprio sumpta occasione relationis sibi de huiusmodi Monasteriorum statu à Nuncio Apostolico datae. Unde perperam dicitur, quod à parte supposita fuerit restitutio facultatis Rectorum, juxta decisionem Achill. 50. de prob. Putei *decis. 387. lib. 1. in correct. Seraph. decis. 1484. num. 10. & in recent. decis. 633. num. 3. & decis. 645. num. 2. par. 1. & decis. 656. num. 1. par. 2. & coram Merlinio decis. 318. num. 1.*

Deindè respondetur à dicta Sacra Congregatione probè fuisse consideratum, & examinatam Brevis Rectorum, & Papam ejus tenorem pro expresso habuisse. Quare non est dicendum fuisse in hoc praesupposito erratum, dum ex ejusdem Brevis lectione de contractio evidenter non constat, ut post Innocentium, & Abbatem optime dixit Rota *decis. 36. n. 13. & 14. par. 2. divers.*

Postremò responderetur non absque veritate fuisse in ultimo Brevis narratum, quod facultates Rectorum erant quoad temporalia, dum ita verè deprehenditur ex proprietate verborum, ibi, *Cura, gubernio, regimen, & administrationi. Et clarius: Qui ipsa Monasteria, illorumque proprietates, & bona mobilia, & immobilia, fructus, redditus, provenus, jura, res, actiones, oblationes, & elemosynas gubernare, & administrare possunt. Quae sane latius perspicue ostendunt facultatem Rectorum fuisse restrictam ad nudum, & merum facti ministerium, & potius oeconomos, quam superiores appellandos esse, ex quo dicta facultas tributa fuerit contradistinctè ab omnimoda jurisdictione, ac superioritate in Brevis concessa visitatoribus. Unde ad temporalia ceteri debent restricta; nec aliquid concessum de jure speciali, seu de spectantibus ad jurisdictionem ex ponderatis à Surdo *conf. 554. num. 7. & 8. & ab Add. ad Greg. decis. 301. num. 18. & à Sant. ger. quest. civili. cap. 99. n. 6.**

Nec obstat, quod fuerit iidem Rectoribus data facultas edendi statuta tam circa temporalia, quam circa spiritualia; Unde omnimoda jurisdicatio desumitur.

Nam id amigne dicitur, dum ea fuerit concessa primis Rectoribus, quorum prudentia, & integritate fietus Pontifex plurimum cohibebat, non autem eorum successores. Unde necessariò sequitur, cessare penitus praesentum jus visitandi, cum sit unus ex praecipuis actibus jurisdictionis, & à jurisdictione omnino dependens *d. cap. conquerente de offic. ordin. cap. 1. §. fin. de cons. in 6. Panvin. de visit. q. 1. num. 8. par. 1. Soccin. eod. tract. n. 4. & firmat Rota decis. 196. nu. 2. par. 2. divers. & apud Mantica. decis. 322. nu. 14. & coram Seraphin. decis. 475. nu. 1. & 615. num. 2. & 1008. num. 4. & coram Gregorio decis. 4. num. 4. & coram Merlin. decis. 84. nu. 2. & 3. & coram Buratto decis. 504. n. 1. ibique Add. num. 12. & in nullius sive Burgenis juris visitandi 14. Junii 1647. §. Quibus accedunt coram Royas & in Brixiensi jurisdictionis 11. Junii 1652. & 24. Martii 1653. coram Peutingero, & in Beneventana, jurisdictionis 13. Maii 1652. §. Cessantibus, & 27. Januarii 1653. §. penult. coram Vallislaetano, & in Viennensi Prioratus 31. Maii 1655. coram Vetospio.*

Minus obstat, quod aliàs haec Monasteria remanent sine capite, & sine superiore, jurisdictionem habente, dum visitatores extra visitationis actum nihil facere possunt.

Nam ejusmodi visitatoribus facultas data est non solum visitandi simpliciter, sed etiam plenissime concessa est omnimoda jurisdicchio, & superioritas. Unde non potest esse restricta ad tempus visitationis, sed continua, ita ut cessante constituit Ordinarii huiusmodi Monasteriorum cum eadem potestas auctoritate, quam prius habebant Episcopi, à quibus jurisdicchio fuit adempta.

Quare dum Rectores moderni sunt penitus omnino destituti circa praesentum jus visitandi, recurrere nequeunt ad observantiam, quam dicunt sufficere interpretativam, dum ea locum non habet, nisi quando dispositio est dubia, ut dixit Rota *decis. 136. num. 10. & decisio 196. num. 7. par. 1. rec. & decis. 319. n. 2. par. 6. passimque alibi.*

Rectè igitur Summus Pontifex pravia matura cognitione, ac discussione, in dicta Sacra Congregatione facta, quod Rectores nullam jurisdictionem habentes indebitè jus visitandi Monasteria cumulativè cum visitatoribus praetendebant, sibi que arrogabant, declaravit nullum jus, ne cumulativè quidem circa visitationem huiusmodi illis competere.

26 Et quidem an competat visitatoribus deputatis in Brevi Apostolico privative quoad alios, possit forsit esse locus disputationi, si quaestio versaretur cum Episcopo habente fundatam intentionem in jurisdictione ordinaria, quoniam habet super omnibus Monasteriis suae Diocesis Effectum enim disceptandum, an per deputationem specialis visitatoris censeretur derogatum facultati visitatoris generalis, in qua re licet aliqui dissentiant, affirmativam tamen teneatur Bald. in l. 1. n. 2. ff. de officio Consul. Et in l. Quod in verum, §. si quis, ff. de leg. 1. Ruin. jun. cons. 715. nu. 10. Et segg. Menoch. praf. 18. nu. 17. lib. 2. & late, discusso articulo, sensit Rota coram Gregorio d. decis. 4. n. 17. ubi, & si dicat, hanc esse materiam valde intricatam, concludit tamen hanc opinionem esse proculdubio veriore.

27 In hoc autem casu cessat quaecumque dubitatio, dum quaestio non est cum habente universalem jurisdictionem, in quo residet totum fundamentum eorum, qui tenent opinionem contrariam, sed cum Rectoribus, qui non aliam habent facultatem, quam concessam in eodem Brevi, eamque restrictam ad gubernium, & administrationem, Unde nequeunt se in visitationem ingere, quae, utpote trahens secum jurisdictionem, non censetur concessa ei, qui aliis non habet jurisdictionis fundamentum, nisi specialiter fuerit dictum, ut advertit Gabr. cons. 195. n. 6. lib. 2. Rota coram Gregorio d. decis. 4. n. 3. Et segg. & recte distinguit inter unum, & alterum casum cum Baldo, & aliis Corneus cons. 30. n. 4. sub initio, Et prope fin. vol. 2. Et optime tradit idem Bald. in l. un. §. ubi autem n. 6. Cod. de caduc. toll. dicens, quod sicuti sunt distributae jurisdictiones, ita censetur privative concessae, non autem cumulativae. Nec videtur verisimile, quod Pontifex voluerit gravare haec Monasteria duplici visitationis onere, ut arguit Ruin. loc. cit. Et post alios Marefcorr. var. cap. 54. n. 4.

28 Tenendum etiam puto, quod nominatio visitatorum in posterum non debeat fieri ab ipsis Rectoribus. Quod sane videtur rationi congruum. Quia cum visitatio facienda sit tam in capite, quam in membris, & visitatores incumbere debeant reformationi regularis disciplinae, sicque debeant etiam per consequens prospicere, quod Rectores, & Gubernatores munus ipsis injunctum fideliter expleant, securius profecto erga eosdem Rectores procedere poterunt, si eos nominaverint independenter ab illis iisdem visitatores, quoties eorum aliquis vel recedere, vel decedere contingat. Ita namque removebitur omnis suspicio, & longe melius consultius erit regimini Monasteriorum, dum visitatores optime gnati status regularis, & conditionis Monasterii, deputare poterint viros tali muneri idoneos. Neque est insolens, quod praedecessor eligat sibi successorem. Nam id habetur in specie approbatum in dicto Brevi respectu Rectorum, & in fortioribus, nempe in beneficiis ecclesiasticis non est a jure improbata talis forma nominandi successorem, ut firmavit Rota in Baten. beneficii 31. Maii coram Taia, & extat hac de re plenum consilium Lambertini, editum Patavii, ac integre relatum in tract. de jurepatr. lib. 1. par. 1. q. 9. princip. art. 3.

29 Tenendum item arbitror, Rectores in omnem casum non posse, nec debere nominare seipsos. Idque adeo justum, & juris dispositioni consentaneum est, ut dubitari non possit, quin ita etiam fuerit a Summo Pontifice intellectum, licet non expressis statutum. Quare dicenda est potius declaratio ejus, quod de jure inest, ut in simili habetur in Clerico patrono Ecclesiae vacantis, qui non potest seipsum ad eam praesentare per Textum in cap. per nostras, ibique Doctores de jurepatr. Et in fin. de instu. ac fuse probant Vivian. de jurepatr. lib. 6. cap. 9. num. 1. Et dicitur Rota pluribus aliis relatis in Caesaraugustana beneficii de Lenares 26. Junii 1645. §. uno dicendum coram Bichio.

30 Denique tenendum existimo, visitatores hujusmodi esse debere perpetuos, ut eorum autoritas in concur-

su cum Rectoribus, qui sunt perpetui, non parvipendatur, nec vilescat. Quod sane plurimum interest regiminis Monasteriorum. Nam diutius in officio permanenti sunt, melius, ac rectius suo muneri satisfaciunt, sicque occurritur detrimto, quod mutationes producere solent, ad Text. in can. hinc est etiam, ibique Gloss. v. detrimenti 16. q. 1. Estque Aristotelis sententia 2. polit. 1. satius esse, si fieri posset, ut semper iidem gerant magistratum, quam plures sequuntur, ut refert Mastrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 23. nu. 26. cum segg. dicens n. 34. dissentientes opiniones conciliari, ut nempe sint in Republica minora officia annualia, per quae probantur homines, an sint apti majoribus, & in idoneitate competere transferantur ad majora officia, quae sint perpetua.

Hinc narrat Tacitus annal. cap. 80. Tiberium consuevisse continuare imperia, ac plerisque ad finem vitae in iisdem exercitiis, aut jurisdictionibus habere, variisque causas recenset. Alii, inquit, tradunt, id fuisse taedio novae curae. Quidam invidia, ne plures fruenterent. Sunt qui existiment, noluisse Tiberium admoveere dignitatibus homines eidem profus indignos. Hinc fiebat, ut non facile inveniret, quorum opera uteretur, hincque contuctio, & mora in electione novorum Magistratum.

Verum ego hanc rem ita definitio. Etsi diceret Tiberius, se non mittendo novos Praesides, parcere Provinciis, non propterea videbatur carere invidia erga reliquos, quos non mittebat. Nam, si non mittratur subinde novi Praesides, sit injuria reliquis ex ordine procerum. Illi, qui regunt Provincias cum penitus incubuerint ejusmodi Magistratui, securi de Principe, securi adversus poenas pro lubitu, nimisque gravi cum auctoritate rem gerunt. An igitur peccaverit olim Respublica Romana, quae voluit annuos esse Magistratus? Quod si omnia in utramque partem expendis, forte diceres satius esse non pati diu in Provinciis degere Magistrate, quam eorum dignitatem ad multos porrigi annos.

CONSULTATIO LV.

Frater professus in Religione S. Spiritus acquisivit bona, & pecunias ex fructibus commendatum dictae Religionis, quas infirmus commendavit viro fideli, ut illas post suam mortem traderet suo fratri. Cum pecuniis item sic acquisitis emit bona stabilia nomine dicti sui fratris, ejusque haeredum.

Quaeritur primo, an dicta dispositio facta a dicto Religioso tempore sua infirmitatis sit valida. Secundo, an sit valida illa, quam fecit tempore sua sanitate?

AD primum negativè. Nam dictus frater, uti profestus in dicta Religione, praevo voto paupertatis, non poterat disponere de dictis bonis, contemplatione dictae suae Religionis acquisitis, tum ex jure communi per Textum in can. si manifestè 12. q. 1. cap. 2. de testam. Et aut. n. ingressi, Cod. de sacros. Eccles. Molin. de primog. lib. 2. cap. 9. n. 54. Rodriq. quast. regul. 48. art. 7. tom. 2. loquens de Regulari beneficiario, & late Barbof. de jure. Eccles. lib. 1. c. 42. n. 210. ac Rota coram Gregorio d. decis. 109.

Tum ex vi statutorum ejusdem Religionis cap. 35. Et 36. in quibus auferuntur a Religioso pecuniae absconditae superiori. Et tum quia Sixtus IV. consil. 12. tom. 1. Bullar. ac Nicolaus IV. consil. 4. §. 2. ejusdem tom. ac Pius item IV. consil. 84. §. 3. tom. 2. adjudicant omnes fructus, & redditus, ac quaecumque pia subsidia Hospitali S. Spiritus erogata, in sustentationem expositorum, ac pauperum infirmorum, decernendo Religiosos professos esse debere contentos solo victu, & vestitu. Unde patet, eos non habere bona, de quibus possint disporre, ut docent Doctores superius adducti, speciatim Glossa in cap. Cum olim. 2. de privileg. v. restitutionem ibi, Quare donare non possunt, quia qui nihil habet, nihil donare potest.

Idque

3 Idque procedit, etiam dictus Religiosus disposuisset favore pia causa, quicquid sit de Clerico seculari. Nam Regulari professo interdicitur testari & mortis causa donare, etiam ad usus pios propter votum paupertatis, nisi accesserit licentia Summi Pontificis, ut in terminis Monald. cons. 33. n. 6. lib. 9. Barbof. loc. cit. n. 208. Et in d. anth. ingressi n. 34. C. de Sacros. Eccles.

4 Aded, ut illi non suffragetur licentia Praelati inferioris, cum sit necessaria licentia Summi Pontificis, ut advertit Barbofa ibid. n. 209. & Marfil. de success. par. 4. q. 4. art. 3. n. 14. & in terminis Religiosi Beneficiarii tradit Molina de just. & jur. tract. 2. disp. 141. num. 11. Graff. dec. 31. par. 1. lib. 3. de Regul. cap. 5. n. 53.

5 Non obstat, quod dictus Religiosus non decefferit ex dicta infirmitate, sicque adhuc remanere possit Dominus, & administrator hujusmodi pecuniarum. Quia cum in dicto actu dispositionis, quo voluit pecunias esse tradendas suo fratri post suum obitum, ostenderit se voluisse eas pecunias possidere jure proprio, ac dominio irrevocabili, repugnat tam voto paupertatis emissio in Religione, quam ipsi administrationi, quae cessat in Religioso post suum obitum ex D. Thoma 2. 2. qu. 18. art. 8. ad 3. & insuper adverteatur dictis statutis, in quibus excommunicantur fratres proprietarii, & damnantur ad restitutionem.

6 Ad secundum etiam negativè. Quia Beneficiarius Regularis est incapax domini, ejusque dispositio quoad fructus est restricta, vel ad utilitatem Ecclesiae, ex qua fructus percipit, vel Religionis, cui se tradit, vel tandem ad pios usus, ut post Suarez firmat Lezana in summ. tom. 2. c. 18. n. 15.

7 Hinc Pontifex in c. Cum olim 2. de privil. declaravit, non valuisse donationem duorum millium morapeinorum factam ab Episcopo Regulari ejus Monasterii ex bonis acquisitis in Episcopatu, sicut etiam auctoritate Zabarella, ac Butri probat Barbof. ad d. caput n. 20.

8 Et licet secundum aliquos Religiosi commendatarii habeant facultatem disponendi de fructibus commendae ac si essent Clerici seculares, attamen est advertendum primum, id non procedere respectu Religiosi viventis sub obedientia Superioris, ut rectè declarat idem Barbofa decis. 89. num. 15. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 3. cap. 19. num. 7. Et segg. Sanchez in decal. lib. 7. cap. 32. num. 73. qui loquitur in specie beneficiarii manualis, & ad nutum amovibilis.

9 Secundò, quia ratio administrationis apud Commendatarium Regulatè fundatur in tacita licentia Superioris, inclusa in titulo concessionis commendae, ut tradunt Doctores, qui asserunt Regularem beneficiarium habere facultatem disponendi de fructibus beneficii, prout habent beneficiarii seculares. Haec autem licentia vel ceteri debet concessa ad formam Regulae, & dictarum Constitutionem, nempe, ut dicti Commendatarii possint disponere de fructibus in sustentationem pauperum infirmorum, ne aliàs potestas data in edificationem defervierit in destructionem contra illud Pauli 1. ad Corinth. 10. Unde merito firmat Sanch. d. lib. 7. c. 19. n. 101. ac Molina de just. & jur. d. tr. 2. disp. 140. num. 27. quod licentia data non suffragatur, ne quidem si dicti Regulares Capellaniam instituant ex bonis acquisitis occasione Monasterii.

10 Vel in omnem casum dicta licentia potest quando-cumque ab eodem Superiore virtute suae supremae jurisdictionis Regularis revocari, absque eo, quod Religiosus professus possit reclamare, nedom attento dicto voto obedientiae, sed etiam quia revocatio est secundum regulas, ad tradita D. Thomam quod lib. 12. art. 10.

11 Quinimo Superior non tenetur servare facultatem testandi datam suo Religioso, vel quia non potest dari talis obligatio, ut tradit Sanch. loc. cit. cap. 8. n. 13. Vel quia requiritur licentia Summi Pontificis ex superius adductis.

12 Atque ex his responderetur ad tertium, quod scilicet

possit Praeceptor applicare dicta bona, dictasque pecunias ad utilitatem Religionis. Quae omnia acquisita per dictum fratrem profestum ex fructibus Commendae spectant ad dictam Religionem tam ex vi dictorum statutorum, quam ex dispositione juris communis, ut articulo plene discusso, pro Religione Hierosolymitana firmavit Rota coram Gregorio decis. 87. signatè num. 12. ac decis. 109. & generaliter in Romana censuum 27. Maii 1652. coram Bichio.

CONSULTATIO LVI.

An Religiosi Conversi, & oblati sedere possint in Superioribus Chori sedibus, pro Sacerdotibus, & Clericis Chori destinatis, quemadmodum ipsi praesentantur?

NEGATIVè omnino. Decet enim, ac honestum est in omni ordinata Republica, & politia quoque Monastica, esse distinctionem personarum iuxta Caelestis Hierarchiae, & humani corporis, in quo multa sunt membra, licet non eundem actum habeant, sicuti ex vi Regulae cujusque Religionis fuerunt ab initio distinctae personae, prioris scilicet Ordinis Sacerdotes, secundi Ordinis Clerici, tertii vero, ac ultimi Ordinis Conversi, & oblati, qui pariter in ministerio, habitu, & officio sunt distincti, quin potius circa frequens ministerium fratrum sollicitè satagere debent.

Quod planè congruit cum dispositione juris ex notatis in cap. statuius de major. Et obed. ubi Gloss. plures adducit, ad cujus rei dignitatem aptè loquitur D. Gregorius relatus in can. 7. dist. 89. his verbis: Ad hoc dispensationis, aliàs dispositionis, divina proviso, gradus diversos, & ordines constituit esse distinctos, ut dum reverentiam minoribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret. Et ex diversitate contextus, Et rectè officiorum generetur administratio singulorum. Neque enim universitas alia poterat ratione subsistere, nisi hujusmodi magnus eam differentiis ordo servaret. Quia vero quaque creatura in una, eademque qualitate gubernari, vel vivere non potest, & celestium militiarum exemplar nos instruit; quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli, liquet, quia non sunt aequales, sed in potestate, & ordine, sicut nobis, differit alter ab altero. Ita Div. Gregorius ad Episcopos Galliarum lib. 4. epist. 52. cujus verba leguntur penè eadem in Epistola Bonifacii secundi ad Eulaliium, sic quoque in aliis Epistolis Sancti Gregorii multa leguntur, quae in scriptis Superiorum Pontificum habentur.

Et quidem quis non eos juri divino injurijs arbitrabitur, si meminerit primos accubitus ultra conquiritos à Christo Domino saepe condemnari, & invitatis ad nuptias novissimi loci sessionem idem ab eodem esse persuasam, ac rimore suffusi dignioribus cedere cogentur ab invitantibus? Quid, amabo, causae fuit, cur Zebedei filii primas sedes illius regni spiritualis ambienibus responsionis solito severioris infixerit aculeos, eosque densissimis ignorantiae tenebris involutos, vel in ipso divinae lucis intuitu redarguerit. Nescis, inquit, quid petatis. Non ad sedium dignitatem, sed ad amarissimi calicis, quem ego bibiturus sum confortium convocati. In amarissimos certe durius animadvertit, ne pullulantis ambitionis germen erumperet, & in ipsa sui ortus teneitudine per censuram pruinae felicitate decoqueret.

Non ad sedes Superiores in Choro fratres conversi, & oblati per divini spiritus afflatum, mensurarum ministeriis deputati sollicitantur, sed potius ad vitae penitentis amaritudinis calicem ab omnibus ambitionis saccibus defaecatum, cum Clericis ad ultimos usque spiritus epotandum non verò ad sessionem cum ipsis in sublellis superioribus caelitus advocantur. Nesciunt igitur quid petant;

Jus praeterea canonicum confundere volunt nullo muniti privilegio, imò ex omnium Religionum Provinciis consuetudine profus immemorabili, & cum ipsis Religionibus orta fratres oblatis, imo & fratres laici,

qui quamvis aliquo gradu Superiores, id nunquam hactenus attentarunt, sedem in inferioribus sedibus juxta morem omnium Orbis totius Regularium, imò & totius Ecclesiæ, quæ nunquam laico, neque oblatos in Superioribus sublellis sedere passa est.

6 Deinde quis nesciat in jure Canonico strictissimam esse Sedis in Choro, & vocis in Capitulo conjunctionem, & sœdus iniuste ita indissolubile, ut non sine injuria denegari possit sedes in Choro, cui vox in Capitulo conceditur? Quod si à contrario sensu liceat argumentari, non sine injuria sedes in Choro Converteris, & oblatis quibus vox capitularis denegatur, concederetur.

7 Cum insuper Congregatio Sacrorum Rituum in vicinillimis 10. Decembris 1604. in responsione ad tertium dubium censuerit, sedes, scamna, & loca laicorum moderanda esse arbitrio Episcopi, manifestè colligitur Patres Generales, qui secundum omnia jura potestate fruuntur quasi Episcopali in suos subditos, decernere posse fratres converfos, & oblatos sedere debere in inferioribus sedibus tempore divini officii, dum eos adesse contigerit.

8 Denique relata in eadem Sacrorum Rituum Congregatione per Cardinalem Franciortum controversa, à fratribus converfos, & oblatos professis Ordinis Minimorum excitata, ex quo iis precedentiam ibi deberi præsumerent supra novitios Clericos, qui nondum professionem emiserant.

9 Eminentissimi Domini, *visti, ac maturè perpensis partium juriis, censuerunt, præcedentiam deberi novitiis Clericis supra laicos juxta dispositionem juris communis, & Constitutiones editas à Capitulis Generalibus Romano, & Massiliensi. Et ita ubique & in toto Orbe servandum esse mandaverunt sub penis in contravenientes, vel non acquiescentes per Regula Constitutiones decretis, aliisque arbitrio S. Congregat. die 8. Septembris 1658. Iulius Episcopus Sabinenfis Cardinalis Sacchetti. Franciscus Maria Phebus Congregationis Sacrorum Rituum Secretarius.*

10 Ex hoc autem decreto totalis inter Sacerdotes Converterfos, & oblatos controversa dirimitur argumento à minori ad majus desumpto. Si enim ex illo novitiis Clericis cedere compelluntur, quomodo in hoc casu à contraventione præfati decreti defendere se poterunt?

11 At sufficit unus nunquam satis laudata Constantinii Magni modestia, qui in Generali Synodo Nicæna Sacris Ecclesiæ proceribus assidere non est ausus, sed in humiliori sublellio constituitis Synodalium Patrum excipiebat oracula, ut aliorum confundant audaciam. Meminerunt, Basilios olim, & Chrystostomos in Oriente, Ambrosios in Occidente, vel ipsos Imperatores in Presbyterorum sublellis sedere volentes cum inviãtã generositate ad sedes inferiores compulsi.

CONSULTATIO LVII.

In quadam Regularium Provincia extat conventio Brevis Apostolico firmata, quod in futuris Capitulis Provincialibus electiones Provincialis, Custodis, ac Definitorum alternativè fierent ex tribus regionibus ejusdem Provincia. Extat quoque hoc statutum generale Ordinis in hæc verba: *Si moriatur aliquis Definitor, intelligatur ipso factò subrogatus ille Pater in Provincia, qui erit dignior in paternitate.* Ex his dubitatur.

An prædicta alternativa in elect. omnibus Capitularibus locum habere debeat in subrogationibus.

1 Et negativè censeo respondendum. Primò quia hæc alternativa emanavit in casu electionis. Unde nullo pacto extendi potest ad casum subrogationis. In contractibus enim omniùm habetur pro omisso. Quia stipulationes omnes sunt stricti juris, & in eisdem strictissima fieri debet interpretatio ad limites verborum, & promissionis, *quidquid adstringendo. ff. de verb. oblig. Rot. dec. 50. n. 4. & 5. p. 1. v. c. & dec. 268. numer. 10. coram Urgillensi, &*

deciso. 578. numer. 2. coram Merlino cum aliis congeffis in Bononiensi Bonorum 2. Martii 1654. §. Adfuisse etiam coram Cerro.

Deinde quia cum hujusmodi alternativa fit contraria præfate dispositioni statutorum generalium, tanquam correctoria, & odiosa, extendi non debet ad casum subrogationis, etiam ex identitate rationis, licet versetur in dispositionibus, non autem in contractibus, ut probat Honded. *conf. 95. n. 98. & 112. Titag. de retract. in præfat. numer. 62. & seqq. Tufch. tom. 6. concl. 31. & 43. lit. R. & in specie similibus subrogationem tradit Sanctot. ad stat. & Constit. Ordini. Minor. 68. stat. 36. vers. respondeo negativè.*

Tum quia non parva est differentia inter electiones, & subrogationes. Hæc namque pendet à sola dispositione juris, nempè statutorum generalium; illæ ab eligentium consensu. Quare dispositum in uno, non censetur in alio, quia ex diversis non fit illatio, *Inter stipulationem, §. Sacram. ff. de verb. oblig. cum vulgò aliis, & idque etiam si diversitas sit in sola ratione, ut per Menoch. conf. 106. n. 304. ac Rota decis. 116. n. 46. & decis. 255. n. 20. par. 2. tom. 2. recent.*

Præterea cum hujusmodi subrogatio fit materia, quæ raro contingit, non potest dici, quod ad illam extendatur dicta conventio. Unde liquet solum cogitatum fuisse de electionibus. Nam contractus non trahitur ad incognita, *l. si per errorem. ff. de jurisd. omn. judic. l. nec ignorans. ff. de donat. Federic. de fen. conf. 325. p. 8. Roman. conf. 273. col. 1. & Olafch. dec. 90. n. 16.*

Cessatque insuper omnis dubitatio ex dicta dispositione statutorum generalium Ordinis superius relata, si subrogatus habet qualitates requisitas à dicta conventionione alternativè. Nam idem operatur fictio legis in casu ficto quod veritas in casu verò ad *Text. in l. 55. de adopt. l. 1. §. hoc senatus consulto. ff. ad Trebell. & cap. ad audientiam de Cleric. non resid. & quia regula est, quod subrogatum sapiat naturam ejus, cui subrogatur cum omnibus qualitatibus, maxime in subrogatione legis ut in præfati casu; Berous conf. 71. numer. 42. & seqq. lib. 1. Rimin. jun. conf. 18. numer. 38. Quod sanè non procedit, quando aliquid est specialiter attributum, vel quando versamur in odiosis, aut privilegiis ex traditis à Barbof. *de axiom. jur. axiom. 223. n. 4. 6. & seqq.**

Tandem quia hæc alternativa emanata pro alia Provincia, quod non comprehendat casum subrogationis, decrevit Capitulum Generale dicti Ordinis, cujus sententiam approbavit Cardinalis Protector, & confirmavit S. Congregatio super Episcopis, & Regularibus. Quare commovenda non videntur, quæ apud majores nostros certam interpretationem habuerunt, *l. minimè. ff. de legib. Nam inducunt observantiam, quæ est attendenda, cum sit optima legum interpretes, quamvis ipsarum verba repugnent, Honded. conf. 35. numer. 45. col. 2. cum aliis in dec. 584. n. 7. coram Gregorio, & dec. 450. n. 12. coram Merlino.*

Ac ita, ut non obstat Breve confirmationis dictæ conventionis. Quia non excedit limites conventionis superius adductæ ex illa vulgari juris regula, quod confirmatio non ampliat, sive extendit actum confirmatum; sed abregulatur, ad *Text. in cap. 1. §. 2. de confirm. util. vel inutil. Rot. dec. 511. n. 1. coram Gregor. & dec. 126. n. 32. par. 6. cum aliis in dec. 226. n. 24. par. 7. recent.*

Minusque adversetur derogatio generalis statutorum, de qua in dicto Brevis. Quia derogationes sunt stricti juris, & propterea non ampliantur, sed restringuntur ad terminos dispositionis, cui adjunguntur; maxime quando, ut in re præfata, possunt in uno casu habere effectum, *Ceph. cap. 104. numer. 17. l. 1. Rom. cap. 199. numer. 6. Olafch. dec. 59. n. 19. cum adductis à Rota dec. 563. n. 1. p. 1. & decis. 23. n. 19. p. 5. recent.*

CONSULTATIO LVIII.

An electio sit nulla, non intimatis omnibus vocalibus? Quid si ex iis aliquis reperitur absens? Siquè non fuerit expressum

expressum in intimatione, quod vocentur ad effectum electionis? Nec fuerit assignatum tempus certum ad comparendum? Neque expectatum tempus competens à die intimata electionis? Electio nulla, ad quem devolvatur? De munere, & auctoritate Præsidentis Capituli.

1 ET quidem electio in omnibus casibus prædictis nulla est. Electio enim, non intimatis omnibus vocalibus, est nulla per *Text. in c. Quod sent. ubi Gloss. v. vocatos, c. obtinentibus, c. quando de elect. asserunt Tambur. de jur. Abb. tom. 1. disp. 5. q. 3. n. 2. & 3. & Lavor. var. elucubr. tit. 4. de elect. canon. cap. 17. nu. 1. & seqq.*

2 Ac ita, ut non obstat, quod aliquis reperitur absens, si ejus absentia non sit ultra tres dietas, quo in casu vocatus, & expectandus omnino est. In materia tamen vocationis absentium servanda est consuetudo, vel statutum Ordinis, Lavor. *l. c. nu. 3.*

3 Intimatio autem debet expressè continere, quod qui vocantur, ad effectum electionis vocantur, ne aliàs vocati, negligant suum adventum, ut habetur in formula intimationis apud Sigmund. à Bonon. *in ur. de form. can. elect. dub. 9. nu. 3. Lavor. ibid. nu. 27. approbata à Lezana in summ. quest. regul. tom. 3. v. electio n. 5.*

4 Assignandumque est tempus certum, quod debent comparere, ut tradunt citati auctores. Regula enim juris est, quod citatio non continens diem certam, non ardet, & omnia cum tali citatione gesta subjaceant vitio nullitatis, *l. aut qui aliter §. 1. ff. qui vi, aut clam, ibi, debet enim et diem, & horam denunciationem complecti, l. si. §. si verò, C. de jur. domin. ibi, Quatenus ille cum requisierit certo tempore, & docent Bart. in l. Qui ante kalendas n. 55. ff. de verb. oblig.*

5 Denique debet expectari tempus competens à die intimationis directæ iis omnibus, qui fuerunt intimati. Acceleratio enim electionis semper præsumitur dolosa, Sigmund. *loc. cit. dub. 73. n. 7. & Lezan. d. n. 5. in fin. Unde cum citatio ad statim, & statim continueat terminum adeò brevem, ut impossibile sit in eo comparere, habetur pro non facta, ut in Extravag. rem non novam de dol. & contumacia. ibi, ardeat citatos post lapsum terminam, quem considerata locorum distantia, volumus citationibus ipsis competentem apponi, & firmant Crec. decis. 6. de dol. & contum. ac Put. decis. 178. n. 2. lib. 1. ubi quod citatio debet fieri saltem una die pro alia.*

6 Data autem nullitate hujusmodi electionis, poterit procedi ad novam electionem, Lavor. *ibid. c. 21. n. 29. per deputatum à P. Generali cum omnimoda auctoritate. Quotiescumque enim electio est nulla, jus eligendi devolvitur ad immediatum Superiorem, c. quam sit de elect. in 6. c. fin. de suppl. negl. Prel. Lavor. d. c. 21. n. 90.*

7 Nec obstat, si deputatus à Generali non procederet per viam nominationis, sed per viam electionis. Nam deputatus, qui potest per se solum nominare, confirmando electionem nullam nullitate juris positivi, illi adjicit robur, & validitatem, Lavor. *eo cap. 21. n. 23.*

8 Minus obstat, quod Præsides esset solum deputatus ad præsidendum Capitulo, sive Congregationi, & ad confirmandum, ac cognoscendum, an electio sit valida, necne. Nam quicquid sit, an Præsides in ipso actu Congregati Capituli hoc agere possit, de quo dubitat Castell. *de elect. c. 13. n. 24.* Certè ubi instituto legitimo processu, ac prævisis necessariis citationibus ad declarationem nullitatis electionis devenerit, non potest de illius jurisdictione dubitari juxta ea, quæ tradit Lezana, rerum regularium accuratissimus Scriptor *to. 1. c. 15. n. 34. qui to. 2. c. 12. nu. 30. subdit hæc verba: Quare si dum tempore faciendæ electionis advertit, hoc posse fieri, etiam in ipso actu electionis, dummodo clarè constet de nullitate, seu inhabilitate vocalis.*

9 Nam Præsides Capituli est veluti Judex, habens jus ad eum finem, ut omnia legitime fiant, Lezana *to. 4. v. Præsides Capitulorum n. 3. & tom. 2. c. 12. n. 31. ubi, quod proprium munus Præsidentis est dirigere gremiales ad electiones legitime faciendas. Et quoniam munus Præsidentis Ca-*

pitulitate se habet ad omnia, quæ respiciunt profectum spiritualem Religiosorum, cum ad istum effectum Capitula, & Congregationes convocentur ita, ut possint, ac debeant etiam fugitivos, & ejectos querere, ut per Lezan. *de c. 12. n. 3.* idè illius jurisdictionio in concernentibus personas vocalium, qui præcisè in Capitulo intervenire debent, est omnino certa.

CONSULTATIO LIX.

1 An, & quatenus Civitas, Baro, aliique seculares manutinenti sint in usu, ac retentione duarum ex quatuor clavibus arce, in qua situm est corpus alicujus Sancti?

2 Quid de manutentione aperienti, & claudendi eandem arcam ad libitum, & expositi faciendi corpus à Cappellano Magistratus, superpelliceo, ac stola induto, eodem Magistratu presente, cum facultate illud liberè ostendendi Populo, ac distribuendi flores, resque aliæ, quæ Sacris Reliquiis cetererint?

3 Quid de manutentione in quasi possessione eligendi Officialem, qui die festivitatis ejusdem Sancti assistat, eique tradantur claves Ecclesiæ, præsertim Regularium, in qua requiescit idem corpus?

4 Quid denique de manutentione in administratione oblationum, & elemosynarum, quæ sunt dictæ Ecclesiæ occasione dicti corporis?

Manutentionem in his omnibus censeo, denegandam esse defectu possessionis legitimæ, & mantentibilis.

Et quoad primum. Cum claves dictæ arce ab initio traditæ fuerint Regularibus, debet pro parte Civitatis, Baronis, aliorumve ostendi, quomodo, & à quo postmodum fuerint eis traditæ, & quo tempore, ac per quot annos eas retinuerint; alioquin nisi exhibeatur legitimus titulus, maxima urget usurpationis, suspicio, quam certè suadet subjecta materia cum sacrarum Reliquiarum claves debeant esse apud Rectorem Ecclesiæ, aut ad Summum, ubi ad sit consuetudo, soleat permitti laicis usus unius tantum ex clavibus, non quidem, ut inde jus aliquod questum prætendi valeat, sed solum gratia sæcrae custodiæ, ut habetur in Concilio Provinciali Mediolanensi *tit. de sac. reliq. §. Is porro locus aet. p. 1. ac referret Gavant. in man. Episc. v. Reliquia Sanctorum nu. 20.* Laici namque ex dispositione Sacrorum Canonum sunt incapaces exercendi jus aliquod in Ecclesiâ, ut docent Azor. *insit. max. p. 1. lib. 5. c. 14. q. 16. in fin. ac Bellef. disq. Cler. p. 1. §. 3. de favor. cler. person. n. 8.* Et propterea quemadmodum advertit Barbof. *collect. in c. sacrosan. n. 2. de elect. & electi potest. tom. 1. cum aliis ibi citatis, non possunt se ingerere in administrationem rerum spiritualium, sacrarumque uti sunt corpora, sive Reliquiæ Sanctorum, ut tradunt Farin. de fur. q. 172. nu. 64. Less. de just. & jur. lib. 2. c. 45. dub. 3. n. 15. Ricc. in prax. resol. 6. n. 4. p. 1. ubi cum Suar. in 3. p. D. Th. q. 25. sect. 2. disp. 55. tom. 1. ait Reliquiæ nomine non tantum corpora Sanctorum, sed etiam vestes, & vasa, in quibus deferuntur, aliaque similia comprehendunt.*

Neque iis ita facile parere debet ingressus in Sanctuarium, ut habetur in Apostolicis Constitutionibus Clementis Romani *lib. 3. cap. 10. ubi quod ii, qui non sunt ad hoc munus electi, sed auctoritate propria se ingerunt, & intrudunt, timere possunt Ozia supplicium.* Idemque habetur in Concilio Bracarenfi primo *c. 1. n. 31. Concil. general. vol. 1.* Ideoque ubi agitur de re spirituali, cujus laici sunt incapaces, non sufficere possessionem ad effectum manutentionis, sed ulterius exhibendum esse ritulum, tradunt Fulch. *de visit. lib. 1. cap. 24. n. 7. & seqq. & cum aliis Post. de manut. observ. 44. à nu. 49.*

Nec pro evitanda hujusmodi incapacitate suffragaretur præscriptio, sive consuetudo. Quia illa non esset super re, quæ à laicis præscribi potest, sicuti est, administratio spiritualium, & sacrarum rerum, quæ nullo unquam tempore præscribi possunt, quemadmodum firmat Peregr. *conf. 74. nu. 6. tom. 1. & sequitur Bellef. loc. cit. quæ tom. 9. Subdit quod laicus possidens, sive administrans*

spiritualia, semper præsuntur in mala fide, ideòque debeat compelli ad ostendendum titulum, alias nulla temporis præscriptione, quantumvis immemorabili, juri vari possit. Id, quod antea dixerat Bald. in l. super col. 4. C. de long. tempor. præscrip. Et in l. malò agitur, C. de præscrip. 30. ann.

Ad secundum non est sufficienter provisum incapacitati Magistratus laicalis exercendi supradictos actus, spectantes ad personas Ecclesiasticas, depurando Capellannum, qui fungatur tali officio. Quia cum iste non proprio nomine id agat, sed ipsius Magistratus, qui illi prætendit dare hujusmodi jurisdictionem non videtur cessare incapacitas, sed eò magis vigere; ponderando præsertim, quod Reliquiæ Sanctorum tanquam res Ecclesiastica pretiosissima solum contractari possunt à dignioribus Ecclesiarum Ministris, non autem à Capellanis mercenariis laicorum, qui aliquod jus in Ecclesiis prætendere nequeunt, nisi ex gratia Ordinarii, cujus vires gerit Superior Regularis in propria Ecclesia, ut firmiter Ricc. decis. 198. numer. 2. qui numer. 3. ulterius addit, quod ipso contradicente, multò minus possunt laici in Ecclesia deputare Ministros. Quodque abque difficultate procedit respectu Ecclesiarum Regularium propter eorum privilegia, in quibus expressè indulgetur, quod nemo, in vicis ipsis Regularibus in eorum Ecclesiis, sive Monasteriis aliquid celebrare faciat. Maxime cum super eis nullum jus competat Civitati, Baroni, aliisve, cum illas non fundaverint, neque dotaverint, neque ostendant privilegium Summi Pontificis in limine foundationis, vel dotacionis, ut requiritur ad effectum acquirendi juspatronatus in Ecclesiis Regularium juxta cap. Nobis, §. Caterum, ubi Gloss. vers. de sua jurisdictione de jurepatron. Et pluries decidit Rota, præcipue decis. 366. numer. 5. Et 6. lib. 2. coram Puteo, Et decis. 159. numer. 9. coram Alexandro VIII. Ecclesiæ namque ex sua origine respectu laicorum sunt liberae, solumque subjæctæ jurisdictioni Ordinariorum per can. Omnes Basilicæ 16. questio. 7. etiam sub pena anathematis inflicta per Concilium Aurelianense cap. 1. questio. 10. numer. 1. Cumque omnes Ecclesiæ sint res sacræ, nunquam esse possunt in bonis, & dominio laicorum, §. Nullum, §. Sacra res Instit. de ver. divis. solusque P. papa, quæ habet omne jus plenarium in quibuscumque beneficiis, & Ecclesiis tam liberis, quam patronatus ratione supremi domini universalis Ecclesiæ, & tanquam Ordinarii Ordinariorum totius Mundi, illas ad suæ voluntatis libitum concedere potest, Vivian. de jurepatron. par. 1. lib. 2. cap. 7. numer. 3.

Unde si Pontifex concesserit Regularibus Ecclesiam liberam, & exemptam à jurisdictione Ordinarii, & Capituli Cathedralis, sub dicta concessione nedum comprehenditur corpus materiale ipsius Ecclesiæ, sed etiam comprehenduntur omnia, & singula, quæ tunc existebant intra illius septa, ut per Barbol. de jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 20. num. 26.

Et quidem res aliter se habere non potest. Nam ex jure communi custodia Reliquiarum pertinet ad Ordinarium, non autem ad laicos, ait Rot. decis. 482. num. 37. p. 4. tom. 2. recent. Et propterea qui earum custodiam præterit sibi competere, opus illi est ostendere assensum Apostolicum, sine quo Reliquiæ, uti res pretiosissimæ concedi non possunt, notante Riccio in prax. resolut. 60. num. 3. Et segg. part. 1. Quod videtur concordare cum declaratione sacræ Congregationis super Episcopis, & Regularibus, in Auximana sub die 20. Januarii 1597. in qua resolutum fuit, quod claves Reliquiarum, quæ sunt in Ecclesiis Regularium, non debent remanere apud seculares, licet Dominos Capellarum, ubi custodiuntur.

Potest ingredi Ecclesiam, & peragere functiones cum proprio Capellano, superpelliceo, & stola induto, est actus jurisdictionis. Unde etiam Parochus, è

cujus Parochia funus deferretur ad alienam Ecclesiam, præcipue Regularium, potest quidem cum superpelliceo, & stola funus comitari usque ad januam Ecclesiæ, non autem illam ingredi cum stola, minusque in ea potest peragere officium funebre, aut aliquid aliud, ut pluries fuisse declaratum à Congregatione Sacrorum Rituum, refert Selesles in select. canon. cap. 69. numer. 46. Et Barbol. in collect. decis. collect. 558. numer. 3. Prout etiam est actus jurisdictionis aperire, & claudere arcam Reliquiarum ad libitum, distribuere flores, ac tegumenta Sancti corporis, cum hæc ratione contactus, ut diximus, inter Reliquias adnumerentur, ut post D. Thomam, & D. Augustinum, & alios latè probat Ricciol. elucubr. Ecclesiasticæ. lib. 1. cap. 4. numer. 6. cum segg. ubi ait Sanctitatem, quæ inest Corporibus Sanctorum transferri ad res, quamvis inanimes, & cum D. Gregorio episc. 30. lib. 3. refert, quod S. Leo primus res tactu Sanctorum corporum sanctificatas, adedque venerandas censuit, ut quoties rogabatur, ut Reliquias largiretur, consueverit Missam ad corpora Sanctorum, quorum Reliquiæ petebantur, brandeumque Altaris, quo Corpus Domini involvetur in particulas dividere, quas deindè pro Reliquiis distribuerebat.

Propterea longè major incapacitas respectu harum præteritionum considerari debet in laicis, cum super Reliquiis nullum omnino jus præterdere valeant, cum non cadant sub dominio alicujus, ut expressè docet Abb. in cap. nullus not. 1. de jurepatr. quem sequitur Redoban. de Simon. p. 1. cap. 5. num. 5. & Marant. resp. 3. num. 16. part. 2. Atque ita fuisse decretum à dicta Congregatione Sacrorum Rituum, tradunt Selesles. loc. cit. cap. 58. num. 2. Et Barbol. ibidem collect. 656. num. 5. Minusque possunt laici exercere jus aliquod in Ecclesia aliena, etiam præterit juspatronatus, nisi doceant de legitimo titulo, cum aliis, quamvis probaretur longissima possessio, præsumeretur usurpatio, præsertim in Universitate, & Barone juxta decretum Sacri Concilii Tridentini sessio. 25. de reform. cap. 9. requirens probationem immemorabilis, quæ in re præterenti esset impossibilis, si doceatur de concessione Ecclesiæ cum plenissima exemptione, ac libertate, ac præcipue cum Sanctorum Reliquiis, aliisque omnibus juribus.

Ad tertium poterit hoc permitti intra limites simplicis custodiæ, & assistentiæ, sed servandum est modus, ne præterit custodiæ, & assistentiæ præterendatur acquiri jus aliquod super Ecclesia, & ideò non videtur permittenda libera clavium traditio, minusque toleranda præteritio, quod Superior Regularis cum aliis suis Regularibus obviam eat officiali seculari extra januam Ecclesiæ; Cumque hujusmodi occurfus sit actus reverentiæ debitus ab inferiore erga Superiorem, dedecet profectò, quod Superior Ecclesiasticus, qui habet assistentiam juris præcedendi cuicumque in propria Ecclesia, uti Prælatus, qui digniorem obtinet auctoritatem, quam dictus officialis, imò majorem, ac nobiliorem administrationem, cum præterit personis, ac rebus Ecclesiasticis, quibus laici sunt inferiores, debeat cum Ordinis dedecore occurrere inferiori, ut in casu ferè simili consuluist Ricc. in praxi præcedentiarum resolut. 553. numer. 4. tom. 2. par. 1. & tradit Rota decis. 310. numer. 4. coram Gregorio.

At ita, ut non obstet, quod aliquando hujusmodi officiali obviam itum fuerit, atque aded manutenuendus sit in possessione. Quia cum hæc possessio, sive obervantia sit contra jus, dum his Officialis, qui est inferior præcedet Superiori tam ratione Ordinis, cum Clericus sit major quocumque laico, etiam Principe. cap. 1. in fin. d. 16. Et cap. quis dubites d. 96. quam ratione dignitatis, cum Superior Regularis sit Prælatus non temporaneam habens jurisdictionem, quasi est illa Officialis laici. Unde hæc obervantia, tanquam irrationabilis, uti præferens minus dignum, censenda potius est corruptela,

ut rectè ad rem hanc respondit Ricc. dist. resolut. 553. num. 4.

Ad quartum responderetur cum Paschali Papa in cap. causa de verbor. signific. quod quicumque, etiam per potestatem secularem oblationes, & elemosynas Ecclesiæ factas obtinere præsumat, & raptor, & sacrilegus judicatur. Hoc idem fuit etiam sancitum à Sacro Concilio Tridentino sess. 22. de reform. cap. 11. & tradit Fusch, de visis. lib. 1. c. 24. num. 7. Etenim jus ad oblationes est Ecclesiasticum, ad Clericos pertinens, atque aded sub laicorum dominio nequeunt detineri, ut per Barbol. in collect. Doctor. ad caus. 10. q. 1. can. 15. numer. 1. ita, ut ne consuetudo quidem, sive præscriptio laicis suffragetur, ut firmant Marecott. var. resolut. cap. 42. numer. 5. lib. 2. & Fagnan. in c. Pastoralis num. 19. de his, quæ sunt à Prælat.

Quæ sanè potiori jure admittenda sunt respectu oblationum & elemosynarum, quæ sunt Ecclesiis Regularium, sive eorum reliquiis ibi existentibus, quo in casu non aliis acquirantur, quam Monasterio, ac Monachis ibi servientibus, ut tradunt Marecott. loc. cit. num. 3. Ricc. decis. 170. num. 3. tom. 4. ac Rota decis. 373. num. 11. par. 5. recent. & post alios Fagnan. ibid. num. 34. iniquis hoc esse ratione exemptionis.

Non obstat, si dicatur, quod Magistratus, Bato, aliive non præterdunt in proprios usus convertere oblationes, sed tantum illarum administrationem habere. Nam responderetur, quod cum oblationes sint res spirituales, can. Quia Sacerdotes 10. q. laici non debent in illas quocummodo se ingerere, & contraria consuetudo est contra libertatem Ecclesiasticam, ut inquit Fagnan. loc. cit. num. 20. Doctores verò, qui in contrarium allegari possunt, loquuntur in casu, quo laici ad percipiendum, & custodiendum hujusmodi oblationes deputantur ab habente auctoritatem, secus autem si jure proprio id agerent. Tunc enim usurparent jura Ecclesiæ propria auctoritate contra Textum in cap. de terminis de jud. ac juxta ibi notata per Doctores, & Fagnan. in d. cap. Pastoralis num. 21.

CONSULTATIO LX.

An Eminentissimi Cardinales Protectores Regularium possint Commissarium deputare ad cognoscendum, an electio Capitularis Regularium sit valida, aove invalida?

Negative respondendum videtur. Primò, quia Eminentissimi Protectores non possunt aliquo pacto se ingerere in negotiis Religionis juxta Constitutiones Gregorii Decimi primi, & aliorum Pontificum, quorum mentionem etiam facit Lezana in summ. quest. regul. to. 2. cap. 9. sub initio.

Secundò, quia posito etiam, quod Eminentissimi Protectores possint in negotiis Religionis se immiscere, non tamen possunt suam jurisdictionem delegare, sed tenentur per seipsos cognitionem assumere.

Tertio, quia data facultate delegandi, non debent Eminentissimi Protectores committere Commissario à se deputato, ut quatenus Capitulum nullum reperiret, novum Provinciale, ac Definitorum nominaret. Nam id esset privare integram Provinciam jure electionis.

His tamen non obstantibus, affirmativè respondendum censo. Quod autem attinet ad primum, Constitutiones Summorum Pontificum loquuntur in casu, in quo sine aliqua causa ex abrupto Eminentissimi Protectores id agere vellent. At ubi per viam appellationis iidem Eminentissimi cognoscunt, extat decretum sacræ Congregationis super Episcopis, & Regularibus, firmans in tali casu eorum jurisdictionem. Vult enim, quod à Provinciali appelletur ad Generalem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad dictam Sacram Congregationem. Hujus decreti meminerunt Lezana loc. cit. tom. 1. cap. 9. num. 4. Et tom. 3. vers. appellatio num. 4. Scobus de

privileg. mendic. cod. vers. appellatio, ex additione Capucini sub initio, & Ghiser. de Indic. regul. cap. 15. num. 59.

Si igitur assertus Provincialis obtineat confirmati suam electionem à P. Generali, non obstante, quod doceretur de nullitate, ut si electores conveniant per apocams de certis personis eligendis, quæ revera fuerunt electæ, id advertatur cap. Quia propter de elect. LAVOR. var. elucubr. tit. 4. de elect. canon. cap. 21. num. 19. Et segg. Lezan. dist. tom. 1. cap. 15. num. 24. Et tom. 2. cap. 12. num. 35. A gravamine autem illato per hujusmodi confirmationem, non poterit appellari ad alium, quam ad Eminentissimum Protectorem.

Nec obstat, quod dicta apoca contineat potius compromissum, quod cum scrutinio mixto de jure permittitur in electionibus. Nam advertendum est, quod tunc dicitur compromissum mixtum cum scrutinio, quando ita compromissum est, ut compromissarii ipsi exquirant suffragia singulorum, illumque eligant, in quem major, & sanior pars consenserit. Ita in specie declarat Rota in Treverensi Abbatie Sancti Maximini 24. Januarii 1625. coram Coccino, referente LAVORIO loc. cit. numer. 167. & in Metensi Monasterii in fine. Secus autem si non fuerit compromissa electio faciendae per personas determinatas, sed fuerit conventum de personis determinatis eligendis, & de vocalibus ad electionem determinatam trahendis, quod fieri nequit, ut scitè probavit Rota in dicta Treverensi ubi, quod electio facta per compromissum mixtum cum scrutinio sit nulla, si suffragia à commissariis suscipienda non sunt secreta.

Quod ad secundum. Aut Eminentissimi Protectores sunt Judices Ordinarii, aut Delegati. Si Ordinarii possunt delegare. Si delegati, cum sint delegati ad universitatem causatum, possunt pariter subdelegare. Ita in specie de Eminentissimis Protectoribus P. Lezana d. tom. 2. cap. 9. num. 2.

Quod verò ad tertium Quotiescumque electio est nulla, & electores redduntur inhabiles, jus eligendi devolvitur ad immediatum Superiorem, cap. ne pro defectu de elect. cap. fin. de suppl. neq. Prælat. cap. quæquam, ubi Gloss. v. nota primo, de elect. in 6. LAVOR. loc. cit. n. 45. Et ab illo immediato Superiore ad alium proximè immediatum, sicque gradatim usque ad Summum Pontificem, LAVOR. ibid. n. 9. referens plures Rotæ decisiones, nominatim decis. 271. n. 10. Et segg. coram Manrica.

Si igitur Pater Generalis, qui est immediatus Superior, confirmaverit Capitulum, tanquam validum, & sic privaverit semetipsum illa facultate, quæ stante nullitate electionis, sibi fuerat delata, jure quidem, ac meritò Eminentissimus Protector, qui post Patrem Generalem est immediatus, hac facultate uti poterit, quatenus revera Capitulum sit nullum. Sub hac enim condicione facultas nominandi novum Provinciale concedi debet. Ceterum servanda est hodie Constitutio Sanctissimi Domini Nostri Innocentii XII. super Cardinalibus Protectoribus, quam integram alibi adduximus.

CONSULTATIO LXI.

An, & quatenus dandus sit novus Commissarius ad constituendum novum processum super validitate electionis Provincialis, aliorumque Officialium?

Respondeo, non esse dandum, præcipue in expiratione officiorum. Tunc enim petitio præsumitur fieri ad impediendum celebrationem novi Capituli illudque & statum Provincie intricandum, quod permitti non debet, sed juxta Constitutiones Ordinis, ac dispositionem juris Canonici finito tempore, Capitulum celebrari debet per Tex. in cap. in singulis de stat. Monachor.

Quatenus verò præterdatur revocare in dubium gesta à Provinciali, & officialibus, hoc non est permittendum

propter publicam utilitatem, leg. Barbarus, ff. de offic. Prator.

Neque est locus petito Commissario, si Capitulum fuerit confirmatum, praevio processu, a primo Commissario. Cum enim decretum confirmationis transierit in iudicatum, non potest contra electionem, & illius confirmationem aliquid opponi, nec peti novus Commissarius, aut institui novus processus. Quia res iudicata imponit finem liti, & post rem iudicatam non conceduntur amplius Commissarii, aut remissoriae, ut per Seraph. decis. 1308. num. 1. Rota decis. 406. num. 2. par. 2. recent. & decis. 188. num. 2. ibique Adde. num. 7. coram Gregorio.

Nec relevare forsitan appellatio, si illa non fuerit intamata Provinciali, & officialibus, si quae non fuerit interposita coram eodem Commissario, qui confirmavit, alias non suffragatur de iure, per Tex. l. ff. Quando appell. sit, qui Textus approbatur in can. biduum 2. q. 6. & in cap. ut debuit, ubi Canonista de appell. Lancelot. de autent. appell. pend. ampl. 15. nu. 27. ac Rota in Tolertana decimarum 2. Decembris 1620. coram Ubaldo.

Vel si fuerit appellatio renunciata ab adversariis, qui recognoverint Patrem Provincialem, & alios officiales pro legitime electis, ideoque non sunt amplius audiendi super praetensa appellatione, ut per Scacc. de appell. q. 17. limitat. 2. nu. 1. & segg.

Ac etiam insuper non possunt audiri petendo ex integro deputari Commissarios, sed debent transportare acta primae instantiae, & procedere, tanquam in gradu appellationis, iuxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini sess. 24. cap. 20. de refor. l. 2. Cod. de eden. ac Rota decis. 104. nu. 1. par. 4. & decis. 495. nu. 26. & 31. par. 8. recent. Unde liquet, non esse discutienda merita validitatis electionis, quae jam fuit sortita suum effectum.

Eoque magis, si nullitates, quae modò opponuntur, post Capituli recognitionem, examen, & confirmationem sint eadem, & nunquam probatae, ac proinde eo minus admitendus est novus Commissarius. Non enim calumnia vacat, & tanquam intemptiva, & scandalosa, fraudique proximae a singulari prudentia huiusmodi petitiones rejiciendae sunt ex notatis in cap. super his, ubi Innoc. nu. 7. de accus. de March. decis. 1392. nu. 3. & Gloss. in cap. si forte de elect. in 6.

Quare non videntur praebendae aures malignantibus praecipue si illi interfuerint, & approbaverint electionem publicatam, & Provinciali electo rite obedientiam detulerint, quo in casu pro validitate praesumitur, & iudicandum est, cap. nulli licere de elect. in 6. ubi exiguntur defectus de novo emergentes in persona electi, sive ex causa prius occulta, vel postea manifesta & servata forma, cap. ut circa eodem tit. & lib. Si Provincialis fuerit admittus ad omnes actus capitulares, & ad electionem ipsius Patris Generalis, si per biennium ferè in administratione sui officii pacifice se gesserit, tunc non nisi per modum solemnium accusationis adversus eum, & ex noviter deductis esset procedendum, causa in continenti probata, ut tradunt Doctores in cap. Super his de accusat. Gloss. in cap. forte, verb. defectum de elect. in 6. & in cap. bone memoria 23. vers. per rerum naturam prope fin. eod. tit. Quandoquidem diuturna observantia confirmat validitatem gestorum, nec defectus cadentes fortasse super confirmatione tunc inficiunt electionem, alioquin validam, & canonicè factam unanimi suffragatorum scrutinio, cap. si confirmationem de elect. traditque Seraph. decis. 1274. nu. 2. ac Peyren. de subd. par. 1. cap. 31. §. 11.

Quae quidem certa sunt, ac in iudiciis omninò servanda, praecipue in terminis electionis Regularium; ceteroquin semper esset apertus aditus per calumniam, malitiamque vexandi quoscumque, quantumvis canonicè electos; nam in tanta suffragatorum, ac suffragatorum diversitate raro, aut nunquam funderetis malitiae abest, ut advertit in hac specie Sigismundus Bononia de elect. par. 1. dub. 48. num. 3. & segg. Anchar. in cap. Cum dilecti

num. 1. de elect. & tradunt communiter Doctores in cap. fin. eod. tit. in 6. ac Rota in Legionensi puritatis sanguinis 13. Junii 1633. coram Motmano, & decis. 359. num. 8. & 9. p. 6. recent.

Ex quibus merito in Concilio Lugdunensi à Gregorio X. relato in dist. cap. ut circa, fuerunt rejectae huiusmodi excogitatae calumiantium oppositiones, ne Religiosorum, ac subditorum animi vagentur in incerto, novitates quaerendo adversus suos Superiores, ac Praelatos, alias benemeritos, qui ex officio nequeunt omnibus complacere ex causis, ac rationibus à Pontifice ponderatis in cap. Qualiter, & quando 2. de accus. Si enim sunt, quasi signum positi ad sagittam, & quia non possunt omnibus placere, cum ex officio suo teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, quin etiam aliquando suspendere, nonnunquam verò ligare, frequenter odium multorum incurrunt, ac invidia pariuntur, atque ideò Sancti Patres providè statuerunt, ut accusatio Praelatorum non facilè admittatur, sed diligens adhibeatur cautio, per quam non solum falsae, sed etiam malignae criminationi janua praeccludatur.

CONSULTATIO LXII.

In Statutis Generalibus cujusdam Ordinis, confirmatis in forma speciali à Summo Pontifice, haec extant verba: Quia sua spontè, licet obtenta prius licentia, ad alienam Provinciam transferunt Patres tam incorporati, quam incorporandi, in ea locum, ordinem, & praecedentiam à die tantum incorporationis suae, non autem à die receptionis habitus, aut emissae professionis teneant, & habeant.

Dubitatur modo, an qui ex Provincia, exempli gratia, Neapolitana, obtinuit transferri, & incorporari in Provinciam Mediolanensem, & qui post factam, ac diu servatam hanc incorporationem, iterum obtinuit transferri, & incorporari in antiquam Provinciam Neapolitanam, gaudere debeat praecedentis iuxta ordinem prima receptionis, an potius iuxta ordinem modernae incorporationis, ut praedicto statuto cavetur?

Respondeo. Praesupposita perfecta incorporatione in Provinciam Mediolanensem, huiusmodi statutum habere locum. Quia quemadmodum Regularis translatus ad aliam Religionem, eique perfectè unitus per professionem, postea obtinens transferri ad Ordinem, in quo primùm professus fuerat, non redit ad jura primogeniturae, sed manet in loco secundae receptionis, ut ex Sanchez in decalog. lib. 3. cap. 7. & ex Bardoni. resolut. moral. quest. 16. numer. 17. & segg. tradit Donat. in prax. rer. regul. tom. 1. part. 2. tractat. 5. quest. 52. ac Lezana in summ. quest. regul. vers. Transitus num. 14. ac Pelizar. in man. Regular. tom. 1. tractat. 3. cap. 5. num. 105. Ita Regularis translatus ad aliam Provinciam, eique perfectè unitus per incorporationem, non potest ex novo transitu ad primam Provinciam resumere jura primogeniturae.

Ratio enim utrique casui est communis. Quia sicuti in transitu ad aliam Religionem Regularis, qui in illa proficetur, definit esse membrum primae, ac proinde cogere non potest primam Religionem, ut iterum ab ea recipiatur, sed hoc pendere debet à voluntate Religiosorum, per Textum in can. mandamus 19. qu. 3. & in cap. Intelleximus de atar. & qualis. ibi, Ne quis Canonicus Regularis, &c. efficiatur Canonicus, & si factus fuerit ad Canonicum Ordinem revertatur, ultimus in Choro maneat, ita etiam in casu incorporationis in aliam Provinciam iuxta formam Statuti Religionis, definit esse membrum primae, eamque cogere non potest, ut ipsum iterum incorporet.

Nec obstat cap. Intelleximus de atar. & qualis. Nam Gloss. fin. rectè ibi declarat Textum, iniquas, intelligendum esse, quando quis ex levitate transit ad aliam Religionem,

Religionem, & in ea professionem non emisit, siquæ remansit membrum primae. Secus autem est in re praesenti cum per incorporationem in Provinciam Mediolanensem desideret esse membrum Provinciae Neapolitanae.

Unde non poterit Definitorium Provinciae Neapolitanae incorporate huiusmodi Religiosos cum privilegio praecedentiae à die susceptionis habitus. Quia hoc est omninò contra Statutum Capituli Generalis in forma speciali à Summo Pontifice confirmatum, in quo nullus inferior Pontifice potest dispensare. Hinc cum multoties Sacra Congregatio super Episcopis, & Regularibus ab ejuusmodi incorporationis pro dispensatione suppliciter fuerit exorata, non aut annuere, ed vel maxime, quia perturbarentur Provinciae propter praedictum, quod iuri tertii interterretur. Quod utique fuit praecipuum motivum Capituli Generalis supplicandi Pontifici pro speciali confirmatione, praecaverit, ne Superiores Ordinis facile dispensarent.

Nec infragatur doctrina Mirandae. Quia non scripsit in terminis huius statuti. Quare licet vera sit ejus doctrina in terminis juris communis, cum Religiosus ejusdem Ordinis, sive ad unam, sive ad aliam Provinciam transeat, semper remanet filius ejusdem Religionis, certè quando adest statutum, concedens filiationem singulis Provinciis, ac praecedentiam à die incorporationis, non à die suscepti habitus, non potest amplius haberi ratio, quod sit filius ejusdem Provinciae, sed ejusdem Religionis.

Quod autem statutum loquatur de transitu ad alienam Provinciam, & non de reuitu ad propriam, frustra & sine causa dicitur, quandoquidem, cum quis transit in aliquam Provinciam, sequuta incorporatione, ad eam alienatur à patri Provincia, in qua habitum susceperat, quod si ad illam velit reverti, omnes, quam in posterio Provincia conditiones statutales adimplevit, pariter adimplere tenetur, & interdum etiam patitur repulsam, nec voti compos fieri permittitur. Unde ergo in casu ejusmodi incorporationis colligitur favorabilis intentio statuti, quoad praecedentiam tantum, & non quoad ipsam incorporationem, quae utique pari passu deberet incidere.

Nec merita huiusmodi incorporati haberi possunt in consideratione ad obtinendum per viam gratiae id, quod ipsi ex iustitia non deberent. Quia cum huiusmodi gratia illatura sit praedictum aliis Religiosis, non solent suprema Tribunalia gratiam concedere in praedictum tertii, praecipue, quando statuta Ordinis sunt confirmata à Summo Pontifice in forma speciali cum clausula sublata; & decreto irritanti.

CONSULTATIO LXIII.

An, & quatenus Clerici Seculares, & Regulares examinari possint ad favorem rei, imò contra eam, etiam in criminalibus?

Respondeo. posse, cum licentia tamen suorum Superiorum. Clerici enim seculares cum licentia Episcopi testes esse possunt ut per Innoc. in cap. delictorum de testib. Guidop. q. 65. nu. 1. & nos alibi. Et sic pariter Regularis cum licentia suorum Superiorum deponere valent, ut per Ricc. resol. 459. nu. 1. & 2. p. 2. & non etiam alibi. Idque ne defectu probationum asserus reus defensus remaneat ac innocens moriatur, ideòque debet Episcopus, & Superior regularis iis licentiam pro examine concedere, cum Clerici pro rei defensione, ac innocentia detegenda coram Judice laico admittantur, ac traditis à Felino in cap. de cetero num. 3. de testib. & à Farinac. de opposit. contra person. test. quest. 61. oppos. 12. num. 93. Praetertim ubi veritas alteri haberi non potest, Mascard. de probat. conclus. 306. nu. 5. vol. 1. Farinac. loc. cit. nu. 93. Guazzin. defens. 1. cap. 2. num. 9.

Adeo quidem, ut pedum possint admitti, sed etiam debent compelli, ad se subiiciendum examini. Atetin, in Tom. X.

dist. cap. de cetero num. 3. Praepol. in can. testimonium q. 1. Genuen. in prax. Cur. Neapol. cap. 35. num. 6. In d. in priori casu Clericum non modò ad defensionem in testem admitti posse in criminalibus, verum etiam contra reum inquisitum, tradit Grammat. consil. crimin. 3. nu. 9. ac Bellet. in disquis. Cleric. par. 1. §. 3. nu. 14.

Et quoniam aliquando huiusmodi licentia non suffragaretur, nisi etiam salvus conductus testibus concederetur, cum saepe reorum inimici objiciant eis crimina, & minentur carceres, aut mortem: Unde ipsi examinari recusant, ideò poterit eis cum licentia concedi etiam salvus conductus, durante tantum tempore examinis, ne sequatur absurdum, quod veritas occulta remaneat, & innocens opprimatur, ut in difficilioribus terminis de bannito ad hunc effectum concedi salum conductum, firmat Menoch. de arbit. lib. 2. centur. cas. 337. num. 2. & segg. Guazz. ad defens. 12. circa excus. pro abs. cap. 12. num. 58.

CONSULTATIO LXIV.

An, & quatenus Generales Ordinum possint eligere Priores locales Conventuum, sibi subordinum.

Et non posse, dicendum videtur per Textum in cap. 1. de elect. ubi disponitur, quod Priores locales eligantur à proprio Conventu.

Possunt tamen, si Conventus particulares, in quibus sit electio, sive nominatio à Generalibus, non reclamant. Quo in casu Definitorium Provinciale nullum jus habet contradicendi.

Nam vel illud deducitur ex allegato cap. 1. de elect. & satis est, ut diximus, quod Conventus non reclamant. Vel deducitur ex possessione eligendi, in qua Definitorium asserit, se reperiri, si hac possessio multum etiam pro Generalibus, non est causa, cur potius Definitorio, quam Generalibus hac possessio, sive quasi possessio, suffragari debeat.

Praecipue verò, si hoc etiam disponunt Constitutiones Ordinis, ita ut non obstat, quod in hac parte derogent juri communi, sintque illi contrariae, ex quo de jure electio pertinet ad Conventus, ideòque illa ob stare non possunt, nisi accesserit specialis confirmatio Sedis Apostolicae.

Nam responderetur primò, huiusmodi Constitutiones, concedentes Generalibus auctoritate eligendi, ac nominandi Priores, esse admodum rationabiles, & honestas, ut probant Suarez tom. 4. de Relig. lib. 10. cap. 3. nu. 5. Samuel. de canon. elect. pag. 557. Lezana in mare magno cap. 1. nu. 47. In his enim terminis statuta etiam juri communi contraria, non indigeat confirmatione speciali, ut in hac specie inquit Rota coram Merlino decis. 828. nu. 11. in Spoletana Successionis 19. Junii 1651. coram Celso, & in Ariminensi fructuum 7. Junii 1655. coram Bichio, §. non obstat, quod sic statutum.

Deinde responderetur, confirmationem in forma speciali intercedere per diploma Summi Pontificis, si in illo contineatur clausula, Quorum tenores pro sufficienter expressis haberi volumus, eaque auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & roboramus. Quo in casu dubitari non potest de confirmatione in forma speciali. Illa quippe clausula, Quorum tenorem vim habet specialis, ac individuae mentionis, ut per Paris. de resignat. lib. 12. q. 14. num. 16. Rota decis. 466. par. 1. recent. ac plenissime Barbol. claus. 127. nu. 4.

Et postremò responderetur, diuturnitatem temporis, juncta observantia, inducere sufficientem praesumptionem cujusvis confirmationis, ad validitatem eam undem Constitutionum necessariam, ut notant Glossa, & Doctores in cap. pervenit de empt. & vendit. ac Rota coram Puteo decis. 365. num. 4. lib. 2. & coram Seraph. dec. 1027. num. 9. & coram Gregorio decis. 343. ubi etiam Adde. num. 4.

Idque præcipue, si Religio habuerit revera hujusmodi Constitutiones pro confirmatis. Cum enim conventus, ac Definitoria Provinciarum per suas vocales interfuerint Capitulis Generalibus, in quibus fuerint approbatae, & confirmatae, non possunt hodie illarum dispositioni advesari per regulam, quod semel placuit &c.

CONSULTATIO LXV.

Enit Regularis à Provinciali, ac Definitorio sua Provincia electus ad Generale Capitulum proximè celebrandum cum mandato proponendi negotia ejusdem Provinciae. Capitulum Generale non fuit celebratum, quia Summus Pontifex per suum Breve confirmavit Generalem ad aliud sexcentium. Interim dictus Regularis, ne supra electus, narrata Summo Pontifici dicta sua electione, & tacito, quod dictum proximum Capitulum, pro quo fuerat electus, jam suum sortitum fuerat effectum, per dictum Breve Apostolicum obtinuit ab eo confirmationem sua electionis, à Provinciali, & Definitorio jam facta pro Capitulo Generali tunc proximè celebrando. Quæritur an hinc Regulari, sic à Pontifice confirmato, liceat interesse Capitulo Generali proximè celebrando?

Negative respondendum cenfeo. Primò ex regulis, quod à forma mandati non est recedendum, si illarepiciat res, siue personam, siue locum, siue tempus, ut per Bald. in l. 1. §. si igitur, ff. de exercit. act. vers. nota quod forma mandati. Et quod mandatum extendi non potest ad alios casus, quam expressos, sed debet diligentissime omni cum cura observari, l. diligenter, ff. mandati, non solum in substantia, sed etiam in qualitate, Burd. in cap. Pisanis not. 7. de restit. spoliat. Dec. c. 493. n. 3. etiam si qualitates consistant in re modica, Paris. consil. 47. n. 4. 2. §. segg. lib. 1.

Hinc cum dictum mandatum datum fuerit ad Capitulum, tunc proxime celebrandum, eoque tunc non habito deinde celebrato altero, extendi non potest ad illud subsequens, cap. si Clericus de preb. in 6. ubi si Pontifex mandavit provideri alicui de præbenda, proximè vacatura si provisio non sequatur, non potest de alia provideri. Rationem reddit ibi Glossa v. extinguita, quia forma tradita per rescriptum erat super prima vacatura, ideo non potest ad aliam extendi, cum proximum dicatur id, quod aliud non antecedit, nullumque admittit medium Tiraq. de retract. lign. §. 1. n. numer. 1. §. seg. Accedit quod mandatum est stricti juris, cap. qui ad agend. de proc. in 6. Ro. man. consil. 130. n. 11. Caputaq. decis. 181. n. 1. §. decis. 191. n. 3. p. 2. & latè Joseph. Ludov. dec. Pernu. 117. n. 12. cum plurib. segg. limitatus actus limitatum parit effectum, nec operatur ultra intentionem agentium, concessumque ad tempus, post illud censetur prohibitum, Gonzal. ad reg. 3. Cancell. §. 5. proem. n. 4. 6. & 7.

Quinimo licet facultas non fuisset expressè limitata ad proximum Capitulum, adhuc de proximo intelligeretur juxta regulam l. Boves §. hoc sermone, ff. de verb. signific. quam in omni materia, & in omni dispositione servandam esse tradit Alexand. consil. 16. vers. Et sic patet lib. 4. Jal. consil. 36. numer. 19. cum segg. lib. 3. ac Tiraq. in d. l. n. 1.

Et in proximis terminis de facultate data Patribus Concilii Generalis eligendi locum Concilii, quod intelligatur de prima electione post Abbatem in sermone habito in Concilio Basiliense, tradit Felin. in cap. 2. n. 4. de reg. §. par.

Nec obstat, quod hic electus in præterito Capitulo munus non exercuerit. Quia dum actus fuit validus, non minus ejus facultas fuit consumpta, ex fusè deductis per Tiraquell. in dict. l. Boves limit. 1. Ubi quod reiteratio tantum procedit, quando primus actus fuit nullus, & invalidus.

Deinde quia dictum mandatum datum à Provinciali,

& Definitoriis illius temporis, idèdque propter eorum mutationem, re integra expiravit, Gabr. concl. 2. de pres. ubi n. 10. ait, conclusionem, quod mandatum, re integra expirat post mortem mandantis procedere etiam in revocatione tacita, quæ infurgit ex mutatione status personarum, & regulariter, resolutio jure datoris, resolvitur etiam jus acceptoris, ut in terminis expirationis mandati tradit Bellamer. consil. 12. n. 10. §. segg. Et quando res est integra, expirat mandatum datum ab administratoribus, aliisque Officialibus, gerentibus negotia publica, quicquid sit, quando res non est integra, Alex. consil. 128. numer. 5. lib. 6. Præterea cum Provincialis, & Definitores, qui dederunt mandatum ob creationem aliorum respectu illorum remanserit, tanquam civiliter mortuum eorum mandatum ipsis in dictis officiis persistentibus, non sortitur effectum, devenit ad eum casum, à quo incipere non potuit, & sicut extinctum remansisset, si ipsi constituentes naturaliter fuissent mortui Gabr. loc. citat. ita etiam extinctum remanet ob finitum eorum officium, ex quo reputantur mortui morte civili, quæ æquiparatur naturali, Gonzal. ibidem num. 20. & Mantica. de tact. lib. 7. tit. 23. n. 13.

Et quidem, aliàs plura sequeretur absurda. Primum quia præcipuum munus hujusmodi electi non solum consistit in ferendo suffragium nomine omnium Conventuum Provinciae, à qua eligitur, sed etiam proponere omnia, quæ ad conventus dictæ Provinciae pertinet. Tempore autem, quo iste fuit electus, multa potuerant contingere in ipsa provincia in Capitulo Generali proximè celebrando, utique proponenda, quæ in secundum Capitulo committi non possunt. Secundum, quia omnes moderni Conventuales, Provinciales, ac Definitores privantur suo jure eligendi alium magis forsitan idoneum, ac prudentiorem. Posse autem Definitorium ad sui libitum alium eligere, videretur æquitate consentaneum, argum. Textus in capit. Si quis iusto, §. Verum de elect. in 6. ubi quod orta differentia circa procuratorem à Capitulo deputatum ad eligendum, ad illud spectat determinatio, ibi, sedis dimittat, quem Capitulum, vel major pars elegerit, ubi Ancharanus ait, jura omnia concordare in hoc, quod Capitulum sit Judex, & eo eligente, discordia terminetur.

Nec obstat, quod ejus electio sit confirmata à Pontifice. Quia confirmatio non facit electionem perpetuam neque immutat illius naturam, sed solum tribuit ei robur secundum ejus naturam, non ex defectu potestatis pontificis confirmantis, sed ex defectu ejus voluntatis, proindeque dicta electio sic confirmata remanet in eodem statu, in quo erat ante ipsam confirmationem, ut in hac fere specie firmat Rota in Melevitana pensionis 29. Maii 1637. coram Ghislerio impressa part. 7. recent. decis. 19. n. 1. §. segg. semperque intelligitur secundum naturam, & cum qualitatibus rei confirmatae, Rota decis. 752. num. 4. par. 3. recent. & non operatur, quod res confirmata comprehendat casum, quem comprehendisset, si Breve confirmationis non emanasset, Rota decis. 111. num. 2. part. 2. recent. Nec etiam comprehendit ea, quæ fuerunt aliena à mente; ac intentione confirmantis, Gregor. decis. 164. num. 8. Nihil enim de novo tribuit, neque extendit confirmatum, Bald. in cap. Ex parte num. 19. de consil. Dec. in rubr. ejusdem tituli n. 2. præterea confirmatio non operatur, quando non reperitur confirmabile, nec reddit validum, quod in se nullum est, ex allegatis in decis. 84. num. 10. par. 7. recent.

Et clausula derogatoria, appositæ in Brevi, reguntur à dispositione principali, cujus limites non egrediuntur, dict. decis. 111. numer. 4. latè Cur. jun. consil. 56. numer. 3. lib. 1. & Calcher. decis. 764. num. 2. Edque magis quia confirmatio est subrepticia, dum in ea non fuit narratum, quod Capitulum Generale, pro quo fuerat missus speciatim electus, fuerat consumptum, & ideo nihil profus operatur, ut in terminis Seraphin. decis.

decis. 965. numer. 12. & decisio 972. numer. 17. & 981. numer. 1. ubi ait, hoc etiam procedere, ubi fuisset rescriptum ex certa scientia, & in Brixienfi Archiepresbyteratus 30. Januarii 1626. coram Remboldo. Et cessante causa mandati, cessat ipsum mandatum, per Textum in capit. Si pauper, his verbis, cum cessat causa mandati, &c. ibique Glossa verb. cessat, de praben. in 6. & Tiraquell. in tract. cessante causa par. 1. numer. 18. Mantica. de tacit. lib. 7. tit. 20. num. 3. & tit. 22. num. 10.

Præsertim cum respectu ejusmodi electi res sit integra. Vnde mandatum in ejus persona, vel expiravit per mutationem Provincialis, & Definitorem, quemadmodum dicitur de mandato dato per Tutores, quod extinguitur, finitio officio, l. si per Epistolam, ff. de acquir. hered. Alexand. consil. 128. num. 2. lib. 6. Soccin. Sen. consil. 112. n. 12. & 15. lib. 1.

Vel quatenus datum à Definitorio Provinciali, postea dicit etiam post mutationem officialium durare, atamen censetur finitum per revocationem, cum indubitatum sit mandatum, re integra, revocari posse, l. Si ante litem cum segg. ff. de procur. Cypriac. controvers. 452. num. 14. & tacite ex conjecturis, ex quibus appareat de mutatione voluntatis, ex adductis per Mantica. dict. lib. 7. tit. 22. numer. 33.

CONSULTATIO LXVI.

An Abbas Regularis, relegatus in exilium, exacto exilii tempore, recuperet suam Abbatiam, quam habebat ante exilii sententiam, ab Abbate Generali alii collatam? Et quid de recuperatione pensionis? Quidvis quoad pensiones decurras? Quod si restitutio fiat à Principe laico, aut à Pontifice? Quomodo cognoscendum sit, an Pontifex ad restituendum utatur jurisdictione civili, an Ecclesiastica?

Ad primum affirmativè per Textum perspicuum in l. 1. Cod. de sent. pas. §. rest. & tradunt Felin. in cap. Quæ in Ecclesiis numer. 27. de consil. Roland. consil. 45. num. 21. lib. 4. Moedan. decis. 6. num. 2. de restit. spoliat. ac Rota par. 2. decis. 465. num. 1. par. 2. recent. quia restitutio tendit ad tollendum effectus sententiæ, & veluti ad eam abolendam, tanquam si non emanasset juxta leg. fin. Cod. eodem, ubi etiam Doctores, ac Rota coram Merlin. decis. 125. num. 45. Neque enim quis censetur restitutus in pristinum statum, nisi obtinuerit plenam restitutionem cap. venerabilis, ibique Abbas de offic. delegat. §. l. cum indulgentia, & dict. leg. fin. & notant Bartol. in l. Quod si minor §. restitutio, ff. de minor. Aretin. s. rursus infit. de act. Paris. consil. 96. num. 112. lib. 1. Menoch. de recuper. possit. in prinad. nu. 4. ac Soccin. sen. consil. 262. lib. 2.

Non obstat, si dicatur, restitutionem esse intelligendam sine præjudicio tertii, atque adeo sine præjudicio Abbatibus generalis, qui post sententiam dicti exilii alium Abbatem deputavit in regimine Abbatie. Nam responderetur hanc deputationem habuisse originem, ac provenisse à sententia condemnatoria dicti Abbatis, quia rescissa per gratiam restitutionis, consequenter acquiri ab illa immediate proveniens, censetur resoluta, ut per Rot. d. decis. 465. numer. 6. Franch. decis. 213. numer. 40. §. segg. Restitutio namque in pristinum statum operatur, quod restitutio talis habeatur, qualis esset, si nullum habuisset impedimentum per ea, quæ tradunt Bald. in l. si cum dotem §. uxor. ff. solut. matr. & l. Imperialis v. nota C. de nupt. Bartol. in l. qui §. si in metallum ff. de mun. §. honor.

Quando enim restitutio est plenissima, tunc restituit etiam ad bona in alium alienata, quæ proinde recuperantur, ut docent Felin. in cap. inter quatuor n. 6. de major. & ibidem Claud. Aquesin. in l. Gallus §. Et quid si tantum num. 31. ff. de lib. & posth. Paris. consil. nu. 29. 37. & 51. lib. 1. Roland. d. consil. 45. num. 21. Laderch. consil. 94. nu. 4. Fachin. consil. 15. num. 23 & 37. lib. 1. Odd. de restit. in integr. qu. 99. Tom. X.

art. 1. num. 108. Farinac. in practi. q. 6. num. 38. Mastrill. ad Indult. general. cap. 22. num. 45. Peregrin. de jur. fife. lib. 5. tit. 2. nu. 55. & Rota coram Seraphin. decis. 998. num. 9. & coram Merlino decis. 125. num. 2. & in Urbevetana hereditatis 3. Aprilis 1620. coram Manzanedo. Non enim esset plenissima, si remaneret aliquid, ad quod non se extenderet, aut si non restitueret tantum, quantum Iudicis sententia abstulit dict. l. fin. §. fin. Cod. de sentent. pass. & restit.

Hæc restitutio non habet locum in pensione. Quia si restitutio provenit à Principe laico, non est sufficiens ad restituendam pensionem amissam. Cum enim fructus, quos importat pensio, sint consolidati beneficio, eo quod pensio remanet extincta, non secus ac in morte naturali, debent de novo veluti separari à beneficio circa quod nihil potest potestas laicalis, quia non potest se immittere in spiritualia, qualis est separatio fructuum à beneficio, siue restitutio pensionis, can. cum seg. 10. q. 1. & cap. decernimus 2. de judic. & cap. Ofiui, & cap. Massana de elect. & cap. causam de preser. & notant Abb. in cap. quærelam nu. 9. de election. ac Rota coram Seraphin. decis. 1381. num. 5. & coram Pegna decis. 905. num. 3. & in Toletana juris nominandi die 28. Januarii 1583.

Vnde si restitutio fiat, etiam à Pontifice, pro aliquo sibi subdito in temporalibus, non tanquam à Pontifice, sed tanquam à Principe laico, habente jurisdictionem temporalem in terras subjectas Ecclesiæ, non se extendit ad restitutionem pensionis, quia tanquam fundata in potestate civili, etiam si esset plenissima, non excederet limites potestatis civilis juxta can. Cum ad veram d. 90. ubi usus potestas, & legum civilium habet locum tantum in temporalibus. Et sicut civilis potestas est coarctata ad terras subjectas Ecclesiæ in temporalibus, ita etiam est coarctata ad res temporales, & civiles, non secus ac potestas laicalis.

Si verò plenissima est restitutio, & est à Pontifice, non præcisè, tanquam Domino temporali, sed ut Pontifex exercente etiam jurisdictionem spiritualem, restituit, etiam ad pensionem, quia aliàs restitutio non foretur plenissimum effectum, quæ proinde se extendit, etiam ad translata in alium.

Neque id obstat, quod sit jus acquisitum tertio. Quia præter jam dicta, quando quis privatur bonis, ex confiscatione, in quemcumque, & quocumque modo transferuntur, transeunt sub tacita conditione restitutionis in eventum, quod is, cui confiscata sunt plenissimè restituantur in pristinum statum. Cum enim sit in potestate Principis restituere plenissimè ad pristinum statum, & hæc potestas non raro deducitur ad actum, bona confiscata remanent subjecta huic potestati, & cum hac subjectione transeunt in quemcumque possessorem. Ideo si cogatur restituere, non privatur jure acquisito; sed eveniente conveniente conditione, sub qua erant restituenda, obligatur possessor ad restitutionem.

Hæc restitutio non recuperat pensiones decurras, sed tantum decurrendas à die restitutionis Quia pensio est annua, & proinde tot sunt pensiones, quot sunt anni. Imitatur enim in hoc legatum annum, quod non est unum, sed multiplex juxta annorum numerum l. cum in annos ff. de ann. legat. Et ideo sicuti legatum annum est affixum singulis annis, & sit debitum juxta eorumdem cursus, ita si aliquo anno non fuit debitum, vel ex incapacitate legatarii, vel quia non habeat locum opus in quod impendi debet, vel ex quocumque alio capite, non potest amplius peti, ut de legato alimentorum observat Surd. de alim. tit. 9. quest. 33. numer. 11. Ideoque hoc ipsum etiam servandum est in pensione, ut restitutio non habeat locum quoad pensiones decurras quia tanquam distinctæ à subsequentibus, non trahuntur ab ipsis, atque adeo restitutio ad subsequentes non trahit secum decurras.

Tunc autem censendum est, Summum Pontificem usum fuisse potestate civili, si sententia, à qua

emanavit confiscatio, fundatur tantum in potestate laica seu civili, scias autem si emanavit a sententia fundata in potestate Ecclesiastica. Nam restitutio tendit ad tollendum effectus sententiae, & veluti ad eam abolendam tantumquam si non emanasset, ut dictum est. Vnde fit, quod Pontifex utatur illa potestate suprema, cui subijcitur potestas iudicis, qui sententiam tulit. Potestas enim restituendi in integrum est potestas sibi subordinans directe ipsam sententiam, & potestatem, a qua processit.

CONSULTATIO LXVII.

An, & quatenus iurisdicio, & collatio beneficiorum in locis Abbatis spectet private quoad Episcopum ad illius Abbatem? Et quid quoad cognitionem causarum criminalium? Vbi adducuntur decreta aliquot Sacrae Congregationis Concilii Tridentini in capit. 20. sess. 24. de reformat.

Respondendo spectare ad Abbatem, si ipse habet jurisdictionem temporalem, & spirituales in dictis locis eorumque personis. In hoc enim casu censetur illorum Ordinarius, & habere jurisdictionem Episcopalem vel quasi, ut per Rotam coram Mantu. decis. 391. num. 1. & 2. & dec. 619. num. 1. p. 4. divers. & decis. 100. numer. 3. post primum vol. conf. Farinac. coram Audi. decis. 54. num. 5. qua in recent. est decis. 234. p. 4. Gratian. disc. 212. num. 3. & pro Abbate generali contra Episcopum Sancti Angeli Lombardorum fuit decisum coram Pirovano, coram Pentingerio, & coram Panzuto, ac per tres conformes pronuntiarum; & dum Abbas exercet jurisdictionem quasi Episcopalem, dicitur habere territorium separatum, & iurisdicio penitus ab Episcopo adempta, Clem. 1. §. volumus, ubi Gloss. v. Dioecesis, ac Doctores de for. compet. cum aliis deductis a Rota in Constantiensis jurisdictionis apud Post. de manutent. decis. 438. num. 5. & in d. S. Angeli, etiam si loca essent circumdata limitibus Dioecesis Episcopi, ex late cumalatis a Tambur. de iur. Abbat. tom. 1. disp. 35. q. 9. n. 18.

Id autem comprobaretur, si extaret sententia antiquissima supra centum annos ad favorem Abbatis, in qua declaratur, nullam Episcopum habere jurisdictionem, nulloque ius exercere posse in dictis locis, quae probat etiam sine actis, Castellor. decis. 3. num. 2. de procur. Put. decis. 338. lib. 2. cum aliis in hac specie coram Andrea d. decis. 54. n. 11. Sicque accesserint tres sententiae conformes contra Episcopum, quae tanquam respicientes statum, faciunt jus contra omnes, Achill. de i. §. de sent. & re iud. Seraph. dec. 1422. n. 8. Audi. loc. cit. num. 3. & firmatur in d. S. Angeli praeterim in 1. dec. §. 3. in 2. §. Quae omnia.

Si constet ex concessione Principis, quod iurisdicio temporalis ejusmodi locorum pertineat ad Episcopum, quamvis modo administratio, & gubernium temporale sit apud alium ex concordia, per quam Abbas cessit ei loca quoad gubernium temporale, reservatis sibi servitiis personalibus, sive Baronibus ratione directi domini, ac proprietatis, in quorum servitiorum quasi possessione una cum iurisdictione spirituali Abbas exilit, adeo ut sicuti dubitari non potest, quin Abbas utrumque dominium antea habuerit, sic neque de retentione domini directi propter reservata dicta servitia baronalia dubitari potest, ad tradita per Gail. observat. 62. numer. 12. lib. 2. Vincent. de Ann. sing. 560. Capoblan. de Baron. pragmat. 16. num. 41. & segg. Novar. de gravam. v. fal. gravam. n. 78. Et dominus directus ratione civilis possessionis potest in re concessa omnia facere, dummodo non impediatur dominium utile, sive illius usum, Bartol. in l. 2. num. 3. C. de iur. empbyt. Soccin. conf. 167. num. 15. lib. 2. ac Rota in Romana Dornas 10. Maii 1738. coram Salamantina. Vnde ex praedictis Abbas representatur, & persona representata attenditur l. sermo legato §. si testator ff. de leg. 1. Surd. decis. 291. n. 3. & 4. cum aliis per Adden. ad d. decis. 15. n. 22. p. 3. recent.

Iurisdicio vero spiritualis probati poterit ex literis

Apostolicis, maxime si fuerint confirmatae per tres sententias conformes, & ex enunciatis Summorum Pontificum.

Dictaque possessionis quasi possessio probari etiam poterit tum ex testibus etatis decrepitae, vel senilis, tum ex actibus, ex quibus resultat omnimoda iurisdicio ex allegatis sub initio. Media autem quasi possessio praesumitur, probatis extremis, Seraph. decis. 1141. num. 3. Rot. coram Buratto decis. 375. num. 3. & pro Abbate contra Archiepiscopum, Rota decis. 643. numer. 3. part. 2. rec. & in Barchionensi iurisdictionis prima Iulii 1643. coram Bichio.

Ac ita, ut non obstaret, quod alicui Testes dicantur 6 examinati absque citatione, dummodo tamen alii formiter examinati fuerint, licet essent duo, ut in terminis Rota decis. 283. num. 3. pag. 7. recent. alii vero inserviunt pro adminiculo, ac pleniori probatione, & per Rot. dist. dec. 283. num. 4. & apud Post. de manutent. decis. 269. num. 5. Tum quia veritas depositionis poterit confirmari ex actibus jurisdictionis per scripturas, Farinac. de testib. q. 65. num. 129. Rota decis. 69. num. 63. p. 7. rec. & ex dicta re iudicata contra Episcopum.

Scientia vero Episcoporum praesumitur ex multiplici- 7 tate actuum cum lapsu tantum temporis, Innoc. in cap. bona 2.1. de postul. Pralat. Seraph. decis. 306. num. 5. cum congestis in hac specie a Rota coram Andrea d. decis. 54. n. 15. & in d. Constantiensis jurisdictionis d. decis. 438. num. 12. apud Post. loc. cit. & in d. Barchinonensi.

Quod si dicatur, Episcopum alius viderisse, ac beneficia contulisse, responderui, quod tales actus, vel non dantur, vel si deducantur, sunt ex testibus absque citatione examinatis, ideoque illi ex hoc non probant, cap. 2. de testib. cum aliis per Rot. apud Post. decis. 323. n. 6. neque concludunt, eoque magis si reddantur suspecti. Quia si adessent alicui actus, adhiberentur, Menoch. praesumpt. 91. num. 4. lib. 2. Peregrin. conf. 15. num. 3. lib. 3. Praeterim si contrarium deponant testes pro Abbate, & accedant alii, addentes quod quando Episcopi, seu Vicarii tentantur visitare, fuerunt rejecti. Quod confirmari poterit ex protestationibus, & contradictionibus Rectorum Parochiarum ejusmodi locorum, quamvis non relevarent, non apparente scientia Abbatis, qui erat in quasi possessione, ut plene in d. Constantiensis n. 18. apud Postum.

Neque respectu cognitionis causarum criminalium matrimonialium, ac similibus locum habet dispositio Sacri Concilii Tridentini pro Episcopis contra Abbates sess. 24. c. 20. de reform. ut in subiectis declarationibus. Nam illa procedit contra Abbates fundantes se in exemptione, consuetudine, vel privilegio, non autem contra Abbates habentes omnimodam jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem cum proprio territorio. Hi enim dicuntur Ordinarii. ut late firmat Rota in Salamantina iurisdictionis 9. Maii 1682. coram Seraph. & coram eodem 1652. Rot. decis. 207. in fine p. 1. & decis. 619. num. 1. par. 4. divers. & coram Vbaldo decis. 65. num. 8. post Tambur. de iur. Abbat. in recent. decis. 346. num. 1. p. 1. & coram Andrea d. decis. 54. num. 9. & segg. & in d. S. Angeli, & tradit Gratian. dict. discept. 212. num. 7. cum segg. ac num. 37. & 38. & hos Abbates venire appellationem Ordinarii in dispositione Concilii Tridentini ex Gloss. in d. Clem. §. volumus v. Dioecesis de for. compet. docent Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 29. num. 16. Gratian. loc. cit. num. 30. & segg. ac num. 37. & 38. Rota d. decis. 619. part. 4. divers. Et circa dimissiones, & collationem ordinum firmant Gratian. ibidem numer. 21. & segg. Campanil. in divers. jur. canon. rubr. 9. cap. 8. numer. 4. Tamburin. loc. allegat. tom. 2. disputat. 2. question 26. num. 2. & 3. Novar. in lucern. regular. v. Ordo num. 6. & 11. At de hac re vide quae alibi diximus.

Addamus effata in dictum Sacri Concilii cap. 20. 10 Nuncius Apostolicus potest de consensu partium, & in Ordinarii cognoscere causas in prima instantia, In

In Taraconensi. Quando legitime appellatur a sententia Episcopi, qui eam tulit, etiam tanquam Sedis Apostolicae delegatus ex facultate decretorum Concilii nihil est derogatum auctoritati Metropolitanorum cap. licet de offic. Ordin.

In Calaritana. Redarguuntur Metropolitanus, qui non servata forma huius decreti, suis suffraganeis inhihent. Possunt tamen Metropolitanus praedicti appellationes admittere a sententiis suffraganeorum, servata forma Concilii, & a casibus ab eo permiffis.

In Patavina, & Aquileiensi. Metropolitanus, quando ad eum appellatur in causis concernentibus executionem decretorum Concilii Tridentini, a cognitione eorum abstinere debet.

In Ulyssiponensi. Quando per Breve capitur possessio beneficii, & alicui volunt illam impedire, causa potest tractari in Vrbe, etiam in prima instantia, & Auditor Camerarius est iudex competens.

Archidiaconi non solum causas expressas in d. cap. 20. cognoscere possunt, stante immemorabili, sed etiam alias beneficiales, quae tamen, dum probatur immemorabilis, cognoscuntur ab Episcopo.

In Aprutina. Et si isti Diaconi, aut Archidiaconi essent exempti, hoc decretum procedit.

In Messanensi. Pendente iudicio inter Episcopum & infriorem Ordinarium de super cognitione causarum matrimonialium, criminalium, legatorum ad pios usus, & aliorum Episcopo reservatorum, de quibus in hoc decreto, & cap. 8. sess. 22. & cap. 5. sess. 25. Episcopus debet de iis omnibus cognoscere.

In Cremonensi. Praepositus, etiam exemptus, non potest cognoscere has causas matrimoniales.

In Neapolitana. In Ecclesia sanctae Crucis de Turre Graeci Magistris possunt nominare illum, qui est ab Episcopo deputatus ad curam animarum, qui tamen non potest ab eisdem amoveri.

In Ruscoducensi, Decani, Archidiaconi, & Abbates qui sunt nullius Dioecesis, non obstante hoc decreto, causas hic prohibitas, cognoscere possunt; secus si tantum essent exempti.

In Cremonensi. Decani, & alii dignitates obtinentes, qui ex antiqua, & immemorabili consuetudine causas criminales, & matrimoniales cognoscere solent, adhuc possunt, sicut antea. Quia Concilium non sustulit immemorabilem.

In Burgenfi, & in Salernitana. Dum autem probatur haec immemorabilis, cognitio praedictarum causarum pertinet ad Episcopum.

In Siraculana. Quod Decani, & alii dignitates obtinentes, ac ceteri in hoc decreto nominati, non possunt cognoscere causas matrimoniales, procedit, etiam si essent exempti. Si autem isti Decani, Archidiaconi, & alii in dicto decreto expressi, habent aliquid emolumentum in benedictionem annulorum pro matrimoniis, vel aliis similibus, Concilium eis nihil praediacavit, remanente salva dispositione cap. 1. huius sess. 24. de reformat. matrim.

In Veronensi. Abbas Abbatiae habentis pleno iure spirituales, & temporales iurisdictionem, potest de causis matrimonialibus cognoscere.

In Pificensi. Praeposito Pificensi, cui demandata est iurisdicio, collatio, correctio, & superioritas etiam quoad institutionem, praesentationem, & nominationem, prout illam habebat Episcopus, sunt committendae literae in forma dignum, & dispensationes matrimoniales.

CONSULTATIO LXVIII.

In transitu Regularium ab una ad aliam Religionem sive laxiorem, sive strictiorem, ut canonice fiat, quid requiratur? Quanam actio competat superioribus prima Religionis ad revocandum suum subditum, illegitime transfatum! Ubi ad id decretum Sacrae Congre-

gationis super Episcopis, & Regularibus, Sacra Congregationis Concilii, & Constitutiones summorum Pontificum.

De hac re plura diximus in alio loco, pluraque dicunt Doctores, nominatim Fagnan. in cap. ad Apostolicam de regular. passimque alibi. Nunc strictim asserimus; ut transitus huiusmodi sit validus ad Religionem laxiorem non solum requiritur licentia Superioris Ordinis, in quo Regularis est professus, per Textum in can. statimus 19. q. 3. can. Monachum 20. q. 4. cap. licet de regular. ubi Io. Andr. Ostien. Cardin. alique relati a Rota decis. 169. num. 4. par. 2. recent. Gloss. in cap. intelleximus in fin. de etat. & qual. ibique Burr. nu. 8. & Abb. num. 1. sed etiam Sedis Apostolicae, & ex subiecto Sacrae Congregationis decreto. In transitu vero ad regulam strictiorem, adhuc est necessaria petitio licentiae Superioris per d. cap. licet, Gloss. in cap. cum singula §. ult. de prebend. in 6. ubi Gemin. ac ceteri Canonista, D. Thom. 2. 2. q. ult. art. 8. ac Rota in Romana fideicommissi de Vecchis 20. Februarii & 20. Martii 1604. coram Litta.

Attenta praecipue Constitutione Beati Pii V, revocante quaecunque privilegia recipiendi ad strictiores regulas praeter formam juris, & mandante restitui sic receptos suis Monasteriis. Quae Constitutio est conformis iuri communi, ex cujus dispositione competit actio superiori ad recuperandum suos Monachos professos, per Text. in cap. Joanne, ibique Abb. nu. 2. de regular. Idque vel rei vindicatione, vel conditione ex canone, vel officio Iudicis, ut per Innocent. in dist. cap. licet num. 4. ibique Burr. numer. 4. & Abb. num. 15. idemque Abb. in dist. cap. intelleximus num. 2.

Quin, modo superiori contra suum Monachum datur manutentio, confesso de ejus antiquiori professione, Abb. in cap. suborta num. 2. ibique Burr. nu. 7. & Cardin. in 1. oppos. de re iudic. idem Abb. in cap. quemdam in 3. notab. de elect. ac Roman. conf. 341. num. 3. Vnde superiori non solum concedenda est manutentio, sed etiam pro illius executione, quatenus opus fuerit, licentia implorandi auxiliium brachii secularis.

Decretum autem Sacrae Congregationis est tenoris sequentis: Sacra Congregatio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, attentis narratis, & re mature discussa, censuit, non licuisse, neque licere Praeposito generali Congregationis Clericorum Regularium sancti Pauli, etiam quacunque ex stante causa, vel sub praetextu assertorum privilegiorum huiusmodi facultatem transandi ad laxiorem sui subditi impetiri, ac proinde Oratorem, omnesque alios in ea Congregatione professos, qui absque expressa Sedis Apostolicae licentia ad huiusmodi Ordines se transferunt ad primariam Religionem, atque habitum Congregationis praefatae revocandos, prout revocari mandavit, novamque professionem in eis emissam nullam, & invalidam declaravit, Generalibus vero Congregationis ejusdem, & aliorum quorumcumque Ordinum, ac Superioribus respectivo mandavit, ut in posterum a dimissione, aut receptione similium omnino abstineant sub poena privationis officii, & vocis activae, & passivae, aliisque contra receptores Apostatarum emanatis, usdemque affici voluit professos, qui contra huiusmodi formam decreti ad praefatas Religiones se transferre praesumpserint, quibuscumque non obstantibus. Datum hac die 20. Januarii 1651.

Et generaliter loquendo, professus in una Religione non potest transire ad aliam Religionem nisi ad arctiorem zelo Sanctitatis vitae, venia a suis Superioribus petita, etiam non obtenta. d. cap. licet de regular. ibique Canonista, Sanchez in decalog. lib. 6. cap. 7. q. 2. & 7. Laym. hb. 4. d. i. Relig. cap. 6. num. 9. Transire autem ad aequae arctam, vel laxiorem nemo potest, nisi obtenta licentia a Summo Pontifice, & a proprio Praelato cum iusta causa, Abb. in cap. non est n. 5. & in cap. significatum n. 9. de regular. l. eiff.

Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 47. n. 103. Sanch. ibidem n. 59. Laym. loc. cit.

6 Ex decreto Sacre Congregationis Concilii, quod habetur in Bullario inter Constitutiones Urbani Octavi n. 26. §. 3. statutum est, ut nullus permittatur ad arctiorem transire, nisi prius legitime constet Superiori illam Religionem paratam esse cum recipere, & tunc recta via transferatur ad arctiorem, aliter Superior præsumens facere, incurrit eo ipso pœnam privationis vocis activæ, & passivæ, & inhabilitatem ad talia, & reservatur dispensatio Papæ privativè, etiam ad Generalem, & Cardinalem Protectorem.

7 Si quis transeat ad arctiorem, venia non petita, vel ex remissione, aut levitate, ita, odio, aut contemptu, aliave inordinata passione, professio in secunda, scilicet arctiori, erit nulla, Innoc. in dist. cap. licet, ibique Abb. num. 3. Rosell. v. Religio 4. num. 6. Sanchez, & Layman. locis allegat.

8 Religiosi verò transeuntes ad aliam Religionem sine licentia competentis, secundum aliquorum sententiam incurrit in excommunicationem, & censuras, ac pœnas latas contra Apostatas à Religione, sive ob depositionem habitus, ita tenuit Navarr. in man. cap. 27. nu. 131. cum Sylvestro, & Caietano. Sed contraria est verior. Quia neque est apostata, cum discedat solum ab hoc Instituto, non autem à Religione absolute, neque deponit habitum cum periculo evagationis, ut cap. 2. de Cler. vel Monach. in 6. Atque ita Angel. v. Religiosus n. 37. Gemin. & Io. Andr. in d. c. 2. Abb. in cap. sanè de regul. Less. lib. 2. cap. 41. nu. 102. per cap. ex parte de temp. orat.

9 Religiosi autem mendicantes non possunt transire ad aliam Religionem non Mendicantium sine licentia Sedis Apostolicæ, excepto ordine Carthusianorum, aliàs professio est nulla, & tam transeuntes, quam recipientes incurrit excommunicationem Papæ reservatam in Extravag. de regular.

10 Hæc tamen prohibitio, ac pœna intelligitur de transitu sine iusta causa. Si enim adit causa legitima, possunt adhuc superiores ipsi dare suis licentiam transeundi Navarr. cons. 56. de regular. Less. ibidem cap. 41. nu. 104. lib. 2. Sanchez d. cap. 7. num. 68. & Laym. cap. 6. num. 9. Et quantum in dicta Extravag. dicatur, neque majorem Pœnitentiarium posse talem licentiam indulgere; hodie tamen, ex novis facultatibus eam concedere potest.

11 Religiosi verò, scilicet professi Mendicantium Ordinum, si transeant ad non Mendicantes, etiam obtenta licentia à Sede Apostolica, non possunt habere vocem in Capitulo, neque administrationes, neque Curam, sive regimen animarum, neque officia quæcumque, sive ut propria sive ut vicario nomine, seu vices aliorum gerendo, & in contrarium acta irrita sunt, non obstante quocumque privilegio, d. Clem. 1. de regul.

12 Quod amplia, ut hic nomen officii latè accipiatur. Vnde continet non solum officia cum Superioritate, sed etiam alia, quæ sunt cum honore, non cum solo onere, ut Sacristæ, Camerarii, Æconomus, Concionatoris, Lectoris Theologiae ut per Glof. in d. Clem. 1. officia. ibique Anchar. n. 5. Lap. nu. 7. Vitalin. num. 74. Less. d. cap. 41. nu. 105. ibid. n. 127. & seqq.

13 Amplia item, ut dicta Clementina procedat etiam de Mendicantibus post illam institutis, & approbatis, & non solum ex quatuor Ordinibus Mendicantium, de quibus cap. Religionum, Sane de relig. domib. in 6. sed etiam de aliis quibuscumque, sive fiat mendicantes ex regula, sive ex Constitutionibus, ut per Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 14. qu. 12. Bartol. de Vecch. de admitt. novit. disp. 15. dub. 5. num. 14. Et procedit etiam de iis, qui ex privilegio Tridentini Concilii possunt habere bona in communi Sanchez eo loco num. 115.

14 Quod sanè limitandum est, ut non procedat de transiuntibus ad Carthusianos ex iuris communis dispositione, Bart. de Vecch. ibid. n. 14.

15 Limitandum etiam, ut non procedat, quando à Ponti-

fice conferretur Religioso Mendicanti Prælatum, ut Abbatia in Religione aliqua non mendicanti, quia tunc haberet vocem in Capitulo, Glof. in d. Clem. v. inibi, Archid. num. 10. q. 1. Vitalin. num. 61. Cardinal. num. 5. & Sanchez ibidem n. 122.

Religiosi autem Mendicantes, si prætextu licentiæ veræ, vel falsæ transeundi ad aliam non mendicantium, videntur extra Religionem, sive cum habitu, sive sine habitu, si moniti intra quindecim dies non redeant ad suam Religionem, sunt excommunicati, & ut notorii Apostatæ denunciandi ex d. Extravag. 1. de regul.

Ex Bulla verò Pauli Tertii, Iulii Tertii, & Sixti Quin- 17 ti fratres Franciscani de observantia transeuntes ad Capucinos, & Capucini illos recipientes sine licentia Papæ, aut Provincialis incurrit excommunicationem, & inhabilitatem ad officia, Bonacin. de censur. in partic. disp. 2. q. 8. punct. 3. n. 2.

Et ex Bulla unionis Leonis Decimi, de qua Sorb. v. 18 Conventuales fratres in addit. num. 2. prohibitum est sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne fratres reformati Sancti Francisci transeant ad Conventuales, vel recedant ab obedientia suorum Ministrorum, & ne Conventuales audeant recipere Reformatos, nisi cum licentia Capituli Provincialis ob iustam causam.

In Bulla Urbani Octavi, quæ incipit: Injuncti nobis an- 19 nos 1628. die 9. Augusti statutum est, ut Religiosi Capucini non possint transire ad laxiorem sine speciali licentia Sedis Apostolicæ in scriptis. Ad Carthusianos autem, vel alium Ordinem, scilicet non laxiorem, requiritur licentia Ministri Generalis in scriptis, aliàs transeuntes incurrit pœnam excommunicationis, & privationis vocis activæ, & passivæ, & apostasiæ, ac infamiæ ipso facto. Sed loquitur contra præsumentes transire contra hanc formam; unde excusat ignorantia non affectata.

Fratres verò Minimi si recipiant Fratres Minores de 20 Observantia sine licentia Papæ, incurrit excommunicationem non reservatam ex Bulla Iulii Secundi, Vivald. in candel. v. Excommunicatio nulli reservata.

Religiosi Carmelitæ ad Carthusianos sine licentia sui 21 Superioris transeuntes incurrit excommunicationem ipso facto ex Bulla Beati Pii Quinti, & hoc privilegium competit per communicationem aliis quibusdam Religionibus, Sanchez d. lib. 6. cap. 7. n. 20.

Religiosi quicumque, exceptis Carthusianis, recipientes aliquem Religiosum Societatis Iesu sine licentia Papæ, vel Præpositi Generalis, & ipsi transeuntes, & dantes eis auxilium, incurrit excommunicationem ex Bulla Beati Pii Quinti, ut Suar. de censur. disp. 22. sect. 5. nu. 21. & Sanchez loc. cit.

Ex Bulla Urbani Octavi data sub anno 1635. die 21. Maii, 23 & edita anno 1636. die 20. Decembris statutum est, ut Regulares quicumque, qui ex suo Instituto votum habent, sive iuramentum annexum de non procuranda, vel acceptanda extra suam Religionem dignitate, aut superioritate, transeuntes ad aliam Religionem, etiam cum licentia Papæ, aut à Religione sua dimissi, vel ejecti, remaneant adstricti voto, iuramento prædicto.

Circa quam Constitutionem notandum est, quod 24 quamvis Doctores, qui ante illam scripserunt, communiter dixerint, vota supradicta de non procuranda, vel acceptanda dignitate, & alia similia religiosæ professioni annexa, ex intentione voventis censi accessoria illi, professioni, & per translationem ad aliam Religionem, sive secundam professionem, vel per expulsiorem, vel dimissionem extingui eo ipso, ut Sanchez d. cap. 7. num. 87. & cap. 9. num. 56. Suarez tom. 2. de relig. lib. 3. n. 3. c. 7. Vega in summ. tom. 2. cap. 86. cas. 16. tamen hodie per hanc Constitutionem est inducta præsumptio iuris, ac de jure, quod dicta vota censeantur principaliter ob cultum Dei, & absolute emissa, & non restricta ad præsentem statum illius Religionis in specie, aliàs autem in causas, ut bonum Religionis illius &c.

&c. præsumi impulsivas, sive secundarias, sive conditionem, sine qua non & consonat cap. ex parte 2. de convers. conjug. & cap. magna de vot. in quibus iuribus apparet jus canonicum semper præsumere vota ob aliquam causam extrinsecam emissa, esse emissa principaliter ob Cultum Dei, & ideo non cessare, cessante dicta causa extrinseca, de qua re vide Sanchez in decalog. li. 1. 4. cap. 2. n. 48. & Canonistas in dictis c. ex parte, & c. magna.

25 Hoc autem votum per se loquendo non est Papæ reservatum, cum non sit votum solemnne, neque votum Religionis. Quare potest Prælatum ex causa iusta dispensare de jure communi, Less. lib. 2. cap. 40. nu. 74. Sanchez d. lib. 4. cap. 24. nu. 30. Si tamen agatur in ordine ad promotionem illius apud Sedem Apostolicam, ad Papam tantum pertinet dispensare, seu relaxare, ad quem pertinet tunc cognitio causæ, an expediat promoveri.

CONSULTATIO LXIX.

An, & quatenus domus Mulierum oblatarum sub 3 Regula, exempli gratia Sancti Benedicti, quæ tria vota simplicia in manibus superioris regularis emittunt, subque ejus regimine vivunt, subiecta sit Regularibus, an potius Episcopo? Vbi actus visitationis, quando non sit habendus in consideratione? Exemptio quomodo sit docenda? Ut mulieres sint religiose regulares, quid requiratur? Quid, ut sint Tertiaria? De mulieribus collegialiter viventibus. Ut quis Religioni incorporetur, postque dici religiosus, ac verè regularis, quid exigitur? Quid de promissione obedientiæ ab ipsius mulieribus facta Abbati Generali. Quenam præstatio obedientiæ faciat regularem, & Monachum? De voto simplicis obedientiæ, ejusque effectu. Episcopus super jurisdictionem quoad omnes Ecclesiasticos, loca pia, & personas Ecclesiasticas sine Diocesi, quam iuris assistentiam habeat? Religio in quo consistat? Quenam verè Mediales? Quenam persona Ecclesiastica? Qui habet jurisdictionem in principali, illam quoque habet in dependentibus, & accessoriis. Ex quibus probetur domum aliquam mulierum viventium in communi esse subiectam Episcopo? Ex actibus particularibus jurisdictionis inferatur ad universales. Cura spiritualis in Monialibus an sit propriè jurisdictionis? Quinam teneatur probare privilegium? Ex quibus actibus inferatur jurisdictionis? Qui vocatur superioris? Quæ pertineant ad solam potestatem, & curam spirituales? In materia exemptionis fieri debet stricta interpretatio. Ex diversitate nominis arguitur diversitas Ordinis. Tertiaria, exempta subiiciuntur Episcopo. Potest exemptioni renunciari. Factum aliquorum nequit omnibus præjudicare. Actus, qui dederunt causam liti, an sint attendendi? Stante assistentiâ juris, relevatur quis ab onere probandi exercitum suæ jurisdictionis. Actus visitationis continui, etiam facti, licet pendente, cuius sint virtutis? Ex omissione actus facultativus non potest prætendi quasi possessio contra visitationem Ordinarii. Adversus visitationem an detur scriptio, aut immemorabilis? Quatenus subditus dici possit constitutus in quasi possessione exemptionis?

Nullam jurisdictionem competere Superiori regula- 5 ri super hac mulierum oblatarum domo, tenendum omnino existimo. Nam, quoad quasi possessionem si de nullo alio actu doceatur, nisi de visitatione, cum hic actus sit ille, qui dedit causam liti, non est habendus in consideratione, ut per Calder. cons. 13. de jure par. Afflict. decis. 395. num. 7. ac Rota coram Gregorio decis. 4. nu. 11. ibique Adden. & decis. 409. num. 4. par. 2. rec. Ne ad effectum quidem manutentionis, Rota decis. 30. num. 2. p. 2. recent. Eoque magis, quia nullus inferior potest acquirere aliquam quasi possessionem jurisdictionis in præjudicium Ordinarii, sine illius scientia, & patientia, Bartol. in l. fin. num. 4. ff. uti poss. lene. Rot. decisio 595. num. 5. pag. 1. divers. & decis. 501. num. quarto par. 2. recent. &

in Calaguritana Lenager 20. Martii 1615. coram Vbaldo, atque alibi sæpè Præcipue si in visitatione emissa fuerint decreta aliqua circa gubernium temporale commune cum Monasterio Monialium, cuius jurisdictionis spectat ad Episcopum. Vnde non poterant superiores Regulares in hæc se ingerere, quia etiam super his ratione communionis spectabat jurisdictionis ad Episcopum, uti digniorem ex adductis à Gratian. discept. 641. signati num. 16.

Quod verò ad jus, & fundamentum præsentis jurisdic- 2 tionis, frustra illud deducitur, si deducatur ab exemptione, qua præteritur gaudere dicta domus, vel tanquam membrum, vel aliud quippiam necessarium Religioni Benedictinæ, quod eodem privilegio exemptionis portatur, cum de hujusmodi exemptione non doceatur, nec per speciale, & expressum aliquod exemptionis privilegium, neque per sententiam, ut de jure requiritur per Text. in cap. si Papa de privileg. in 6. ubi Gloss. & Doctores, neque sufficienti etiam unione, & incorporatione Ordini Benedictino.

Nam mulieres dictæ domus non sunt Religiosæ regula- 3 ves, ac veluti moniales dicti Ordinis, neque etiam sunt Tertiariæ ejusdem Ordinis, sed particularis quædam species cum particulari modo vivendi, approbato à Sede Apostolica.

Non sunt quidem Religiosæ regulares, quia non emittunt 4 solemnem professionem tria vota substantialia Religionis, sine quibus mulier dici non potest religiosa, nec monialis per Textum in cap. ad Apostolicam de regular. & tradunt Sylvestr. v. Religio 3. num. 18. Navarr. cons. 6. num. 10. & 22. de stat. Monach. Less. de just. & iur. lib. 2. cap. 41. dub. 1. num. 3. Suar. tom. 5. de Relig. lib. 2. cap. 2. n. 3. ac 10. & lib. 6. cap. 2. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 11. cap. 23. Bellarum. tom. 2. tit. de Monachor. cap. 2. sub initio Sanch. in decalog. lib. 5. cap. 1. num. 14. & seqq. Monachus enim nemo fit sine professione ex cap. 1. de regular. in 6. cap. ex parte, eodem titulo. Glof. in cap. conceptum v. professio eodem etiam titulo. Suarez loc. citat. lib. 6. cap. 1. n. 2. & cap. 2. n. 12. Sanchez d. cap. 1. n. 22.

Ac etiam quia non obligantur ad servandum regula- 5 lam Benedictinam, neque caeremonias illius Religionis cum intentione faciendi se moniales, ut requiritur ex Navarr. cons. 49. num. 3. de regular. & Rodriq. tom. 3. quest. regul. 21. art. 1. Minusque tanquam Moniales, obligantur ad clausuram juxta Text. in cap. periculo de Stat. Regul. in 6. ac dispositionem Sacri Concilii Tridentini sess. 25. de regul. cap. 5. & Constitutionem octavam Beati Pii V.

Neque sunt Tertiariæ, non solum quia Pontifex in 6 confirmatione earum Constitutionum eas non appellat Tertiarias, sed generali nomine ubique vocat mulieres, à qua denominatione desumit argumentum in casu oblatarum Turris Speculorum de Vrbe Navarr. cons. 6. nu. 14. de stat. Monach. Ex diversitate autem nominis arguitur etiam diversitas Ordinis, l. si idem C. de Codicil. Mandel. Alb. cons. 720. nu. 18. & seqq. Seraph. decis. 5. 8. nu. 1. & 117. nu. 3. Sed etiam quia habent proprias Constitutiones diversas à Constitutionibus jam editis ab antiquo pro Tertiariis Ordinis Benedictini, quibus standum, si enim hæc mulieres essent Tertiariæ, secundum illas vivere deberent, & superfluum fuisset novas, ac diversas Constitutiones particulares, & ad beneficium pro hac domo edi, & approbari per Sedem Apostolicam. Quo argumento similiter utitur Navarr. d. cons. 6. n. 17.

Sed demus tandem, quod alio modo dici possint 6 Tertiariæ atamen vel essent sub jurisdictione ipsius Ordinarii, vel saltem, quatenus essent exemptæ, non possent dici subiectæ Regularibus. Nam ab exemptione ab Ordinario non inferatur ad subjectionem Regularibus, cessante incorporatione Ordini Regularium. Exemptio enim non tribuit alteri jurisdictionem, sed solum operatur, quod exemptus sit immediatè subiectus Sedi Apostolicæ, ac

ac Ordinatio, tanquam ejusdem Sedis Delegato ex dis-

positione Sacri Concilii Tridentini, & ex adductis à Ro-

Remanet igitur tertia quedam species particularis

Etenim, ut quis Religioni incorporatus sit, possitque

Nec obstat, quod hæ mulieres in emissione suorum

Ideoque non obstat, quod Abbas Ordinis aliquando

Cum igitur hæ mulieres non promittant obedientiam

Deinde responderet, quod hæ mulieres promittunt

in quibus Constitutionibus cum nullum sit verbum de

Postremo responderet, quod est impossibile has mu-

Si ergo hæ mulieres non faciunt professionem reli-

Quare necessariò dicendum est, quod ex dicta præsta-

Præsertim verò si etiam in his casibus particularibus

exerceri per feminam ratione sexus, qui est incapax ju-

Ex quibus aptè conclusum esse videtur, quod hæ

Nec obstat si pro Episcopo non ostendantur actus ju-

Præsertim autem si adducantur actus visitationis ab

Nec refert, si antea non visitaverit. Nam ex omis-

Maximè quia nulla datur præscriptio, ne quidem im-

Ita quidem, ut subditus dici non possit constitutus in

vel aliàs habuisse se pro spoliato, ut ex Innocentio,

His omnibus accedit, quod Episcopus super jurisdic-

Hæc autem dispositio tam juris communis, quam Sa-

Idque præsertim, si hæc domus sit annexa alicui

Unde sequitur, quod sicut dictum Monasterium, di-

Ac præsertim si Episcopus intervenerit fundacioni dictæ

Tom. X. L Monasteriis

Monasteriis sibi subjectis, vel auctoritate delegata in subjectis Summo Pontifici, ut per Bonac. de clausur. qn. 4. punct. 2. num. 2. cum aliis per Barbol. de offic. & potestate Episcop. pag. 3. alleg. 102. num. 38. 40. § 41. & in collect. ad cap. unio. num. 2. § segg. de statu. regular. in 6. & regulariter petitio, & concessio licentia ostendit, quoniam sit verus possessor, & dominus, cum illa sit ab iis petenda, & ad eos spectat illius concessio, ut per Jac. de Aren. in l. litera num. 1. ff. ne quid in loc. publ. Surd. cons. 482. num. 3. ac Rota in Rearina Barchæ 23. Januarii 1617. coram Buratto.

31 Ex quibus actibus particularibus jurisdictionis inferitur ad jurisdictionem universalem, in qua fundantur hujusmodi actus. Quia in his iuris universalibus, & in hac potissimum materia jurisdictionis, magis attenditur causa actuum, quam ipsorum actuum exercitium ut per Bald. in repet. lib. 1. n. 22. C. de emancip. liber. 1. Felin. in cap. conditio n. 29. de prescript. ac Rota dec. 320. n. 6. coram Mantica, & dec. 1047. n. 1. § 2. coram Seraph. & dec. 557. n. 2. coram Gregorio, ibique Aden. n. 6. & in Tuscilana Sylvarum 6. Junii 1616. coram Verospio, & dec. 19. n. 12. p. 1. divers. & dec. 491. n. 3. p. 1. rec.

32 Denique, etiam si concedantur Regularibus cura spiritualis harum mulierum, nulla eis competit jurisdictio. Quia cura spiritualis non est proprie jurisdictionis, imò ab ea plurimum differt, ut patet ex traditis per Butr. in cap. cum ab Ecclesiarum n. 23. de offic. ordin. Lotter. ibid. lib. 1. q. 5. n. 37. & q. 20. n. 20. § segg.

CONSULTATIO LXX.

An & quatenus in Ecclesia Parochialis, unita Monasterio Abbatis Regularis, requiratur concursus? An sufficiat nominatio Abbatis Commendatarii, examen vero, & approbatio dumtaxat Episcopi? Ex quibus signis, & argumentis probetur, Abbatiam esse nullius, atque effectam territorium separatam à Diocesi Episcopi? Gravis ad id, & accuratè præ ceteris Sacra Rota Romana decisio, qua integrè adducitur. Quatuor dubia cum declarationibus Sacrae Congregationis Concilii de locis Abbatie, positæ inter limites Diocesis Episcopi.

1 Explorati hodie juris est, non requiri concursus, sed solum examen, & approbationem Episcopi, si tamen extiterit Summi Pontificis indultum hinc, aut similibus verbis expressum. Nec non eidem Abbati Commendatario, ejusque successoribus Monasterii hujusmodi Abbatibus &c. jurisdictionem Ecclesiasticam in Monasterio prefato, ac in bona, & personis, & Ecclesiis per nos, ut præferatur exemplis privatorum quoad Episcopum &c. & quomvis alium loci Ordinarium, ita ut Episcopus, & Ordinarius hujusmodi, nequidem tanquam Sedis Apostolica delegatus, & vigore decretorum Concilii ullam omnino jurisdictionem, sive actum jurisdictionis in Monasterio, & bona, personam, & Ecclesiam prædictas quacumque de causa exercere, seu præterire possit, & tenore presentium concedimus, & impertimur, &c.

2 Horum enim vigore dicitur non potest, Monasterium Ecclesiæ, & personam eidem subjectam, esse separatas à Diocesi Episcopi, & subjectas Abbati Commendatario, atque effectam Territorium separatam ipsius loco Episcopi, ut cum aliis tradit Grat. discept. 212. n. 7. & in specie hujusmodi indulti, & Ecclesiæ Parochialis Monasterio subjectæ firmavit Rota in nullius, sive Sancti Severini Parochialis 12. Januarii 1660. §. moti ex Indulto coram Bevilacqua.

3 Quare vel nullo opus est concursu, quia in Ecclesia regulari annexa, & unita Monasterio, cessat dispositio Sacri Concilii Tridentini cap. 18. sess. 24. de reform. sufficitque nominatio Abbatis, & examen, atque approbatio dumtaxat Episcopi, ut docent Barbol. in collect. ad dictum Concilii locum num. 7. Garz. de benef. p. 9. cap. 2. num. 97. & segg. ubi refert ejusdem Sacri Concilii

Congregationis declarationem, ac Rotâ in Ferrariensi Parochialis 8. Novembris 1596. coram Corduba, & pluries firmavit Rota ex cumulatis in d. Nullius §. Quibus quoque accedit coram Bevilacqua.

Præterea cum potestas Episcopi faciendi concursus, pendeat à dispositione Sacri Concilii loc. cit. cessat omnis difficultas, attentâ clara dispositione Indulti Summi Pontificis, per quam ablata fuit ab Episcopo omnis jurisdictionis tam ordinaria, quam delegata, & translata in Abbatem Commendatarium, ut declaravit S. Congregatio ejusdem Concilii in causa Castri Durantis ultima Aprilis 1611. Ideoque licet Episcopus, habeat intentionem fundatam in omnibus beneficiis intra limites suæ Diocesis ex sola juris assistentia ad effectum manutentionis in materia concursus, fallit id tamen quando in contrarium exhibetur titulus Indulti Summi Pontificis, ad quem pertinet loca dividere, & assignare Diocesis, ad tradita per Abbatem in cap. cum contingat n. 18. de for. compet. cum aliis per Buratt. dec. 912. n. 1.

Unde licet Monasterium cum suis membris, & Ecclesiis unitis fuerint de Diocesi Episcopi, cum tamen sint modò ab ea subtrahata, & effecta proprium, ac separatam territorium Abbatis cum propria, & separata Diocesi, adeo ut Abbas habeat jura quasi Episcopalia, & veniat appellatione Diocelani, censetur derogatum omni juri, ac jurisdictioni Episcopi tam ordinariæ, quam delegatæ vigore Sacri Concilii Tridentini ut plene firmat Rota in citata dec. Nullius, eod. §. moti, & § segg.

Cumque dignitati Monasterii Abbatialis exempti cum territorio separato, & propria Diocesi sit perpetuò annexa Ecclesia Parochialis, non est necessarius concursus, Grat. discept. 273. n. 48. Castropal. oper. mor. tom. 2. tract. 13. disp. 3. pun. 2. §. 5. num. 6. cum aliis allegatis à Barbola de offic. & potest. Episc. alleg. 60. n. 24. § segg.

Vel omnino repellendus est Episcopus ex jure indulti. Quia cum Ecclesia fuerit per illud à jurisdictione, ac Diocesi subtrahata, & separata, necnon subjecta Abbati Commendatario, ipsi tanquam proprio Episcopo competit illius provisio, & concursus ex traditis Maslobr. in prax. hab. concurs. reg. 2. numero 4. Tambur. de jur. Abb. tom. 3. disp. 9. q. 1. numero 2. Rot. decif. 308. p. 1. & dec. 43. numero 4. p. 6. recent. & in his terminis firmavit Rota in d. Nullius §. Ideo cum Dominus Cardinalis Commendatarius.

Id ipsum autem dicendum est, si confiterit de unione vel subjectione Ecclesiæ Parochialis Abbatie, sive regulari Monasterio. Et licet non exhibetur instrumentum unionis, probari tamen ea poterit per signa, & argumenta, Ecclesiam esse subjectam, aut unitam Monasterio, vel de ejus Mensa, juxta ea, quæ tradit Rota dec. 102. numero 1. p. 3. recent. Seraph. dec. 1304. num. 4. & dec. 153. numero 1. p. 2. recent. cum aliis in dec. 625. coram Merlino.

Quia non solum in hoc casu cura dicitur translata in Abbatiam, sive Monasterium, cui facta est unio, ad quod pertinet propterea nominatio, & præsentatio Rectoris, reservata dumtaxat Episcopo approbatione, sive examine, ut firmavit Rota decif. 419. num. 3. coram Cavaler. & in Pampilonensi juris nominandi 11. Junii 1647. §. nec referri coram Peutingerio.

Sed etiam quia ex unione hujusmodi Parochialis Monasterio regulari, illa fuit effecta regularis, & ejusdem naturæ Monasterii, cui facta fuit unio, atque adeo eodem plano modo de illa est judicandum, ac de ipso Monasterio, cujus est membrum ad Text. in cap. recolentes §. Caterum de stat. Monach. traditque Castropal. tom. 2. tract. 10. disp. 6. punct. 2. §. 1. num. 11. Ideoque non est necessarius concursus, cum dispositio Sacri Concilii d. cap. 18. sess. 24. non habeat locum in beneficiis regularibus, sive in titulum conferantur, sive in commendam, ut sæpius declaravit Sacra Congregatio Concilii, latèque tradit Fagnan. in cap. cum sit ars n. 37. ac segg. de arat. & qualitat. & in cap. cum ad nostram, n. 23. de elect.

Quando

11 Quando igitur Ecclesia Parochialis est Monasterio regulari subjecta, vel annexa, vel demensa, tunc non est locus concursus, sed Abbas nominat, & nominatus debet approbari ab Episcopo, prævio tantum privato examine sine concursu, juxta Constitutionem 46. Beati Pii V. §. volumus, & decisionem Sacrae Rotæ in d. Nullius §. Quibus quoque accedit.

12 Signa autem, & conjecturæ ad hunc effectum eruntur ex publicis Instrumentis donationis, vel erectionis Ecclesiæ Parochialis ad favorem Monasterii, quæ plurimum conferunt ad probandam unionem, ut ponderavit Rot. in d. decif. 625. n. 4. Ex compluribus enunciatis antiquis, ex privilegiis Apostolicis, ut per Serap. decif. 886. n. 1. & decif. 724. n. 3. p. 2. recent. cum aliis in decif. 95. n. 1. coram Merlino. Ex descriptione hujusmodi Ecclesiæ in antiquissimo libro ejusdem Monasterii inter alias eidem subjectas ex continuatis solutionibus factis per illum Rectorem ad favorem Abbatis in recognitionem domini ad tradita per Panormit. in cap. bona num. 15. de appell. cum aliis in decif. 505. num. 1. coram Pegna. Quæ omnia, licet per se sola forsân non sufficerent, simul tamen junctè exuberant ad probandum, quod Ecclesia sit de mensa Monasterii, & ad illud pertineat, ut Judicio suo ponderavit Rota in decif. 204. num. 4. p. 2. recent. Ex altaribus, sive Capellis de jure patronatus laicorum, quorum præsentati fuerunt instituti ab Abbatibus cum expressa mentione, quod Ecclesia est membrum unitum Monasterio. Jus enim instituendi ad altaria alicujus Ecclesiæ denotat pertinentiam ejusdem Ecclesiæ ad institutionem, præsertim quando institutiones sunt antiquæ, & factæ cum expressa mentione talis pertinentiæ, ut per Rotam coram Merlino decif. 625. n. 2. & 3.

13 Nec obstat, unionem non probari ex donationibus, si fuerint extractæ ex Archivo Monasterii, cujus scripturæ probant solum inter personas subjectas, non autem contra tertium. Nam responderetur, quod cum agatur de compariis Instrumentis, & antiquissimis; quamvis extracta sint ex Archivo privato, admodum tamen bene relevant, ut tradit Olfac. dec. 69. num. 6. ac Rota dec. 264. num. 39. coram Merlino.

14 Et ita quidem, ut non adverteretur una, vel altera provisio per concursum Ecclesiæ Parochialis facta ab Episcopo, & approbata forsitan ab Abbate Commendatario.

15 Nam omnino, quod tanquam iusticia non relevat, subjacet decreto irritanti præfati Indulti Apostolici, quod inficit quacumque dispositionem in contrarium, cap. si eo tempore de elect. in 6. Achil. dec. 385. cum vulgò aliis, responderetur quod attentò statu regulari præcedenti, hujusmodi provisio fuit nulla ex eo, quod neque Episcopus, neque Abbas Commendatarius mutare poterant defectu potestatis statum regularem prædictæ Ecclesiæ in statum secularitatem ad Text. in cap. cum de beneficio de prob. in 6. ubi Doctores communiter, ac Rota dec. 664. num. 10. & segg. coram Pegna, & dec. 636. num. 9. coram Buratto cum aliis in dec. 160. nu. 2. coram Merlino & in d. Nullius §. fin. Neque Commendatarius approbatione sua potuit præjudicare Monasterio, ut per Vitalin. in Clem. 1. n. 97. de offic. Vicar. & Rota coram Seraphino dec. 1278. nu. 3.

16 Denique non obstat quod in Monasterio amplius Monachi non resideant. Nam ex hoc cessavit quidem solum regularitas actualis, non autem habitualis, quæ sufficit ad hunc effectum, ut in d. decif. Nullius §. non relevat, quæ hujusmodi est.

Nullius, sive S. Severini Parochialis
Lunæ 12. Januarii 1660. coram Bevilacqua.

17 Sequuta vacatione Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Castri Perrini, Eminentiss. D. Card. Antonius Barberinus Commendatarius Monasterium S. Mariæ de Rambona, ac SS. Laurentii, & Eustachii, & non extendatur

na, ac Sanctorum Laurentii de Doliolo, & Eustachii, invicem unitorum ad eam, uti ad dicta Monasteria, sibi commendata, spectantem, ex causa unionis, & subjectionis nominavit Antonium Fabarum, Ordinarium verò Sancti Severini, prævio concursu; approbavit Horatium Doantium. Hinc orta inter Collatores, & Provistos controversia, & ad Rotam devoluta, proposui dubium, an constaret de bono jure D. Cardinalis Commendatarii, & constare Domini responderunt.

Moti ex indulto Apostolico de anno 1641. eidem D. Cardinali, & in Commendam successoribus per sanctæ memoriæ Urbanum VIII. concessio, in quo prævia narrativa, & confirmatione exemptionis eidem Monasteriis, personis, bonis, & Ecclesiis à se de anno 1632. ac per ejus prædecessores Costantinum, & Honorium Tertium tributa à quacunque Ordinarium loci jurisdictione, ac exemptione, lite posthæc excitata per Reverendissimum S. Severini Episcopum, prætendentem se, nisi ordinata, delegata tamen auctoritate Sacro Concilio Tridentino in sess. 7. cap. 8. sess. 14. cap. 4. & sess. 24. cap. 11. de reform. posse Monasteria quacumque exempta visitare, motu proprio, & ex certa scientia eidem D. Cardinali Abbati, & perpetuis Commendatariis jurisdictionem Ecclesiasticam in Monasteriis prædictis, ac in bona, personam, Ecclesiis, censum eis solventes, privative quoad Episcopum S. Severini, & quamvis alium loci Ordinarium etiam, uti Sedis Apost. delegatum, vigore decretorum Concilii ita, ut nullam omnino jurisdictionem, sive actum jurisdictionis in Monasteria, & bona, personam, & Ecclesias prædictas quacumque de causa unquam exercere, sive præterire possit, concessit, & impertitus fuit.

Ex cujus indulti contextu Domini assequerantur, 18 Monasteria, & loca exempta cum suis membris & Ecclesiis, licet ex natura, & originaliter essent de Diocesi Episcopatus S. Severini, per illud tamen fuerunt ab eo subtrahata, & translata in Abbatem Commendatarium, & effecta territorium separatam, & appellatur propria Diocesis ipsius habentis ibidem jura Episcopalia, & venit appellatione Episcopi, ac Diocelani cap. si quis deinceps 16. q. 7. cap. si Papa de priv. in 6. Gloss. in Clem. 1. verb. volumus de for. compet. & in Clem. Monasteriorum v. proprii post med. de reb. Eccles. non alien. Felin. in cap. cum olim 18. in prin. vers. secundo limita de rescript. Franc. in c. 2. sub n. 5. ubi Prob. ad Monach. n. 48. de prob. Savn. ad reg. de anal. q. 21. n. 4. Gavant. in prax. Episcop. v. Abbas n. 52. plenè Gratian. discept. for. cap. 222. n. 7. & per tot. Modern. cap. contro. 219. n. 71. & 72. Rota in rec. decif. 324. n. 1. p. 1. & decif. 45. n. 5. p. 5. decif. 100. n. 3. post 1. vol. cons. Farinac. coram Andrea decif. 54. n. 5. apud Tambur. de jur. Abb. decif. 52. nu. 2. p. 3. & decif. 69. n. 7. in Cassinen. jurisdictionis 27. Martii 1651. coram Echio, in Astorican. sive nullius jurisdictionis 19. Junii 1654. coram Rev. D. meo Decano, §. Nichilominus, & in Casensii Collationis Ordinum 26. dicti mensis, & anni eor. R. P. D. meo Verospio §. non tamen, & in nullius, seu Montis Virginis Jurisdictionis 12. Junii 1656. §. unde proposito coram bo. me. Danozetto.

Ideo cum dictus Dominus Cardinalis Commendatarius, nitatur speciali privilegio, habeat separatam territorium, & in eo, tanquam Episcopus se gerat, per hoc derogatum est juri ex canonum dispositione, Ordinario competenti, ut non ipsi, sed illi competat Ecclesiæ provisio, c. 2. & fin. 16. q. 4. Paris. cons. 35. nu. 8. lib. 4. Gratian. d. cap. 242. nu. 44. & 45. Barbol. de jur. univ. Eccl. lib. 1. c. 17. n. 102. Maslobr. in prax. hab. concurs. requif. 2. n. 4. Tambur. de jur. Abb. tom. 3. disp. 9. q. 1. n. 2. Flores de Mena var. resol. lib. 1. q. 24. n. 21. Rota dec. 798. n. 1. p. 4. divers. & decif. 308. n. 4. p. 1. & dec. 45. n. 14. p. 6. rec.

Nec visum fuit subsistere, quod dictum privilegium, & indultum sit restrictum ad monasteria B. M. de Rambona, ac SS. Laurentii, & Eustachii, & non extendatur

ad Parochialem hanc. Nam comprehensio aperte colligitur ex ipsi literis Apostolicis, ubi eximuntur ex ordinarii jurisdictione bona, persona, & Ecclesie, Monasterii census solventes, ibi super predictis Monasteriis, eorumque bonis, & Ecclesiis censum solventibus, & de solutione facta a Rectoribus pro tempore ipse Abbatibus, & Monachis monasteriorum, & ex pluribus uniformibus, & multiplicatis parab ab an. 1574. usque ad an. 1657. extractis ex libris monasteriorum, in Archivo repertis, specificè, excepta, loquentibus de censu ab hac Ecclesia, eisdem Monasteriis debito. Quæ quidem pariter cum sint plures, & administratæ, signanter ex onere conjuncto Rectoribus in Instrumentis institutionum de annis 1513. 1562. hujusmodi censum singulis annis præstandi, & recognitione manus unius ex illis conclusentissime probationem constituunt, Glof. in cap. ad audiendam 13. v. censuales de prescript. Fel. in cap. 2. n. 2. de fid. instrum. Bald. in l. si. n. 9. C. si sine censu; Rota coram Archill. de Grass. dec. 5. de fid. instrum. Coccin. decif. 258. nu. 6. & apud bo. me. Merlin. decif. 264. n. 40. & 41. & indicant subjectionem, & annexionem Ecclesie Monasteriis, sicque in indulto exemptionis esse comprehensam, cap. 2. in fin. Eccl. cum olim 19. ubi Abb. n. 3. de consub. Paris. conf. 22. n. 2. lib. 4. Roman. conf. 127. col. 1. Barbat. conf. 8. n. 19. & 20. Rot. decif. 204. num. 5. p. 2. & decif. 343. num. 9. p. 4. tom. 2. recent.

21 Quod eo magis Domini admittendum censebant, quia ultra hujusmodi exemptionis privilegium, extat probatum per publica Instrumenta usque ad ann. 1292. Ecclesiam istam fuisse de Ordinarii licentia constructam, & dotatam ab Abbate, & Monachis Sancti Laurentii de Doliolo; quapropter magis cogebantur credere solutiones censuum subsequentes, fuisse pro dicta Ecclesia principaliter factas, ratione precedentis tituli foundationis, & in vim illius, adnotata in l. 1. C. de acquir. possess. Et quemadmodum Monasteria sunt regularia, ita & Ecclesia ipsis accessorie unita, & membrum illius effecta regularis quoque reputatur, cap. 1. de Capell. in 6. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 8. nu. 30. & 31. Rota coram fa. mem. Gregorio XV. decif. 370. num. 3. Pegna decif. 443. n. 2. Duran. decif. 144. n. 3. & in recent. dec. 153. n. 2. p. 2. Nihil enim est, quin etiam Regulares possint habere beneficia, quæ secularibus conferantur in titulum perpetui beneficii, Abb. in cap. de Monachis num. 9. ad fin. de preben. Felin. in cap. in nostra num. 44. vers. septimo nota in fin. de rescript. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 34. num. 8. Rota decif. 578. nu. 2. part. 1. recent. & in montis Casinensis Parochialis 7. Februarii 1648. coram bonæ memoriæ Bichio, §. Quia licet.

22 Non relevat, quod in Monasteriis amplius Monachi non resideant. Quia non inde sequitur extinctam fuisse conferendi potestatem, sed solum cessavit regularitas actualis, non autem habitualis, quæ sufficit, cap. Cum de electis de consuet. & in terminis respondit Rota in decif. 587. & 188. p. 4. divers. Pegna decif. 443. num. 5. & decif. 323. n. 7. par. 2. rec.

23 Quibus quoque accedit longissimi temporis observantia, deducta ex pluribus deputationibus Rectorum per Abbates, in dictis Monasteriis pro tempore residentes, factis cum obligatione solvendi recognitionem ipsis Collatoribus, ac effectum sortitis per obitum, resignationem vel permutationem provisorum juxta vulgatum consilium Oldradi 229. passim à Rota approbatum, ut coram Cardinali Seraphino decif. 337. num. 1. fa. mem. Gregorio XV. dec. 215. num. 1. & ibi Add. num. 8. juncta alia provisione anno 1527. à bon. mem. Cardinali de Monte tunc Commendatario in persona Raphaelis Domini, ut in sum. num. 9. Unde patens videbatur bonum jus Eminentissimi moderni Commendatarii, cui reservatum fuit jus præsentandi, ut antea Abbatibus regularibus competeat absque alia indi-

ctione concursus requisiti ex dispositione S. Concilii Tridentini in sess. 24. cap. 18. de reformat. Quia quando Parochialis est Monasterio subiecta, aut annexa, vel demensa, ita ut cura apud illud resideat, tunc non est locus Concilii decreto, sed sufficit approbatio Episcopi post nominationem, rectoribus ab Abbate factam, juxta Constitutionem Pii V. antiquo Bullario 46. §. volumus, & post Text. in cap. 1. de appell. Monach. in cap. de Monach. de preb. tradunt Gonzal. ad regul. 8. Cancell. q. 5. §. 7. n. 13. Garz. de benef. p. 9. cap. 22. n. 197. qui ita censuisse Sacram Congregationem ejusdem Concilii, referunt Castropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. disp. 13. §. 1. n. 11. & 12. Barbol. de potest. Episc. allegat. 58. num. 53. Rota in rec. dec. 202. num. 1. p. 1. dec. 153. num. 1. & dec. 223. num. 6. & 8. p. 2. coram Buratto dec. 214. sub num. 1. & ibi Add. lit. A. & dec. 123. n. 10. Merlino dec. 115. num. 1. & 2.

Neque refert, quod de anno 1601. Episcopus Sancti Severini, prævia licentia Sacrorum Rituum Congregationis, Ecclesiam istam de Parochiali in Plebaniam erexerit, secularibus conferendam. Quia præterquod tollitur eadem responsione, quod non sit prohibitum Regularibus habere collationem beneficiorum secularium, potuit id agere auctoritate delegata, & sic actus esse æquivocos, & posse ad illam referri ad effectum, ut in illis vis fieri non valeat, Tambur. de jure Abbat. tom. 1. disp. 1. q. 19. num. 26. & seqq. Rota decif. 447. num. 4. p. 1. recent. & in nullius, sive Montis Virginis jurisdictionis 12. Junii 1656. §. minusque obstant, coram bon. mem. Dunozetto, Add. ad Buratt. decif. 572. nu. 17. & 18.

Ex cessat omnis difficultas, cum erectio emanaverit ante literas Urbani, ex quarum forma pro exemptione Ecclesie ab Ordinarii jurisdictione, & subsistentia collationis Eminentissimi Commendatarii sat esse videtur justificari actualis census solutio, non exhibita illius origine, nec rigide discussio, ad quem verè collatio pertinebat, ad tradita per Rotam coram bon. mem. Merlino dec. 1311. num. 4. repetita in rec. dec. 576. eodem n. 4. p. 4. tom. 2.

Postremo non potest Episcopo suffragari ultimus status, elicitus ex deputatione Concionatorum, visitationibus, & provisionibus de annis 1621. 1630. Quia cum de legitimo statu anterioris regularitatis liquidò constet, ultimus non attenditur, nec sufficiens est ad illum manutendum in alterius præjudicium cap. si Judex laicus §. Idem esse vers. & status presens de sent. excommunic. in 6. Dec. conf. 126. num. 4. Rota decif. 2. n. 2. de preben. in n. & apud Merlin. decif. 689. n. 9. in rec. dec. 188. num. 1. & decif. 229. n. 3. & 4. p. 4. Add. ad Gregor. decif. 77. nu. 12. in fine, & in Lucana Cappellanæ 1. Julii 1650. coram bo. mem. Bichio vers. hanc nec relevet, & in specie, quod non sint attendendæ provisiones Ordinariorum ad effectum mutandi statum beneficii, ex quo ad id potestate carent, notatur in cap. cum de beneficio de preb. in 6. Felin. in cap. In nostra num. 4. de rescript. Rota decif. 163. n. 4. p. 1. recent. Merlin. decif. 88. in fine, & multo minus in præsentem, dum Indultum Apostolicum, in quo decernitur exemptio haber clausulam sublata, & decreti irritantis, per quam inficitur quævis contraria observantia, & possessio, Franch. in d. cap. cum de beneficio numero 4. de preb. in 6. Rota coram Coccino decif. 51. num. 51. & decif. 142. num. 4. par. 2. recent.

Ex quibus fuit resolutum, constare de bono jure Eminentissimi Commendatarii, utraque Parte informante. Atque ita Sacra Rota.

1. Dubia verò hæc sunt. Intra fines Spoletanæ Diocesis extant quædam loca status Abbatie Ferentilli, ad quæ accedere volens, per dictam Abbatiam transire cogitur, quorum Ecclesias Episcopus Spoletanus visitare intendit, saltem, tanquam delegatus Apostolicus, non obstante præsentia exemptione ex adverso allegata.

allegata. Ideo supplicat idem Episcopus per Sacram Congregationem declarari, id sibi licere.

29 Idem postulat declarari nulli alteri licere Ordines conferre, aut literas dimissorias concedere Clericis secularibus præfatæ Abbatie, præterquam ipsi Episcopo Spoleitano, nec posse excommunicationes ad finem revelationis ab alio decerni, quam ab eodem Episcopo Spoleitano.

30 Idem petit edoceri, an possit compellere Clericos dictæ Abbatie, ut vadant ad Synodum?

31 An procuratio pro visitatione dictæ Abbatie solvenda sit à Capitulo Sancti Joannis Lateranensis, an verò à visitatis?

32 Præsupposito Abbatiam Ferentilli, & loca, de quorum visitatione agitur, esse intra fines Diocesis Spoletanæ, Congregatio Concilii censuit Episcopum Spoletanum posse ex c. 9. sess. 24. illa visitare, ac Clericos ejusdem Abbatie teneri accedere ad eandem Episcopi Synodum.

33 Item Clericos seculares ejusdem Abbatie Ordines suscipere, & literas dimissorias impetrare debere ab Episcopo; intra cujus Diocesis fines existunt ordinandi, aliterque promotos à susceptorum ordinum executione suspensos esse juxta cap. 16. sess. 16. & sic suspensos ministrantes irregularitatem incurere.

34 Item excommunicationes ad finem revelationis, si præfatæ loca nullius Diocesis sunt, licet intra fines Diocesis Spoletanæ petendas esse à Sede Apostolica, nec posse ab Episcopo Spoleitano decerni.

35 Procuracionem non à Capitulo, sed à visitatis esse solvendam.

CONSULTATIO LXXI.

An edictum Episcopale sepe casibus reservatis, in quo inter cetera mandat, quod confessorii Regulares confessiones audiantur in habitu, in quo utuntur in Choro, eisque prohibet poenitentes auscultare extra Confessionarium, & extra cratem ligneam, idque januis apertis dumtaxat, & in Confessionariis à suis visitatoribus intra præfatum terminum approbandis, neve in propriis aedibus accedant ad infirmos pro Sacramento Poenitentia ministrando, absque licentia Episcopi, vel Curati, minusque certas personas utriusque sexus ante ortum, & post occasum solis auscultent, est fenestella, vel lastra fuerit devastata, sive ejus foramina dilatata Confessorii suspensi remaneant, cum impositione poenæ suspensionis, & pecuniaria cuiuslibet Confessorio, si talia edicta non recipiat, & illa inviolabiliter per singula capita non servaverit, deroget privilegiis Regularium, ideoque sit corrigendum, expurgandumque?

1 Negativè videtur respondendum. Æquum enim, & salubre censetur in ea parte, in qua mandat, quod nullus Confessorius sive secularis, sive regularis audiat confessiones, nisi per fenestellas confessionalis, à deputatis Episcopi approbandas, & in Ecclesia januis apertis, & secularis Sacerdos, nisi indutus superpelliceo, stola, & bireto, Regularis stola, & habitu, mulierum, & adolescentium confessiones ante solis ortum, vel post ipsius occasum audire prohibet, & foris confessionalis ad scandala evitanda præscribit.

2 Hæc enim omnia præcipiuntur in Concilio Provincialibus Sancti Caroli Borromæi, nec adversatur juri, quod Episcopus ex legitima causa possit Confessionarium, etiam Regularium, approbationem ad certum locum, tempus, & personas restringere, ut ex pluribus probat Barbol. de offic. & potest. Episcop. alleg. 25. num. 32. cum administratio hujus Sacramenti Poenitentiae animarum curam concernat, de qua potest Episcopus, etiam contra Regulares, cognoscere, ut tradit idem Barbol. loc. cit. alleg. 105. num. 29.

3 Quare hujusmodi edictum non videtur derogare privilegiis, Mendicantibus concessis. Quia juxta Sancti Tom. X.

ctorum Patrum instituta, monita, & consilia editum est, neque Episcopus in aliquo Regularibus præjudicium inferre intendit, minusque eorum privilegia tollere, sed accuratè ea, quæ tanti Sacramenti administrationem concernunt, & animarum salutem respiciunt, piè, & sanctè statueret.

Non enim repugnat eorum privilegiis, quod Confessionalia debeant habere fenestellam, & quod ipsis januis apertis, ac tempore congruo mulierum, & adolescentium confessiones audiant, quodque Confessionalia debeant per Episcopi deputatos recognosci, an habeant debita requisita, prout non est inadecens, neque repugnat, quod ipsi Confessionali sedentes debeant cum stola, & habitu, quo in Choro utuntur, sedere.

Minus conquei possunt, quod ex proprii Parochi licentia, debeant infirmorum in aliena Parochia confessiones audire, dum excipitur casus necessitatis, & quod Bulla in Cæna Domini, edictum Episcopi super casibus reservatis, & Sacra aliqua Imago in quovis Confessionali debeant esse affixa.

Quod verò ad censuras, ipso facto incurrendas, in casu contraventionis non videtur adesse nimis rigorosum. Frustra enim publicaretur edictum, si talem poenam illud eis non minaretur. Nam ad probandum hujusmodi delicta, non debet, neque potest processus constitui, cum plerumque occultè pateantur, & sint difficilis probationis in foro exteriori.

His tamen minimè obstantibus Sacra Congregatio Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita censuit, præfatam edictum moderandum, & corrigendum esse, prout præsentis decreti vigore moderatur, ac corrigitur, prout infra. Quoad habitum, quo uti debent Regulares in administratione Sacramenti Poenitentia declaravit sufficere, si audiant cum habitu eorum Ordinarii, & stola juxta decretum aliis emanatum sub die 20. Junii 1625. à Sacra Congregatione visitationis Apostolica. Quoad locum mandavit auscultari in Ecclesia, & intra crates, quando tamen necessitas, vel rationabilis causa aliter non suadeat, ac enim in Sacratio, vel alio decenti loco poterunt audiri, super quo, & declaravit, non licere Episcopis neque per se neque per suos deputatos visitare Confessionaria, sive loca Regularium, ubi confessiones audiuntur, nec etiam ad effectum videndi, an sint juxta ipsorum decreta, sed hoc relinquendum est omnino visitationibus suorum Superiorum. Similiter inhærendo aliis decretis ab eadem Sacra Congregatione emanatis, & præcipue 13. Septembris 1641. noluit teneri Regulares, petere licentiam ab Episcopo, vel Curato accedendi ad infirmos pro Sacramento Poenitentia ministrando, sed sufficere, si postea fidem habita confessionis in domo eorumdem infirmorum relinquunt. Insuper mandavit tolli omnino ab eodem edicto verba illa, quibus de certo genere personarum fit mentio. Voluit siquidem, ut loquatur absolute, ac simpliciter de omnibus nulla facta speciali mentione, ita quod scilicet nemini administraretur tale Sacramentum ante ortum, nec post occasum solis, nisi tamen necessitas, vel rationabilis causa aliter suaserit, in quo casu voluit & licere; & cum omnibus. Uterius præcepit poenas omnes tam suspensionis, quam pecuniarias ab eodem edicto tollendas, cassandas, & expurgandas esse. Et ita utraque parte informante hac die. &c.

CONSULTATIO LXXII.

An executor deputatus ad distribuendum pauperibus elemosynam, dotem puellis, aliarum, teneatur exquirere pauperiores? Ubi quod Collatores possunt dividere jus conferendi per turnum, licet electio esse ab omnibus faciendâ. Discrimen inter nominationem, & electionem. Forma cap. Qua propter de elect. in quibus electionibus procedat? Et an legatum relictum pro pauperibus possit distribui nobilibus, qui in suo statu pauperes sunt? Pauperum nomine qui veniant? Quibus pauperibus distribuendum, Quomodo

Quomodo voluntas Testatoris accipienda? Nobilis indigens an veniat nomine pauperis? Major paupertas quomodo accipiatur? La quo consistat? Ex quo mensuretur?

Sunt qui asserunt, quod quando actus diversimodè considerari potest, censetur factus, prout facienti est magis utilis, l. cum pater ff. de jur. dot. c. 13. ff. de test. milit. & notat Alex. conf. 55. vol. 5. c. 13. ff. de test. Cray. conf. 106. n. 9. Surd. conf. 19. n. 28. Quia cum operans ex intentione boni operetur, censetur semper intendere, quod sibi melius est, & idè actus debent accipi cum illa interpretatione, cum qua sunt ipsi utiliores. Cùm autem legatum pro pauperibus continet majorem pietatem, est utilius leganti, quia magis virtuosè operatur, & idè debet ita accipi, ut censetur relictum pro pauperioribus.

2. Accedit etiam, quod actus, & dispositio ita accipienda est, ut censetur provisum causæ magis necessariae, l. cum ex plurib. ff. de solut. & observat. Bart. in l. Titium, ff. de verb. oblig. ac Menoch. conf. 195. n. 5. Est autem magis necessarium, quod subveniatur pauperioribus, quam minus pauperibus. Siquidem ratione charitatis plus obligamur respectu eorum, qui sunt in graviori necessitate. Et idè cùm Testator præsumatur legare juxta ordinem, & exigentiam charitatis, censetur legasse pauperioribus.

3. At nihilominus censeo, hujusmodi executores ad id non teneri, sed sufficere, quod pauperes eligat etiam, omisiss pauperioribus, juxta doctrinam Bart. in l. 1. n. 31. C. de Sacros. Eccl. c. in l. Id. quod pauperib. n. 34. C. de Episc. & Cler. Nat. conf. 537. n. 24. lib. 3. ubi quod satis est mediocris diligentia, licet major adhiberi possit, Beninc. de paupert. q. 4. n. 50. Card. Mant. de conjecl. ult. vol. lib. 3. tit. 5. n. 6. c. 1. ff. de leg. ubi ait ita fuisse resolutum in Romana dotis de Matthæis 17. Dec. 1584. cor. Bubalo, Alex. Raud. dec. Pisani. 37. n. 290. Capra de execut. ult. vol. membr. 6. n. 160. & absolute hanc sententiam tenet Gironda cum aliis de privil. nu. 1388. c. 1. ff. de leg. Carpius de execut. testam. lib. 2. c. 19. n. 66.

4. Quare non potest redargui forma, quæ observatur in electione puellarum ad dotes illis distribuendum, quia cùm Testator non jussit pauperioribus dotes distribui, satis est, quod pauperibus distribuatur, & consequenter cessat inconveniens, quod possit puella minus pauper pauperiori præferri. Quia satis est, pauperem eligi.

5. Legatum certè distribuendum est pauperibus, spectata paupertate in genere, non autem in specie. Quia difficile esset eligere pauperiores in specie, cùm sit moraliter impossibile habere exactam noticiam pauperatis. Quia cùm voluntas Testatoris debeat accipi, ut verba sonant, quemadmodum notat Bart. in l. Si arrogatur n. 27. ff. de adop. Corn. conf. 44. n. 4. vol. 3. dum legat pauperibus, debet voluntas accipi, prout sonat nomen pauperis. Nomen autem pauperis, non intelligitur, nisi secundum communem acceptationem, atque adè ille, qui in communi æstimatione habetur pro paupere. Et idè cùm Testator præsumatur respectu ad eos, qui in communi æstimatione habentur pro pauperibus, censetur eis legasse. Ex quo responderetur initio deductis.

6. Nec obstat potest, quod electio puellarum ad dotes fieri quidem possit, à tota Congregatione, non autem à Priore, à Custode, aliore Officiali. Quia cùm omnes de Congreg. Priores fiant, omnibus de Congr. tempore sui Prioratus competit electio, quæ quodammodo divisa apparet per turnum. Et hoc fieri posse exemplo Collatorum qui possunt ibi dividere jus conferendi per turnum, licet electio esset ab omnibus facienda, probat Text. in Clem. plures, §. c. ut facilius, ubi Gloss. v. alternis vicibus, & Canonistæ communiter de jurepat. c. si de prob. in 6. ubi etiam Gloss. v. statuo, ac cæteri, traduntque Lambert. de jurepat. lib. 1. p. 1. q. 2. princ.

art. 36. n. 6. c. 1. ff. de leg. Covar. pract. q. c. 40. n. 1. Gonzal. gloss. 45. §. 1. n. 19. c. 71. Garz. de benef. p. 5. c. 1. n. 725. Cæl. de Grass. dec. 3. de sent. & rejudic. Seraph. dec. 980. n. 11. Buratt. dec. 540. n. 6. cum aliis in Pampilonensi Capellanæ 19. Junii 1648. coram Corrado §. Nec alternatio. Et electio hoc modo facta perinde est, ac si fieret à tota Congregatione, Gloss. in d. cap. fin. v. Capituli, Rota coram Urgelleni dec. 275. n. 5. Seraph. loc. cit. cum aliis in dicta Pampilonensi eodem §.

7. Maximè autem si Priores pro tempore non eligant, aut acceptent, sed solùm nominent, sive proponant, Congregatio verò possit sic nominatam, sive propositam non admittere, sive non eligere. Tunc enim non dicitur coarctata electio, neque illius libertas laesa, ut ex D. Thom. part. 2. q. 16. art. 6. in hac specie notat Samuel de elect. canon. tract. 2. disp. 1. contro. 3. concl. 5. num. 9. loquens, quando unus solùm ad eligendum proponitur.

8. Et quidem in electione facienda præcedit tractatus inter eligentes, in quo nullo jure est prohibitum, imò permissum, ut aliqui ex Prioribus Collegii nominent aliquas personas, quæ ponantur in scrutinio, & possint electores eligere, vel non eligere, ad Text. in cap. Quod sicut 28. de elect. ubi cùm opponeretur contra electionem, quod præcesserat alia electio ex tribus, ait Papa, non fuisse propriam electionem, sed nominationem, & ex ea nullum jus acquisitum fuisse nominatis, ut explicat Gloss. v. juris, ex illa tantùm nominatione, quæ fit in scrutinio acquiritur jus, non autem ex illa, quæ præcedit in tractatu. Unde Abbas in hunc Textum num. 1. inquit, triplicem esse nominationem. Prima est, quæ fit de eligendo. Secunda, quæ fit in scrutinio, Tertia, quæ fit à Superiori solemniter, ut ex duobus unum eligat. De prima tractat Textus, & adducit exemplum, quando aliqui proponuntur in Collegio, tanquam boni viri, ut de illis fiat scrutinium. Eum sequitur Sebast. Medic. in addit. ad Abbatem antiquum addit. 3.

9. Hoc idem tradit Ianoc. post initium ante n. 1. in d. c. quod sicut, ubi discrimen esse, ait, inter nominationem, quæ fit ante electionem in tractatu, & deliberatione, & inter nominationem, quæ fit in ipsa electione, dum dicitur: Eligo talem, quod sequuntur ibidem Batr. num. 2. Imol. num. item 2. Bellam. num. 16. Zabarell. num. 6. ac cæteri Canonistæ.

10. Justa igitur est forma eligendi, ut scilicet Prior, sive cultos aliusve proponat puellas pro dote consequenda, & præmissis informationibus, tota Congregatio deveniat ad scrutinium, & approbet, vel reprobet, prout sibi magis placet. Non enim in nominatione cavetur, quod sit necessariò eligenda una ex illis. Ergo est in libertate totius Congregationis hanc, vel illam eligere, ut in fortioribus quando ii, qui nominant, volunt coarctare, quod liceat eligentibus alium eligere, tradunt Mirand. in Manual. Pralat. tom. 2. quest. 23. art. 22. conclus. 3. Rodriq. tom. 2. q. reg. 52. art. 40. Sigismun. de elect. dub. 12. num. 5. & Samuel eod. tit. tract. 2. contro. 4. num. 37.

11. Quando enim relinquatur facultas eligendi, vel reprobandi electoribus nullo jure prohibito esse nominationem quarundam personarum à Priori, aliore Officiali faciendam ante electionem, rationemque suffragiorum, nec coarctare electionem, tradunt in terminis, non adductis, tamen citatis antiquioribus, Samuel d. tract. 2. contro. 3. n. 9. & Pelliz. tom. 2. tractat. 9. cap. 2. num. 34.

12. Nec repugnant verba Testamenti, imò suffragantur, si Testator disponat de acceptance, & ipsa electione per suffragia faciendam, non autem de propositione, & nominatione antecedenti puellarum, quæ differt ab acceptance. Acceptatio enim supponit præcedentem alterius propositionem, & oblationem, l. fin. §. si aliquis, ff. de muner. c. honor. l. Scio 10. in fin. ff. de an. leg.

Neque

13. Neque ad hanc rem facit forma, cap. Quia propter de elect. Quia procedit solùm in Ecclesiis viduatis, non autem in electionibus aliarum dignitatum, vel personarum, ut ibi notant Inno. sub initio, Compost. n. 1. Burr. n. 19. Zabarell. n. 2. in fin. Abb. n. 9. Imol. n. 3. Mendag. de elect. c. 21. post med. Felin. conf. 38. n. 2. Garz. loc. cit. par. 1. c. 6. num. 19. c. 1. ff. de leg. ac Rot. dec. 5. nu. 1. de elect. in nov. ubi quod est communis, ac cæta sententia, & in Leodiensi Decanatus 26. Februarii 1627. coram Manzanedo, & 14. Junii 1628. coram Pirovano.

14. Nec obstat, quod omnes puellæ pauperes habeant jus eligendi passivum. Nam id omnino pernegamus. Habent quidem habilitatem, & aptitudinem, sed nullum jus præterere possunt, ut in specie legati relictæ pauperibus eligendi, inquit Gabr. conf. 183. nu. 20. lib. 2. & probat etiam Tex. in d. c. Quod sicut de elect. nullum jus acquisitum esse nominatis ante electionem; Unde nulla species juris quasitæ reperiri poterit ante nominationem.

15. Pendet etenim id omnino à voluntate executorum, qui possunt distribuere qui maluerint, dummodò habeat qualitates à testatore requisiti, nec tenentur, neque justè cogi possunt ad distribuendum pauperioribus, vel magis habilibus, ut supra diximus, & in specie tradunt etiam congesti à Sim. de Prat. lib. 4. dub. ult. n. 73. Sanch. conf. moral. tom. 2. lib. 4. c. 1. dub. 60. nu. 11. Mant. de conjecl. lib. 3. tit. 5. n. 6. in addit. ubi refert dictam decisionem in Romana dorum de Matthæis, in qua etiam dicitur, quod non debet onerari executor quoad ea, quæ non reperiuntur expressa in testamento, ubi ait etiam Buratt. dec. 129. num. 1. c. 2. Alioquin autem plura sequerentur absurda. Nam ponamus in Civitate magna, ut Neapolitana, Mediolanensi, Veneta, extare mille pauperes puellas, necesse est ante acceptationem permittere informationes, quæ sunt manu publici notarii, examinando Testes, ut temper appareat justitia eligentium. Et novum vestigal super pauperibus puellis. Duo enim circiter impenduntur pro hujusmodi informationibus. Multiplicatio hujus oneris est quæque consideranda. Mille hoc anno concurrunt, quæ faciunt has impensas, solùm tamen admittuntur viginri, vel triginta. Sequenti anno reiterandæ sunt probationes, sicque annis singulis. Quis hæc pauperum onera audire poterit, & non compatit? Et magnus onus imponeretur deputatis, qui sunt viri insigniores Civitatis, aliis gravissimis negotiis implicati. Visitare autem tot puellas, accipere informationes, suffragia ferre de tanta multitudine, quis non videt onus esse magnum?

16. Ad secundum verò, quod atinet, distinguunt aliqui & asserunt, quod si legatum sit tenue, non poterit distribui pauperibus nobilibus, secus autem si sit pingue. Nam testator censetur legasse ad sublevandum pauperes. Si autem legatum sit tenue, non est aptum ad sublevandum nobiles pauperes, sicut est aptum, quando est pingue. Ita Bald. in l. Si quis ad declinandam nu. 5. C. de Episc. & Cler. Angel. in l. sed c. si susceperit, §. Si libertus n. 3. ff. de judic. Mandel. conf. 69. n. 7.

17. Id autem fundatur in eo, quod nomine pauperum veniant non solùm mendicantes, sed etiam qui, attento statu personæ, non habent congruam sustentationem, ut notant Bart. in l. 1. n. 35. C. de Sacros. Eccl. Tiraq. de pia causa in prefat. Spin. in spec. testam. gloss. 6. n. 10. Malcard. de probat. concl. 1554. nu. 14. Alex. conf. 91. n. 4. lib. 7. Surd. de alim. tit. 1. q. 93. n. 30. Petr. Barbof. in l. maritum n. 6. solut. marrim.

18. Alii tenent, quod hujusmodi legatum non possit nobilibus distribui, sed debeat distribui pauperibus. Ita idem Bald. in l. Cum multa n. 3. in fi. ff. de donat. ante rupt. Mant. loc. cit. tit. 5. n. 5. per dictum Text. in l. Si quis ad declinandam §. ubi autem, C. de Episc. & Cleric. Verùm in hoc Textu supponitur, quod sit erogandum pauperibus, ex quo inferitur, quod cedat in favorem Hospitalis, quia ibi aluntur pauperiores, nempe qui inopia labo-

Tom. X.

rant, & sibi victum laborando, quærere non possunt. Unde ex congruentia, quod erogetur pauperibus, disponitur, quod erogetur talibus hominibus. Hæc autem dispositio modò in praxi non est, & cùm sit etiam circa pias causas, non valet juxta eos, qui docent, Principes seculares non posse statuere circa pias causas.

Hanc questionem ita censeo definiendam esse. Major paupertas, quæ ut diximus, consideranda est secundum genus in eligendis pauperibus, non debet attendi absolute, & secundum se, sed habita ratione conditionis, & status personarum. Unde poterunt eligi nobiles indigentes, quando spectata conditione, & statu ipsorum tam indigentes erunt in suo statu, quam mendici in suo. Fieri enim potest, quod plus indigeat nobilis, qui habet unum aureum, quam mendicus, qui habet semissem, præsertim quia facilius potest mendicus parare sibi necessaria, mendicando, quam nobilis, qui mendicare non potest.

20. Nam paupertas consistit in eo, quod quis non habet necessaria pro congrua sustentatione, ad tradita per Archid. in can. quo jure d. 8. Castr. in l. Id quod pauperibus C. de Episc. & Cler. Tam ergo pauper est, qui non habet intra statum mendicitatis, quam intra statum nobilitatis. Ac proinde paupertas mensuratur ex qualitate personarum, ut notant Alex. consult. 213. nu. 3. lib. 8. Beninc. d. tract. de pauper. q. 1. n. 45. Quare cùm possint esse æquæ pauperes proportione servata, nobiles, ac mendici, poterunt tales nobiles eligi ad participandum in legato, quod pauperibus, sive pauperioribus distribuendum est.

Poterit confirmari ex eo, quod legatum relictum nobili indigenti, vel pro alimentis, vel pro dotandis filiabus, intelligitur esse ad piam causam, ut notant Bart. in d. l. si quis ad declinandam n. 5. Capol. in l. de Imp. milit. d. l. si quis ad declinandam n. 5. ff. solut. marr. elig. privil. 21. Jas. in l. si constanter n. 151. ff. solut. marr. Tiraquel. alius referens de nobilit. cap. 20. n. 148. Bellon. consult. 16. nu. 6. Nam adhuc tendit ad sublevandam paupertatem & sublevatio est nobilior est, quo majori compassione digni sunt nobiles, quam plebei redacti ad necessitatem. Quare omnium mortalium fama celebrat in S. Nicolao illud insigne Christianæ benignitatis exemplum, dum nobili tantùm subministravit, unde filias posset collocare in matrimonio, Brev. Rom. 6. Decemb.

CONSULTATIO LXXIII.

Legitur hæc regularis Constitutio, si Pater Generalis obierit in secundo anno sui Generalatus, Primus Designator sit Vicarius generalis. Quod si Generalis obierit post festum omnium Sanctorum, fiat electio novi Generalis in festo Pentecostes.

Quæritur, An si Generalis moriatur ante unum, vel duos dies festi Pentecostes, fieri debeat electio novi Generalis eodem festo, An verò ipse Vicarius Generalis continuare debeat sum Vicariatum usque ad Capitulum generale celebrandum in proxima Pentecoste? & quid si ipse Vicarius in dicto Capitulo eligatur in Generalem?

Respondendum censeo, Vicarius Generalis continuare debet suum officium usque ad novum Capitulum generale. Quia cùm Generalis obierit ante unum, vel duos dies Pentecostes, non potest convocari, ac celebrari Capitulum eodem die. Ideoque Constitutio est intelligenda, & restringenda ad mortem legatam post festum omnium Sanctorum tempore habili ad convocandum Capitulum ipso die Pentecostes. Semper enim lex, sive Constitutio regulari ab habilitate per Text. in l. ut gradatim §. Et si lege, ubi D. communiter ff. de muner. c. honor. Betanz. in l. si quis major n. 216. Cod. de transact. attento præsertim, quod Constituciones loquuntur, si Generalis moriatur post festum omnium Sanctorum, dictio autem post intelligenda est tempore proximo diei, cui adjicitur per Text. & Gloss.

L 4

in l. Annulus, ff. de verb. signif. neque possunt intelligi de obitu proximo diei Pentecostes. Quia non poterit tam brevi tempore convocari Capitulum, ac fieri nova electio. Constitutiones enim, ut dixi, debent ita interpretationem accipere, ut sint possibiles, & accommodata ad honestum, & congruum ipsarum usum, & tempus, ut per Sor. lib. 1. de just. & jur. g. 5. art. 3. Mirand. in Manual. Pralat. q. 25. art. 9. & Lezan. tom. 2. summ. pag. 390. num. 9. Dicitur igitur post, intelligi debet in casu possibili secundum naturam actus ipsius electionis super quo interposita fuit, ut inquit Rayner. conf. 109. nu. 4. lib. 1. Surd. conf. 3. num. 21. & decis. 43. nu. 16. & dixit Rota coram Seraphino dec. 541. n. 6. & dec. 7. nu. item 7. p. 6. rec. ac saepe alibi.

2 Nec testatur, quod natura ipsius dictionis post non admittat aliquod temporis intervallum. Quia non est verisimile, quod legislator voluerit imponere onus impossibile, quod scilicet fiat electio Generalis eo casu, quo sequeretur mors illius in Vigilia Pentecostes. Unde cum mens legislatoris ab hujusmodi actu sit prorsus aliena, ut ex se patet, merito eadem dicitio post amplianda est, etiam contra suam propriam significationem, & juxta mentem ipsius legislatoris, qui si de hac re fuisset interrogatus, utique in casu tantum possibili, electionem fieri responderet, ut comprobatur Rota dec. 25. nu. 11. & seq. p. 5. rec.

3 Etenim mens potius attendenda est quam verba in omni dispositione l. labeo in fine ff. de suppellect. leg. & l. nominis, & rei §. verbum ff. de verb. signif. late Tusch. conclus. 119. lit. M. Unde cum non praeviderit legislator, quod hujusmodi Regularis Constitutio non posset in hoc casu executioni demandari, respiciendum est ad mentem ipsius, quid nimirum voluisset, si praevidisset, & fuisset interrogatus l. Titius §. Lucius ff. de liber. & posth. Glof. in l. tale pactum in fine ff. de pacti. de quo plura Gabr. lib. 6. comm. opin. tit. de reg. jur. concl. 10. n. 4. & 6. Cumque nemo praesumatur velle, quod fieri non potest l. Lucius §. Imperatores ff. ad municipia, & l. si tibi §. unius ff. de opt. leg. & notant Glof. in leg. Peto sub initio ff. de legat. 2. ibique Bald. Surd. conf. 431. n. 41. ac Rota decif. 364. nu. 3. apud Farinac. part. 1. rec. Quia voluntas respicit finem assequendum, atque adeo solum media, quae apta, & possibilis sunt pro illius assecutione, & ultra hujusmodi fines non progreditur; habetur voluntas interpretativa legislatoris, quod non sufficiat tempus pro celebrando Capitulo, possit fieri extensio ad proximam Pentecosten. Siquidem interpretatio potest extendere, aut restringere legem, juxta mensuram, & terminos rationis. Cum enim ratio sit mensura legis, & eam trahat ampliando, vel restringendo ad proprios terminos leg. cum pater §. dulcissimis ff. de legat. 2. & l. adigere §. Quamvis ff. de jurepatr. debet interpretatio concipi ex ipsa ratione legis, & ideo secundum ipsius exigentiam poterit eam extendere, aut restringere, cum potius ratio, quam verba debeant considerari, l. scire §. aliud ff. de excus. tut.

4 Cum igitur dispositio hujusmodi Constitutionis in hoc casu esset inanis, si dicitio illa post accipiatur secundum suam significationem, subintrat dispositio l. non aliter ff. de legat. 3. ibi: Non aliter a significatione verborum eius recedi, quam cum manifestum est, aliud ipsum sensisse. Est autem manifestum Capitulum generale non posse convocari, ac celebrari uno, eodemque die, ac proinde illam intellexisse de tempore opportuno, hoc est de proxima Pentecoste. Praesertim quia cum verba deserviant intentioni, verba legis, sumi debent, ut accommodata menti legislatoris, d. l. scire, d. §. aliud ibi: Sed & si maxime verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens legislatoris aliud vult. Siquidem mens disponentis recipit interpretationem illius, quod commodè fieri potest, c. nos quidem de testam.

5 Accedit etiam, quod cum difficultas equiparetur impossibilitati l. 2. §. 2. & l. 37. §. eum qui ff. de verb. oblig.

& notant Felin. in c. Ecclesia n. 81. de constit. ac Medici de cas. fortuit. p. 1. q. 4. nu. 13. quolibet difficultas, licet non magna, equiparatur alicui impossibilitati. Quaecumque autem impossibilitas in hoc casu est sufficiens ut dicatur, non posse impleri hujusmodi Constitutio.

6 Minus suffragatur appellatio ab hujusmodi continuatione officii, & ab electione ipsius vicarii in Generalem, si in libello appellationis non juretur, causas in illo expressas, esse veras, sicuti pro forma requiritur ex dispositione cap. ut circa de appellat. in 6. cujus forma non servata etiam quoad juramentum quis non auditur super invaliditate electionis juxta decis. 289. nu. 36. ac seqq. part. 6. rec.

7 Et quamvis servata esset hujusmodi forma, non potest tamen opponi amplius nullitas electionis, si post interpositam appellationem debita obsequia electo Generali appellantes praestiterint, eisque se subjecerint jurisdictioni, ac obedientes praebuerint. Censentur enim electioni consensisse, & a protestationibus, atque appellatione recessisse, ut in his terminis firmat Rota in Illerdensi electionis Priorissae, 5. Decembris 1636. post Tambur. de jur. Abbat. dec. 37. n. 4.

8 Hisque cessantibus, nihilominus subsisteret electio. Quia militant pro ejus validitate regulae generales, quod nempe sufficiat ostendere electionem, cum praesumatur canonica, Joan. Andr. in cap. Sicut. nu. 11. de judic. & cap. 1. de concess. preb. in 6. Lopus Gemina. & alii in cap. licet de preben. eod. & neganti, esse talem, incumbit onus hanc negativam probandi, ut articulo mature discussio, firmatur à Rota d. decis. 289. n. 25. & seqq. part. 6. rec. Idque maxime, si ipsimet appellantes decreverint, & judicaverint Capitulum Generale prorahi posse, ac debere ad sequentem Pentecosten, quo in casu à dolo excusantur per Cavaler decis. 21. nu. 3. Mantica. des. 54. ac Rotam dec. 293. num. 5. par. 6. de quo plene Capyc. Latr. consulti. 1. n. 105. Unde si non intercesserit nullitas, quae turpitudinem, violentiam, vel scandalum contineat, non sunt attendendae nullitates, quae saepe adducuntur ad emulationem inter Regulares, cum quibus de bono, & aequo, omittis juris solemnitatibus, est procedendum ex late deductis à Lapo allegat. 73. n. 4. ibique Mandol. in addit. lit. M.

CONSULTATIO LXXIV.

An facultas, qua competit Monasterio, ejusque Superiori ferendi in Capitulis duo suffragia, si dictum Monasterium auctoritate Apostolica transferatur ad aliud Monasterium, dicta facultas plane cesset? Ubi quod de his rescriptis, lectum, aut nihil, quae in libellis Sacris Congregationibus porrectis, saepe apponi solent.

1 Respondeo, non cessat, sed semper retinet suum privilegium juxta Glof. in c. privilegium, v. Item si auctoritate de reg. jur. in 6. Felin. in c. cum dilecto 21. de rescript. cum aliis per Rotam in Marcienis jurisdictionis 26. Maii 1651. §. hincque habet coram Corrado, & favet etiam regula subrogatorum juxta l. si eum §. Qui injuriam ff. si quis caution. cum concordantibus.

2 Ac ita quidem, ut non urgeat, quod translatio, sive subrogatio restricta, videatur solum ad res, & bona. Nam haec verba, maxime cum universalibus dictionibus prolata, comprehendunt etiam jura omnia, ut per Barbol. in suis locis, & in specie privilegiorum, Mirand. in manual. Pral. tom. 2. quast. 43. art. 2. conclus. 1. Lezan. tom. 2. summ. verb. Privilegia num. 14. Nam hujusmodi privilegia, Congregationibus, ac Universalitatibus concessa sunt vera illarum patrimonialia, & peculium, quasi Castrensium, argum. Text. in l. multa privilegia, Cod. de bon. qua liber. Cost. Consil. 1. nu. 48. & conf. 6. nu. 10. Cum igitur Monasterium fuerit translatum cum omnibus suis bonis, & rebus, rerum appellatione veniunt quoque jura, & actiones, ad Text. in l. rei appella-

appellatione 23. & in l. bonorum 49. ff. de verb. signif. Mactaten. var. resol. lib. 2. resol. 57. nu. 69. cum aliis plenè cumulatis per Bathof. de appellat. verb. signif. c. 35. n. 1. & c. 235. n. 9. & in specie, quod omne jus honorificum transiverit cum universalitate bonorum, dixit Rota decif. 89. n. 4. par. 6. rec. Idque adeo verum est, ut procedat, etiam in materia pœnali, ad tradita per Marchabrun. conf. 83. n. 64. cum binis seq.

3 Etenim translata Civitate, Castro, Monasterio ab uno loco ad alium, ille locus, ad quem fit translatio, dicitur in omnibus repraesentare locum translatum, ac omnibus ejus privilegiis, & praerogativis gaudet, Pagna dec. 91. juxta Venetiam editionem, alias 117. juxta editionem Lugdunensem, Rota in d. Manticensi jurisdictionis, & in terminis bonorum, ac privilegiorum Monasterii translati, firmat Rota decif. 193. nu. 7. par. 5. rec. & in Calaguritana decimarum S. Ascensii 7. Februarii 1656. coram Cerro, ubi de privilegiis exemptionis à decimis, & similibus.

4 Unde cum in translatione omnia jura, quae pertinent ad Ecclesiam translata, transferantur ad eam, ad quam fit translatio, cap. Abbate in fine de verb. signif. ubi Glof. & observat etiam Glof. in can. Si quis vult. 16. q. 7. Jo. Andr. in cap. cum persona de privileg. in 6. ibique Anchast. not. 13. Rebuff. in prac. benef. tit. de translat. Episcop. nu. 19. l. ap. allegat. 68. & Seraph. dec. 1149. nu. 16. Jura quoque suffragiorum transferuntur ad posterius Monasterium, tanquam ad illud, ad quod fit translatio Monasterii dictorum Regularium.

5 Ad secundum, hujusmodi rescripta non efficiunt, cum incertam relinquunt petitionem, ad Text. in l. de arate, §. nihil, ff. de interrog. ad. Unde hujusmodi libelli cum hisce, aliisque hujus generis rescriptis, praecipue si non sunt subscripti, nec à quo fuerint porrecti appareat, cum nulla in iis porrigendis requiratur expressa, nullius sunt effectus, ad tradita per Adden. ad Gregor. decif. 331. num. 19. Seraph. dec. 373. nu. 1. & fuit dictum in Romana, seu Veliterna affectus 15. Martii 1652. §. memoriale, ac 13. Januarii 1653. §. fin. coram Bichio.

CONSULTATIO LXXV.

An, & quatenus claves Sacrae Imaginis miraculose Beatissimae Virginis, aliorumve Sanctorum in Ecclesiis concessa Regularibus à Summo Pontifice, retineri possint à Magistratu seculari? Ordinatio rerum ad quem pertinet? Imagines Sacrae sunt de genere spiritualium. Earum cura quibus competit? An Imagines veniant nomine Regularium? Spiritualia non cadunt in laicos. Laici non habent potestatem spiritualem, nec eis res Ecclesiasticae committi possunt. Laicis obsequendi manet necessitas. Reliquia non possunt esse laicorum. In adnegligentia Praetorum. Cura Reliquiarum ad quem pertinet de jure? Enunciative an, & quod jus tribuant? Quando probent veritatem enunciati? De jure precarium quando cessatur revocatum? Virtus, & gratia miraculorum quomodo Reliquiis, ac Imaginibus sit infusa? Ex sola possessione, an rectè inferatur ad titulum proprietatis? Testes quomodo probare debeant immemorabilem? Quadragesima in rebus spiritualibus pro laicis, an iis suffragetur? Testibus de communitate, an fides adhibenda, si causa Communitatis agatur? Possessio jurium Ecclesiae an probari possit à Testibus ad favorem laicorum? Quomodo tradita alicui clavi, videatur etiam tradita possessio eorum, quae sub clavi sunt? Scientia, & patientia sufficiat ad acquirendum dominium, ac possessionem. Decreta visitationis, quam probationem inducant? Sola possessio sine titulo quando sufficiat? In annexis spiritualibus quanam possessio sit facta? Nomen Reliquiarum an comprehendatur Imago Beatae Virginis. Proprietas verborum retinenda. Regulae de jure quaesito non tollendo effectus. Quomodo si derogetur? Qua-

nam administratio rerum spiritualium laicis permittitur? Precarium cesset, quanam requirantur? Alia.

1 Negativè respondendum videtur. Cum enim certum sit ex litteris Summi Pontificis, praedictam Ecclesiam auctoritate Apostolica pleno jure, & cum Sanctorum Reliquiis, & omnimoda administratione temporali, & spirituali perpetuo unitam, concessam, applicatam, & appropriatam fuisse Regularibus, sequitur perneceesse curam, & liberam administrationem Sacrae Imaginis, quae in eadem Ecclesia collocata est, privativè quoad omnes alios, spectare ad dictos Regulares. Nam ordinatio illius esse debet, cujus est res possessa, can. 1. vers. divina etiam leges, ubi post Glossam Turcrem. n. 3. 16. q. 2. & cuique rei suae cura committenda est, l. nemo, Cod. de judicis, Glof. in d. can. 1. vers. Instructio.

2 Dicta enim imago, multis clara miraculis, est de genere spiritualium de jure Divino, quemadmodum Reliquiae Sanctorum sunt de spiritualibus secundum essentiam ut probat Textus in cap. 2. juxta Glof. v. venalis de Reliq. & vener. Sanctor. & in specie tradunt Abb. in cap. Consultare n. 3. de Simon. Roch. de Curt. de jurepatr. v. jus n. 1. Redoan. de Simon. ment. par. 1. c. 4. n. 2. & de Simon. real. par. 3. cap. 4. n. 16. ubi ait, esse de genere spiritualium jure divino, quod vocatur spirituale essentialiter. Et movetur sub n. 21. quia hujusmodi spiritualitas in Reliquiis infunditur propter virtutes, ac dona Dei, gratia Spiritus Sancti, ac merita illius, cujus sunt, quae infuso à Deo duntaxat, non à Papa, vel à jure positivo procedit.

3 At ea, quae sunt spiritualia secundum propriam essentiam, nullo jure possunt à laicis possideri, vel praescribi sine speciali privilegio Sedis Apostolicae, c. causam, qua de praescrip. ubi Glof. v. detineri, ait, solum naturalem detentionem non sufficere laicis ad possidendum. Quia exigitur possessio civilis in hujusmodi spiritualibus, nempe, ut persona sit talis, in quam possit cadere hujusmodi possessio de jure, notatque Abbas num. 2. nulla temporis praescriptione juvari laicos in hujusmodi spiritualibus, inferendo ad confirmationem notabilis dicti Joannis Andreae, & Monachi in dict. c. 2. de praebend. in 6. quod laici non possunt praescribere spiritualia, etiam per tantum tempus, de cuius initio memoria non existit. Nam cum illa nequeant possidere, consequens est, ut nullo temporis cursu possint praescribere. Quia sine possessione non currit praescriptio, cap. sine possessione de reg. jur. in 6. cum aliis adductis à Peregr. conf. 74. n. 6. lib. 1. Ergo magistratus secularis non potuit jus domini, vel possessionis acquirere in dictam S. Imaginem, ac illius administrationem, retinendo claves, illamque aperiendo, quia ex dictis liquer, esse de spiritualibus corporis secundum propriam essentiam, non autem de annexis rei spirituali. Praesertim quia virtus, & gratia miraculorum illi est divinitus infusa, ut bene ad rem animadvertit Redoan. de sim. real. par. 3. d. cap. 4. num. 21. Quapropter Abbas in cap. nullus ante n. 1. de jurepatr. Negat Reliquias posse ullatenus esse laicorum, quia non cadunt in alicujus dominium, cujus dictum refert, ac sequitur Redoan. de Simon. ment. par. 1. c. 5. n. 5. & propius ad rem hanc Azor. instit. moral. par. 1. lib. 9. cap. 8. q. 7. statuit regulam generalem, quod Reliquiae non sunt tractandae per laicos cujusvis ordinis, & dignitatis. Idèd cura, & administratio illius solis Regularibus, aliisque personis Ecclesiasticis concedenda est. Primum quia cedit Ecclesiae, illi pleno jure concessae instar gemmae auro, vel argento inclusae, de qua in l. Cum aurum 19. §. perveniamus, & §. fin. & l. pedicula 32. §. 1. ff. de aur. & arg. leg. Deinde, quia est de genere spiritualium, liberæ eorundem administrationi commissorum. Postremò quia venit appellatione Reliquiarum, quae illis nominatim concessae, & appropriatae fuerunt.

- 4 Nec permittendum, ut Magistratus secularis ejus claves, ne quidem cumulativè retineat, & diebus solemnibus aperiat. Tum quia spiritualia, qualis est dicta Imago, non cadunt in laicos *can. causam q. 7. ubi Gloss. v. detinere*, notant absurdum esse, quod laici habeant potestatem spiritualium, *cap. Sacrosancta, §. attendentes de prescripte. Et cap. Messana*, ibique Gloss. *ver. per laicos*, notat spiritualia non posse à laicis possideri *de elect. cas. bene quidem d. 96. Bero. in cap. illud n. 7. Et 8. ac Rebuff. in cap. postlastis n. 179. de jurepatr. Præterea, si in cas. nullus 16. q. 7. dicitur, quod nullus laicorum Ecclesias, vel Ecclesiarum bona disponat, in cas. judicatum, §. de cetero d. 89. asseritur, cavendum esse, ne viris secularibus res Ecclesiasticæ committantur, idemque statuitur in *can. in nona, Et in can. laici 16. q. 7.* multò quidem minus eis committenda cura Reliquiarum, quæ sunt res Ecclesiæ pretiosissimæ *Genuen. in adnot. ad prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 57. nu. 4. in fine.* Semper enim urget ratio, *can. non placuit 16. q. 7.* quod laicis obsequendi manet necessitas, non imperandi. Ideò non debent habere aliquam potestatem statuendi in Ecclesia.*
- 5 Tum ex doctrina Abbatis in *cap. nullus ante num. 1. de jurepatr.* dicentis, quod Reliquiæ non possunt esse laicorum, cum non cadant sub alicujus dominio, quam refert, ac sequitur Redoan. *loc. cit. par. 1. cap. 5. nu. 5.* Unde Galielm. Durand. *de mod. General. Concil. celebrand. par. 3. rubr. 59. 1.* redarguit de negligentia circa divinum obsequium, & cultura Prælatos permittentes, quod Reliquiæ Sanctorum teneantur, & ostendantur à laicis.
- 6 Et tum quia cura Reliquiarum de jure pertinet ad Episcopum, ut ex Text. in *l. decernimus 26. Cod. de Episcop. Et Cleric.* notant Petr. Gregor. Tholos. in *Synagm. jur. lib. 2. c. 12. num. 3.* Ideò priusquam Pontifex illas unà cum Ecclesia concessisset Regularibus, deat penes ipsum Episcopum, nec propterea poterant competere Magistratui.
- 7 Ac ita quidem, ut nullum jus tribuant in petitorio enunciatiæ visitatorum, nempe quod claves dictæ Imaginis reperirentur apud Magistratum secularem. Primò si enunciatiæ sint recentes, nempe intra centum annos, quæ nihil probant in præjudicium Episcopi, ad quem tunc de jure pertinebat custodia dictæ Imaginis, Gloss. in *leg. Cum aliquis, v. ex hoc*, ibique Bart. *nu. 2. Cod. de jur. deliber. Innoc. & alii in cap. Dudum n. 3. de privi. Greg. XV. dec. 382. nu. 14. Rota decis. 160. nu. 11. Et dec. 432. n. 4. par. 1. Et dec. 233. nu. 8. par. 5. recent.* Et in Andriensi, seu nullius jurisdictionis 18. Martii 1613. coram Ubaldo.
- 8 Secundò, quia enunciatiæ non probant veritatem enunciati, quando principaliter contingit de ea dubitari, ut in hoc casu, Alex. *conf. 21. nu. 4. ubi Adden. litt. N. Et conf. 136. nu. 11. vol. 1. Dec. conf. 360. n. 68. Et conf. 559. num. 1. Aym. conf. 29. nu. 30. Bero. conf. 67. num. 33. vol. 1. Paris. conf. 94. num. 19. vol. 1. Cæphal. conf. 265. in fin. vol. 2. Et conf. 317. num. 67. vol. 3. cum aliis congestis à Genua de enunciatis. lib. 1. n. 7. 10. Et seqq. qui dicit magis communem num. 12. Caputaq. decis. 247. num. 3. par. 3. Gregor. dec. 372. num. 3. ac Rota dec. 583. num. 3. part. 2. recent.*
- 9 Tertio, quia etiam dictis enunciatis credendum esset, non tamen inde censeretur probatum, quod Magistratus retineret claves dictæ Imaginis jure proprio, sed precario tantum, & causa custodiæ, eò quia tunc in Ecclesia non aderant Clerici, apud quos illa tunc dimiti potuisset. Nam cum ex parte Magistratus non deducatur titulus habilis ad translationem domini in spirituali, & Sacra, utique retentio clavium præsumenda est in dubio ex causa custodiæ, veluti post Gloss. in *l. Cum pater 77. §. Pater. v. Custodia causa*, per illum Textum distinguendo notat Bart. *num. 1. Et 3. ff. de legat. 2.* quem ibi sequuntur Cuman. *num. 1.*

Castr. *num. item 1. Imol. num. 7. & Florian. num. 4. Alex. in addit. ad Bartol. in l. Clavib. 74. ff. de contrahi. empt.* Præsertim autem, si in visitatione id recenseatur per verbum dicitur, quod nihil ponit in esse, Rota *decis. 461. n. 9. par. 1. recent.* Ac etiam si visitationes supponant, Claves dictæ Imaginis teneri per Magistratum, ejusdemque curam ad illum spectare, nihil tamen super hoc deponunt, ideò non præstant legitimum titulum. Aliud enim est supponere, aliud verò disponere, Rim. *jun. conf. 158. num. 25. vol. 2. cum aliis per Surd. decis. 182. num. 8. Et 9.*

Quare hujusmodi precarium censetur revocatum instantim, ac Pontifex Ecclesiam pleno jure Regularibus concessit unà cum Sanctorum Reliquiis, ac libera administratione spiritualium; maxime quia tunc cessavit causa, propter quam custodia clavium fuerat concessa Magistratui, ad tradita per Abb. in *c. Quanto nu. 10. de judic. ubi ex supposito, quod laicus non potest possidere rem merè spiritualem, nec totam, nec partem d. c. causam, qua de præscr. inferit, quod laicus non potest in cæmeterio sacro, vel in Ecclesia propriè possidere, vel quasi sepulchrum, sed tolerari in hac permissione ex quadam humanitate; Ideò Felin. *ibid. nu. 2.* supponit pro constanti, quod si quid merè spirituale conceditur laico, non dicitur ab eo possideri, sed detineri nomine Ecclesiæ, *cap. Cum Apostolica*, ibique Bur. *de his que sunt à majori parte Capituli.**

Cum ergo ex dictis liquidò constet, nos versari in re merè spirituali secundum propriam essentiam, nec doceatur de titulo legitimo, habito à Sede Apostolica, firmum manet, quod supra dictum fuit, nempe Magistratum retinuisse claves dictæ Imaginis precario nomine Ecclesiæ, non proprio.

Neque obstat, quod ille in concessione non fuerit vocatus, quia de natura precarii est, ut tamdiu duret, quamdiu is, qui concessit patitur *l. 1. ff. de precar. Et quod censeatur revocatum statim, atque dominium rei precariò concessæ, qualis est hoc casu Romanus Pontifex, mutavit voluntatem, concedendo Regularibus *l. 2. §. est enim natura, Et l. Et habet summam 15. ff. de precario.**

Et quia in litteris Summi Pontificis adest decretum, quod nequeant impugnare ex eo, quod quicumque interesse habentes præmissis non consenserint, vel ad illam vocati, causæque, propter quas emanarunt coram Ordinario, etiam tanquam à Sede Apostolica delegaro, vel alibi examinata non fuerint cum clausula sublata, & decreto irritante. Propterea cum voluntas Papæ sit certa, & sacrilegium sit dubitare de illius potestate, videtur absolutè concludendum, nullum hodie jus competere dicto Magistratui super retentione clavium dictæ Imaginis.

Unde etiam contrit fundamentum super retentione clavium. Tum quia ex sola possessione non rectè inferitur ad titulum proprietatis, de quo hodie queritur, cum nihil commune habeat proprietatis cum possessione, *l. naturaliter 12. §. nihil commune, ff. de acquir. possess. Tum quia hujusmodi retentio semper fuit controversa, ita ut neque statum manutentibilem præster.*

Nec ulla vis fieri potest in Testibus pro Magistratu examinatis, si non ostendatur deponere juxta requisitæ Glossæ in *cap. 1. v. memoria de prescript. in 6.* Quam Doctores communiter sequuntur, ut ibi notat Franc. *num. 16. Covarr. in reg. possess. q. 2. §. 3. num. 7. Rebuff. de decim. q. 13. nu. 99. Gibr. *tit. de prescript. conclus. 1. nu. 81. Caputaq. decis. 71. par. 2. Et decis. 290. par. 3. Rota dec. 58. num. 2. Et decis. 230. nu. 2. Et decis. 248. nu. 2. par. 2. rec. Greg. XV. decis. 252. num. 3. Et decis. 434. n. 11. ac decis. 449. n. 9.* Ad probandum enim immemorabilem, perneceffe est, ut quilibet Testis deponat de omnibus requisitis dictæ Glossæ, nec sufficit, quod unus de uno, aliter verò de alio affereret, Gregor. *d. decisio. 252. numero 3. ubi Adden. numero 15. Mantie. decis. 289. num.**

- 4. Rota in Hieracensi Jurisprætoratus 17. Februarii 1617. coram Verofpicio, Marefcort. *lib. 2. var. resolut. cap. 100. numero 10.* Eo enim ipso, quod Testis in uno ex illis deficit, non probat immemorabilem, Rota *decis. 557. ante fin. par. 4. divers.* cum aliis relatis in dicta Hieracensi.
- 16 Si verò fuerint inducti ad probandum quadragenariam, responderetur, quod etiam illam probarent, probata adhuc non relevaret in hisce rebus spiritualibus, quæ non cadunt in laicos, nisi probetur alius titulus, quam præscriptionis, Gloss. in *d. c. causam qua v. detinere prescript.*
- 17 Præterquamquod dictis Testibus nulla prosum fides adhiberi potest, cum causa mixtum agatur nomine Magistratus, & Communitatis, hique sint de eorum numero, Bald. *conf. 391. num. 1. Et conf. 438. in fine, Et conf. 481. num. 3. volam. 1. Et conf. 168. num. 2. vol. 2. Fulgos. conf. 174. num. 2. ubi de communi, Roman. conf. 7. num. 4. Et conf. 508. in fine, Abb. conf. 58. col. 2. part. 1. Castr. conf. 110. num. 7. part. 1. Roland. conf. 72. num. 17. vol. 2. cum aliis per Fatnac. de restib. *quæst. 70. illat. 17. num. 496. ac Rota dec. 136. n. 1. Et seqq. par. 1. Et dec. 350. n. 2. Et seqq. part. 2. recent.**
- 18 At nihilominus tenendum esse puto, quod si Testes pro Magistratu examinati deponant, illum pro tempore existentem per annos quinquaginta citra retinuisse claves dictæ Imaginis, illiisque ostium aperuisse, & claudi fecisse in solitis festivitatibus, videtur sine dubio conclusentissimè probatum ejus dominium, & possessio, ut in his terminis ait Soccin. *Sen. conf. 13. n. 14. lib. 4. Oldrad. conf. 209. num. 2. Et 3. Anchar. conf. 190. num. 3. Tiraquell. de constit. potest. p. 2. ampl. 3. num. 3. Menoch. de retinend. possess. *remed. 3. num. 569.* & in specie possessionis jurium Ecclesiæ *n. 84. Milis. in reperi. v. possessio q. 34. Mascard. de probat. conclus. 1184. num. 11. Et seqq. Et nu. 17.* ac firmavit Rota in Barchinonensi murorum 10. Junii 1613. coram Verofpicio, cum traditis alicui clavibus, videatur etiam tradita possessio eorum, quæ sub clavi sunt, ut post multos allegatos firmat Gratian. *discept. 181. numero 5. & Mascard. loc. cit. conclus. 298. num. 2.**
- 19 Præsertim autem, si testium depositio sit etiam administrata ex Instrumentis publicis confectis super hac retentione clavium, aperiitione, ac refectione ostii ejusdem Imaginis, quæ pariter plenam probationem inducunt, ut in terminis firmat Soccin. *Sen. conf. 205. nu. 5. lib. 2. Roland. conf. 46. num. 18. lib. 2. & Rota in Tuderina Prædii 24. Maii 1610. coram Otrembergo, & in Mediolanensi bonorum 15. Maii ejusdem anni coram Lancelloto, passimque alibi.*
- 20 Et de hoc dominio, deque hac possessione tantò minus dubitari poterit, si omnes prædicti actus sint facti scientibus, & patientibus ipsis Regularibus, sive Clericis, eorum prædecessoribus, quæ scientia, & patientia sufficit ad effectum, ut acquiritur dicatur dominium, ac possessio, Cæsar de Grassis *decis. 76. num. 9. Mantie. decis. 207. nu. 6. Et decis. 184. num. 1. part. 1. divers.* Seraph. *decis. 432. num. 5. Gregor. dec. 249. num. 3. & præsumitur nedum ex eorum præsentia, si per Testes proberetur sed etiam ex multiplicitate actuum, & ex diuturnitate temporis, ut dixit Rota decis. 179. nu. 2. par. 1. divers. & coram Seraphin. decis. 306. nu. 5. Et 7. Et decis. 685. num. 4. part. 1. recent.*
- 21 Idque præcipuè si accedat, quod iidem Regulares accersebant Magistratum, ut accederet cum clavibus, vel mitteret ad aperiendum ostium, ex quo videtur ipsos Regulares fuisse confessos dominium, ac possessionem dictæ Imaginis ad illum spectare, ut per Rotam coram Gregorio *dec. 402. n. 1. Et dec. 458. n. item 1.*
- 22 Vel si possessio, ac dominium Magistratus etiam comprobaretur ex decretis in visitatione Ecclesiæ, ac dictæ Imaginis emanatis, in quibus expressè dicatur, quod Magistratus retinet claves Imagines, & quod il-

lius cura ad ipsum pertinet, præsentè Rectore dictæ Ecclesiæ, quarum visitationum attestationi omninò standum est, ut ait Rota coram Seraphino *decis. 780. num. 1. Et 2.* cum visitatores præsumantur fuisse plenè informati de juribus utriusque partis, & causa cognita decreta edidisse, licet non in forma judiciali, ut ait Seraph. *decis. 780. numero 4. Et seqq.* Unde videntur facere probationem probatam, à quibus non datur appellatio, ut pluries firmavit Rota, præsertim in Mediolanensi Beneficiorum 18. Decembris 1595. coram Licca.

Nec obstat, quod cum non appareat aliquis titulus Magistratus, sola possessio suffragari ei non possit. Tum quia cum dicta possessio semper retenta, & continuata fuerit cum scientia, & patientia Regularium, eorumque prædecessorum, ipsa sola sine alio titulo sufficit ex allegatis. Et tum quia cum semper fuerit ab ipso continuata, ex tanti temporis lapsu præsumitur etiam, titulum præcessisse, ut per Felin. in *cap. licet Heli num. 10. de simon. Aym. antiquit. tempor. part. 3. §. vidimus nu. 28. ac Rota decis. 134. num. 2. part. 1. divers. & coram Seraph. dec. 1292. n. 2. ubi firmat, sufficere viginti quinque annos. Et in his annexis spiritualibus sufficit possessio quadraginta annorum. Quia per tantum temporis dicitur inductæ præscriptio, vel discontinuata, Bald. in *l. 2. n. 7. Cod. de servit. Et ag. Arcin. conf. 99. n. 11. Et seqq. Feder. de Sen. conf. 234. n. 3.**

Minus obstat, quod Summus Pontifex dictam Ecclesiam cum Sanctorum Reliquiis, & omnimoda administratione temporali, & spirituali concesserit, & applicaverit Regularibus, & propterea debeat etiam ad ipsos spectare administratio dictæ Imaginis.

Primò, quia cum Pontifex omne jus, curam, & administrationem temporalem, & spiritualem, quam in dicta Ecclesia, ejusque bonis, Clerici habebant, supprefferit, atque extinxerit, eaque omnia Sanctorum Reliquiis concesserit, & applicaverit Regularibus non videtur iis voluisse concedere, nisi ea, quæ habebant dicti Clerici, ut per Angel. *conf. 138. in principio*, sed apud Magistratum remansisse, cum Pontifex illud non abstulerit, nec velle auferte declaraverit, ut tradit Dec. *conf. 407. n. 23. Et seqq.*

Deinde quia sub nomine Reliquiarum Sanctorum non venit hæc Imago Beate Virginis. Quia cum illa sit Mater Dei, tanquam Sanctorum Reliquiis eminentior, debebat expressè nominari, aliàs sub expressione generali non censeretur comprehensa, ex traditis per Roman. *conf. 498. num. 10. Et seqq. Anchar. conf. 295. n. 4. Et 5. Mandos. super reg. 19. de infirm. resign. qu. 2. n. 4.* cum vulgò aliis. Eoque magis, quia proprietatis verborum, quam semper sequi debemus, id non patitur, Soccin. *Sen. conf. 304. num. 3. lib. 2. ac Tiraquell. de retract. convent. §. 2. gloss. 1. num. 41.* Et quamvis simul cum aliis Reliquiis nominetur etiam hæc Imago, id tamen attendi non debet, quia impropiè ita fuit appellata, vel quia fuit posita simul cum aliis Reliquiis, quæ sub illo solo nomine veniunt, & propterea talis nominatio non præjudicat, ut per Alex. *conf. 86. n. 2. lib. 1.*

Ad hæc cum, non obstante dicta concessione, Magistratibus, scientibus, & patientibus ipsis Regularibus, continuaverit in retentione clavium, aperiendo, & claudendo ostium Imaginis, videtur declaratum, quod Regularibus nullum jus super dicta Imagine concessum fuerit, ut speciatim ait Roman. *conf. 271. numero 4. Aym. conf. 201. numero 11. Soccin. Jun. conf. 61. num. 36. lib. 2. ac Rota decis. 503. numero 2. divers. Et decis. 571. num. 3. part. 1. Et decis. 256. n. 5. Et 6. p. 2. Et decis. 261. n. 4. p. 1. recent.*

Præterea quia cum in suis literis Pontifex non solum non fecerit expressam mentionem concessionis prædictæ Imaginis, sed neque mentionem juris dicti Magistratus, obstat Regularibus regula de jure quæfito non tollendo, quæ operatur, ut ipsi hac in re non censeatur in

in aliquo præjudicatum, Parif. conf. 51. n. 15. & feqq. lib. 4. Dec. conf. 407. n. 23. & feqq. Rot. decif. 33. num. 8. de præben. in antiq. & in Viterbien. Caftrorum 12. Februarii 1611. coram Sacrato, & in Uritana Archiepifcopatus 28. Junii 1599. coram Corduba, & in terminis in Ofcenfi indulti 1. Junii 1602. coram Millino.

Ita quidem, ut non videatur illi per claufulas ampliffimas in dictis literis appofitas, derogatum. Nam, ut illi derogatum cenfeatur, requiritur fpecialis, & exprefsa mentio dictæ regulæ, ut tradit Caputaq. decif. 30. par. 3. Seraphin. decif. 1802. n. 1. & 7. & firmatum fuit à Rota in Terdonenfi Jurifpatronatus 13. Maii 1613. coram Pamphilio, ita fanè, ut licet etiam Pontifex fciret præjudicium partium, non tamen cenfeatur illis præjudicaffe, nifi exprefse dictæ regulæ derogaverit, ut dicitur in dicta Terdonenfi, & firmatur in Uliffyponenfi, concordia 14. Januarii 1600. coram Iufto, & in dicta Ofcenfi coram Millino.

Minus etiam obftat, quod hæc Imago, tanquam res fpiritualis non poffit retineri, neque administrari à laicis. Nam hæc administratio eis non competit, uti de re merè fpirituali, fed veluti de jure annexo rei fpirituali, quod laicis non eft prohibitum, ut docet Abbas in cap. Quanto n. 4. & 6. ibique Felin. num. 2. de judic. Roch. de jurepatr. v. lus n. 2. Alex. conf. 58. num. 7. lib. 1. Vel ratione officii, ut ait Roch. loc. cit. Vel ex antiqua obfervantia, ut in Imagine Sanctiffimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum Urbis, cujus cura, & custodia pertinet ad custodes Hospitalis illius, in Imagine Beatiffimæ Virginis de Populo, etiam urbis, cujus cura pertinet ad custodes Hospitalis Incurabilium, & in aliis, ut per Roch. ibid. v. & in Ecclefia queft. 1. limi. 2. num. 5. & dum publice à tanto tempore Magiftratus retinuerit claves, & Pontifex in fuis literis dictum jus eas retinendi ipsis non ademertit, cenfeatur voluiffe, quod in eas retinenda continuarent juxta c. inter corporalia de tranflat. Epifc. cap. ad audientiam in fin. de decim. & Callad. decif. 4. n. 4. de confif.

Denique non obftat, quod Magiftratus videatur retinere claves non jure proprio, fed precario, quod cenfeatur per dictas literas Pontificis revocatum. Quia cum non conftet de aliqua concessione per Regulares, neque per eorum prædeceffores dicto Magiftratu facta, ut requiritur, ad Text. ibique Doctores in l. 1. ff. de precar. Caftr. conf. 439. in princip. lib. 2. Covarr. var. refol. lib. 3. cap. 15. sub initio, neque conftet de principio dictæ concessionis, ut inquit Caftr. conf. 440. col. 2. lib. 2. Imò habeat poffeffionem tanti temporis, ut omne jus Regularibus præfcripferit, præfumiatur jure proprio, tanquam Magiftratus, & Custodes illas retinere.

His tamen hunc modum adhibendum effe judicio, ut nimirum claves retineantur à Magiftratu privativè quoad Regulares, qui accedere debent ad Ecclefiam & tradere illas uni ex dictis Regularibus, qui fuperpelliceo indutus aperiat oftium S. Imaginis, præfente Magiftratu cum cereis funalibus.

CONSULTATIO LXXVI.

Quenam potiffimum requirantur, ut quis verè fit Religiofus Religionis Hierofolymitana? Virtus profeffionis. Profefio exprefsa quomodo faltem conftare debeat? Profefio tacita quomodo inducatur? Annus probationis ubi peragendus? Nullitas profeffionis manifefta quomodo famanda? Qualis actus fit acceptatio profiffentis ad Religionem? Profefio nulla requirit novum confenfum profiffentis, & Monafterii. An Pontifex fuppleat confenfum Monafterii pro ratificanda profiffione nulla? Quam ratificationem profiffionis admittant jura?

Requiritur, quod fit profiffus, aliàs enim fine profiffione non est confenfus Religiofus, cap. Religiofo de fenten. excomm. in 6. c. ex parte de regular. & ita-

dunt Dec. in cap. in præfentia numero 202. ibique Be-ro. numero 56. de probat. Soccin. jun. conf. 48. num. 21. vol. 4.

Hinc de profiffione exprefsa conftare debet, faltem ex attestatione receptoris Religionis in aliquo Prioratu fub quo fuit receptus, qui attestari debet, ipfum peregriffisse novitiatum, ac profiffionem, cui attestationi in fpectantibus ad ejus officium adhibenda eft fides, Seraph. decif. 792. nu. 3. ac Rota decif. 200. nu. 5. & dec. 525. num. 5. part. 2. recent.

Ex quo excluditur profiffio tacita. Quia licet illa ante Sacrum Concilium Tridentinum induceretur per actus qui non poffint fieri, nifi à profiffis, poft tamen Concilium, quando non apparet fuiffie peractum annum novitiatu, ea nunquam potest cenferi facta, Navarr. conf. 119. n. 4. de regular. & late Sanch. in decalog. tom. 2. cap. 3. num. 36.

Quod eo magis procedit, quia non folùm concurrit à prohibitio Concilii Tridentini, fed attentis ftabilimentis hujus Religionis, eft peragendus annus probationis in Conventu, & prohibetur admissio, nifi peracto anno novitiatu, ut in ftabil. 28. de recept. frat.

Præcipuè fit non concurrat aliquis actus, qui non potuerit, fieri nifi à profiffis, fine quo profiffio tacita, ne quidem ante Concilium Tridentinum inducebatur, cap. ftatuimus, ubi Gloff. de regular. Abb. in cap. vidua n. 6. ibique Joan. Andr. num. 7. eod. tit. Menoch. conf. 396. num. 15. Surd. decif. 303. in fin. Licet enim quis detulerit Crucem auream, hæc tamen defertur etiam ante profiffionem in infantili ætate, non autem in pallio, in quo folet deferri à profiffis, ut ftatuunt in ftabil. 1. verf. Queftio è il noftro regno, de recept. frat. Et ideo ifta delatio Crucis aureæ non potest inducere profiffionem tacitam, Abb. in d. cap. vidua num. 6. ibique Doctores communiter, cap. 1. ubi Joan. Andr. Gemin. Franch. & alii de regular. in 6. Gratian. difcept. 640. n. 39. Adde ad Gregor. decif. 385. num. 6. verf. Item etiam requiritur, quod habitus novitorum fit diftinctus. Et delatio habitus, etiam profifforum, per quantumcumque temporis ftatum extra Conventum non inducit profiffionem, Mohedan. decif. 1. de præfump. Put. dec. 136. lib. 1. Menoch. lib. 3. præfump. 83. n. 15.

Demum profiffio tacita non inducitur, nifi concurrente voluntate, ac fcientia Superioris, qui potest incorporare Religionem, qui antea non erat profiffus, & qui per illas intelligebatur tacitè profiteri, Cardin. in cap. porrectum de regular. & poft Navarrum, Sanch. d. cap. 3. n. 14. Prout etiam eadem voluntas, & fcientia debet probari, in eo, qui prætenditur profiffus, etiam quod effet in anno novitiatu, Abb. in d. c. vidua numero 7. Sanch. loc. cit. num. 18. & Navarr. de regular. com. 4. num. 74. & conf. 19. de regular. ubi n. 5. ait, quod multi eruditi nefciunt induci profiffionem tacitam per fimiles actus.

Unde fi non conftiterit de voluntate, & fcientia Superioris, neque de voluntate, & fcientia Religiofi, fed potius apparuerit de contrario, quia ipfe affidè protesta-tus fuerit coram honeftis viris, nolle effe Religiofum, fed deferre Crucem auream devotionis caufa, prout illam deferebat ab infantili ætate, quod excludit profiffionem, etiam fi detulerit habitum profifforum, Abb. in cap. confulti num. 1. & in cap. poftulasti num. 2. de regular. Menoch. de præfump. 83. n. 17.

Et quamvis plures fint, qui doceant, fufficere novum confenfum profiffi ratificantis profiffionem invalidam, nec requirit novum confenfum Monafterii, ut Navarr. confil. 77. num. 2. de regular. Graff. par. 1. decif. lib. 3. cap. 5. num. 24. Less. lib. 2. de juft. & jur. cap. 41. nu. 67. Suar. tom. 3. de relig. lib. 7. cap. 1. n. 16. Sà in aphorifm. v. religio num. 25. Sanch. lib. 7. de matrim. difp. 37. nu. 60. Rodrig. tom. 3. queft. regular. 17. art. 3. §. aut nullitas, Sorb. in compend. priv. mendic. §. 4. Bartol à S. Fausto in Thef. Relig. lib. 5. q. 257. edit. vult. Vecch. in prax. pro admit. novit. difp. 14.

disp. 14. dub. 4. n. 3. Portel. in dub. regul. v. profiffio n. 41. Serofo de invalid. profiffi. dub. 9. Bordon. de profiff. regul. cap. 6. queft. 11. quos fequitur eft Sacra Rota Romana in Uliffyponem. nullitatis profiffionis die 17. Maii 1641. coram Carillo.

Id tamen locum habere arbitror, quando nullitas profiffionis eft omninò occulta, ita ut Monafterium fit in bona fide de illius invaliditate, ad quod faciunt jura, quæ admittunt tacitam profiffionem, vel per dilationem habitus profifforum, ut can. Interrogasti d. 27. can. devotis 2. 7. i. cap. ad noftrom, cap. fuper eo, cap. cum verum, c. cum fecimus, cap. ficut à nobis, cap. ex parte de regular. & cap. 1. ac feqq. eod. tit. in 6. Ubi per exercitium actuum, qui funt proprii profifforum, de quo fit mentio in can. Cum progenitores 10. q. 1. & dic. vidua de regul. Hoc enim pacto profiffio nulla ratificatur per profiffionem tacitam fupervenientem.

Quia Monafterium cum permaneat in bona fide, habens ipfum pro validè profiffio, fe gerit cum ipfo, tanquam cum profiffio, per quod virtualiter ratificat non folùm delationem habitus ipfi concessam, fed etiam confenfum proprium acceptandi illum ad profiffionem. Nam fe gerere cum ipfo tanquam cum profiffio, eft effectus illius confenfus, quo ipfum acceptavit in profiffione, ac proindè hujusmodi confenfus manet virtualiter in tali effectui, ex quo fit quod habeat vim ratificandi ex parte Monasterii virtuali modo profiffionem. Quia fi-tur exprefse exhibitus, exprefse ratificat, ita virtuali quoque modo de novo exhibitus, virtuali quoque modo ratificat.

Secus autem dicendum eft, fi nullitas profiffionis fit manifefta, & nota Monafterio, cum non poffit, fublata bona fide, fe gerere cum nulliter profiffio tanquam cum verè profiffio, & hoc pacto manentem virtuali modo priffum confenfum, & virtuali, five tacito modo acceptare tacitam ratificationem nulliter profiffi; Unde quod requiritur novus confenfus Monafterii, docent Azor. 10. 1. lib. 14. c. 4. q. 7. Poncius lib. 4. de matr. c. 23. nu. 12. & Pal-laus par. 3. oper. moral. difp. 2. de fufcept. relig. ftat. punct. 5. num. 2.

Quia profiffio eft contractus mutuus quo profiffus fe obligat Religionem, & Religio fe obligat profiffio. Contractus autem eft obligatio proveniens hinc inde ex voluntate partium, l. labeo, ff. de verb. fignif. Unde ficut ad in-eundem contractum requiritur mutuus confenfus, partium, ita etiam ad ratificandum contractum nullum requiritur mutua ratificatio. Nam quando confenfus eft nullus perindè fe habet, ac fi non fuiffet.

Quod præcipuè verum eft in profiffione regulari. Nam obligatio profiffentis acceptari debet à Prælatu regulari, ita ut non fortiatu suum effectum, nifi acceptetur. Unde cum prior intentio acceptandi fuerit inanis, & nullum fortita fit effectum, quia ex parte profiffentis non aderat vera obligatio, neceffaria eft nova intentio acceptandi novam obligationem profiffentis. Nam intentio non fe extendit, nifi ad obligationem præteritam, circa quam folùm verfat. Et cum obligatio ratificans non cadat fub intentione Prælati, non potest acceptari per illam intentionem. Quia folùm acceptatur, quod intenditur acceptari. Est enim talis acceptatio fuperioritatis, ut notant Franch. in c. de fuffim. §. in aliis nu. 7. de regul. in 6. Gemin. ibid. n. 6. Rolella v. novitius nu. 21. in fine, Tabiena eod. v. n. 8. & Sanch. lib. 5. in decalog. c. 4. nu. 78. qui exercetur à Prælato, ut à capite Collegii, atque aded nomine ipfius Collegii, & ideo fe extendit folùm ad tempus, personam, & actum, ad quæ fe extendit determinatio Collegii, & tranfacta illa vice, expirat facultas in Prælato, quia functus eft munere fuo, & complevit id, quod ex determinatione Collegii poterat præftare. Talis enim acceptatio eft actus dependens toties, quoties extendenda eft à determinatione Collegii, & ideo fi femel inanis fuit defectu profiffentis, non potest Prælatu iterum acceptare, Quia expiravit ejus facultas.

Tom. X.

Nec dicatur, quod ex parte Monasterii maneat moraliter virtualis confenfus, qui cenfeatur manere, donec retractetur. Nam quando definit bona fides, jam Monasterium cognofcit contractum profiffionis fuiffie abfolutè nullum; Unde non potest continuare virtualiter confenfum fuum, tanquam validum; nam cognofcit jam fuiffie nullum; quia non potest quis validè confenfere in id, quod non fubfiftit, nec fe obligare velle illi, tanquam fubdito, qui non fe tradit, ut fubditum, ac proinde cum talis confenfus non fubfiftat, nec etiam virtualiter permanere potest. Prætereà non quicunque confenfus fed confenfus contractationis, hoc eft obligans contentientem, & fimul acceptans alterius obligationem. Et quoniam obligatio non eft mutua, fi non fubfiftit in ratione acceptationis alienæ obligationis, nec etiam potest fubfiftere in ratione obligationis. In ratione autem acceptationis non potest fubfiftere, quia non adeft materia, quæ acceptetur. Sic votum, promiffio non fubfiftunt, deficiente materia.

Minus etiam dicatur, quod quatenus nova acceptatio requiritur fuppletur à Summo Pontifice, ut inquit Sanchez lib. 1. de matrim. difp. 37. num. 64. Nam in jure non habetur hujusmodi fupplementum. Etenim ex cap. ad noftrom, & cap. fignificatum, & cap. cum virum de regul. & cap. per latum de iis, que vi, & cap. 1. eod. tit. in 6. folùm habetur, quod profiffio nulla fubfiftit, fi poftea ratificetur à profiffio, quod non fuffragetur oppofitæ opinioni. Nà debet intelligi de ratificatione in debitis terminis, & juxta exigentiam materiæ. Unde cum fit ratificatio de contractu mutuo obligationis, debet intelligi de ratificatione à parte acceptata, & ratificante etiam ipfam fuam mutuan obligationem, fiquidem etiam obligatio Monasterii fuit nulla. Cum enim ratio fit anima legis, l. Cum Pater. §. dulciffimus ff. de leg. 2. & verba legis ampliari, ac reftringi debeant ad limites rationis, ut tradit Abbas in cap. fin. de refcript. debemus prædictos Textus accipere fecundum exigentiam rationis. Ratio autem exigit, quod quando obligatio mutua nulla ratificatur à parte, acceptetur, ratificatio ab alia parte. Quia in contractibus non tenet obligatio, nifi acceptetur.

Nec talis confenfus fuppletur à Concilio Tridentino felf. 25. cap. 19. de regul. Nam ibi folùm decernitur, quod nulliter profiffus poffit reclamare per totum quinquennium à die profiffionis, & quod tranfacto quinquennio, non poffit amplius reclamare, fed præfumat profiffus. Quare ante quinquennium non fupplet confenfum, fed relinquit totum in fuo ftatu, quem habet ex vi primæ profiffionis. Tranfacto autem quinquennio, nec quidem fupplet confenfum, fed folùm vult quod ex taciturnitate præfumat profiffus, atque aded folùm in foro exteriori non autem in foro confcientiæ, quod fatis ex eo patet, quod elapfo quinquennio, reftituitur nulliter profiffus ad reclamandum. Quod fanè fieri non potest, fi in foro interno effet verè profiffus.

Et quamvis in contractibus non requiratur mutuus confenfus temporaneus, fed poffit fucceffivè præftari, l. 1. ff. de verb. oblig. nihilominus debet fucceffio effe talis, ut contineat moralem fimultatem, ita ut confenfus poftea præftitus fit in ordine ad acceptandum confenfum alterius partis antea præftitum. Id autem non potest habere locum, quando femel contractus eft nullus. Quia tunc confenfus partium fe invicem refpiciunt, & unus confummatur per ordinem ad alium, nec ordinatur ad confenfum aliàs præftandum in fupplementum prioris invalidi, ficut ordinatur, quando confenfus ab una parte exhibetur uno tempore, & ab alia exhiberi debet tempore fubfequenti.

CONSULTATIO LXXVII.

De electione regulari per fubornationem. Eius pernicies. Quid in Sacerdotiis? Nullitas hujusmodi electionis. De electione reftricta ad duos, vel tres. Secreta fuffragia in electione, qua, quomodo quando? Ad id alia.

M

Es

EX Constitutione 128. Beati Pii V. quæ incipit, *Pastoralis officii* §. 4. habetur: *Qui vero electionibus omnibus, vel ante eas per sex menses pro se, vel pro alio subornare, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, à qua absolvi non possit, nisi à Pontifice pro tempore existente, ac voce activa, & passiva perpetuo careat.* Eam confirmavit Clemens VIII. in decretis pro reformatione Regularium *Constit.* 160. numer. 35. & innovavit Urbanus VIII. decreto edita à S. Congregatione Concilii, quod legitur in *Constit.* 26. ejusdem Pontificis, ubi in electionibus Superiorum prohibetur omnis procuratio suffragiorum tam pro ipsis, quam pro aliis directè, vel indirectè, & transgressores puniuntur ipso facto pœna privationis officiorum, quæ obtinent, & perpetuè inhabilitatis, extantque plurium Religionum statuta, in quibus disponitur, quod subornatores declarentur, qui donis, & promissis, comminationibus, & obsecrationibus importunis, laudibus, aut vituperationibus falsis aliquem inducere conantur, ut sibi, aut alteri suffragium in electionibus ferat quive colligationes, aut inductiones fecerint. Insuper subornatores actibus legitimis ipso facto privantur, de quibus, atque alii nos agimus *tom.* 9. in *Consult. de ambitu.*

2 Ex his autem constat, prohibitam esse subornationem. Imò hoc crimen, tanquam pestis Reipublicæ, ac perniciæ Religionum, connumeratur inter illa, quæ ab omnibus accusari possunt, Molfes. in *præc. crimin. & ad stat. sue Relig. cap. 15. q. 50. §. Ad ejus,* cum aliis ibi allegatis. Lex de ambitu dicta est, qua de re, quæ ad ambitum, seu circuitionem populi, cuius erant suffragia, sive jus electionis in Comitibus Magistratum. Unde in *l. 1. ff. ad leg. Jul. de ambitu* incidit, qui illicitis artibus populi favorem, vel eorum, qui eligendi ad Magistratus Officia, vel Sacerdotia potestatem habent, suffragia aucupantur. Hinc Justinianus omnium malorum occasionem unam, accipere suffragium à Judicibus, dicit, totiusque nequitiae principium, & terminum, quæ accuratè, & verissimè persequitur per exempla in §. *an certè non omnibus manifestum est, ut in judic. sine quoque suffrag. Constituit. novel.* 8. ubi digna optimo Principe ponuntur.

3 In Sacerdotiis obtinendis, etiam ambitum locum habere, & puniendum, placet Modestino *d. l. 1. ad leg. Jul. nemo,* inquit Leo Cæsar. *l. si quemquam, Cod. de Episcop. & Cler. gradum Sacerdotii, pretii venalitate mercetur. Quantum quisque mercatur, non quantum dare sufficiat, estimetur.* Idem sancivit Justinianus §. *sed neque Clericum, §. sed neque Xenodochium, C. de Sanctiss. Episcop. in novel.* Firmiusque decretum Sacris Canonibus ex sententia sacræ paginæ, quibus pro spiritali administratione, vel ordine, vel magistratu Ecclesiastico quippiam accipere, simonia dicitur, *c. non satis de simon. can. quos confiterit, canon. sunt nonnulli, can. presbyter, can. quidquid, canon salvator. 1.* & severissimè vindicatur *canon. si quis, can. presbyter, can. quicumque, can. qui studet, can. si quis Episcopus cum quinque sequentibus. 1. qu. 1. & cor. tit. de simon.* In legem Juliam de ambitu item incidere Arcadius, & Honorius in *dict. l. un. C. ad leg. Jul. de ambitu* tradunt eum, qui iteratò petierit principatum, sive Commentariensis gradum, vel cætera officia quibus jam functus sit, cum publicæ disciplinæ semel gelta sufficiant.

4 In electione igitur, in qua obtinetur intentum per efficacem persuasionem, & exquisitam exaggerationem ita inducantur, & colligantur voluntates suffragatorum, illos deterrendo, ut ad sui, vel alterius favorem suffragium feratur, intervenit vera subornatio, colligatio, atque inductio interdicta, de qua idem Molfes. *loc. cit.*

5 Sicque prima nullitas hujusmodi electionis resultat ex hoc capite subornationis interdictæ. Quia facta est contra legem prohibentem, licet non contineat expressè

decretum irritans. Nam pro irritò haberi debet, quod habet causam perpetuè inhabilitatis, *l. non dubium §. C. de leg. cap. licet canon. tit. de canon. vides dist. 10. & cap. tua 4. de spons. duor. ibi. Imperator aut procedere, licet lex non annullat contra se factum.* Quod etiam habetur in *can. Imperiali 13. §. qui. 2. traditque Dec. in cap. in nomine de testam. num. 17.* Electio enim præferens perpetuitatem, & successionem in omnibus Religionibus reprobatur, ac ita ne Summus quidem Pontifex possit sibi eligere successorem, ut per Jacobat. *lib. 5. de Concil. art. 22. Azor. tom. 2. lib. 4. c. 5. q. 3.* quos cum aliis benè multis refert, ac sequitur Diana *par. 10. tr. 4. resol. 2. & 4.* Electio autem per subornationem habet perpetuitatem, & successionem. Nam officiales prædecessores per subornationem concludunt electionem juxta suam mentem contra omnium expectationem, atque aded successorem sibi eligunt.

Insuper, præterea, quæ ex mente Beati Pii V. & Clementis VIII. contra subornatores retulimus, additur quod subornatus, & is pro quo facta est subornatio, incurrit eandem excommunicationem, Papæ reservatam, eandemque privationem vocis activæ, & passivæ, ex eadem Beati Pii V. Constitutione. Et quidem de eo, pro quo fit subornatio, id statutum est, quia sciens subornationem fieri pro se, & tacens, indirectè dicitur subornare, dum non obstat, sed ratum id habet. Rati autem habitio etiam in delictis, mandato comparatur, *l. hoc jure, §. de ject. ff. de reg. jur. & sufficit rati habitio tacita, quæ ex facto, sive acceptance colligitur, ut per Dec. in l. semper ff. de reg. jur. numer. 8.* Et quia non prohibendo, subornationem mandasse creditur, *d. l. semper,* ubi etiam Decius.

Secunda nullitas deducitur ex defectu libertatis quæ caret hujusmodi electio. Nam in omnium sententia libertas est de essentia electionis, sine qua subsistere non potest, *c. cum terra 4. de elect. ubi periculum, §. Ceterum tit. in 6. ibique Gloss. v. metuebat, c. bona memoria 13. eod. pariter tit. Rodrig. tom. 2. quest. regul. §. art. 10. Sigismund. de Bonon. de canon. elect. dub. 52. cum binis Lavor. var. elucidat. tit. 4. quest. 22.* Ex officiales enim per subornationem toto conatu, & omnibus viribus cogunt suffragatores ad ferendum suffragium pro quibus ipsa volunt. Preces namque importunæ, & assidue cum actibus vehementissimis aptis ad animos etiam constantium virorum commovendum, quibus suorum fautorum auxilium sæpè clamoribus implorant, beneficia sua in eos commemorantes, minitantes aliàs eos fore proditores, incutiunt metum gravem, nam preces eorum, quibus reverentia debetur, causant justum metum, libertatem tollunt, ac vim, & impressionem faciunt, præsertim quando cum clamore fiunt, *canon. si ergo sub initio 8. quest. 1. Afflict. decis. 69. num. 4. & 5. Craver. conf. 10. num. 17. Rota decis. 105. num. 3. part. 1. novis. & Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 4. nu. 5. & 7.* Unde suffragatores merito timere possunt, se contumeliis afficiendos, vel in aliis electionibus illos sibi inimicos experturos, ex quo causatur justus metus, Sanchez *loc. cit. nu. 11.* Vel si Electores non pareant subornatoribus, imminet grave periculum seditionis cum gravi scandalo populi & sequeretur facile subtractio elemosynarum. Jactura enim bonorum, ac honoris Religionis causat justum metum, Sanch. *ibid. disp. 5. num. 13. 15. & 27.* Quod autem verum est, ut sola justa, & probabilis suspicio metus ad id sufficiat; Nam illa habetur pro metu, Bald. in *l. fin. num. 7. Cod. de jur. deliber. Rimin. Sen. conf. 15. numero 6. Alban. conf. 77. num. 18.* quos sequitur Rota *decis. 174. num. 18.* coram Gregorio, & Sigismund. à Bonon. *loc. cit. dub. 14. num. 15.*

Imò hujusmodi electiones non solum carent libertate, sed nulla in eis apparet intrinseca ratio formalitatis, quæ de se est assumptio unius ex pluribus, ut per Abb. in *d. c. cum terra 14. de elect. ubi ceteri Canonistæ.* Quia necessarius est plurium concursus, saltem duorum ad elec-

electionem passivam, ut indifferentia libertatis determinetur magis ad universalem, quam ad alterum; aliàs si unus esset, non diceretur indifferens, sed determinatus, sive necessarius ad unum. Per subornationem autem suffragatores non possunt dici esse indifferentes, dum iis unus eligendus proponitur cum exclusione aliorum.

9 Tandem nulla est electio restricta ad duos, vel tres, exclusis, & hæc consuetudo reprobatur in citato *c. cum terra, traduntque Rodrig. tom. 2. quest. §. art. 11.* Mirand. *tom. 2. quest. 23. art. 22.* Sigismund. *loc. cit. dub. §. 2.* qui refert responsum Sac. Congregationis in hæc verba: cum enim proponeretur, *an stante libertate electionis, liceat Prælato Regulari proponere duos, vel tres, ex quibus necessario eligatur unus? Sacra Congregatio censuit, non licere.* Idipsum refert Lavor. *d. tit. 4. c. 22. de elect. num. 16.* Hoc denique modo non solum liberas destruit electorum, sed etiam ex parte electionis contra ejus naturam, dum non fit assumptio unius ex pluribus, sed assumptio unius ex seipso tantum.

10 Tertia nullitas hujusmodi electionis eruitur ex defectu secreti. Nam ad electionem procedendum est per secreta suffragia ex dispositione Sacri Concilii Tridentini *c. 6. sess. 25. de regul. ubi caverit, ut in electione Superiorum quorumcumque, Abbatum temporalium, & aliorum Officialium, ac Generalium, & Abbatissarum, atque aliarum Præpositarum, quo omnia rectè, & sine fraude fiant, omnes prædicti eligi debeant per vota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur, Nec impostum liceat Provinciales, aut Abbates, Priores aut alios quoscumque titulares ad effectum electionis faciendæ constituere, aut voces, & suffragia absentium supplere. Si verò contra hujus decreti Constitutionem aliquis electus fuerit, electio sit irrita, & is, qui ad hunc effectum se in Provinciale, Abbatem, aut Priorem creari permiserit, deinceps ad omnia officia in Religione obtinenda inhabilis existat.*

11 Unde electio facta cum publicatione unius schedule duntaxat non secretæ, nulla reputatur à Rota in Treverensi Abbatiæ Sancti Maximi 20. Aprilis 1624. coram Coccino apud Massorb. in *prax. habendi concurs. pralud. 8. num. 13. & 67.* & Sigismund à Bonon. *dub. 31. num. 4.* Quod etiam locum habet sive ante, sive post electionem immediatè, etiam toto Capitulo consentiente publicetur, ut per Rodrig. *d. tom. 2. q. 51. art. 9. Peyrin. tom. 4. q. 1. c. 36. §. 8. & Rezan. tom. 1. quest. regul. c. 19. nu. 17.* Per subornationem autem non solum coguntur suffragatores, verum etiam dum subornatur, quod ferat suffragium pro aliqua determinata persona manifestantur eorum suffragia, antequam singulorum vota inquirantur, & subjiciantur scrutinio.

12 Qua in re notandum primò est, quod pœna illa inhabilitatis est lætæ sententiæ. Quia verbum, *existat,* excludit ministerium hominis, & significat eo ipso induci, ut per Sayr. *de censur. lib. c. 11. nu. 9.* Intelligitur autem, pœnam procedere solum contra supradictos titulares constitutos ad effectum electionis faciendæ.

13 Deindè notandum est, quod ex vi hujus Tridentini decreti electio irrita redditur, si fuerint quidem in scrutinio secreta suffragia, sed in parentibus, & confirmatione electi nomina suffragantium fuerint expressa, ut declaravit Sacra Congregatio apud Suarez *tom. 4. de relig. lib. 2. cap. 5. numer. 11.* Non est tamen necesse, & suffragia dentur in scriptis clausa, sed possunt etiam voce dari coram tribus, vel quatuor Scrutatoribus, ut per Garz. *de benefic. part. 5. cap. 4. num. 189.* Suarez *loc. cit. nu. 10.* nisi aliud sit cautum ex speciali Constitutione alicujus Religionis, ut Minorum de Observantia, & Bulla Sixti V. Rodrig. *d. q. 51. art. 8.*

14 Et licet aliqui velint, intentionem Concilii esse, ut non manifestentur suffragia, neque publicè, neque occultè, seu privatè, ita tamen, quod si manifestentur, publicè, & Capitulum consentiat, seu permittat, electio sit nulla. Si autem privatè, aut sine consensu Capituli, tunc non fit

nulla electio, nisi suffragium istius fuerit necessarium ad numerum, & causa fuisset talis manifestatio illius electionis. Quia hoc solum suffragium est cassandum, & non alia, ne sit in potestate unius particulatis subvertere quamlibet electionem per *c. fin. ac ibi notata de prec. Navar. consil. 9. de elect. Rodrig. d. q. 51. art. 9. Mirand. d. tom. 2. man. q. 23. art. 19.*

Alii tamen rectius aiunt, mentem Concilii esse abfolutè non publicari suffragia, ut sive ab uno, sive à multis revelatio fiat, sive publice, sive privatim, electio sit nulla, si publicatio, seu manifestatio fiat in actu electionis, vel ante consummationem sive publicationem, vel ante confirmationem electionis inclusivè, & non ultè. Et ita declarasse S. Congregationem, tradit Suarez. *d. tom. 4. trakt. 1. lib. 12. cap. 5. numer. 12.* Garz. *loc. cit. numer. 193.* quod tamen *numer. 194. & 196.* dupliciter limitat. Primò, ut non irritetur, si id faciat quis in fraudem, ut subvertat electionem. Secundò, ut non irritet, si propositio solò verbo fiat, aut taliter ut non possit inde certò sciri, an verè tali dederit suffragium.

Præterea notandum est, quod ait Concilium de non 16 supplendis suffragiis absentium, intelligendum esse, ut non possint suppleri à Præsidente electionis, vel Capitulo propria auctoritate, sed benè per procuratorem constitutum cum speciali mandato, ut declaravit S. Congregatio apud Garz. *ibid. n. 199.* ac Rodrig. *loc. cit. art. 6.* Advertitque Garz. modo citatus, non posse mandatum in scriptis dari suffragio dando certæ personæ, quia sic esset publicatio suffragii, sed benè post separatim oretenus hoc mandare, tamen si ille non pareat huic mandato, & alteri det suffragium, valet electio, sive suffragatio: Quia mandatum formale externum est generale, sed peccat graviter. Ita Garz. *n. 202.*

Denique notandum est, quod si electio fiat contra dictam Tridentini pro foro conscientie, multi aiunt, validam esse, si omnia jure naturali requisita interveniant, donec per sententiam cassetur, ut Navar. *d. consil. 9. num. 2.* Rodrig. *tom. 1. quest. 27. art. 10. Sà v. electio num. 5. & de communi testatur Miranda in man. tom. 3. q. 23. art. 30.* ac Innoc. in *cap. quod sicut de elect.* Vide quæ de hac re alibi diximus, ubi fusè decretum Sacri Concilii Tridentini explicavimus.

CONSULTATIO LXXVIII.

An electio, in qua Præsidentis Capituli proponit Electoribus, an velint eligere viva voce, sit valida?

Respondeo, non esse electionem validam, sed suggestivam. Ita Card. Zabarella in *cap. quia propter de elect.* ac Rip. *resp. §. num. 10. eod. tit.* Nam hoc modo non servatur forma electionis, quæ de jure ferri debet. Non enim fit per scrutinium, non per compromissum, neque per inspirationem, vel quasi inspirationem. Per unum enim ex his modis electio necesse fieri debet, *quia propter de elect.*

Nec dicatur, quod hujusmodi electio fit per inspirationem ex eo, quia post acclamationem primi vocalis, omnes subsequenter acclamant. Nam hic non est modus eligendi per inspirationem, qui non fit, nisi quando omnes quali ebrii virtute Spiritus Sancti una voce, nulla interposita mora, nullo ordine successivo, simul eligunt eadem personam, ut per Otiens. in *d. cap. quia propter num. 50.* ibique Abb. *numer. 3.* Oldrad. *conf. 159.* Gregor. Lop. in *leg. part. tit. 5. l. 21. par. 1.* Quod hodie propter peccata nostra rarò evenit, ut notat ibidem Jo. Andr. *numer. 40.* Petr. de Baix. in *director. elect. part. 3. cap. 16. numer. 2.* Franc. Marc. *decis. 1252. in fin. parte 1.* In hoc autem casu non simul, sed ordine successivo, neque ex aliquo impulsu Spiritus Sancti, sed potius ex suggestione Præsidentis devenitur ad acclamationem, ita ut electio non fiat per inspirationem, sed per acclamationem, qui est novus eligendi modus à Sacris Canonibus minime intentus.

3 Ideoque plures Summi Pontifices per suas peculiare Constitutiones pro multis Religionibus, ut Paulus V. pro Religione S. Augustini Constitutione sua 16. Maii 1614. expressè præcepit, ut in ea Religione electiones non fiant, nisi per secreta suffragia, derogando omnibus, ac quibuscumque Constitutionibus hæcenus editis. Quinimodò, ut omnino servetur secretum, & ut nulli possint innotescere vota eligentium, prohibuit, ne in recipiendis votis, adhibeatur Scriba, ut in alia Constitutione edita die 14. Julii ejusdem anni, de quibus in Bullario ejusdem Religionis. Hujusmodi autem Constitutiones sunt conformes dispositioni S. Concilii Trid. c. 6. sess. 25. de regul. qua ad evitandum fraudes caverur, & datur pro forma, ut electiones Superiorum Regularium fieri debeant per secreta suffragia, ita ut electio aliter facta, irrita sit, & taliter electus ad omnia officia in posterum obtinenda, inhabilis existat. Quæ dispositio cum contineat decretum irritans ligat etiam ignorantes, c. dudum, & c. pen. de præben. c. si soli de concess. præben. in 6. Felin. in c. Cæterum nu. 19. de rescript. Caslad. dec. 3. n. 1. de decr. in refer. & Caputaq. dec. 1. n. 2. par. 2.

4 Neque dici potest, hujusmodi electionem fieri per quasi inspirationem. Quia licet suffragia non ferantur simul quasi quodam repentino Spiritus Sancti afflatu, omnes tamen successivè unus post alium eligit eandem personam.

5 Nam responderetur primò, quod præterquamquod in ea non concurrunt illa requisita necessaria, quæ recenset Baix loc. cit. c. 16. sub initio, ac Ripa d. res. s. nu. 10. debet etiam post omnium vota committi uni, ut vice omnium eligat, secus autem tot essent electiones, quot sunt eligentium vota, & electio esset irrita, c. in Genes de elect. Specul. eod. arg. tit. de via inspirationis nu. 6. Oldrad. d. conf. 155. num. 2. & Sigismund. à Bonon. de elect. can. par. 1. c. 1. dub. 2. nu. 6. Ac etiam debet concurrere aliud requisitum, ut scilicet vota sint secreta juxta dispositionem S. Concilii Trid. loc. cit. Sigismund. ibidem num. 7. ubi testatur, ita fuisse declaratum à S. Congregatione Concilii, cujus declarationem adducit.

6 Deindè responderetur, quod si servandum sit secretum, si non sit servandum, debet saltem apparere omnium vota concurrere in eandem personam. Id autem fieri non potest, nisi eligentium vota fuerint scripta. Præsertim autem si statim in principio electionis fuerint electi tres scrutatores, atque aded fuerit inchoata electio per viam scrutinii ut per Speculat. loc. cit. §. 1. n. 52. Et ideo non poterit postea mutari. Electa enim una via, non potest ad aliam convolari, l. si quis agere, ubi Gloss. verb. præclusisse, C. de Codicillis.

7 Comprobaretur autem, quod Præfens jam in animo conceperat eligere personam sibi bene affectam, si protinus, nulla interposita mora post talem acclamationem confirmaverit illius electionem. Ad confirmationem enim non potest deveniri, nisi facta prius diligenti perquisitione de vita, moribus, & qualitate electi per Text. in c. postquam, & c. nihil est de elect. Archid. & Butt. in c. fin. eod. tit. in 6.

CONSULTATIO LXXIX.

An, & quatenus Regularis habeat factionem Testamenti? Voluntatem alterius declarare? Quomodo hac declaratio facienda?

1 In hac re primum dicendum est, verissimam esse propositionem, quod Regularis, etiam Superior, non habeat factionem Testamenti nec pro se, neque pro alio, sed non minus veram esse limitationem, quod Regularis potest pro alio declarare, & voluntatem alterius explere, aperire, & arbitrari. Ita firmat præ omnibus S. Rota in Rom. bonorum, sive fructuum 4. Maii 1646. coram Arguelles. Itaque etiam sine licentia Superioris, quando le-

gata, & declarationes respiciunt piam causam ut in citata decisione §. sed hinc difficultati in fine.

Deindè dicendum est, veram esse regulam, quod hujusmodi declaratio debet fieri cum juramento, sed nec minus veras esse limitationes, quando sine juramento declaratio sustinetur, ubi vel ad sunt conjecturæ, quod talis revera esset voluntas Testatoris, ut per Mantie. de conject. lib. 3. tit. 1. nu. 16. Rota in eadem Romana 16. Januarii 1652. Vel is, qui declarare debet non eligitur in simplicem testem, sed etiam in arbitratorem, ut ex decisione in Romana Legatorum 27. Maii 1639. coram Cardinali Verospio, inquit Rota in dicta Romana bonorum coram Zarate.

Postremò dicendum est, verum esse assumptum, quod tota substantia dispositionis non potest remitti in voluntatem tertii, sed non minus veras esse limitationes, quod ubi agitur de simplici declaratione voluntatis, vel de præscribendo, & arbitrando modos, quibus relictum erogari, & distribui debet, id potest in tertium remitti. Ita scribentes communiter, & speciatim Ruinus videndus conf. 19. lib. 2. ubi allegat Text. optimum in leg. quem heredi, ff. de reb. dub. Angel. conf. 201. num. 3. Cancr. var. lib. 3. cap. 20. numer. 7. ac sequentibus Peregrin. de fidei commiss. artic. 33. num. 58. ac Rota post aliàs in Bononiensi fideicommissi de Monterentis 27. Junii 1657. coram Dunozerro. Et de facultate distributoria tradunt cumulati à Paulo Rubeo de testament. cap. 50. num. 58. ac Rota decif. 178. numero 10. parte 6. recent. Et sine difficultate, quod etiam impossibile jam est, quod dispositio Testatoris reddatur inanis, vel quia tertius declaravit, vel quia etiam declaratione non facta, dispositio nihilominus subsisteret, ut bene fuit ponderatum in citata Bononiensi in fine.

Quando igitur Testator non remisit in regularem substantiam suæ dispositionis, quia ipse per se claris, & explicitis verbis instituit hæredem in proprietate, & usufructu, in quo constitit substantia, remisit benè declarationem, & dicamus etiam arbitrium circa modum erogandi, & convertendi hæreditatem, quod importat solam distributionem, firma remanente dispositione, hoc est permissum, ut in tertia limitatione probavimus.

Non obstat, quod Regularis possit declarare in eversionem dispositionis Testatoris. Qui si talem declarationem faceret, poterit semper hæres petere reductionem arbitrio boni viri. Aliud enim est remittere in liberam voluntatem tertii. Aliud in arbitrium, & declarationem tertii, ut scitè præ cæteris distinguit ad rem. Cancr. loc. cit. par. 3. c. 20. n. 100. & segg. & de reductione ad arbitrium Judicis, qui tali casu succedit in locum boni viri, est plena decisio in dicta Romana Bonorum 4. Maii 1646. coram Arguelles. Cessatque difficultas, si declaratio sit favore hæredis, sicque subintrat ponderatio decisionis in dicta Bononiensi in fine.

Si verò casus est ad terminos limitationum secundæ regulæ, non est necessarium juramentum. Nam quoad hæredem vehementer eruitur voluntas Testatoris, quod redditus hæreditatis convertantur in ejus beneficium. Respectu autem arbitrii Testator clarè ostendit, Regularem fuisse electum, non in simplicem testem, sed etiam in arbitratorem, ut de simili verbo videbitur, inquit Cancr. d. num. 100.

Si demum casus est ad terminos limitationis primæ regulæ, poterit Regularis stare in terminis declarationis, & meri arbitrii, & circa substantiam dispositionis tam respectu hæredis instituti, quàm substituti in casum contraventionis, dum nihil prorsus immutet, vel addat dispositioni Testatoris.

Et hæc quidem satis clara sunt. Cæterum si his addatur licentia Patris Generalis hæreditatem liberè, & pro arbitrio administrandi, & omnes circa eam juxta mentem Testatoris necessarios, & opportunos actus faciendi, res prorsus erit absque difficultate. Permittitur enim Regulari

Regularibus explere munus, & officium arbitrandi, exequendi, ac declarandi supream defunctorum voluntates de licentia Superiorum, c. fin. de testam. in 6. cum vulgò aliis.

CONSULTATIO LXXX.

An, & quatenus Monachi, siue Regulares possint assumi ad administrationem piorum legatorum? Quid de administratione beneficiorum? Quando censetur legatum pium, & quando beneficium?

1 Nulli dubium esse potest, quin legatum sit pium, non autem beneficium, quando ab Ordinario non fuit erectum in beneficium. Unde nequit in eo se immittere, nec erigere in titulum perpetuum, vel temporale ex prohibitione Testatoris. Quare dicitur legatum pium, non beneficium, Guidop. dec. 187. numer. 1. & segg. Navarr. conf. 5. de ben. Felin. conf. 45. numer. 2. & segg. Gonzal. gloss. 5. numer. 20. ac Rot. dec. 238. par. 5. rec. & in Menopolitana hebdomade 14. Decemb. 1612. & 1. Julii 1613. coram Manzanedo, & 22. Aprilis 1616. coram Card. Verospio, & in Calaguritana Capellanæ 17. Maii 1648. coram Melio.

2 Hinc sequitur, quod ex sui natura potest spectare etiam ad laicum, & ab ipso administrari. Imò etiam ad femina, Rot. decif. 182. numer. 2. par. 1. & decif. 264. nu. 1. par. 4. divers. ac Pegna decif. 151. per tot.

3 Et cum fundator non prohibeat, quin Monachi, siue Regulares possint ad hujusmodi administrationem assumi, non debent ullo pacto excludi, si non reliquerit aliquid nomine dotis, sed ut detur quantitas nomine stipendii, quo in casu absque dubio esse non potest beneficium, Lotter. lib. 1. q. 31. numer. 60. & segg. cujus stipendii non sunt incapaces Regulares, ut in terminis tradunt Navar. conf. 8. numer. 10. de testam. ubi quod habet tantam libertatem is, qui debet eligere, quantum haberet in curando celebrari alias Missas, & divina Officia. Quod sequitur Sanchez in decalog. lib. 7. c. 20. n. 5.

4 Nec refragatur decisio in Pampilonensi Capellanæ 19. Junii 1648. coram Card. Corrado. Quia loquitur in casu, in quo aderat inhibicio, ne possit Capellania dari alteri, qui non intervissit Ecclesiæ, in qua erant celebrandæ Missæ, & ideo ille, qui assumpserat Canoniarum Regularem in alia Ecclesiâ, dicitur effectus incapax illius legati. Quod est verissimum ex causa concordie, non autem quod aliàs de jure aliquid obstat, cum etiam Religiosus possit præferari, ut per Lambertin. de jure par. lib. 2. par. 1. q. 7. art. 10. n. 21.

5 Pariter doctrina Garzia de benef. par. 7. c. 10. numero 37. in addit. non videtur adaptari. Nam loquitur de Capellanâ erecta in titulum, non autem de non erectis, in quibus sine dubio viger diversissima ratio superius adducta.

6 Nullumque est inconveniens, quod in Ecclesiâ seculari officietur Capella à Regulari, qui non facit unum corpus cum aliis Presbyteris secularibus in dicta Ecclesiâ titulari, cum collegialiter non possint simul uniri Clement. 1. de elect. Secus autem si non constituent Collegium, sed ut singuli interveniant, ut per Anchar. ibi n. 1. Zabarell. nu. 5. Capra nu. 3. Imol. nu. 12. & Barbar. n. item 12.

7 Nec obstat, quod Regulares, præcipue Mendicantes, non possint habere proprium. Quia certum est, quod habere possunt administrationem pœnii, etiam ex jure novissimo, ut tradunt congesti à Sanchez loc. cit. 22. nu. 11. Bordon tom. 1. resol. 43. nu. 48. & si Dian. par. 1. tract. 6. resol. 32. & aliis omisissis firmat Rot. coram Burat. dec. 584. n. 2. & segg.

Sic etiam tollitur, quod Capellania fuerit alteri provisa, dum Regularis erat abfens, & ideo amoveri non debet jam provisus, ut per Garz. d. p. 7. c. 1. num. 73. Nam id

procedit in Capellano perpetuo, secus verò in Capellanis, qui sunt amovibiles ad nuntum, juxta celebre consilium 51. Butrii & Leon. de offic. Capel. q. 50. n. 251. ac Barbol. de jur. Eccles. lib. 3. c. 5. n. 16.

Magis vigeret, si Testator mandaret eligi Sacerdotem non subjectum, cum tamen Regulares sint subjecti suis Superioribus. Verum hæc subjectio censetur restricta ex causa missarum, non autem quod non sit subjectus aliis de causis. Aliàs ne alii quidem Sacerdotes seculares essent capaces, cum omnes subsint suis Ordinariis.

Minus refragatur observantia. Quia ex electione Sacerdotis secularis non potest induci observantia exclusiva Regularis, nisi probeur, exclusos fuisse Regulares proximiores juxta Caldetini conf. 19. tit. de præb.

CONSULTATIO LXXXI.

Declarata nulla prima electione, quibusnam Electoribus competat nova electio? Quanam probationes requirantur ad probandum recursum Regularis ad Judices laicos? Ubi effectus hujusmodi recursum.

1 Ad primum competere Electoribus ultimi Capituli invalidi, cum non possint admitti pro vocalibus electi in Capitulo nullo, ac declarato pro irrito. Nam electio, si de jure non potuit habere effectum, est reiteranda per Electores, ad quos redit jus eligendi, c. si electio 26. de elect. in 6. ubi Electores, atque alii congesti à Gonzal. gl. 45. §. 5. & 6. Sig. Im. à Bonon. de elect. dub. 12. nu. 1. & segg. Barbol. de jur. Eccles. lib. 1. c. 19. num. 238.

2 Ideoque facultas primorum eligentium non fuit consumpta, ut rectè advertit Gonzal. d. n. Nam electio nulla tunc non contulit dec. 868. num. 1. par. 4. divers. & redire ad eosdem electores, ait Sigismund. loc. cit. num. 3. & 4. Probetur ex Clem. exivi, §. Demum de verbor. signific. his verbis: Si fuerit infirmata, ad Capitulum Provinciale hujusmodi electio revertatur. Si debet reverti, ergo debent eligere iidem, qui prius elegerant, ut ibi tradit Zabarell. n. 23. inquit, Congregandum, prout in antea celebrato constitutum fuerat. Quod sequitur Franc. Marc. dec. 1360. n. 2. par. 1.

3 Quare electio sic facta est valida, nulloque pacto potest impugnari, nec aliquis contra illam audit aded, ut appellantes rejici debeant à limine judicii, nisi allegent in ipsa appellatione justas causas cum juramento, quod ex se sunt veræ, ac possint probari, c. ni contra, & c. 15. quod de elect. in 6. Clem. Constitutionem eod. tit. ac Rot. decif. 289. n. 38. & segg. p. 6. rec.

4 Ad secundum videtur probari hujusmodi recursum ex oppositione Judicis Ecclesiastici, cui nihil opponit recurrens. Hæc enim tacite nititur opponendi præcedente interrogatione in actu præjudiciali operatur confessionem, Sard. conf. 202. n. 38. Rot. dec. 237. nu. 2. tom. 2. p. 4. rec. ubi plures referuntur. Item probari videtur ex ipsa sententia lata per Judices laicos. Cum enim illa sit inscripta nomini ipsius Regularis recurrentis, ad ejus quoque instantiam, ac ipso petente lata dici debet juxta doctrinam Bartoli in l. ult. nu. 5. ff. de quest. quam passim sequitur Rota in his terminis, ubi, quod actus semper dicitur factus ad instantiam illius, de cujus commodo tractatur, Rota coram Pegna dec. 119. nu. 6. & coram Buratto dec. 335. nu. 4.

5 Eoque magis, si non agatur de privatione juris quæsitæ, sed de lucro, seu amissione juris quærendi, satis sunt probationes præsumptivæ, ut in hac specie firmavit Rota in Burgenli Abbatiæ 7. Febr. 1586. coram Centuccio, & latius coram Pegna inter ejus impressas dec. 111. nu. 2. & segg. ubi est casus, in quo opponebatur recursum ei, qui obtinuerat sibi provideri de beneficio. Quicquid igitur sit si ageretur de privando exempli gratia eum, qui cum jam esset Provincialis, habuisset recursum, certè ubi agitur de impedienda allequatione, & electione, solæ præsumptiones sufficient.

6 Nec refragatur, quod de excommunicatione ob hujusmodi recursum non fuerit oppositum. Nam electio facta de excommunicato est ipso jure nulla, c. Constitutio de appell. c. postulasti de Cler. excomm. ministr. Alter. de censur. tom. 1. lib. 2. disp. 6. c. 3. in princ. quera, atque alios allegat Labor. var. elacubr. tit. 4. c. 16. n. 83. ac ita, ut ne facta quidem, ab ignorantibus sustineatur, ut per Labor. loc. cit. Nec suffragetur confirmatio electionis. Nam intelligitur de confirmatione, si & quatenus ad formam S. Canonum Concilii Tridentini ac Statutorum Ordinis facta fuerit. Unde electio aliter facta non potest confirmari. Nihil enim confert confirmatio, quando electio in semetipsa est nulla, Abb. in c. ad probandum n. 5. de sent. & rejud. Labor. ibid. c. 25. n. 72. & segg.

7 At verò excommunicatio propter hujusmodi recursum ad effectum repellendi electum, debet plene, & concludenter probari, ut per Rotam dec. 534. nu. 8. & segg. p. 1. recent. ubi respondet objectioni, & firmat non sufficere præsumptiones, quæ aliàs sufficerent ad denegandum audientiam. Audiamus eandem S. Rotam, quæ hanc rem ita præclare more suo definit in Ulissiponteni Censuram 15. Decembr. 1633. coram Bevilaqua contra Patrem Joannem Andradam.

8 Quia præterquam quod hujusmodi recursum, & impedimenta nullo modo extant probata ex simpliciter fide, quæ regulariter fidem non faciunt, & ut plurimum fit, ut complacatur Patribus eam petentibus juxta vulgatam regulam in l. 3. Idem ff. de testib. Gloss. in c. præterea eod. tit. Roland. à Valle consil. 40. n. 5. & ubi admittenda esset in odium recurrentium ad Judices laicos, deservire posset pro audientia illi deneganda, ad quem effectum tantum modò solet adhiberi fides similibus scripturis informibus, ac minus legitimis, Felin. in cap. prudentia nu. 16. & 17. de offic. deleg. Bald. in leg. Publicati q. 8. in fin. de testam. & pluries Rota decidit, ut coram Seraph. dec. 1094. n. 7. coram Cocino dec. 425. nu. 8. coram Buratto dec. 448. nu. 1. & 6. & dec. 536. nu. 4. & dec. 632. n. 2. & 3. in rec. dec. 17. nu. 8. par. 6. & dec. 83. nu. 4. & dec. 309. nu. 2. par. 7.

9 Non autem ad effectum, ut declararetur excommunicatus. Nam tali casu agitur de præjudicio gravi, & propterea plena, & concludens requiritur probatio per Textum expressum in cap. ibi, probare valeat apertissimis documentis, de except. in 6. quoniam in terminis adducit Oldrad. consil. 183. nu. 16. Greg. dec. 96. nu. 1. & 3. Caval. dec. 529. n. 2. Merlin. dec. 179. n. 5. & dec. 751. in fin. p. 2. rec. Adten. ad Buratt. dec. 416. lit. A. & fuit dictum in Casarugustana beneficii de Linares 27. Aprilis 1644. §. At non fuit justificatum coram Bichio.

10 Cum igitur ex præmissis constet, allegatos recursum non esse justificatos, corrui etiam fundamentum, ex illis deducum ad arguendum Patrem Andradam innodatum remansisse excommunicatione in Bulla Cœnæ Domini, & per consequens sententia per Auditorem Cameræ lata redditor nulla, & uti talis, nullum quoque operatur effectum Sayt. de censur. lib. 1. cap. 16. nu. 42. Avil. eod. tit. par. 2. cap. 6. disp. 1. dub. 1. ante fin. Guetier. lib. 2. q. 9. can. cap. 4. nu. 36. Salzed. ad Diaz. in prax. crim. can. c. 33. v. est etiam.

Et ita utraque parte, &c.

CONSULTATIO LXXXII.

Constitutiones generales cujusdam Religionis disponunt confessionem propriarum culparum, mutuam proclamationem, & correctionem fraternam per unumquemque Fratrum in Capitulo faciendas. Quaritur an Definitorium generale ejusdem Religionis constituere possit, ne Conversi, aut Oblati, sive Donati publicis proclamationibus Sacerdotum, & Professorum vocalium interesse possint, nec ulli Converso, aut Donato licere

quomquam Sacerdotum, aut Clericorum Professorum, & vocalium privatim, vel palam in Capitulo proclamare?

R Espondeo id nullo modo videtur tolerandum. Quia cum Constitutiones Generales sint auctoritate Apostolica confirmatæ, sunt omnino observandæ ad tradita per Abbatem in cap. dilecti nu. 14. de præbend. Felin. in cap. Cum accessissent nu. 4. & 7. ibique Dec. nu. 19. de constitut. cum aliis per Rot. decif. 19. nu. 2. p. 7. rec.

Præterea cum ejusmodi confessio, necnon mutua correctio, & proclamatio spatio quamplurimum annorum ab ipso prædictæ Religionis exordio observata fuerit, nullatenus permittendum videtur, quod immutari possit hujusmodi laudabilis consuetudo. Tum quia hæc est potentior statuto, & transactio, ut probat Felin. in c. quod super nu. 10. de major. & obed. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 45. §. 1. n. 79. cum aliis per Barbof. in axiom. jur. usi freq. axiom. 86. n. 5.

Tum etiam quia ex ea per spatium tanti temporis fuit jus quæsitum, & præscriptum ad favorem Conversorum, & Donatorum, ad tradita per Aym. conf. 111. n. 7. & 25. qui ad hunc effectum possunt quemcumque titulum allegare ex cumulatis à Gabr. concl. 1. n. 71. de præscript. Et propterea Capitulum generale non potest juri prædicto ad sui favorem, mediante novo statuto præjudicare, Rot. decif. 3. de reb. Eccles. non alienand. Dec. in cap. Cum accessissent nu. 54. ibique Felin. nu. 4. de constitut. Abb. in cap. In Genesi nu. 2. de elect. Card. conf. 131. in princ. Oldrad. conf. 172. nu. 31. latè Anchar. conf. 298. nu. 3.

Quibus accedit, quod hujusmodi nova Constitutio adversatur intentioni Religionis ad hanc Religiosam, & mutuam charitatem inter omnes fratres fovendam, insuperque Clericis, & vocalibus interesse permittit confessioni Conversorum, & Donatorum, eisdemque in Capitulo corripere, & proclamare concedit, & contra, quod eidem denegat, summam continet iniquitatem, non solùm Sacris Canonibus, ac juri civili, sed etiam naturali præcepto contrariam propter vulgatas regulas, de quibus in c. non licet de reg. jur. in 6. & in l. non debet. ff. eodem, & rot. tit. ff. quod quisque jurio.

Nec obstat, Capitulum generale, posse novas leges condere, & antiquas mutare. Nam id non procedit ad solam statuentium commoditatem, & tertii præjudicium, ut perspicue decernit Text. in c. Cum omnes de constit. & in c. mutare de reg. jur. in 6. in l. non potest, ff. eod. Et propterea certum est, quod licet apud Episcopum, & Capitulum residet facultas nova statuta condendi, & antiqua mutandi, ut fusè firmat Rota dec. 697. n. 1. coram Merlino, attamen non procedit, quando statutum antiquum, ut in hoc casu concernit tertii utilitatem, ut in specie probat Dec. in d. c. Cum accessissent n. 3. de Constit. Gemin. in c. 1. n. 19. eod. in 6.

Quinimò cum ex antiquis Constitutionibus resultet quoddam privilegium reciprocum in hæc materia inter Clericos, & Conversos, ut in simili tradit Aretin. in leg. non amplius, §. si certum, ff. de leg. 5. ubi Jason. nu. 13. non potest tolli, aut in eo dispensari per solos Clericos per novum statutum, ut post Battium probat Abb. in cap. at si Clerici, §. De adulteris numer. 10. de judic. Cardin. conf. 150. Gemin. in cap. licet Canon sub initio nu. 8. de elect. in 6. Et enim in iis, quæ omnes tangunt, major pars Capituli non præjudicat minori, in d. sufficit quod unus tantum reclamet ex traditis per Gloss. & Felin. in d. c. cap. Cum omnes nu. 15. de constit. cum aliis per Rot. dec. 81. nu. 19. & dec. 82. nu. 31. apud Tamburin. de jur. Abbat. tom. 1.

Nec relevat ad hanc novitatem colorandam, quod incommodum sit, Conversos interesse confessionibus aliorum toto tempore Capituli, cum vacare debeant servitijs Monasterii. Nam Conversi hujusmodi rebus vacantes,

tes, excusantur à Capitulo prout hæcenus servatum est. Quod verò Conversi abutantur jure proclamandi privatum est per easdem Constitutiones ponis hoc casu insignendis quibus opportunius consultitur huic prætenso malo, quam abrogatione Constitutionis.

Minusque relevat, quod minimè deceat, Conversos interesse confessionibus Sacerdotum, & aliorum vocalium. Quia contrarium videmus in Religione Prædicatorum, Minorum, aliorumve apud quos laici absque ulla distinctione interfunt hujusmodi Capitulis, estque de jure, ut hujusmodi Conversi admitti debeant unà cum Clericis ad omnes actus Monasterii, exceptis spiritualibus, ut diffusè tradit Abb. in cap. In Ecclesia n. 5. & 6. de insu. Quia licet non sint Clerici, prout erant antiquitus omnes Monachi, sunt tamen personæ Ecclesiasticæ, ut ibidem asserit Abbas, & propterea in Religione Minorum, & aliis laici, & Conversi eligebantur olim ad Prælaturas, ut testatur Lezan. tom. 1. q. regul. c. 10.

Denique non obstat, Conversos, tanquam laicos non posse de jure Clericos accusare. Nam, omisso, quod hoc procedit in merè laico, habitu, & professione, de jure etiam Conversus potest accusare, ac denunciare proprium Abbatem, etiam non petita venia ut exerit statutus in c. ex parte de accus. & in terminis probat Abb. in c. Illa præpositorum n. 2. eod. tit. Et cum in hoc casu agatur de accusatione merè civili, in qua Conversi habent proprium interesse, etiam si essent merè laici, non possunt excludi ab accusatione Clericorum, ut in specie firmat Abb. in c. cum P. Manconella n. 6. ubi Doctores communiter de accus.

CONSULTATIO LXXXIII.

De recusatione Judicis Regularis, sive delegati, sive Ordinarii Sufpicio Judicis delegati quomodo probetur? Quando dari debeat adjunctus? Causa recusationis Judicis Ordinarii. Recusatio Judicis quam sit favorabilis? Hac in re praxis Curiarum.

Sufpicio Judicis delegati, non autem Ordinarii, probatur solo juramento recusantis, ut firmat Rota coram Caputaq. dec. 102. p. 1. & de stylo testatur Ridoph. in prax. c. 7. n. 127. p. 1. Et in hoc casu ad differentiam Judicis Ordinarii, non datur adjunctus, sed delegatus omnino remouetur, ut tradunt Doctores in l. apertissimi, C. de jud.

Quæ sanè eo libentiùs videntur admitenda, si non modò Jdex à parte adversa fuerit exquisitus, verum etiam ad illius favorem in causa simili pronunciarerit. Quod solùm exuberaret ad illius reculationem etiam si ageretur de Judice ordinario juxta ea, quæ tradit Aret. conf. 29. n. 25. Innoc. in c. Irrefragabili sub initio de offic. Ordini. Capyc. dec. 146. ac servè alibi.

Accedit, quod recusatio Judicis, tanquam defensio de jure natura, ut decernit Textus in can. suspecti 3. qu. 5. est adeo favorabilis, ut ne à supremo quidem Principe sine causa repelli soleat ad tradita per Abbat. in c. Cum inter n. 8. ubi etiam Felin. de except. & propterea jure meritoque maximè.

Unde Curiarum praxis est, ut suprema Tribunalia faciliè aures præbeant commissionibus suspencionis Judicis, præsertim in principio causæ gravis, & magni præjudicii, ut de signatura Justitiæ testatur Marchef. de commiss. par. 2. tit. de commiss. suspic. Jud. §. 1. n. 6. ad 31. Et ad hunc effectum sufficit quælibet levis causa, ut probant Glo. Abb. & alii. in c. cum R. Canon. de off. deleg. & firmat Rot. in Gerund. administrationis 6. Octob. 1574. cor. Robulterio apud eund. Marchef. post d. §. 1. nu. 3. Vide plura de hac re in nostro tom. 9. de qua fusè, latèque diximus.

CONSULTATIO LXXXIV.

An Regulares retinere possint in Civitatibus, Oppidis, aliisque locis simplex hospitium? Tom. X.

Affirmant Ospedes, Donatus, Lezana, Peyrinus, Bordonis, alique Regulares, quos adduxi tom. 1. consil. 79. n. 35. Nam, inquit, Constitutiones Pontificiæ, earumque requisita, quæ concurrere debent in fundatione Conventuum, non habent locum in hospitio simplici.

At verò ex Constitutionibus Apostolicis prohiberi etiam hujusmodi hospitia, probavimus loc. cit. Nunc addimus, quod simplex hospitium, si concedatur, habere non potest Ecclesiam, sed tantum Oratorium privatum, cujus ingressus in viam publicam immediatè non respondeat, nec sit in plano, nec habeat campanam, nec ibi ministrari possint Sacramenta, nec continuum permanentem Religiosorum, nisi infirmorum, & servientium, nec sepulturam, nisi specialiter concedatur. Ita sæpiùs declaravit S. Congregatio super Episcopis, & Regularibus; ut die 7. Januarii 1617. 3. Aprilis 1618. 16. Novem. 1646. 10. Decemb. 1649. & 26. Aprilis 1652. ac alibi. Et quarentibus Capucinis, an retinere possint in loco Carignenæ Casarugustanæ Diocesis simplex hospitium, in parvo regesto rescriptorum, ac resolutionum dictæ S. Congregationis ad anteleptas preces, ita respondit. Ex audientia Sanctissimi 24. Novembris 1660. Capucini d' Aragona, Sanctissimus renuit, & 2. Augusti 1661. ita decrevit. S. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis juxta aliàs resoluta, censuit, ac decrevit, prout presentium tenore decernit, Fratribus Capucinis non licuisse, neque licere, nedum præteritam Conventus erectionem, verum etiam, nec Hospitium in dicto loco Carignena retentionem. Ac proinde committendum esse, prout harum serie pariter commisit Archiepiscopo Casarugustano, ut omnibus juris, & facti remediis opportunis, ac etiam per censuras Ecclesiasticas eisdem Fratribus Capucinis inde discedere, & hospitium prædictum destrere omnino, cogat, & compellat, appellationibus, Judicium deputacionibus, eorumque inhibitionibus, ceterisque in contrarium non obstantibus quibuscumque.

CONSULTATIO LXXXV.

An, & quatenus de rebus Ecclesiæ, etiam Regularis, fieri possit compromissum, ac eligi in arbitrum Princeps secularis? Et an hujusmodi compromissum, & laudum inde sequentium sit approbandum, ac sustineri valeant?

Respondeo negativè, & non posse sustineri ex defectu potestatis. Quamvis enim possint Ecclesiastici de rebus propriis compromittere in laicum ut probatur in c. exposta, & c. dilecti de arbit. & tradunt Abb. conf. 83. n. 1. & segg. p. 2. Marth. de juris d. p. 4. cent. 1. cas. 40. nu. 5. qui num. 7. verius existimat, esse necessarium consensum Episcopi, & c. 120. n. 3. Bellef. disp. cler. p. 1. tit. de favor. Cler. real. §. 2. n. 71. Attamen super rebus Ecclesiæ, vel spiritualibus non possunt in laicum compromittere; c. contingit, ubi Ostien. n. 4. Abb. n. 1. & 4. de arbit. Felin. in c. 2. n. 8. ac Dec. n. 195. de jud. Scac. de judic. lib. 1. c. 11. nu. 37. Carol. de Grass. de effect. Cler. effect. 1. n. 838. Barbof. in collect. ad d. c. contingit n. 2. ubi alii Grat. discept. 379. n. 1. ac segg. ubi ait esse non posse laicum arbitrum inter laicum actorem, & Clericum reum in quocumque possessorio, sive agatur actione personali, sive reali.

Et licet aliqui dubitaverint de rebus temporalibus Ecclesiæ, attamen quod neq; de ipsis possit in laicum compromitti, saltem absque superioris assensu, post Gloss. & Abbat. in c. si diligenti de for. comp. asserit de Grass. loc. cit. n. 861. ac Rom. conf. 375. n. 3. Admittuntque posse laicum esse arbitratorem, sive amicabilem compositorem. Dec. in d. c. 2. n. 4. de jud. Bellef. ibid. nu. 72. & Barbof. loc. alleg. n. 3. ubi plures. Id tamen videtur solum recipiendum in iis casibus, in quibus Clericus, sive persona Ecclesiastica potest absque solemnitate bona Ecclesiæ alienare, secus autem quando non potest alienare; tunc enim neque de

illis potest compromittere sine licentia Superioris, ut per Roman. conf. 364. n. 18. Soccin. Sen. conf. 18. num. 33. & segg. vol. 1. qui ponderatis hinc inde, quae pro utraque parte solent afferri, hanc dicit veniorem, & magis communem opinionem, ut sequitur Bellet. loc. cit. p. 1. tit. de de Cler. debui. §. 6. n. 1. & segg. latè Ricc. in pract. emphyt. Eccles. p. 3. c. 165. n. 3. ac segg.

Hinc cum Regulares, qui certè non possunt sine assensu Superiorum bona suarum Ecclesiarum alienare, neq; Confraternitates aliavè, qui subjiciuntur Constitutionibus Apostolicis, quae prohibeat alienationem rerum Ecclesiae, ut si Confraternitates sint erectae auctoritate Ordinarii ad opus pium, si habeant Altare, si subjiciantur visitationi Episcopi, ut per Barbof. de jur. Eccl. lib. 2. c. 8. nu. 88. ac Rota in Romana Spolii 4. Julii 1625, & 31. Januarii 1629. coram Coccino, & in Caietana bonorum 3. Decemb. 1646. coram Cardinali Cerro, in qua fuit firmatum hujusmodi Confraternitates non esse merè laicales, nequeunt compromittere, siquè bona sint mobilia sed sacra, ut Cruces argenteae, vel aureae, Calices, aliavè, quae quoad solemnitatem requisitam in alienatione æquiparantur immobilibus, Redoan. de reb. Eccl. non alien. 9. 7. n. 15. & 16. ne quidem potest de iis fieri compromissum in laicum arbitratorem, ut præter allegatos tradit idem Redoan. loc. cit. q. 8. n. 7. Ricc. in practi. par. 3. resolut. 165. ubi ait, id procedere immobilibus, quae servari possunt, cumque res Sacrae dicantur annexae spiritualibus, Redoan. dict. c. 7. nu. 16. Laicus arbiter non potest in illis se ingerere, Blanch. de compromiss. q. 2. nu. 62. & saltem requirunt, ut ei adjungatur arbiter Clericus ex permissione Episcopi, ut per de Grass. d. effect. l. n. 180. Bellet. d. §. n. de favor. Cler. real. n. 69. & Blanch. d. q. 2. num. 64. de quo infra.

Quae magis amplexari debemus, si eligatur in arbitrum Princeps, habens jurisdictionem in loco, ne prætextu hujusmodi compromissionum aperiat viam se immiscendi in iis, quae spectant ad Ecclesiasticos, ac turbandi Ecclesiasticam jurisdictionem, cogendo partes ad compromittendum in se, tanquam amicabilem compositorem, ex traditis à Blanch. cit. q. 2. n. 41.

Et quidem in d. c. contingit de arbit. certum est, quod de rebus spiritualibus in laicum compromitti non potest. Imò non valet compromissum in laicum super rebus vel causis spiritualibus. Nam etsi d. c. contingit, simpliciter prohibeat, gesta tamen contra legis prohibitionem sunt ipso jure nulla, licet lex non procedat ulterius ad irritationem actus, ut per Doctores in c. Cum accessisset de constit. & nos alibi. Et ita intelligunt Canonistae dict. cap. contingit, dum alunt, non posse in laicum de rebus spiritualibus compromitti. Negant enim potentiam ad Gloss. in cap. 1. v. non potest de regul. jur. in 6. quam Barbelus, aliique Legistae sequuntur in l. Gallus, ff. de liber. & postibus. Et expressè hujusmodi compromissum, seu arbitrium non tenere, firmat in d. cap. contingit, Gloss. v. Si vero compromittatur, quam Butt. nu. 4. ac ceteri sequuntur.

Et quamvis Textus adducat rationem, quia non decet, ut in talibus laicus arbitretur, tamen, ut aiunt Ostien. n. 4. & Jo. Andr. n. 2. nec debet, neque expedit. Et secundum Abbatem in ult. notab. id, quod non decet, non licet, ut hic, quamquam aliquando, quod non decet, liceat, ut in c. Magna de vot. & in c. 1. de spons. impub.

Itaque laicus non potest esse arbiter in causa spirituali, sicut non potest esse delegatus, nisi delegatio ei fieret à Pontifice, can. præter hoc §. verum d. 32. c. Mennam 2. q. 5. & can. nos si ead. q. 7. ac plenè notatur in cap. decernimus de judic. per Gloss. in d. c. contingit ad fin. Innoc. n. 2. Ostien. n. 5. Boich. & Bellam. n. 2. & Abbas n. 1. Nec potest in talibus esse Judex, etiam in causa reconventionis, ut in c. 1. de mut. pet.

Ratio autem est, quia spiritualia negotia laici tractare non debent, c. Massana de elect. ne illorum arbitrio tan-

lia disponantur, in quibus eis manet necessitas obsequendi, non auctoritas imperandi, can. bene quidem dist. 96. Et quoniam si res spiritualis in laicum compromitteretur, ex illius judicio videretur pendere talis rei dispositio cum tamen de universa Ecclesia malè judicet, qui judicium quatit laicorum, can. placuit 11. q. 1. & d. cap. contingit per Gloss. ibi, ac Ostien. n. 4. qui addit, hoc procedere, etiam de jure civili, ut in auct. de Eccl. tit. §. Si verò collat. 6. & sequitur Jo. Andr. n. 5. gloss. 1.

Quod quidem ampliatur primò, ut habeat locum, 9 etiam Episcopi auctoritas intercedat. Quia sicut nullus inferior Summo Pontifici potest laico causam spiritualem committere, ita nullus inferior Pontifice potest de jure spirituali in laicum compromittere. Et quamvis oppositum tenuerint Vincent. in d. c. contingit, Innoc. in princ. & nu. 2. ac Joannes in can. plures in gloss. verb. discernant 16. qu. 1. at tamen primam opinionem Glossae sequitur indistinctè Ostien. n. 1. & 5. & Bellam. post Henricum n. 2. & 3. qui tutiorem ait Abb. n. 3. qui veritorem appellat. Quia Textus in d. c. contingit, generaliter prohibet, ne hujusmodi compromissum fiat in laicum. Ergo nullus præter Papam, potest hanc Constitutionem violare, cum inferior Constitutionem Superioris non possit tollere, nec moderari, aut illi aliquatenus detrudere, ut in Clem. ne Romani de elect. Est quæ adèd expressum in can. Institutionis 25. q. 2. ut responderi non possit secundum Archid. in c. licet Canon n. 3. de elect. in 6. Fagnan. in c. dilectus de temp. ordin.

Præsertim quia hæc prohibitio est Concilii Generalis, in quo non dispensant Episcopi ut est Text. in Extravagan. Joannis XXI. Sancta Romana §. Quidam autem, ibique notat Gloss. v. Concilii Generalis de Relig. domib. & huic opinioni suffragatur Textus in c. decernimus de jud. ubi est expressum, non debere Prælaturum negotia Ecclesiastica laicis committere per eos tractanda.

Ampliatur id secundò, ut ne quidem incidenter de re spirituali compromitti possit in laicum. Nam de talibus Judex laicus, ne incidenter quidem potest cognoscere, c. tuam de ordin. cognit. c. lator qui fil. sui legit. & in d. cap. contingit, tenet Gloss. & Innocent. num. 1. Ostien. num. 4.

Id tamen limitatur primò, si compromissum de re spirituali fiat in laicum, & Clericum simul. Propter enim mixturam Clerici sustinetur per Text. in cap. ex parte de arbit. Nam magis dignum trahit ad se minus dignum, ut res potius valeat, quam pereat, cap. Quod in dubiis de consecr. Eccles. & cap. Abbate de verbor. significat. Quod procedit, etiam si unus tantum sit Clericus, & plures laici, ut est casus in dict. cap. ex parte, dummodò tamen ejusmodi compromissum fiat auctoritate Superioris, prout ibi factum fuit auctoritate Archiepiscopi, alioquin non valeret, ut illic patet, & tenent Gloss. in dict. cap. contingit, ver. sed si compromittatur, Ostien. numero primo, Henric & Bellam. num. 2. Butt. num. 4. Abb. numero 3. & Gloss. fin. communiter approbata in d. cap. ex parte.

Nex obstat, quod causa spiritualis non possit delegari simul Clerico, & laico, ut per Abb. in dict. cap. contingit numer. 4. Nam arbitrari de re spirituali non est actus spiritualis secundum Joan. Andr. in dicta cap. ex parte, & Martin. de Salva, relatum à Bellamer. loc. cit. numero 3. Nec ab eo removetur laicus, nisi propter decantiam, & auctoritatem judiciorum, & arbitrorum, quæ instar judiciorum sunt redacta, merito in Clericum, & laicum potest compromitti auctoritate Superioris. At judicare de causa spirituali est quid spirituale, ut in cap. quanto de judic. Laicus autem non est capax juris spiritualis, etiam admixto Clerico, ut probatur in d. c. Massana de elect. & notat Jo. Andr. in d. c. nobis de jurepatr. & Abb. in d. c. contingit, num. 4.

Limitatur secundò, si compromissum fiat in laicum 14 de rebus Ecclesiae non spiritualibus, sed merè civilibus,

seu temporalibus. Nam valet compromissum, ut firmat Gloss. in d. cap. contingit, ubi cum solum prohibeatur de spiritualibus, censetur de temporalibus permittere, can. qualis 25. q. 1. d. cap. exposita de arbit. & c. nonne de præsumpt. & tradunt Innoc. in d. c. contingit n. 1. Ostien. n. 1. Jo. Andr. n. 5. Henric. sub initio, Bellam. nu. 2. Butt. nu. 3. & est casus in d. c. dilecti de arbit. & in d. c. exposita. adèd ut in tali compromisso, nec requiratur consensus Judicis Ecclesiastici secundum Tancredum, Innoc. & Ostien. in d. c. dilecti, & Bellam. in d. c. contingit nu. 2. qui etiam allegat Archid. in canon. Clericum 21. qu. 1. licet Goffred. contra sentiat in d. cap. dilecti. Quod intelligendum est, dummodò compromissum fiat de jure, secus si de facto, cum qua distinctione respondendum est ad illam questionem, an de re spirituali possit in laicum compromitti, tanquam in arbitratorem, sive amicabilem compositorem.

Etenim aut compromissum hujusmodi fit de jure, & de facto, ita ut liceat arbitratori controversiam dirimere pro libito suæ voluntatis, & uni rem auferre, alteri dare, compromissum non valet. Quia ne quidem in Clericum potest sub hac forma de rebus spiritualibus compromitti, ut respondit Gemin. conf. 109. & scribit Fagnan. in c. 2. nu. 10. & segg. de arbit.

Aut compromissum in arbitratorem fit de jure tantum, ita ut teneatur controversiam amicabiliter decidere, & componere, tanquam vir probus, & declarare cui ex compromittentibus res de jure debeat, in quo casu dissident Doctores. Nam sunt, qui absolute negant, laicum esse posse arbitratorem in causis spiritualibus, sive Ecclesiasticis, ita Abb. in d. c. Contingit n. 1. Andr. Sicul. in c. 2. de jud. & Roman. in l. Titia col. 5. ff. de sol. matr. ubi refert se ita consuluisse, ut haberet in eius conf. 299. n. 9. & segg. ubi hoc extendit, ut ne incidenter quidem in causa spirituali laicus possit esse arbitrator.

Rationes multæ sunt. Primò, quia Textus in d. c. contingit, generaliter prohibet, fieri compromissum in laicum de re spirituali, nec distinguit, an in arbitrium, anve in arbitratorem. Ac proinde generaliter est intelligendus, l. non distinguemus, ff. de recept. arbit. cum similibus; præsertim quia Textus reddit rationem prohibitionis, quia non decet, ut laicus in talibus arbitretur. Quæ ratio militat etiam in arbitratore secundum Rom. d. n. 9.

Deindè quia laici nec principaliter, neque ministerialiter possunt tractare negotia Ecclesiae, ut videtur probari in d. c. 2. de jud. ubi post alios Abb. ac ceteri hoc ipsum tenent, ponderando illud verbum, tractare, quod generale est.

Postremò, quia in his spiritualibus non potest transigi, c. super eo de transact. Arbitramentum autem est quædam transactio, ut per Gloss. in auct. ad differ. judic. §. Si verò contigerit. v. Conventuum, Oldrad. conf. 176. n. 1.

Alii verò asserunt, compromissum de re spirituali fieri posse in laicum, tanquam arbitratorem, quod amplexantur Doctores communiter, nominatim Ostien. & Jo. Andr. in c. fin. sub init. de rer. permut. Roman. d. conf. 299. Speculat. in tit. de arbit. §. restat, Bald. in d. c. 2. col. fin. de judic. & in tit. de pac. Constantia, v. possessionis, Anchar. conf. 34. num. 7. & conf. 98. in princip. Quod probavit Romanus, sibi contrarius conf. 173. Alex. in l. quoties C. de jud. & conf. 91. colum. 2. lib. 2. & Joan. de Anan. in cap. sicut in uno colum. 1. de heret. quos sequitur Dec. in d. c. 2. nu. 4. ubi ait, hanc esse communem opinionem, & ab ea non esse recedendum. Idipsum testatur Mandof. ad Roman. d. conf. 299. ubi etiam adducit Ruinon. conf. 66. num. 12. lib. 4. & Felin. in cap. Cùm sit generale num. 3. de for. compet. & pro hac opinione Ostien. & Joan. Andr. allegant cap. cum tempore de arbit. & d. cap. contingit, & cap. penult. eod. & cap. nisi de prebend. Et hæc sententia tenenda est. Rationes eruantur ex responsione ad argumenta primæ opinionis.

Non obstat prima ratio, quia Textus in d. c. contingit, procedit in arbitrio, prout loquitur, non autè in arbitratore. Ratio differentia est, quia arbitria ad instar judiciorum sunt redacta, ut l. rem non novam §. i. de judic. Nam arbiter dicitur, qui eligitur, ut Judex, ut scilicet procedat in substantialibus, observato ordine judiciali, ac licet dirimat coram se captam, vel coram alio, l. i. l. qualem, & l. diem, §. stari. ff. de recept. arbit. Unde arbitrium definitur trium actibus personarum, sicut in judicio confligentium, vel causa in dicendo jure voluntatiè posita. Atque ita quamvis arbitri de re spirituali non sit actus spiritualis, tamen ab eo removetur laicus, propter decantiam, & auctoritatem judiciorum, & arbitrorum. Hæc autem ratio indecentia cessat in arbitratore, quia eligitur, ut aliquid æstimer, & sine ordine judiciali dicat, & arbitretur quod sibi videatur, & amicabiliter componat, ut in fin. de empr. & vendit. §. pretium, l. si societatem ff. pro socio, l. si quis arbitratus ff. de verb. oblig. cum hujusmodi aliis secundum Innoc. in c. Quintavallis num. 5. de jurejur. & cum eo ceteri Canonistæ. Nec arbitramentum dicitur propriè sententia, nec quasi sententia, sed implementum compromissi, idèdque actio oritur ex compromisso non ex arbitramento ut per Cardin. conf. 139. n. 6. Quod est Saliceti, & Jo. de Anania conf. 16. num. 3. & complures alias differentias inter arbitrum, & arbitratorem recensent Innoc. Ostien. & Bellam. loc. cit. Non igitur mirum, si de re spirituali in laicum compromitti non possit, ut in arbitrum. Simile in auct. si verò contigerit de jud. Ubi patet in Judicem posse compromitti, ut in arbitratorem, non ut in arbitrum.

Minus obstat secunda ratio. Quia laicus etiam in spiritualibus procurator esse potest, cap. 1. de procur. in 6. & acceptare potest beneficium pro Clerico absente, ut notat Joan. Andr. in cap. accedens de prebend. quem ceteri communiter sequuntur, ut testatur Dec. in d. cap. 2. num. 6. de judic. & consuluit Calder. conf. 122. aliàs 1. de prebend. Item laico causa civilis Ecclesiastica ab Episcopo delegari potest, & tenet Gloss. in d. c. 2. v. non presumant, quam omnes approbant, testante Decio ibidem num. 7. Atque adèd laici non prohibentur negotia Ecclesiastica spiritualia tractare, tanquam ministri, Neque restringitur Textus in d. c. 2. Quia verbum, tractare, ibi accipitur non ita generaliter, sed prout congruit rubrica de judic. sub qua collocatur leg. Imperator ff. de in diem addict. & notatur in l. Si verò, §. Si verò, ff. locat. & ita laici prohibentur ibi tractare negotia Ecclesiae, scilicet judicando. Quod suadent verba ibi posita, nempe: Prælatis de negotiis Ecclesiasticis laicorum judicio non disponant, atque ita, quod supradixit, videlicet: Laici Ecclesiastica tractare negotia non presumant, intelligi debet judicando, ac disponendo, non autem, ut nudi ministri.

Nec refragatur tertia ratio. Nam, etsi de his spiritualibus non possit fieri transactio, potest tamen fieri amicabilis compositio, ut per Anchar. d. conf. 34. nu. 7. Jo. de Anan. in c. post miserabilem nu. 20. de usur. & Felin. in c. cum sit de for. compet. Quia transactio de sui natura requirit, ut aliquid detur, promittatur, vel retineatur, l. i. ibi que Gloss. i. ff. de transact. l. 3. C. de repud. hered. Gloss. in l. Tuores, §. ab eo, v. transactum, §. de administrat. tutor. Angel. conf. 240. Unde fieri non potest in spiritualibus sine labe simoniae d. cap. super eo, Gloss. in cap. fin. v. Temporalis de rer. permutat. Item transactio dicitur species alienationis, l. si profundo, C. de transact. & notat Bald. in c. si vassallus de beneficio suo in fine, si de feud. contr. fuor. inter domum. & agn. & in c. 1. de contro. inter vassall. & alium de benef. Rom. conf. 160. n. 1. Tiraq. de usurog. retract. tit. 1. §. 1. gloss. 14. n. 66. & segg. & post num. 55. merito de spiritualibus, quæ alienari prohibentur, non potest transigi, & ob has rationes non valet compromissum in his spiritualibus de jure, & de facto, ut diximus. Hæc autem omnia cessant in amicabili compositione, ut in cit. c. super eo de transact.

24. Porro compromissum factum in laicum de re spirituali, tanquam in arbitrum arbitratorem, sive amicabilem compositorem, pœna adjecta, sustinetur, ut sic re magis valeat, quam pereat, c. *Abbate de verb. significo.* & utile per inuile non vitetur, ut in regula *uile in 6. l. 2. §. conversio, vers. proinde de judic.* ac tenet Joan. de Anan. in d. cap. post miserabilem, & n. 20. estque ex mente Ostien. in cap. 2. n. 4. de arbit. per cap. nisi de praben. ubi Compromissarii fuerunt assumpti, ut arbitri, & tamen ordinatio valet, ut arbitroris, quia ut arbitri valere non possit.

25. Et suffragatur, quod notat Specul. tit. de arbit. §. penult. aliis ut. vers. sed pone, ubi tenet, si compromissum fuerit in aliquem, ut arbitrum arbitratorem, nec appareat quo jure pronunciauerit, dictum ejus sustineri eo jure, quo melius valere potest. Et quamvis ibi concludat valere jura arbitri, hoc tamen dixit, quia in sub casu utroque jure valere potuit. Ergo ex mente ipsius, si ut arbitrium valere non potuisset, debuisset valere ut arbitramentum, ne partes censerentur elegisse viam, per quam iudicium suum infringereur l. miles ff. de testam. mil. & l. Claudius ff. de acqu. hered. ac ita declarat Bald. in l. non codicillum n. 7. c. de testam. Et nihilominus, etiam si utroque jure valere possit, tamen sustineri, ut arbitramentum, cum hoc sit humanius propter reductionem ad arbitrium boni viri. Contra Specul. tenet. Collectar. post Ostien. in d. c. 2. n. 5. & Bellam. ibid. n. 18. in 3. q. de arbit. similiter secundum Innoc. in d. c. Quintavallis de jurejur. propter naturam negotii intelliguntur electi, ut arbitratore, ubi aliis de mente non apparet. Et hoc casu secundum Jo. Anan. loc. cit. cautela est, ut in laudo arbitrator declarat se procedere, tanquam amicabilem compositorem juxta plenè notata in d. c. Quintavallis.

26. An autem super quaestione usuraria fieri possit compromissum, præsertim in laicum, vide Abbat. in d. c. conringit n. 2. Anan. in d. cap. post miserabilem de usur. & Felin. in d. c. Cum sit n. 3. de for. compet. Et quid de causa electionis vide pariter Innoc. in d. c. Contingit in fin. concludentem negativè. Idemque ait Jo. Andr. etiam in fine per c. Messana de elect.

CONSULTATIO LXXXVI.

An & quatenus Religiosi Clerici, & Conversi possint intervenire Capitulis sua Religiosis?

Negativè respondendum est ex dispositione juris communis in c. ex eo 32. §. In Ecclesiis quoque de elect. in 6. Cujus hæc sunt verba: In Ecclesiis quoque regularibus, vel Monasteriis hi, qui non sunt sacri, vel expressè professi, non debent cum professis vel Conversis laicis cum Clericis electionibus interesse. Id ipsum decernitur in Clem. ut ii de atat. & qualis, quod confirmat Sac. Concilium Trident. sess. 22. c. 4. de reform. per hæc verba: Quicumque in Cathedrali, vel collegiata seculari, vel regulari Ecclesia divinis mancipatus officis in subdiaconatus ordine constitutus non sit, vocem in hujusmodi Ecclesiis in Capitulo non habeat, etiam si hoc sibi ab aliis liberè fuerit concessum Unde sumitur regula, quod laici careant voce activa in electione Prælati regularis, ut de mente Textus tradunt Cuch. instit. moral. lib. 4. tit. de elect. n. 14. Suarez de relig. tom. 4. lib. 2. c. 4. n. 3. & Barbof. de jur. Eccles. lib. 1. c. 19. n. 49.

Cum igitur obstat ipsis dispositio juris communis, debent laici ostendere privilegium Apostolicum, vel statum Apostolica auctoritate confirmatum, vel consuetudinem legitime præscriptam, per quam hujusmodi jus eligendi vel ipsis concessum fuerit, vel legitime præscriptum, ut expressè declarat Gloss. in d. c. ex eo v. electoribus, & latè comprobant Barbof. loc. cit. n. 49. ac Sigismund. à Bonon. de elect. dub. 91.

Et quamvis in Constitutionibus alicujus Religionis continerentur hæc verba: Ille verò, qui eligitur Sacerdos

fit, vel Clericus ordinibus aptus, ex iis tamen non tribuitur laicis jus activum eligendi. Argumentum enim à contrario sensu strictè accipitur respectu ejus, quod continetur in sensu directo, ut advertit Butr. in cap. Cum Apostolicam in ult. notab. de his, qua sunt à Prælat. Fab. An. conf. 90. n. 14. Ideo cum in sensu directo dicatur dumtaxat, ille qui eligitur, sit Sacerdos, vel Clericus, à sensu contrario potest solum inferri, cum qui sacerdos non est, vel Clericus, eligi non potest; ac nunquam potest inferri, electionem fieri posse in laicum, de quo nihil dictum fuerat in sensu directo, ut abundè tradit Honded. conf. 10. n. 5. Canc. var. resol. p. 2. c. 10. n. 78. & dixit Rota apud Mantu. decisi. 283. n. 3. & apud Buratt. decisi. 116. n. 12.

Quod sanè certum est. Quia de jure communi prohibetur laicis vox activa. Et ideo Constitutio præcipiens eligi Sacerdotem, trahi non potest ad indulgendum laicis vocem activam in correctionem juris communis juxta Glossam communiter approbatam in l. Cupientes §. Quid si per viginti v. petere de elect. in 6. Bald. in l. 1. n. 1. c. de inutil. stipul. Dec. conf. 364. n. 10. Everat. in sua topica loc. à contr. n. 9. Rota coram Buratt. dec. 116. n. 11. & latè in Romana, sive Perusina Omisus 11. Decemb. 1644. coram Bichio. Et quod casus omisus cadat sub dispositione juris est Textus in l. Cum dorem, & l. commo-dissime ff. de lib. & posth. Rot. dec. 22. n. 10. & 18. coram Buratto.

Quapropter casus hic non decisis à Constitutione, remanet sub censura juris prohibentis laicis consortium eligendi, ut rectè ratiocinatur Castr. conf. 106. n. 1. & seqq. lib. 2. Cravet. conf. 289. n. 1. Grat. discept. 376. n. 17. Czf. Manent. dec. 63. n. 4. & Rota in Romana versiffatum verò.

Præsertim si adfuerit longissima observantia, inconcusè observata, non admittendi Conversos, sive laicos ad vocem etiam activam. Observantia enim præbet verum intellectum dispositionibus, licet verba habeant à jure veriorum intellectum contrarium, Greg. dec. 184. n. 8. Buratt. dec. 944. n. 6. Rota in S. Severinæ decimarum 28. Junii 1647. coram Tarraconensi.

Secus autem tenendum est, si adit clara Constitutio, quod Clerici, & laici conversi admittantur in Capitulis, præsertim Conventualibus. Cum enim Constitutio sit confirmata in forma specifica cum insertione illius tenoris, ad Text. in c. si Apostolica, ubi Gloss. v. Confirmamus de prob. in 6. Felin. in c. Cum accessissent n. 4. & seqq. de Constit. cum aliis per Rot. dec. 743. n. 13. coram Merlin. & decisi. 46. n. 2. coram Alexandro Octavo, tanquam Constitutio Pontificia omninò servanda est. Abbas in c. Dilect. n. 14. de prob. Felin. loc. cit. n. 4. & 7. ibique Dec. n. 19. Gabr. concl. 7. n. 20. tit. de clausac Rot. decisi. 19. n. 2. p. 7. rec.

Et quidem quod attinet ad Conversos perspicua est dispositio juris communis, secundum quam ii, si fuerint professi, admitti debent una cum Clericis ad omnes actus capitulares Conventuum, excepta electione, ut probat Textus à contrario sensu in c. In Ecclesia in fine, ibi: Sed in aliis debent interesse, de instit. Rodriq. tom. 2. qua regul. 51. art. 5. Bord. resol. 53. q. 72. n. 84. Pellizar. tom. 2. in 9. c. 8. sess. 1. n. 123. dicens omnes Religiosi professi jure communi indistinctè habent vocem in negotiis Conventuum tractandis. Quia cum hæc omnes tangant, debent ab omnibus approbari, & cum sint communia omnibus, singuli admittendi sunt ad ea, etiam in sacris non constituti, ut in specie tradit Vitalin. in Clement ut ii, n. 14. de atat. & qualis.

Idque præcipuè si concurrat dispositio regulæ in forma specifica confirmata, quæ nullam quoad hæc distinctionem facit inter Clericos in sacris constitutos, ac minoribus ordinibus tantum initiatos, & Conversos, sed omnes communi fratrurn nomine ad vocem activam in Capitulis localibus pro negotiis, & admissione novitiorum admittit.

Unde;

Undè, licet de jure canonicè laici conversi cum Clericis non debeant interesse electionibus, per Textum expressum in c. ex eo, §. In Ecclesiis quoque de elect. in 6. ubi tamen vel ex Constitutione approbata per Summum Pontificem, vel ex consuetudine præscripta Conversi laici admittendi forent, hoc jus eis negandum non est, ut ait Gloss. in d. §. In Ecclesiis, ut Electionibus, ac tenent Mirand. in manual. Prælat. regul. tom. 2. q. 23. art. 4. concl. 4. Barbof. de jur. Eccles. 1. lib. 1. c. 19. n. 49. & in collect. ad d. c. ex eo n. 8. in fin. ubi aliis referuntur.

Rationem addunt Innoc. in c. 2. n. 2. n. 2. de instit. quod in istis laicis professis, qui professione sunt regulares, & Ecclesiastici atque in Monasteriis degunt, non viget illa juris resistentia, & incapacitas, quæ militat in aliis. Id ipsum repetit Gloss. in cit. cap. ex eo, d. v. electionibus, inquit non obstat, quod in talibus non valeat consuetudo. Quia illud dico verum secundam Inolam, & Innoc. & Ostien. de laicis professione, & habitu, non de Conversis. Cum ergo Conversus sit Ecclesiastica persona, tale jus spirituale præscribere potest. Dum enim jus commune hujusmodi Conversos in d. c. ex eo ab electionibus dumtaxat excludit, eos ad omnes alios actus Conventuales admittit, ut in specie tradit Abb. in d. c. in Ecclesia n. 7. in fine de instit. quod etiam tradit Calder. conf. 30. de regul. ubi observat, quod hujusmodi Conversi, quia tria substantialia promittunt, non differunt à Monachis, aut Canonicis regularibus, & eorum appellatione comprehenduntur, sed Conversi appellantur, quia de facto non ordinantur, vel ordinari non possunt, & ideo regulariter, excepta electione, gaudent privilegiis, oneribus, & honoribus Reguliæ. Si autem alii professi. Siquidem Professio trium votorum est de essentia Religionis, nempe paupertatis, obedientiæ, & castitatis, non autem Clericatus. Vide Navar. conf. 10. de regul. n. 2. ac Pinot. lib. 2. hist. Canon. Regular. cap. 81. ubi multa contra statutum Monachorum, quibus ex privilegio concessus fuit Clericatus.

Eoq; magis si concurrerit etiam in hoc casu agritudo, & capacitas Converterum interessendi electionibus, aliisque Contractibus pertinentibus ad Monasterium, non solum quia vigore professionis sunt persone Ecclesiasticæ, sed etiam quia ita cavetur in eorum Constitutionibus, cessaretque omnis difficultas ex observantia, quod fratres Conversi admittantur in Capitulis conventualibus. Interpretatio enim quæ fit ex observantia, tanquam aliarum interpretationum regina, omnibus est præferenda, Rota dec. 184. n. 8. coram Gregorio, & decisi. 944. n. 6. coram Buratto cum aliis in dec. 165. n. 20. coram Alex. VII.

Quod verò ad secundum, nempe ad vocem activam in electionibus respectu Clericorum professorum, cessat etiam omnis difficultas, si id eis Constitutio concederet. Et quamvis Textus in Clem. ut ii de atat. & qualis. nec non S. Concilium Tridentinum c. 4. sess. 22. de refor. statuunt, ut habentes vocem in Capitulis debeant esse sacris ordinibus initiati, attamen cum hujusmodi Concliales dispositiones non comprehendant Monasteria, & Conventus Regularium, sed Ecclesias Collegiatas Canonicorum Secularium, aut Regularium dumtaxat, ut declaravit S. Congregatio Eminentiss. S. Concilii Tridentini Interpretum 22. Maii 1777. his verbis: Quoniam decretum Concilii non comprehendit Monasterium Regularium, sed Ecclesias Seculares, de quibus ibi sermo est, prout sunt Cathedralis Pampilonensis, Calaguritanæ, & aliæ Collegiatae in Hispania, ut testatur Card. Bellarm. ad d. c. 4. Concilii sess. 22. & in specie tuetur Rodriq. tom. 2. qua regul. 51. art. 5. Bord. resol. 53. q. 72. n. 84. Pellizar. tom. 2. in 9. c. 8. sess. 1. n. 123. dicens omnes Religiosi professi jure communi indistinctè habent vocem in negotiis Conventuum tractandis. Quia cum hæc omnes tangant, debent ab omnibus approbari, & cum sint communia omnibus, singuli admittendi sunt ad ea, etiam in sacris non constituti, ut in specie tradit Vitalin. in Clement ut ii, n. 14. de atat. & qualis.

Unde; Idque præcipuè si concurrat dispositio regulæ in forma specifica confirmata, quæ nullam quoad hæc distinctionem facit inter Clericos in sacris constitutos, ac minoribus ordinibus tantum initiatos, & Conversos, sed omnes communi fratrurn nomine ad vocem activam in Capitulis localibus pro negotiis, & admissione novitiorum admittit.

Unde sequitur, quod etiam, inspecto jure communi, Clerici professi, licet factis ordinibus non insigniti, admittendi sunt ad vocem activam in electionibus, cum ad hunc effectum sufficiat sola professio, ut decernit Text. in d. c. ex eo §. In Ecclesiis, ubi Gemin. n. 1. de elect. in 6. Innoc. in d. c. In Ecclesia n. 2. de instit. Abbat. c. 1. n. 9. de procur. Felin. in c. non dubium n. 3. de sentent. excom. Suarez de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 3. n. 3.

Idemque dicendum est de Conversis, supposita dispositione Regulæ ad eorum favorem, quo in casu cessat dispositio juris communis vigore d. c. ex eo §. In Ecclesiis, quod Conversi laici non debeant cum Clericis interesse electionibus. Quia lex generalis non derogat particulari Constitutioni, aut consuetudini, aut Statuto, etiam præcedenti, quod tanquam quid facti præsumitur ignorari à Pontifice, nisi de illo expressam mentionem faciat, ut per Text. in c. licet. ubi communiter Doctores de constit. in 6. Et in hac specie, quod laici, & Conversi possint, non obstante prædicto c. ex eo, habere vocem in electionibus ex particulari Constitutione, aut consuetudine Religionis, tradit Jo. Andr. in d. c. ex eo in fin. Innoc. in cit. cap. In Ecclesia, Miranda loc. cit. tom. 1. quest. 23. art. 5. Pelliz. d. tract. 9. cap. 2. q. 2. sect. 2. n. 92. & Fagnan. in cap. Messana de elect. Vitalin. in d. Clem. ut ii, n. 13. inquit: Ubi est dare aliquos non deputatos ad divina officia, sicut est laicus, & Conversus in Ecclesiis regularibus, tunc statim juri antiquo, ut tales non repellantur à voce capitulari, ex eo, quod non sunt in sacris, dum tamen id haberent ex privilegio, statuto, fundatione, vel consuetudine. Quod docet praxis plurium Religionum, præsertim Sancti Francisci, in qua conversi laici admittuntur, nedum ad vocem activam, sed etiam ad passivam in electionibus.

Nec obstat, quod examen idoneitatis aliarumque qualitarum recipendorum ad professionem fieri non possit per Clericos tyrones in Religione. Quia cum ad effectum admissionis duo requirantur, idoneitas recipiendi, & facultates Conventus recipientis, Primum satis præstat per examen, quod fit à Superiore, & aliis ad id deputatis. Secundum verò cum respiciat interesse totius Conventus, approbati debet ab illius familia. Quod etiam docet praxis Religionis Minorum, ac Minorum, apud quos S. Congregatio sub anno 1642. & 1648. declaravit jus suffragandi in receptione novitorum spectare, nedum ad Clericos professos, sed etiam ad laicos, & Conversos.

Quod videtur non solum conforme dispositioni Regulæ, ac juris communis, sed etiam necessitati, ex quo plerumque superiores ad se convocandum in regimine Conventuum, nolunt permittere Clericis ascensum ad sacros Ordines, nisi post aliquos annos, & sibi bene affectis. Sicque administratio rerum temporalium dependet à sola voluntate duorum, vel trium Sacerdotum cujus libet Conventus. Quod an sit laudabile, ac proficuum alii judicent.

Minus obstat observantia contraria. Quia cum dispositio Regulæ, ac juris communis in contrarium satis sit perspicua in favorem Clericorum, & Converterum, præsentia observantia non relevat, estque rejicienda per Textus in leg. ille, aut ille §. Cum in verbis ff. de legat. 3. Rota coram Gregorio XV. decisi. 184. n. 5. & dec. 319. n. 3. & 4. par. 6. rec. cum aliis, quos in terminis similis observantia contra statutum Religionis Hierosolymitanæ refert, ac sequitur Rota in Melevitana Comendat. 11. Maii 1657. §. non obstat observantia, coram Dunozeo Decano. Ac præsertim si observantia dederit causam litii, quo in casu non est attendenda, Rota decisi. 66. n. 10. par. 7. rec. & decisi. 159. n. 13. ac seqq. coram Alexandro Octavo.

Quibus accedat, quod cum Regula, sive Constitutio Religionis contineat clausulam sublata, & decretum irritans, qualibet observantia in contrarium est nullius roboris, ac momenti per Textum in cap. si eo tempore de elect.

elect. in 6. c. 1. de concess. prob. etiam in 6. Gonzal. ad regul. octavam gloss. 67. num. 12. cum seqq. Grat. discept. 283. nu. 3. & 791. n. 13. ac Rota dec. 178. nu. 3. p. divers. Cassad. dec. 1. num. 8. de restit. spoliat. Gabr. claus. 3. nu. 56. ac Rota dec. 31. num. 2. ac decif. 66. num. 8. par. 7. rec. cum aliis in decif. 187. num. 1. & decif. 814. num. 6. & decif. 846. num. 18. coram Merlino.

20 Neque etiam obstat, si in aliquo novo statuto Religionis disponeretur, admittendos esse in Capitulo Conventuali Clericos initiatos ordine Sacro dumtaxat. Quia, præterquam quod hujusmodi statutum non esset forsitan confirmatum auctoritate Apostolica, cum deroget juri quæsitto ad favorem Clericorum, & Conventorum ex dispositione Regulæ, ac juris communis, fieri non poterit, ipsis speris, ac inauditis, ut tradit communiter Doctores in c. Cum omnes de Constit. ac in terminis similibus novi statuti in præjudicium fratrum Conventorum, sive Laicorum Tertii Ordinis Sancti Francisci, necnon Congregationis Fulienfis, sive Cisterciensis Reformatorum declaravit Sacra Congregatio 6. Aprilis 1646. & 12. Augusti 1660. referente Eminentiss. Cardinali Franciotto.

21 Denique non obstat, quod argumentum à contrario sensu non admittatur in statutis ad correctionem juris communis, & propterea quod ex reservatione vocis activæ ad favorem Clericorum, & Sacerdotum inferri non possit, quod è contra vox activa debeat etiam fratribus Conventis, Tum quia jus Conventorum ad vocem activam non deducitur ex solo argumento à contrario sensu in statutis semper admittitur, etiam ad correctionem juris communis, quando statutum in sensu directo nihil operatur, ut tradit Bald. in l. observare §. Proficiendi de offic. Proconsul. Fulgof. in l. libertia C. de collat. Cravet. conf. 105. num. 7. lib. 1. Corneus conf. 91. col. 2. lib. 5. Dec. conf. 616. col. 2. post nu. 6. cum aliis per Malcard. de general. statut. interpr. concl. 4. n. 31. in fine.

CONSULTATIO LXXXVII.

An, & quatenus à P. Abbate Generali advocari possit causa ejus subditi regularis? ubi strictim de causis avocationis, & quid ea sit?

1 Censeo, non esse locum avocationi, sed causam esse terminandam coram Patre Abbate Generali, coram quo fuit in prima instantia inchoata. Habet enim Abbas Generalis jurisdictionem ordinariam ex dispositione Sacri Concilii Tridentini sess. 24. cap. 20. de reform. verbis illis: coram ordinariis eorum, quorum appellatione non modo veniunt Episcopi, sed etiam exempti, Episcopalem jurisdictionem habentes, qualis est Abbas Generalis, ut per Rodriq. tom. 1. quest. regul. 36. art. 4. Rot. decif. 100 post Farinac. par. 4. prax. crim. Paris. de resign. lib. 3. q. 11. n. 19.

2 Et dato, non autem concessio, quod præfatus Abbas non veniat appellatione Ordinarii in dicto decreto Sacri Concilii, non tamen idcirco ex eo sublata fuerunt Conservatorie Regularium, etiam quod causæ graves sint, & plenariam cognitionem requirant, ut censuit ejusdem S. Concilii Congregatio in Mediolanensi ac refert Rota in Offensi jurisdictionis 12. Decembris 1614. coram Ubaldo. Conservatorie autem hujusmodi Abbatibus Generalibus à Sede Apostolica tributa, & confirmata leguntur passim apud scriptores.

3 Eoque magis, si ad majorem suæ jurisdictionis ordinariæ firmitatem, haberet etiam jurisdictionem à Summo Pontifice specialiter ad id delegatam. Unde non potest de jure causam hujusmodi Commissarius sibi avocare, saltem qua dictus Abbas Ordinarius est.

4 Primum, quia hoc esset in præjudicium ejusdem Ordinarii, ut per Suarez de Paz. in præf. tom. 2. prælud. ult. n. 18. Sarav. de jurisd. Adm. q. 7. n. 7.

5 Deinde quia hoc esset in grave damnum actoris pro-

pter sumptus litis, & probationum difficultatem, cum cogeret causam agere extra proprios lares, ut per Oltien. in Sum. tit. de remm. §. nam possunt col. 1. Sard. decif. 41. num. 5. & decif. 277. num. 9. & seqq. Grat. disc. 892. num. 10. ac 11.

Ad hæc maximè, si pars non producat acta jam agitata coram Ordinario. Certum autem est, quod qui petit avocari causam, sive sit actor, sive reus, teneatur acta producere, Goidop. dec. 441. Matt. in compil. dec. v. causa c. 5. tom. 1.

Quod verò coram Ordinario, sive Commissario fuerit in causa inducta pendentia litis, atque adeo quod præcesserint acta constare poterit ex confessione partis in libello, sive Commissione, quam portigit his, aut similibus verbis prævia avocatione causa, & causarum hujusmodi à dict. Abbate. Confessio enim facta in libello plenè probat contra Confitentem, ut firmat Text. in c. fin. de jurejur. in 6. & tradunt Ruin. conf. 41. num. 3. vol. 4. Avocatio enim causarum nihil aliud est quam litis pendentia coram Inferiore ad Superiorem absque provocacione facta translatio, ut ait Benintend. dec. 41. Gaill. dec. pariter 41. & Marth. d. tom. 1. c. 4. ad fin. d. v. causa.

Postremò quia deficit causa sine qua avocatio non præsumitur, neque datur, cum sit odiosa, Cassad. dec. 2. n. 6. de appell. & decif. 1. num. 1. de rescript. Felin. in cap. ad audiendam 2. fallent. 10. eod. tit. ac Rota coram Caval. dec. 117. num. 3.

Causæ autem, propter quas datur avocatio, solent esse, si Judices ordinarii intra mensem, Partibus instantibus, justitiam ministrare renuant, aut judicium aperire denegent, sive illud in longum protrahant, ut testatur Milynget. dec. 82. par. 5.

CONSULTATIO LXXXVIII.

An, & quatenus faciendum sit à Curia Romana remissio causarum, etiam Regularium, ad Judices Regni Franciæ, ut ab iis definiantur?

Quoties agitur de sententia lata prævio processu formali, & in contradictorio judicio, & Partes sunt de Regno Galliarum, ac jus, de quo dicebatur, est in Regno, locum habent concordata inter Leonem Decimum, & Franciscum Primum impressa in Bullario Romano tom. 1. quorum particulam dabimus in fine. Quia cum concordata sint clara, quod causæ debeant usque ad tertiam sententiam inclusivè cognosci in partibus, dubitari non potest, quin sint observanda cum transiverint in vim Contractus, Crescent. dec. 2. & 5. de Summus Pontifex nunquam derogat Concordatis, sed potius semper illa excipit, & præservat, ut latè per Gonzal. ad regul. 8. gloss. 25. n. 8.

Eoque magis, quia hæc concordata strictè custodiuntur, atque observantur, dum causæ Regni Franciæ djudicantur in Curia Romana, sed omnes cognoscuntur à suis Judicibus in partibus, & propterea multò magis observanda sunt, cum non sint immutanda, quæ semper certam, & diuturnam consuetudinem habuerunt, l. si de interpretacione §. l. de quibus ff. de legib.

Juncto etiam decreto irritante, expressè apposito à Pontifice in hoc concordato, ex quo Judicium in Curia Romana vanum, infectumque esset. Quia decretum irritans tollit vires sententiæ ac ejus executionem impedit, Cassador. decif. 12. num. 5. & 6. ac 7. & Gabr. de claus. conclus. 3. num. 51.

Accedit plerumq; impossibilitas cognoscendi causas in Curia Romana. Quia non datur partibus facultas transportandi processum sine quibus non potest cognosci, an sententiæ sint justæ, an in justæ. Et quamvis interdum deferantur aliqua jura, adhuc tamen constare non poterit, an ex illis fuerit lata sententia. Quia non probat hoc esse, quod non contingit abesse, leg. neque natalis C. de probat. Et acta sunt integrè transmittenda ad Judicem

dicem appellationis, non solum ex dispositione juris communis l. 2. Cod. de eden. Sed etiam ex dispositione Sacri Concilii Tridentini sess. 14. cap. 20. §. Præterea de reform. Ideoque, actis non integrè transportatis, nequit procedi in causa appellationis, & aliter lata sententia non est attendenda l. si cum nulla, ubi Gloss. & Doctores ff. de re judic. Mohed. dec. 3. nu. 1. & 2. de testam. Seraph. decif. 615. nu. 5. ac in Lunensi Sarzanensi jurisdictionis 3. Julii 1623. coram Rembolfo, & in Romana spolii domus 20. Novembris 1624. coram Manzanedo.

Et quamvis Concilium loquatur tantum de actis coram Episcopo, illud tamen decretum obtinet etiam in actis coram quocunque Judice Ecclesiastico, ut latè firmavit Rota in Toletana habitus 10. Junii & 6. Novembris 1626. coram Pirovano.

Particula autem concordati est hujusmodi: Statuimus quoque, & ordinamus, quod in Regno Delphinatus, & Comitatus, prædictis omnes, & singula cause, exceptis majoribus in jure expressè denominatis, apud illos Judices in partibus, qui de jure, aut consuetudine præscripta, vel privilegii illarum cognitionem habent, terminari, & finire debeant.

Et ne sub umbra appellationum, que nimium, & nunquam frivole interponi consueverunt, atque etiam in eadem instantia ad prorogationem litium sæpe multiplicari, injuste vexationibus materia præbeatur, volumus, quod si quis offensus coram suo Judice, justitia completum habere non possit, ad immediatum Superiorem per appellationem recursum habeat, nec ad aliquem Superiorem, etiam ad nos, & successores nostros, & Sedem Apostolicam, omisso medio, nec à gravamine in quacunque instantia ante definitivam sententiam quomodolibet appellatur, nisi forsitan tale gravamen existerit, quod in definitiva reparari nequeat, & eo casu non nisi ad immediatum Superiorem liceat appellari.

Si quis verò immediatè subjectum Sedi Apostolica ad eandem Sedem duxerit appellandum, causa committatur in partibus per rescriptum usque ad finem litis, videlicet usque ad tertiam sententiam conformem inclusivè, si ab illis appellari contigerit, nisi propter defectum denegata justitia, aut justum metum, & tunc committi debeat in partibus convicinis, & cum causarum expressione, qua etiam de illis, etiam legitime, alias quam per juramentum coram Judicibus à Sede Apostolica deputandis constare debeat. Processus autem contra præmissa attentatos nullos, & irritos esse volumus, ac rescripta contra præmissa impetrantes in expensis, damnis, & interesse condemnari debere decernimus, atque declaramus.

CONSULTATIO LXXXIX.

An, & quatenus in Ecclesiis Parochialibus, que membrasunt Abbatiarum, requiratur concursus?

1 Si Episcopus ante provisionem Ecclesiæ Parochialis, factam ab Abbate regulari, celebraverit concursum juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini sess. 24. cap. 18. non est ei deneganda manutentio, secundum vulgares conclusiones, & in hac specie extat. decif. 539. nu. 2. in fine, par. 2. recent.

2 Unde non obstat, quod Ecclesia sit membrum Abbatia, atque adeo, quod in illius provisione non requiratur concursus per decif. 99. par. 3. recent. Quoniam ad hunc effectum est attendendus ultimus status, qui unioni repugnat, Rota in Vicensi Parochialis 20. Junii 1650. coram Bichio §. Uniones autem, & in decif. 564. nu. 13. p. 5. recent. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 28. n. 104.

Præterea unio est concludenter probanda, Rota in d. Vicensi, vel per publicum instrumentum, vel præsumptivè per præsumptiones ad id sufficientes, ut si probaretur, quod Abbatia sit domina bonorum Ecclesiæ, si tradat dumtaxat hujusmodi Parochis aliquam annuam præstationem, si illa sustineat onera Ecclesiæ, & hujusmodi

alià, quæ ad probandum unionem ponderat in his terminis Rota d. decif. 99. p. 3. recent.

Neque intervi potest, collatio, sive præsentatio pertinet ad Monasterium, ergo est illi unita. Nam hoc jus provenire potest ex capite Iurisdictionis. Rota in Valentina Rectoria 12. Junii 1650. coram Bichio §. Et ex abundantia.

Et quatenus unio probaretur, adhuc non sufficeret pro excludendo concursu, nisi ulterius comprobaretur, quod cura habitualis resideret apud Monasterium. Nam Ecclesia unita, quæ habet curam actualem, & habitualem provideri non potest sine concursu, ut ex mente Sacrae Congregationis Concilii dixit Rota decif. 179. sub initio part. 2. recent.

Multoque minus allegari potest, quod Ecclesia sit Regularis. Nam ad id, ut dicebam, attendendus est ultimus status, Doctores in cap. cum de beneficio de prebend. in 6. Rota decif. 2. de prebend. in nov. & decif. 154. num. 3. part. 1. recent. & in d. Valentina Rectoria coram Bichio §. firmato.

Idque præsertim, si pro regularitate non adducantur sufficientes probationes. Non enim attendendæ sunt antiquæ provisiones factæ in persona regulari. Quia nisi concludenter doceatur, illas fuisse observatas spatio quadraginta annorum, in nulla sunt habendæ consideratione, concurrentibus aliis provisionibus in seculari aded; ut in hoc casu semper dicendum sit, beneficium fuisse seculare, nec considerari possit, quod statum regularitatis beneficio impressum, subsequenter provisiones factæ secularibus immutaverint, ut firmavit Rota in dicta Valentina §. Prout nec applicatur, cujus particula his subjicitur.

Et quatenus etiam probaretur à principio impressus status regularitatis, adhuc tamen per longissimi temporis cursum, quo beneficium secularibus provitum, fuit, status dicitur mutatus Rota d. decif. 1. de prebend. in nov.

Et quamvis admitteremus, quod quando mediante titulo Commendæ providetur seculari regulari beneficio, illud non mutet statum juxta decisionem Pegnæ 443. de qua re nos alibi, id tamen ad summum procederet respectu Abbatia, quæ in titulum commendæ confertur, non autem quoad beneficium, quod nunquam probatur collatum fuisse titulo commendæ.

Sicuti etiam nihil relevat ad probandum regularitatem beneficii, quod illud pertineat ad collationem Monasterii regularis, quia sæpius regulares tenentur conferre seculari, & hoc casu seculare dicitur Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloss. 8. nu. 38. Lotter. loc. cit. lib. 1. q. 34. nu. 8. Rota in Valentina d. 8. ex abundantia, & in Montis Casinensis Parochialis 17. Februarii 1648. coram Bichio §. A qua receptissima post Dianam tom. 9. in fine.

Sicque plura concurrant, quæ convincant secularitatem, præsertim quia est in statu collativo, quod non convenit Regulari, Gonzal. gloss. 5. §. 6. & quia super eo liberam semper exercuit jurisdictionem Ordinarius. Quod si esset regulare, illi non fuisset licitum. Obstat enim exemptio.

Particula decisionis in Valentina hæc est: Prout nec re applicantur, quæ dicuntur de mutatione status, negando, quod allegatæ provisiones Apostolicæ ex defectu voluntatis, & Ordinarii ex defectu potestatis mutaverint statum hujus beneficii de regulari, & manuali in seculare, & collativum. Quia cum unica datur antiquissima collatio facta regulari, nempe fratri Iacobo Bonetto de anno 1331. ideoque non probatur antiquissimus status regularitatis originaliter, aut quadragenaria præscriptione constitutus, ut oportet cap. cum de beneficio de preb. in 6. Gonzal. ad regular. 8. gloss. 7. num. 8. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 34. num. 45. Rota coram Buratto decif. 636. num. 1. & post Modern. Pisan. de jurepatr. dec. 44. num. 5. non intat quæstio mutationis status, sed allegatæ provisiones, & collationes factæ secularibus collativum, & seculare

secularè perpetuò fuisse beneficium declarant, Rot. dec. 482. n. 1. coram Gregorio XV. dec. 57. nu. 9. & seq. p. 6. rec. dec. 656. n. 6. coram Pegna, & in Pampilonensi præceptoria 21. Februarii 1611. coram eodem.

13 His addo sequentem Sacræ Rotæ Romanæ decisionem coram Meltio, in Bononiensi Parochialis 24. Aprilis 1691.

DECISIO.

Per obitum Francisci Sambucchi, secutum de mense Novembris 1648. vacante Ecclesia Parochiali S. Mamæ in Civitate Bononiæ, fuit ab Eminentissimo Cardinali Archiepiscopo ejusdem Civitatis indictus concursus juxta dispositionem Concilii Tridentini, & Constitutionis Pii V. at quia in termino edictorum se se opposuerunt Abbas, & Monachi Monasterii S. Proculi Ordinis S. Benedicti prætendentes jus conferendi eandem Parochialem ad ipsos spectare, eo quia illa esset unita eorum Monasterio, atque Ecclesiæ; fuit inter Syndicum Mensæ Archiepiscopalis ex una parte, ac Abbatem, & Monachos ex altera ventilata controversia hujusmodi coram Vicario Archiepiscopali, qui citatis citandis, decrevit Mensam Archiepiscopalem, ac illius Syndicum manutendos esse in quasi possessione liberè conferendi, & propterea ad ulteriora proceden. esse in concursu, reservatis tamen juribus eisdem Abbatibus, & Monachis agendi in judicio petitorio; Unde prosecuto concursu fuit pro magis idoneo præelectus Philippus Bosius, qui etiam adiit Sanctissimum pro obtinenda collatione ratione mensis reservati. Sed postmodum mihi commissa causa in gradu appellationis ad instantiam eorumdem Abbatibus, & Monachorum, fuit per Procuratores mensæ, ac Philippum Bosium de d. Parochiali provisi adita Signatura pro obtinenda reformatione d. Commissionis, à qua emanavit scriptum cum clausula sine præjudicio concursus arbitrio Rotæ, ad cuius formam proposito sub hac die per me dubio, An intrer arbitrium pro retardatione, visum fuit DD. non intrare. Nam cum illud veniat regulan. à juris dispositione Cas. de Grassi. dec. 7. & 8. nu. 2. de sent. & rejud. Rot. decif. 641. nu. 1. par. 1. divers. & in recent. dec. 365. nu. 1. par. 1. dec. 698. nu. 1. par. 2. & dec. 289. nu. 3. par. 7. ac sæpius in aliis, de jure est quod non retardetur exequutio literis Apostolicis, neque detur appellatio suspensiva adversus provisionem factam de Parochiali per concursum, ut sancitum fuit in Conc. Tridentin. sess. 24. c. 18. de reform. vers. nec prædictorum examinatorum relationem, ac in Constit. Pii V. de quibus per Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glo. 9. §. 1. in annot. contra nullitat. & attent. nu. 209. cum aliis relatis per Rot. in Celfon. Parochialis 17. Novembris 1642. coram R.P.D. meo Peutingero. Add. ad Buratt. dec. 22. nu. 39. quod eo magis procedit in hoc casu, in quo habemus decretum etiam latum ex remedio possessorii summariissimi per Vicarium ad favorem mensæ Archiepiscopalis Bonon. atque illius Syndici, per quod fuit declaratum illos manutendos esse in quasi possessione liberè conferendi Ecclesiam Parochialem S. Mamæ, & idè procedendum esse ad ulteriora in concursu, ac ejus collatione; quod pariter appellationem suspensivam rejicit etiam de jure canonico, ut per Seraph. decif. 1295. nu. 1. & 2. nec quidquam refert, ut causa reperitur commissa cum clausula arbitrio, quia nihilominus illud denegatur ut firmavit Rot. dec. 211. nu. 1. & seqq. inter impress. apud Moder. de manut. & fuit etiam resolutum in Cæsaraug. decimarum 12. Decemb. 1650. §. 1. in fin. coram me.

Neque obstat nominatio, & admissio Vicarii facta per Abbatem Monasterii S. Proculi in personam Jo. Platessii sub prætextu quod d. Parochialis S. Mamæ sit unita, & idè ut fieri non potuerit ab Ordinario concursus, sed Prælatum Monasterii qui est etiam Rector Ecclesiæ unitæ præsentare teneatur, ac Ordinarius solum approbare possit juxta trad. in cap. 1. de capit. Monach. Rot. in recent. dec. 102. nu. 1. & 9. ubi alia allegantur par. 2. dec. 153. nu.

2. part. 2. decif. 445. nu. 2. par. 5. & dec. 16. nu. 12. par. 6. Buratt. dec. 214. nu. 1. & ibi Add. Duran. decif. 2. nu. 2. quod est etiam juxta dispositionem Constit. Pii V. de Vicariis, quæ est in ordine la 47. de qua per Rot. d. dec. 16. par. 6. rec. sub nu. 17. quia respondetur quod obiectum procedere possit, quatenus unio de qua principaliter quaeritur probaretur clara, & indubitata, ita ut altiore indaginem non requireret; cum ex illa excludatur quæcumque reservatio ex latè deductis coram R.P.D. meo Orthobono in Regien. Parochialis 31. Maii 1649. sub §. certum est enim, & in Vicen. Parochialis 20. Junii 1650. coram R.P.D. meo Bichio, necnon in Barchinon. Parochialis de Palau. 5. Decembris 1650. coram R.P.D. meo Albergato. Hujusmodi autem probatio in proposito proferri deficit, quia de unione non apparet per aliquam scripturam, prout necessarium esse tradit Crav. conf. 238. nu. 11. Alex. conf. 219. nu. 16. lib. 6. Rot. decif. 606. nu. 5. part. 3. recent.

Imo justitia concursus eo magis deregitur, quia illa probatur ex possessione 89. annorum resultant. ex quatuor collationibus effectuatibus, quæ fuerunt factæ per Ordinarium, nempe tres ex causa liberæ resignationis, & respectivè permutationis factæ auctoritate Ordinaria de annis 1559. 1566. & 1590. & quarta ex causa resignationis auctoritate Apostolica, & in literarum Apostolicarum executione de anno 1600. quibus accedit & alia secuta de anno 1621. per obitum in mense reservato facta auctoritate Apostolica prævio concursu coram Ordinario ad favorem Sambuchii ultimi possessoris defuncti de anno 1648. summar. mensæ Archiepiscopalis, ac Philippii Bosii num. 3. quæ prorsus repugnant unioni, cum illa impediatur vacationem Clem. frequens, §. quidam etiam Ecclesias; ubi gloss. in verb. mensæ de excess. Pralat. Oldrad. conf. 257. nu. 26. Rebuff. in prax. iii. de union. benef. nu. 12. in fin. Unde Parochialis ista quatenus fuisset unita, ac de mensa uti præsupponit Joannes Platessius, vacare non potuisset per obitum Vicarii Gregor. XV. dec. 77. nu. 2.

Sed quod magis stringit est ultima collatio facta ad favorem Sambuchii de anno 1621. quæ constituit ultimum statum omnino attenden. ad effectum sustinendi collationem factam uti de reservato, sicuti in puncto contra prætendentem unionem fuit resolutum in Vicen. Parochialis 20. Junii 1650. §. unionis autem probationem, coram R.P.D. meo Bichio, & in jam alleg. Barchinon. Parochialis de Palau. 5. Decembris 1650. §. siquidem, vers. & hic ultimus status, coram R.P.D. meo Albergato, & eo magis in hoc casu est attendendus ultimus status ad sustinen. parochialis collationem tanquam resultant ex quasi possessione Rot. dec. 57. nu. 3. p. 6. recent.

Ponderatum fuit etiam per DD. quod ultimus status in hoc casu eo majoris sit relevantiæ, quia concursus factus de anno 1621. ab Archiepiscopo suum habuit effectum per collationem Apostolicam sequutam ad favorem prænominati Sambuchii ultimi possessoris non obstante, quod Abbas, ac PP. S. Proculi se se judicialiter opposuissent, quia nihilominus mensæ Archiepiscopali concessum fuit mandatum de manutendo, de quo in Summ. ejusdem mensæ, & Philippii Bosii nu. 3. sub lit. E, cui mandato ipsi PP. acquieverunt, nec unquam per spatium 27. annorum, scilicet usque ad tempus ultimæ vacationis reclamaverunt, quare etiam ipsi per prius fuissent in quasi possessione conferendi, nihilominus per tam longam patientiam, atque acquiescentiam quamcumque eorum anteriorem possessionem amisissent, cum spacio decennii illa deperderetur juxta doct. Bartol. in l. ff. de eos, §. si forte nu. 4. ff. de acq. possess. Rot. inter impress. apud Moder. de manut. dec. 103. nu. 4. & coram bo. mem. Coccino dec. 50. nu. 6. & 7. ac illam acquisivisset Archiepiscopus, ut in specie de jure conferendi declarat Jo. Silv. de benef. par. 2. qu. 7. nu. 3. ante fin. vers. ex quibus infertur, & nu. 4. vers. & ratio assignatur, prout in simili de jure patronatus egregie sumavit Rot. in Alculana jurispa-

juris patronatus 7. Junii 1638. n. lra, coram Eminentissimo Domino Card. Panzirolo.

Hac eadem responsione optime tollitur etiam obiectum factum, quod ut sit locus clausulæ arbitrio pro retardatione executionis, non requiratur tam plena probatio unionis, sed sufficiat quoquomodo rem turbidam reddere, quia hoc sanè procedere possit, quatenus non intercessisset tantum temporis spatium, quo Abbas, ac Patres parare potuissent suas probationes secus è converso, ut declaravit Rot. decif. 756. nu. 1. & 4. par. 2. recent. & fuit resolutum in Gerund. beneficii 30. Aprilis, & 18. Junii 1640. coram R.P.D. meo Rojas, in casu autem isto d. Abbas, & PP. satis commodè parare poterant eorum probationes usque ab anno 1621. quo contra eos emanavit sententia in summariissimo possessorio ad favorem Archiepiscopi, reservatis juribus Abbati plenius probandi in petitorio, quod cum non fecerint imputent sibi ipsis, nec eorum negligentia eis suffragari potest Rot. dec. 71. n. 8. p. 4. recent. tom. 2.

Neque pro concludentibus probationibus unionis infervire valent nominationes, præsentationes, seu provisiones diversis temporibus factæ per Abbatem S. Proculi in personas Monachorum, quæ præsupponunt confirmatæ per Vicarium, & Capitulum Bonon. & dantur ab anno 1271. usque ad annum 1382. quia illæ referri omnes possunt ad titulum juris patronatus, nam eorum aliqua continent expressam mentionem juris patronatus, aliæ loquuntur non de Vicario, sed de Rectore, & fere omnes emanant ex causa vocationis, ex quibus resultat ut effectura aliqua unio allegari non possit; nam certum est, quod illa impedivisset quamcumque vacationem Feder. de Sen. conf. 200. n. 2. Sarnen. de trienn. q. 8. Rebuff. de union. nu. 3. vacatio enim adeò repugnat unioni, ut unicum absolutè nunquam vacet, neque possit impetrari Rot. coram Card. Caval. decif. 350. nu. 3. 373. nu. 3. & 408. nu. 3. 411. nu. 1. & 435. nu. 2. cum pluribus aliis relatis in Regien. Parochialis 15. Junii 1650. coram R.P.D. meo Orthobono, in d. Barchinon. Parochialis de Palau. 5. Decembris ejusdem anni coram R.P.D. meo Albergato.

Non adversatur, quod præsentationes fieri possint non solum ratione simplicis juris patronatus, sed etiam ratione annexionis, & unionis ut firmavit Rot. decif. 441. sub nu. 7. par. 5. recent. tom. 2. Quia hoc procederet quotiescumque aliunde constaret de unione, in quo casu optime applicarentur etiam omnes actus qui pro parte Monasterii, ac Joannis Platessii adducuntur pro probatione eorum præsentationis unionis, & in similibus terminis loquitur decisio Barchinon. Vicariæ S. Eulalii de Ospitaletto 12. Decembris 1638. coram bon. mem. Coccino, ex cuius lectura apparet in principio, quod unio probata remanebat per scripturas, in isto autem casu, quia per aliquam scripturam omnino necessariam ad eam probandam ex supra allegatis non docetur, ita neque de per se soli illam probare valent ponderati actus, ac verba æquivocum sensum habentia, cum illa potius importent patronatum, & subjectionem quam unionem, & tamen ad effectum probandi unionem verba debent esse adeò clara, ut perneceffe illam concludant Duran. decif. 430. nu. 121. Add. ad Greg. XV. decif. 196. tom. 3. vers. secundo, Rota in Celfon. Parochiali 1. Julii 1643. coram R.P.D. meo Peutingero.

Ullius neque visum fuit relevantiæ, quod Ecclesiæ, de qua agitur dicatur ædificata in solo Monasterio, scilicet in vinea, quæ de anno 1269. fuit Monasterio, & Monachis concessa pro ædificatione domorum, ut in Summ. Platessii nu. 5. ex quo inferretur ad unionem: Quia primo non probatur, quod ista Ecclesia sit ædificata in prædicta vinea, imò potius contrarium demonstratur, nam pro confine ipsius vineæ assignatur Burgum S. Mamæ ibi, & juxta Burgum S. Mamæ, unde confinans pro separato tempore habetur à confinatio ex trad. per Hier. de Mons. de fin. cap. 15. nu. 2. & seq. & cap. 101. n. 4. Rot. decif. Tom. X.

236. nu. 7. & 8. par. 6. recent. Sed esto etiam quod Ecclesiæ ædificata dici possit in solo Monasterio, hoc quidem suffragaretur ad proban. juris patronatus, non autem unionem, quæ indigeret aliis signis, ac requisitis, secundum opinionem Rotæ dec. 204. n. 5. par. 2. rec. Buratt. dec. 330. nu. 15.

Quod autem Ecclesiæ S. Mamæ solvat singulis annis Monasterio S. Proculi bononensis 24. neq; ex hoc inferre licet ad aliquam unionem, cum potius solutio hujusmodi indicet meram subjectionem cap. omnis anima in fin. de cens. Abb. in c. in causa sub nu. 4. de caus. poss. & propriet. Rot. in Perusina Ecclesiarum S. Crucis, & S. Lucie 13. Martii 1626. coram Remboldo & fuit etiam dictum in alleg. Regien. parochialis 31. Maii 1649. & 15. Junii 1650. coram R.P.D. meo Orthobono §. solutiones annuæ.

Prout etiam nihil referunt compromissum, & laudum anni 1226. & 1227. juncto alio instrumento anni 1445. sum. Monasterii nu. 4. ex quibus apparet Monasterium fuisse constitutum debitorem decimarum, quæ debentur Ecclesiæ Cathedrali Bononiæ etiam pro ejusdem Monasterii Ecclesiis, inter quas describitur ista S. Mamæ, ex qua solutione argui de unione d. Ecclesiæ ad Monasterium, quia aliàs illud ad eas non teneretur Rot. decif. 16. nu. 9. part. 6. rec. Quia respondetur, quod cum solutiones fuerint factæ non solum ratione bonorum Monasterii, sed etiam aliorum ad Ecclesias inferiores spectantium, istæ magis excludunt unionem; nam si verè Ecclesiæ fuissent unitæ Monasterio nequaquam potuisset dici, quod illæ bona propria haberent. Rot. decif. 282. nu. 15. & seqq. par. 6. recent. & in d. Regien. parochialis 15. Junii 1650. coram R.P.D. meo Orthobono, sub ead. §. solutiones annuæ in fin.

Præterea neque refragatur, quod de anno 1509. facta fuerit consignatio bonorum mobilium hujus Ecclesiæ per Abbatem D. Nicolao de Cimatoribus, tunc temporis hujus Ecclesiæ Rectorem, ut in Summ. Abbatis num. 8. quod demonstrare videtur eorumdem mobilium custodiam fuisse prius penes ipsum Abbatem, quia neque actus hujusmodi potest deferri ad proban. aliquam unionem, nam d. Nicolao de Cimatoribus Ecclesiæ S. Mamæ fuit collata, tanquam vacans per obitum prædecessoris, quæ sola vacatio ex jam dictis repugnat unioni, sed quidquid sit in isti actus sufficere possint ad demonstrationem Ecclesiæ S. Mamæ pertinere ad Monasterium S. Proculi, ex tali tamen pertinentia non valet illatio ad unionem Rot. dec. 282. n. 12. & seqq. p. 6. rec. & coram Pen. dec. 261. n. 9. & seqq.

Demum non obstat, quod Constitutio Pii V. 47. edita de anno 1567. super Vicariis Parochialium unitarum continet decretum irritans, unde dicitur ex eo infectam remanere quamcumque possessionem, quæ allegari possit per Ordinarium conferendi hujusmodi Ecclesiam, quia sufficit ut sit controversia super statu d. Ecclesiæ, an scilicet ea sit unita, nec ne ut decretum irritans non efficiat, quod locum habet solummodo, quando liquidò apparet de ejus justificatione non autem quando res aliquo modo est turbida, vel adest umbra dubitandi, ut firmavit Rot. in Barchinon. Canonatus 15. Decembris 1645. coram R.P.D. meo Rojas. §. nam Domini dicebant.

Et ita utraque & c.

CONSULTATIO XC.

Quas Ecclesias Episcopus, uti proximior, vigore Sacri Concilii Tridentini visitare possit? Ubi ejus decretum adducitur, expenditurque.

Decretum Sacri Concilii Tridentini sess. 24. cap. 9. de reform. ex quo viciniore Episcopi possunt visitare Ecclesias nullius, non habet locum in Ecclesiis regularibus. Primò quia est restrictum ad Ecclesias secularibus illis verbis: Eadem etiam in eis Ecclesiis secularibus observentur, quæ in nullius Diocesi esse dicuntur: Idè quæ ad Ecclesias regulares nullatenus est extendendum l. si cum

1. *Notam ff. solut. matrimon. l. si ita quis. §. 1. ff. de legat. 2. Rota in Bononiensi fideicommissi de Rubeis 4. Martii 1641. coram Cardinali Panzirolo, & in Romana hereditatis de Fabiis 19. Junii 1643. coram Bichio.*

2. *Hinc Barbosa in collectan. ad d. cap. 9. §. Concilii num. 2. loquitur tantum de Ecclesiis secularibus, atque nullo modo hujusmodi Ecclesias seculares posse visitationem effugere. Quod declarat præ cæteris Fagnan. in cap. nullus de paroch. & alien. parochian. num. 37. iniquis quoad Ecclesias regulares in dicto decreto nullam Episcopis per Concilium esse attributam facultatem. Et infra num. 38. extendit declarationem, etiam si Ecclesiæ regulares essent Curatæ ac ita etiam declaravit Sacra Congregatio Concilii 7. Novembris 1573. his verbis: Episcopus tanquam vicinior Ecclesias exemptas, quæ regulares sunt, visitare non potest, cum Concilium in hoc loco de secularibus tantum expresserit.*

3. *Ac ita quidem, ut non refragetur, quod Abbatia regularis secularibus commendetur, & Ecclesiæ inserviant Presbyteri seculares à Commendatario deputati. Quia non exinde censetur antiquum statum regularitatis amississe, sed illud adhuc habitu dicitur retinere, Rota decis. 587. nu. 2. & decis. 588. par. 4. divers. ac in nullius Sancti Severini Parochialitatis 12. Januarii 1660. §. Quodè magis, & §. Non relevat, coram Bevilacqua.*

4. *Deinde quia decretum Concilii tribuit Episcopis facultatem visitandi illas Ecclesias, quæ Summo Pontifici immediatè subjiciuntur, non autem illas, quæ habent proprium Ordinarium, qui in eas jurisdictionem exercet. Quo in casu Episcopus vicinior, neque jure ordinario, neque delegato visitabit, sed ipse prælatus, cui Ecclesiæ sunt immediatè subiectæ juxta distinctionem, quam tradunt Cochier. de jurisdiction. in exempt. par. 4. q. 23. nu. 3. Mendez de Castro in prax. lustran. par. 2. lib. 2. §. 3. num. 31. in princip. Barbosa de potestat. Episcop. part. 3. alleg. 74. num. 2. & 3.*

5. *Præsertim si agatur de Prælato, & Ecclesiis habentibus non solum exemptionem, sed etiam Territorium separatam, ac propriam, quorum Abbas, sive Commendatarius habet jurisdictionem in omnibus ita, ut Territorium appelletur Diocesis, habens jura Episcopalia, & veniat appellatione Episcopi, ac Diocesani, ut declaravit Rota in d. nullius, sive S. Severini §. moti ex indulto ibi: Licet ex natura, & originaliter essent de Diocesi Episcopatus S. Severini, per illud tamen fuerunt ab eo substracta, & translata in Abbatem Commendatarium, & effecta territorium separatam & appelletur propria Diocesis habentis ibidem jura Episcopalia, & venit appellatione Episcopi, & Diocesani.*

6. *Est itaque certa jurisdictione ordinata Commendatarii in Ecclesiam, si illa fuerit à Summo Pontifice concessa, in cujus diplomate continetur exemptio à jurisdictione Episcopi, etiam ei delegata, vigore decretorum Sacri Concilii Tridentini. Ex quo resultat omnimoda exemptio à jurisdictione Ordinarii vigore privilegii Apostolici, omnino excludentis Episcopum à visitatione.*

7. *Decretum autem Sacri Concilii Tridentini in d. cap. 9. sess. 24. est hujusmodi. Quæ aliàs sub fel. record. Paulo III. & nuper sub Beatissimo D. N. Pio IV. in hoc eodem Concilio de adhibenda ab Ordinariis diligentia in beneficiarum, etiam exemptorum, visitatione, constituta sunt, eadem etiam in iis Ecclesiis secularibus observentur, quæ in nullius Diocesi esse dicuntur, ut ab Episcopo, cujus Cathedralis Ecclesia est proximior, si id constet, alioquin ab eo, qui semel in Concilio Provinciali à Prælato loci illius electus fuerit, tanquam Sedes Apostolica delegato visitentur, non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus quibuscunque, etiam immemorabilibus.*

8. *In sess. 7. cap. 8. decernitur quoniam pacto locorum ordinarii Ecclesias, quomodolibet exemptas, visitare possit, & sess. 21. cap. 8. Quomodo Regulares Ecclesiæ, etiam exemptæ, ab iisdem Episcopis possint visitari; in hoc autem decreto cap. 9. ampliatur eadem facultas visi-*

tandi Ecclesias, quæ sunt nullius, nedum suæ Diocesis; per eum Episcopum, qui est vicinior, vel semel electus in Concilio Provinciali à Prælato illius loci. Antiquitas enim omnes Basilicæ erant sub jurisdictione Episcoporum, can. omnes Basilica 16. q. 7. ibique Glossa, sed dum excipiuntur in fine illius Glossæ Ecclesiæ exemptæ, corrigitur per verba hujus decreti, in quibus, ut non obstant privilegiis, sic etiam non obstat cap. per exceptionem, & cap. si Papa de privil. in 6. neque cap. cum & plantare §. In Ecclesiis verò eodem tit. Quod dicit Gloss. in fin. can. 3. 10. q. 1. can. sanè 7. q. 2. cap. In Ecclesiis de Capell. Monach. semper intelligendum, nisi in talibus Monasteriis regularis observantia vigeret, ut d. cap. 8. sess. 21. vel plenè utroque jure ad Monachos pertineret, de quo in cap. quoniam de privil. Unde S. Congregatio censuit, hoc decretum non habere locum in Ecclesiis regularibus.

9. *Et advertendum est, Abbates regulares posse parochiales Ecclesias visitare, & alios inferiores una cum vicino Episcopo cumulativè. Et Gregorius XIII. dixit, quod Parochiales, quibus inservitur per presbyteros seculares, censentur seculares, non regulares, licet unitæ, ac dependentes à Regularibus, & idè hoc decreto comprehendunt.*

10. *Proximior autem rationi Ecclesiæ, non Territorii, & 10. ut proximior, ad illum ex Sacra Congregatione spectat literas dimissorias concedere iis, qui nullius sunt, quando non constabit, an sint intra fines alicujus Diocesis. Donec autem controversetur causa vicinioris, is dicitur vicinior, contra quem causa dirigitur, maxime, si non agitur contra alium Episcopum, Rota in Toletana sive nullius jurisdictionis 28. Maii 1612. coram Pirovano. Item in visitatione, monere, & corrigere, ac punire, prout in cap. 2. sess. 3. ut plebem sibi commissam unusquisque salutaribus verbis pascat.*

11. *Dum visitat illum, qui est nullus, si non residem, vel 11. indiscretas licentias non residentiis suis subditis concesserit, punire potest, & corrigere.*

12. *Ad dictum verò Episcopum, tanquam viciniorum, non 12. spectat Sacramentum Confirmationis iis, qui nullius Diocesis sunt, ministrare, cum possint accedere quem maluerint Catholicum Antistitem, salvo tamen majori jure Episcopi, si aliunde id sibi competat, & non modo Ecclesiam visitabit, sed Prælaturam illius, aliosque Ministros.*

13. *Dicitur in decreto à Prælato loci, non ergo à Metro- 13. politano, qui Concilium coegit Provinciale, electio Episcopi, qui visitat, facienda est, sed ad Prælatum visitandum hujusmodi electio spectabit, & talis electio obligat successores.*

CONSULTATIO XCI.

14. *An, & quatenus hodie Monasteria tam virorum, quam 14. mulierum erigi, mutari, vel amitti possint? Quando licentia Episcopi necessaria? Ad id sacrorum Canonum varietas. Conciliantur. Adducitur Sacra Rota Decisio. Quomodo intelligenda? Sententiarum conformitas & justitia, ex quibus comprobetur? Ad erectionem hujusmodi quinam vocandi? Remissoria an, & quatenus in hac re sit concedenda. Vbi alia non importuna.*

15. *De hac re plura diximus multis in locis. Nunc stri- 15. ctum rem magis perspicuum reddimus, ex can. quidam 18. q. 2. can. de Monachis ead. can. Cellulas, ibidem, Religiosi, quamvis approbati à Sede Apostolica novum Monasterium erigere non possunt sine licentia Episcopi loci.*

16. *Ex cap. 1. de excess. Pralat. in 6. Quod est Bonifacii 16. Octavi Religiosi Mendicantes non possunt possessa loca dimittere, vel ad alia se transferre, vel nova suscipere sine speciali Sedis Apostolicæ licentia. Excipiuntur tamen ibi Eremiti solitariorum. Unde ex hoc jure requiritur licentia Episcopi, & Papæ pro Mendicantibus, ut per Chermbin. supra Bulla nona Gregorii XI. & per hanc Bonifacii Constitutionem adempta fuit Episcopis facultas, quam habebant*

17. *habebant ex dispositione antiquorum Canonum, quod 17. ad monasteria, & loca Ordinum Mendicantium dumtaxat, sed salva erat, quoad Eremitas, & non mendicantes.*

18. *Ex cap. unico de Relig. domib. in 6. Regulatè Mendicantes approbati post Concilium Lateranense, qui de 18. novo domos ad habitandum recipiunt, vel receptas mutant, vel alienant sine licentia Papæ, incurrunt excommunicationem non reservatam.*

19. *Ex Clem. Capietes de pan. absolute statutum est, ut 19. Religiosi mendicantes non possint sine Sedis Apostolicæ speciali licentia nova loca recipere, aut mutare, aut in alios transferre quæsitæ, sub pena excommunicationis ipso facto incurrendæ, non autem reservatæ.*

20. *Quoniam verò hujusmodi Constitutionibus fuerat per 20. varia Sedes Apostolicæ privilegia, diversis Religiosis concessa, derogatum, ut per Navar. cap. 27. num. 144. Suarez. de censur. disp. 23. sect. 5. nu. 3. Tolet. lib. 1. cap. 39. §. Decima, Filiuc. 11. 14. nu. 14. & Regulares jure privilegii prætendebant, se ne quidem licentia Episcopi indigere in novis locis acquirendis, Sacrum Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 3. de regular. statuit, ne de cætero Regularium loca erigantur sine licentia Episcopi, in cujus Diocesi erigenda sunt.*

21. *Ex quo sacri Concilii decreto quaeritur, an hodie mo- 21. nasteria erigi possint de licentia solius Episcopi? Negant, Campanil. in divers. jur. Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 80. Zerol. in pr. Episc. p. v. Monachi §. 2. Barbosa de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 26. num. 4. arbitantes Episcopi consensum non sufficere, nisi etiam Summi Pontificis accederet auctoritas. Movetur ex eo, quod Concilium Tridentinum in d. cap. 3. non abrogaverit juris communis dispositionem, de qua in d. 1. de excess. Pralat. in 6. & referunt ita decisum fuisse per Eminentissimos Patres ejusdem Concilii Interpretes.*

22. *Id confirmant, quod multæ Religiones impetrarunt 22. indulta à Sede Apostolica erigendi Monasteria de sola Episcopi licentia, hinc deducentes, sine hujusmodi indulte monasteria sic erigi non posse, alioquin privilegium nihil eis contulisset contra Textum in cap. in his de privil. & cap. Abbas de verb. signif.*

23. *Contra verò Episcopi tantum licentiam esse necessa- 23. riam, asserunt Sorb. in comp. privileg. Mendic. v. adificare in annot. §. 20. ac Rodriq. 10. 2. q. regul. 49. art. 3.*

24. *In hac re ita distinguendum est. Quod ad loca eremita- 24. ca, & Monasteria non Mendicantium, nulla est difficultas. Nam facultas, quam Episcopi habebant ex jure antiquo similia loca erigendi ex dictis can. de Monachis, can. quidam, can. Cellulas 18. q. 2. fuit expressè illis præservata in d. cap. 1. de excess. Pralat. in 6. quoad loca eremitica, & quoad Monasteria non Mendicantium non fuit illis adempta, cum prohibito illa loquatur tantummodo de Mendicantibus. Unde quod non mutatur, stare non prohibetur, l. Sancimus C. de testam. & præcipimus in fin. de appell. & cum Constitutio de Mendicantibus negaverit, de non mendicantibus censetur concessisse, cap. nonne de præsumpt. & l. præcess. de judic.*

25. *Quod verò ad Mendicantes, exceptis Capucinis, & 25. Minoribus de observantia Sancti Francisci, videtur idem dicendum. Nam prohibitio Bonif. cii Octavi in d. cap. 1. locum habet in illis Mendicantibus, quibus victum tribuit incerta mendicitas, & qui reddunt, aut possessiones ex regula, vel Constitutione habere non possunt per Text. in cap. un. de relig. domib. in 6. & notat Gloss. in cit. decretali Bonifacii v. Mendicantes. At ex Concilio Tridentino in d. cap. 3. in princip. Regularibus quorumcumque Ordinum, prædictis tantum exceptis, licet bona immobilia possidere, atque aded in eis videtur cessare prohibitio Bonifacii, & nihilominus, quoad omnes Concilium videtur Episcopis restituisse facultatem, eis ademptam à Bonifacio, cum de omnibus loquatur sub unica determinatione, & juris correctio sit favorabilis, cum per eam fiat reductio ad jus commune antiquum, Tom. X.*

26. *ut notatur in cap. Cum dilectus, in Glossa v. juri communi, ac ibi per Ostien. num. 17. Nec credendum est Si 26. Synodum voluisse archare eos, qui licentiam erigendi Conventus à Summo Pontifice impetrarunt; ad aliam licentiam obtinendam ab Episcopo Diocesano, cum licentia sit gratia, per quam alicui licet, quod prius non licebat, secundum Card. & Lauden in Clem. fin. nu. 9. de elect. Nec Patres eo casu fuissent uti verbo licentia, sed potius verbo consensu, quemadmodum usus fuit Pius IV. dum voluit, ut dispensationes Apostolicæ de non residendo studiorum causa non suffragantur, nisi accedente Ordinarii consensu, ut in Constitutione, incipiente Sanctissimus, edita die 26. Novembris 1564.*

27. *Ex Constitutione 99. Clementis Octavi, cujus in- 27. titium. Quoniam ad institutum edita die 23. Julii 1603. de veto Sacre Congregationis Cardinalium super negotiis Episcoporum, & Regularium, declaratur, locorum Ordinariorum non posse licentiam ad novos Conventus cujuscumque Mendicantium Ordinis in Civitatibus; & locis eorum &c. Ordinaria jurisdictioni subiectis erigendis impertiri, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem Civitatibus, & locis existentium Conventuum Prioribus, & aliis interesse habentibus, & causa, servatis servandis, cognita, constituta in eisdem Civitatibus, & locis novorum hujusmodi erigendos Conventus sine aliorum detrimento commode sustentari posse. Quod si à sententiis Ordinariorum ad Sedem Apostolicam appellari contingerit, tandem ipsos Ordinarios erectionem novorum Conventuum suspendere debere, quousque ab ipsa Sede in eadem causa pronunciarum exiterit. Decernens irritum, &c. Ex qua Constitutione à contrario tenui, servata forma in ea præscripta, Conventus Mendicantium erigi poterunt de licentia Ordinarii, nec opus erit licentia Sedis Apostolicæ.*

28. *Hunc intellectum jam pridem probavit Sacra Con- 28. gregatio Concilii, dum censuit pro erectione Monasterii, nedum requiri licentiam Ordinarii, sed servandum esse decretum Clementis Octavi, nisi erigatur de licentia Sedis Apostolicæ, quia tunc erigi potest sine Ordinarii licentia.*

29. *Pater igitur, non esse admittendam opinionem eo- 29. rum, qui dicunt Sacrum Concilium in d. cap. 3. non sustulisse Constitutionem Bonifacii Octavi, sed præter licentiam Sedis Apostolicæ, voluisse; ut adhiberetur etiam licentia Ordinarii. Inò etiam ex sententia Sacre Congregationis, ubi erectio fit de licentia Papæ, Ordinarii licentia non est necessaria, & ubi fit de licentia Ordinarii, non est necessaria licentia Papæ, sed tantummodo servari debet solemnitas Constitutionis Clementis.*

30. *Et ita multoties observatum fuisse, testatur Fagnan. in 30. cap. non amplius numer. 66. de institut. Nam, inquit, eadem Sacra Congregatio, multas Monasteriorum erectiones approbavit, ab Ordinariis factas, sine licentia Sedis Apostolicæ: Quinimò aliàs eam censuisse firmat, concedendum Congregationi Peregrinantium Ordinis Prædicatorum, ut possint erigere Conventus, inconcussis Episcopis, quoad loca, in quibus non sunt Episcopi. Aliorum verò locorum Episcopis commendandos esse hos Regulares, ut cum postulaverint alicujus Monasterii erectionem, illas faveant pro tempore, nisi aliquid relevans obtulerit. Et aliàs censuit, Episcopum non prohiberi de Capituli; & quorum interest consensu, & absque Rectoris præjudicio Ecclesiam secularem ordinaria auctoritate in Monasterium erigere. Et Darius idem censuit nisi agatur de commutatione ultimæ voluntatis. Rursus censuit, Episcopum non prohiberi ordinaria auctoritate Monasterium Monachialium erigere.*

31. *Quin etiam hanc facultatem novum Monasterium 31. erigendi Sacra Congregatio nec denegavit Vicario Generali Episcopi, ad id speciale mandatum habenti. Nec forsitan Vicario Capituli, sede vacante, & propterea quoddam Monasterium statum Sancti Dominici, Tom. X.*

ceptum edificari de illius licentia, respondit, sinendum esse ad finem perducere. Ex quibus credit Fagnanus apocrypham esse decisionem, quam referunt Campanilis, & alii præcitati, cum præsertim loquantur de Monachis, qui nullo jure arctantur ad obtinendum super hoc licentiam Sedis Apostolicæ, nec talem decisionem unquam se reperisse in publicis libris Sacræ Congregationis ipse testatur.

15 Non obstant indulta exigendi Monasteria de licentia solius Ordinarii. Nam, si rectè advertatur, Regulares, præsertim non Mendicantes, indulta hæc non impetrant, ut se eximerent ab obtinenda licentia Summi Pontificis, quia non indigebant, sed solum, ut se eximerent à forma Constitutionis Clementis Octavi, ut scilicet Monasteria possent erigere ubique locorum, nullo aliorum Ordinum Regularium requisito consensu, quem admodum constat ex indultis pro Monachis Congregationis B. Mariæ Fulienfis, pro Carmelitis Discalceatis, pro Clericis Regularibus Sancti Pauli Decollati, quæ habentur in tribus Constitutionibus Pauli Quinci, nempe 5. ac 10. aliàs 8. & 64. in tom. 3. Bullarii.

16 Quod verò ad Moniales dubitatur, an Episcopi liceat ordinaria auctoritate Monasterium Monialium erigere in vim d. cap. 3. sess. 25. de Regular. Praxis est, ut erectiones fiant à Sede Apostolica, tum propter gratias, indulgentias, privilegia, & exemptiones, quæ ab illa impetrantur, tum propter facultatem edicendi Abbatissam ex aliis Monasteriis pro novi Monasterii institutione. Cum enim hæc facultas fuerit Episcopis adempta per Constitutionem Beati Pii Quinci super clausura Monialium, illa non consuevit concedi, nisi pro Monasteriis erigendis auctoritate Apostolica. Supplicationes autem remittuntur à Sanctissimo ad Congregationem super Episcopis, & Regularibus, in qua examinantur conditiones, & qualitates ad id requisitæ, nempe, ut erectio non fiat pro pauciori numero quam duodecim Monialium Choristarum, ut dos constituatur non in Censibus, sed in bonis stabilibus frugiferis, ac liberis ab omni onere, & fideicommissio purificato, aut purificando, & non minoris redditus pro dicto numero duodecim, quam trecentorum ducatorum aureorum, & majoris pro locorum qualitate, ultra dotes ordinarias à puellis deferendas; ut Monasterium erigatur intra Mœnia in loco salubri, ac libero à prospectu, ut fabrica, clausura, Ecclesia interiori, & exteriori loco pro Novitiis distincto, atque omnibus officinis sit sufficienter instructum, & alia id genus.

17 In decreto Sacræ Congregationis Regularium jussu Gregorii Decimi quinti anno 1621. die 20. Junii, quæ est Constitutio 31. Gregorii XV. in Bullario statutum est, ne erigantur nova Regularium Monasteria, sive Domus in quacunqve Civitate, Oppido, aut alio quocunqve loco, nisi cum consensu aliorum Regularium intra quatuor milliaria existentium, & quod consistet de tali consensu ordinario, & quod saltem duodecim de familia ibi ali possint. Et quod si ibi intra quatuor milliaria non sint alii Regulares, necessaria sit convocatio, & consensus Incolarum, aliàs appellandum est ad Sedem Apostolicam suspensivè, & derogavit omnibus privilegiis contrariis.

18 Urbanus Octavus Constitutione sua 25. quæ incipit: Romanus Pontifex anno 1624. die 28. Augusti statuit, ut Regulares Superiores erigere, recipere, fundare, vel instituire, vel cepta finire præsumentes nova Monasteria, sive Domos sine licentia expressa Episcopi, ac servata forma prædictarum Constitutionum, ac decretorum Clementis Octavi, & Gregorii XV. incurrant penam excommunicationis, non reservate, & privationis vocis activæ, & passivæ, & officiorum, & inhabilitatis ad hujusmodi, & derogavit omnibus privilegiis.

Sacræ Congregatio Concilii decreto edito de celebratione Missarum auctoritate Urbani Octavi anno 1625. die 21. Junii, quod est in Bullario Constitutio 43. Urbani

Octavi §. 14. statuit, ut si loca deinceps recepta fuerint, sive erecta à Regularibus, quibus saltem duodecim Regulares sustentari non valeant, & acti duodecim non habuerint ibidem, locorum Ordinarii sint omnino subiecta. Sed hoc decretum solum procedit in Italia, & Insulis adjacentibus, ut ibi patet.

Advertendum autem est, quod hodie ex dictis Constitutionibus neque licet Regularibus sine licentia Episcopi, ac solemnitatibus prædictis mutare locum, etiam in eadem Civitate, quia eadem est ratio præjudicii vicinorum & propter argumentum de toto ad partem, l. Que de tota ff. de rei vindic. & tradunt Gemin. in d. cap. 1. de excess. Pralat. in 6. Cherubin. super citat. Constit. Clem. 8. schol. 1. Portel. de dub. regul. v. Monasteria n. 5. Rodriq. 10. 5. quæst. reg. 23. ar. 7. quamvis Diana resol. 136. tract. 2. to. 2. cum Miranda, & aliis, dicat, per privilegia concessa Religiosis posse fieri talem mutationem sine licentia Episcopi, neq; Tridentinum derogasse privilegiis, quoad mutationem, sed quoad novam erectionem tantum. Sed non videtur recedendum à priori sententia. Quia verè in tali mutatione reperitur erectio, sive fundatio in aliquo novo loco, quod est prohibitum in dicta Constitutione Clementis Octavi, & decreto Gregorii XV. & Concilii Tridentini, nisi cum licentia Episcopi supra dicta, & ex d. can. de Monachis ponderat Glof. 1. illud verbum novum, & ait requiri consensum Episcopi, si totum Monasterium sit destructum, quia novum dicitur, cuius facies immutatur l. 1. §. Opus novum ff. de nov. oper. nunc. Secus in reparatione can. si quis vult. 16. q. ultim. cap. Indai de Ind. ac l. 2. §. 3. C. de oper. publ. eademque Glof. in d. can. de Monachis in v. probante, notat satis esse, ut Episcopi consensus accedat post erectionem. Quia rati habitatione potest confirmare consuet. 21. q. 11. & consuetudine ibi Hugo, Archidiaconus, & alii. Alioquin quod factum fuerat, destruitur, ut in can. placuit de consec. d. 1. Licentia verò Sedis Apostolicæ tunc temporis non requirebatur, ut cap. nimis 2. v. ad hoc de excess. Pralat. & notat Glof. in dict. cap. 1. v. deinceps in 6.

Imò in citata Bulla Urbani Octavi prohibetur sub dictis penis loca etiam cepta finiri, non tamen videtur per prædictas Constitutiones antiquas, & novas interdictum Regularibus aliquod hospitium recipere, vel domum recreationis. Quia in his cessat ratio considerata à Gregorio XV. in tali decreto, nempe præjudicium vicinorum, & angustia circa elemosynas, & sustentationem, cum hæc loca sustententur de redditibus Conventus principalis, cui accedunt. Et ita tenent Glof. in dict. cap. 1. de excess. Pral. v. habitandum, Caiet. in summa excommunicatione c. 55. Navarr. d. cap. 27. num. 144. Suar. de censur. dict. sess. 5. num. 35. Sed neque eis prohibitum est loca, jam cum licentia legitima Episcopi, ut supra possessa, augere, sive extendere, ut per Lapum alleg. 188. Sylvest. in summa. ver. excommunicatio 9. §. 86. ac Tolet. d. cap. 39. nisi talis extensio veteres limites agrediatur, consideratos in priori licentia juxta decretum Gregorii XV. Quia sic fieret novum præjudicium aliis Religiosorum locis, & dummodo non augetur numerus Regularium sine licentia.

Nam ex dicto decreto Sacræ Congregationis Concilii de celebrat. Missar. prohibitum est Superioribus Regularium numerum augere Religiosorum suæ familiæ semel taxatum, & à Sacra Congregatione approbatum, nisi cum licentia ejusdem Sacræ Congregationis, etiam si preterea argumenti reddituum. Sed hoc decretum solum procedit in Italia, & Insulis adjacentibus. Contra faceret præsumentes incurrunt privationem vocis activæ, & passivæ, & officiorum. Hoc decreto corroboratur simile decretum Concilii Tridentini dict. cap. 3. sessione 25. de Regular.

Denique per Constitutionem Innocentii X. quæ incipit Instauranda publicata die 22. Octobris 1621. in qua ex cautis in proemio expressis primò extinguuntur, ac supprimuntur Conventus omnes Regularium virorum tam

tam mendicantium, quam non mendicantium existentes intra fines Italie, & Insularum adjacentium in literis à Congregatione super statu Regularium præpediti expediendis nominatim exprimendi, in quibus ob parvum numerum Religiosorum regularis disciplina servari non potest. Ac deinceps quia parum est mala præcidere, nisi etiam malorum causa, & radix evellatur, innovantur Constitutiones Bonifacii, & Clementis, quarum superior memimus, aliorum que Romanorum Pontificum super erectione novorum Conventuum editæ, illisque addendo prohibetur, ne deinceps aliquis Regularium Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Congregationis Societatis, & cujusvis alterius instituti, etiam Societatis Iesu, in aliqua Civitate, Castro, Villa, seu loco ad habitandum domos, vel loca quacunqve de novo recipere, seu Monasteria, Conventus, & Collegia incipere, vel fundare præsumat absque Sedis Apostolicæ licentia speciali, plenam, & expressam faciente de prohibitione hujusmodi mentionem in scriptis & gratis concedenda, prævia examinatione Sacræ Congregationis negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ. Si secus egerint eo ipso incurrant penas privationis vocis activæ, & passivæ, nec non dignitatum, & officiorum ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda. Et nihilominus receptiones, fundationes, & erectiones sine ipso jure nullæ, & invalidæ, & domus, ac loca ipsa, & persone in eis degentes omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni Ordinarii loci plenè in omnibus subjaceant. Ita Constitutio Innocentiana.

24 Quare ostendit hodie difficultates, quæ ex præcedentibus Constitutionibus ac Tridentini Concilii decretis oriebantur. Nam post Constitutionem Innocentii X. manifestum est, nova monasteria erigi non posse sine licentia Sedis Apostolicæ. Sed quia hæc Constitutio loquitur de Monasteriis Virorum, & nondum egressa est fines Italie, ac Insularum adjacentium, propterea in Monasteriis Monialium, & ultra Montes servari debent antedictæ Constitutiones, ut advertit loc. cit. Fagnan. nu. 71. in fin.

25 His subnecto Sacræ Rotæ Romanæ decisionem in Casaravgustana fundationis Conventus sub die 6. Junii 1659. coram Verospio, quam juxta superius dicta intelligendam esse velim. Illa est hujusmodi.

26 Novi Conventus erectio in Oppido de Carignena à Patribus Capucinis inchoata tribus hujus Sacri Tribunalis sententiis obnoxia nullitati sancita fuerat, super quarum conformitate, & executionem post remissionem ipsam ex irrelevantia fundamento denegatam, dubium hodie propositum, resolutum affirmativè. Conformitas enim ex unius sententiæ confirmatione ab altera simpliciter edita, optimè concluditur, ut post Glof. in Clem. 1. de re judic. notant communiter DD. Soccin. jun. conf. 74. num. 2. lib. 2. Caphal. conf. 209. num. 3. Aym. conf. 183. num. 1. Surd. conf. 162. nu. 9. cum seqq. Gracian. discept. for. cap. 879. num. 26. Rota decis. 647. num. 1. p. 1. recent. & in Romana Censum 27. Aprilis 1654. coram R.P.D. meo Bevilacqua. Et proinde cum validitati, atque justitiæ eadem probentur innixa, debent executioni demandari ad text. in l. C. ne liceat sortio provoc. & in Clem. 1. de sent. & re judic. cap. tua nobis de appellat. ubi notat Dec. n. 5. Alex. conf. 77. num. 1. lib. 2. Caphal. conf. 209. num. 12. Rota coram Crescentio decis. 1. de sent. & re judic. & dec. 38. nu. 1. cum seqq. p. 7. rec.

27 Ipsarum enim validitatem acta revoluta præferunt juxta Decisionem Veralli 260. par. 2. Iustitia vero ex decisionibus hætenus editis in causa depromitur. Fundatio quippe Conventus in eis invalida sancitur ex non adhibito Sedis Apostolicæ beneplacito, ad hunc effectum necessarium juxta Textum in cap. unic. de excess. Pralat. & in cap. Religionem §. Confirmatos, ubi notant Franc. & Gen. in princ. de Relig. dom. lib. 6. Clem. Cupientes 3. de penit. & tradit Barbof. de potest. Episc. part. 2. alleg. 26. numer. 4. Rota in Tolerana manutentionis, 7. Februarii 1658. §. Tom. X.

non etiam coram R.P.D. meo Melio, nec non etiam ex defectu licentiæ Ordinarii Casaravgustani, quæ una cum Apostolicæ Sedis assensu copulativè requiritur, licet Sacri Concilii Tridentini dispositio in sess. 25. cap. 3. de Regular. Ordinatorum consensum, quacunqve beneplaciti Apostolici mentione posthabita, exposcat, ut declarat Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum, quam referunt Campanil. in divers. jur. canon. rubr. 12. cap. 13. n. 8. Barbof. in d. cap. unic. de excess. Pralat. lib. 6. & de offic. Episcop. part. 2. alleg. 26. num. 4. Rodriq. quæst. regul. tom. 1. quæst. 23. art. 7. & tom. 2. qu. 49. art. 3. in fine, Rota in Cracovicen. fundationis Monasterii 19. Aprilis 1649. in 1. §. cum seqq. & 20. Junii 1650. coram R. P. Domino meo Celso.

Hinc urgere non poterunt Religionis Patrum Capucinorum Constitutiones, fundationem novi Conventus permittentes in casu, quo una cum Ordinarii licentia incolarum concurrat assensus. Quoniam assensus Ordinarii intelligi debet requisitus, præter alterum Summi Pontificis, ut declarat Sacra Congregatio in causa Majoricen. relata in decis. hujus causæ edita 18. Maii 1657. coram R.P.D. meo Bevilacqua, licet eadem statuta ex f. a. me. Urbani VIII. decreto confirmationis robur assumpserint. Confirmatio enim actui confirmato vires respectu juris dumtaxat attribuit, non tamen ultra ibidem contenta porrigitur ad Text. in l. Aurelius §. 1. ff. de liberat. leg. cap. 1. & 2. de confirm. util. vel inutil. Alex. consil. 122. num. 20. vol. 4. Ruin. conf. 97. n. 2. vol. 3. Surd. conf. 30. num. 18. Rota coram Seraph. decis. 981. n. 5. & dec. 177. num. 53. p. 5. rec.

Et licet post denegatam ab Ordinario Casaravgustano licentiam, Ordinarius Osceen. ab Hispaniarum Nuncio delegatus, eam Patribus Capucinis indulerit, non tamen eidem potuit suffragari, ex quo ab hujusmodi denegatione ad Nuncium provocare non poterant, sed per modum recursum Sacram Congregationem dumtaxat Episcoporum, & Regularium tenebantur adire, ut in Constitutione sanctæ memoriæ Gregorii XV. expressè sancitur, inrer impressas 31. §. 4.

Pro validitate præterea fundationis incolarum assensus exigi debuerat, necnon Patrum quoque Minorum Sancti Francisci de observantia Conventum incolentium, ab eodem Oppido per quatuor mille passus nullatenus distentem, ut disponit eadem Constitutio Gregorii XV. innovatam per f. a. me. Urbanum Octavum inter cæteras impressas 25. ac denique Parochi in eodem Oppido degentis, qui ex causa præjudicii, quod sibi circa oblationes, & obventiones poterat inferri, debuerat in nova fundatione vocari ad Text. in c. pastoralis de his, qua sunt à Pralat. sine consil. Capit. & tradit Barbof. de offic. Episcop. p. 2. alleg. 26. nu. 5. Ricc. in prax. for. Eccles. p. 4. resol. 298. n. 2. cum seqq.

Et ita altera tantum Parte informante, altera verò, licet pluribus citationibus lacescita, informare recusante, resolutum. Hæc Sacra Rota.

Porrò quoad remissionem, & ut coadjuventur probationes, & manifestetur veritas, quod nova Monasterii fundatio nullum præjudicium inferat aliis Regularibus, illa concedenda videtur, quoniam est relevans, Quod in hac re potissimum attendendum est, cum Apostolicæ Constitutiones id solum requirant, & ad hunc tantum effectum exposcant vocationem aliorum Regularium existentium in loco, ut ponderant Cesped. de exempt. regul. quod Monasteriorum adific. cap. 1. dub. 4. Lezan. in summa. v. Monasteria num. 7. Donat. in prax. p. 2. tit. 7. quæst. 27. num. 2. Et Pasqualig. ad Laur. de Franch. tit. de convent. non fundand. nu. 486. Navarr. in praxim. nov. jur. Pontific. conclus. 12. aliàs 11. n. 4. Barbof. de offic. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 26. n. 2. & 6.

Non obstante, quod examinati jam fuerint hinc inde plures Testes, si materia magis distinctè, ac præcisè articuletur. Quod sufficit pro concessione novæ remissionis, & cessante

cessante maximè omni suspitione calumniæ, ut si novi Regulares jam deseruerint locum, sive hospitium; unde ista brevis dilatio nullum præjudicium antiquis Regularibus inferre poterit. Et in specie quod ceteri calumniæ suspicio, quando petens remissionem est actor, & non possidet, dixit Rota in Vlyssiponensi nullitatis professionis 27. 1624. coram Compotellano.

34 Poterit etiam Sacra Congregatio per remissionem habere sinceram informationem veritatis ab Episcopo, cui plurimum ipsa deferre solet, quando adest testium discrepantia, quemadmodum sæpè factum est, præsertim in Tirazonensi fundationis Monasterii ad infantiam Patrum B. Mariæ de Mercede in loco de Coregliu.

35 Et quidem remissoria concedenda est, quia versamur in profanis, & materia articulata est relevans, quo in casu, etiam sine fumo, passim conceditur, l. *Indias C. de fid. instrument.* & dixit Rota in Calciatani decimarum 4. Julii 1636. coram Dunozeo, in Toletana decimarum 16. Martii 1648. §. 1. coram Celso, in Toletana decimarum de Capilla 12. Junii 1654. §. *favorabilem*, coram Verospio, & in Melevitana Commendæ 14. Junii 1654. coram eodem, ubi quod pro remissoria concessione sit sufficiens, quod probationes faciendæ aliquo pacto suffragari valeant, & quod semper concedi soleat, quando materia articulata est sufficiens pro victoria causæ firmavit Rota cum aliis in Ianuensi pecuniaria 27. Junii 1642. coram Dunozeo, & in Anconitana pecuniaria 13. Maii 1647. coram Arguelles.

36 In hoc autem casu materia articulata est relevans, ac sufficiens pro victoria causæ, dum probari intenditur, quod incolæ loci, in quo fundari debet novus Conventus tot affluant divitiis, & tam liberales sint in eleemosynis erogandis, ut per erectionem novi Conventus nullum inferatur præjudicium aliis Regularibus. Vnde conclusio hujusmodi præjudicio, nec non data etiam congrua sustentatione novis Regularibus, necessariò sequitur, quod novus Conventus ex eisdem Constitutionibus Pontificiis non possit prohiberi. Præsertim ex Constitutione Clementis Octavi, quæ solum prohibet erectionem novorum Conventuum, præcipuè Mendicantium, nisi absque aliorum detrimento commodè sustentari possint, attendita illa dictione *nisi*, quæ quoties præcedit oratio negativa, prout in hoc casu resolvitur in affirmativam, juxta theoricam Bartol. in l. *actione num. 1.* ibique Dec. *numer. 5. C. de transact. Grat. consil. 126. numer. 19. lib. 2. Olafch. decis. 131. numer. 19. Gratian. discept. 9. numer. 25. in fine*, ubi quod perinde est, ac si fuisset dictum, quod actus valeat, estque certum, quod causa finalis, tanquam substantia actus, ac principium intentionis agentis, sola est attendenda ex traditis à Tiraquell. in tract. *cessante cessalimit. 1. à num. 1. Bursatt. conf. 109. numer. 31.* ac Rota *decis. 125. numer. 28. part. 5. recent.* & in Romana Domuncularum 10. Februarii 1648. coram Dunozeo.

37 Eoque facilius remissoria concedenda est, si congruam, etiam pro novis Regularibus sufficientem esse, deposuerint testes ita, ut ex ea coadjuvantur probationes jam factæ, & ex simul junctis conclusivissima probatio resultaret, quod per novam Conventus constructionem nullum detrimentum inferatur antiquis Regularibus. Vnde Episcopus licentiam non poterit denegare pro illius constructione ex notatis à Barbosa *loc. citat. part. 2. cap. 1. allegat. 26. numer. 1.* Quod si beneplacitum Apostolicum in fundatione novi Conventus etiam requireretur, facilè poterit impetrari, ponderando, quod agitur de augendo cultu divino, ac de reficiendis cibo Spirituali animabus incolarum, qui hujusmodi novum Conventum desiderant.

38 Ac ita quidem, ut nec remissionem impedire valeat Breve per antiquos Regulares à Summo Pontifice forsitan impetratum, ne in Provincia novi Conventus recipiantur, nisi à Conventibus antiquis dissent, saltem duode-

cim milliariibus, si Breve respiciat tempus futurum; quo in casu non potest comprehendere fundationem novi Conventus jam in litem deductam ante Breve promulgatum. Nam actus ante editam legem inchoati, licet subjaceant illius dispositioni, si post eam deducantur ad usum, ex Bartol. in l. *omnes populi num. 45. ff. de just. & jur. Felin. in cap. quoniam num. 11. de Constitut.* attamen hæc conclusio admittitur dumtaxat in casu, quo lex simpliciter disponit, nulla temporis distinctione adhibita, secus verò, quando dispositio respicit tempus futurum, Dec. in cap. *final. num. 44. & 46. de constitut.* Bolognet. in d. l. *omnes populi nu. 161. cum seqq. Mascard. de general. statut. interpr. concl. 13. n. 43. ac Rota decis. 142. n. 4. & 5. & decis. 158. n. 4. p. 2. divers.*

Præsertim verò si Breve fuerit per subreptionem extortum, nulla facta mentione litis jam ventis, cum certum sit, Papæ intentionem esse nemini velle præjudicare, ut per Dec. in cap. *cum omnes num. 10. de Constitut.* Ruin. *conf. 30. numer. 1. & seqq. lib. 1.* Nec jus tertio quaesito tollere, licet possit, cap. *Cæcerum*, ibique Doctores de præscription. ac Rota in Bononien. juris macinandi 1. Februarii 1638. coram Dunozeo, & consuluit Brun. *conf. feud. 7. numer. 3.* ubi id firmat etiam in gratia facta motu proprio, Alexan. de Nev. *conf. 49. numer. 7.* ubi, quod Papa nunquam præsumitur velle alteri præjudicium inferre, etiam si agatur de jure quaesito ad rem tantum, & profertur Rota in Nazarena, sive Montis vitidis beneficium 12. Novembris 1646. coram Verospio. Et procul dubio si Papæ fuisset expositum, posse ab incolis æquè provideri congruæ sustentationi omnium Regularium, utique Breve, aut non concessisset, aut saltem difficiliter concessisset. Quod exuberat pro reddenda gratia subreptitia, ut per Rebuff. *conf. 90. numer. 6.* Rota in Melevitana dignitatis 4. Aprilis 1642. coram Dunozeo, & in Carpendoraten. hæreditatis 16. Decembris 1638. coram Bevilacqua. Aut si Breve plus non contineret, quam Constitutio Clementis Octavi, quæ non adveniat novi Conventus fundationi, quando pro omnibus adest congrua sustentatio, ut superius ostendimus, & tradit Barbof. d. *allegat. 26. numer. 6.* ubi, quod distantia ab uno Conventu ad alium attenditur tantum in Oppidis, ac locis parvis, non autem in magnis, & populosis. Quia in iis cessat ratio prohibitionum, Eoque magis, quia modò non est strictè articulus examinandus super nova edificatione Conventus, sed tantum, an remissoria sit concedenda, ut comprobata prius congrua sustentatione pro omnibus, examinaretur posita, utrum sit locus novi Conventus erectioni.

CONSULTATIO XCII.

An, & quatenus requiratur titulus ad Sacros Ordines, non modo in Clericis Secularibus, sed etiam in Regularibus? Ad id Canones antiqui. Quid hac de re disponat S. Concilium Tridentinum? Quid Beatus Pius V. ac Sixtus V. Et quid de Religiosis Societatis Iesu?

Præter alibi à nobis dicta, certum est ad Sacros Ordines neminem sine titulo promoveri posse, ut patet ex *can. neminem d. 70.* ubi legitur: *neminem absolute ordinari Presbyterum, vel Diaconum, vel quemlibet in Ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifestè in Ecclesia Civitatis, sive possessionis, aut in Monasterio, qui ordinatur, mereatur ordinationis publicæ vocabulum, ubi Glossa per illam dictionem absolute intelligit sine titulo, & per nomen, possessionis intelligit titulum patrimonii, & per Martyrium, putat intelligi locum, ubi sunt reliquæ Martyrum, vel Ecclesiam regularem.*

Idipsum constat ex *can. Sanctorum, ead. d. 70.* qui est de sumptibus ex Concilio Chalcedonensi *act. 15. can. 6.* ubi dicitur: *Sanctorum Canonum statuta consona sanctorum decerni.*

decernimus, ut sine titulo ordinatio irrita habeatur, hoc est sic ordinatus incurrat suspensionem latæ sententiæ, quam violans efficitur irregularis.

In *can. non liceat de præb.* hæc habentur: *non liceat ulli Episcopo ordinare Clericos, & eis nullas alimonias præstare; sed duorum alterum eligat, vel non faciat Clericos, vel si fecerit det illis, unde vivere possint.*

In *cap. Episcopus eodem tit.* statuitur: *Episcopus si aliquem sine certotitulo, de quo necessaria vita percipiat, in Diaconum, vel Presbyterum ordinaverit, tandiu eis necessaria subministrat, donec in aliqua Ecclesia ei convenerint stipendia militia Clericalis assignet, nisi filius ordinatus de sua, vel paterna hereditate subsidium vite possit habere, ubi Gloss. v. *Diaconum ait*, idem esse intelligendum de subdiacono.*

In *cap. ius eodem tit. de præbend.* ita Innocentius Tertius scribit Archiepiscopo Bisuntino: *Tuis questionibus respondemus, quod Clericos in Minoribus Ordinibus constitutos de patrimonialibus bonis habentes, unde possent congruè sustentari, & si nondum fuerint beneficium Ecclesiasticum assequuti, dummodo aliud canonicum non obstat, ad superiores poterit ordines promoveri.*

Hoc ipsum decernitur in Concilio Tridentino *sess. 21. capit. 2. de reformat.* his verbis: *Cum non deceat eos, qui Divino ministerio adscripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidam aliquam questum exercere, statuit Sancta Synodus, ne quis demps Clericus secularis ad sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitime constet, eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad vitam honestè sufficiat, pacificè possidere. Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possunt, nisi illi, qui Episcopus judicaverit affirmandos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem vel ab eis obtineri, taliaque esse, quæ ei ad vitam sustentandam satis sint.* Citatur Concilium in margine *can. Diaconi sunt d. 9.* in quo dicitur: *mendicat infelix Clericus in plateis, & civitè operi mancipatus publicam à quolibet deposcit alimoniam. Et quidem ex eo despicitur cunctis sacerdotale officium, dum misericordia desolatus, iusto putatur ad hanc ignominiam devenisse.* Citat etiam *c. postulasti de rescript.*

Ex dictis igitur constat, neminem ad Sacros Ordines posse ascendere absque titulo. Imò olim non poterat quis ad minores ordines promoveri sine titulo, ut sentiunt Gloss. in *dict. can. neminem d. 70.* & in *cap. 2. de præbend. & cap. Episcopus eodem.* & tradunt Navarr. *conf. 14. numer. 1. de tempor. ordinari.* ac Suarez *tom. 5. de censur. disput. 31. sect. 1. numer. 23.* ubi ait, in *can. neminem*, esse Sermonem de omnibus ordinibus, etiam minoribus; nam verba Textus absoluta sunt, Consuetudine verò introductum est, unumquemque habilem posse promoveri ad Ordines minores absque ullo titulo, ut observant Gloss. in *d. cap. 2. de præbend.* ibique Dec. *numer. 29. Paris. de resynat. lib. 2. quest. 6. numer. 4.* ac Rota *decis. 631. numer. 12. part. 1. divers.* Et quidem Sacrum Concilium Tridentinum *dict. cap. 2. sess. 21.* solum requirit titulum in eo, qui Sacris Ordinibus initiatur, ut notant Petr. de Ledesm. in *summ. part. 1.* ubi agit de Sacrament. *ordin. capit. 7.* non longe à fine, Rodriquez in *summ. tom. 2. capit. 15. numer. 16.* Salzed. ad Diaz. in *pract. crimin. cap. 18. numer. 5.* & Ugolin. de *irregul. cap. 61. numer. 2.*

Porrò Sacrum Concilium Tridentinum citato *cap. 2.* loquitur solum de Clericis secularibus, non autem de Religiosis professis, ut patet ex illis verbis: *Ne quis demps Clericus secularis, ut etiam loquitur Constitutio 29. Sixti Quinti contra Clericos male promotos, quæ habetur in Bullario ibi: Aut quoad seculares sine titulo sufficientis beneficii, vel patrimonii, & notat Rodriquez tom. 3. *regul. 25. art. 3.* ubi ait, jus canonicum, quod in hoc non revocavit Sixtus Quintus, statuens, ut nullus si-*

ne titulo beneficii, aut patrimonii ordinetur, non extenditur ad Regulares, ut advertit etiam Navarr. in *manual. cap. 27. n. 159.* & Ugolin. *loc. cit. n. 3.*

Nec sub dicto decreto Sacri Concilii Tridentini comprehenduntur Religiosi Societatis Iesu, qui post biennium probationis emiserunt vota simplicia, ut notant Rodriq. *art. 3. Garz. de benefic. par. 2. cap. 5. nu. 9.* Mandos. *conf. 13.* cum sint veri, ac proprii Religiosi non secus ac professi cujuscunque alterius Religionis, ut declaravit Gregorius XIII. in sua Constitutione, quæ incipit: *Ascendente Domino* sub anno 1584. Nam ad substantiam status religiosi non requiruntur necessariò vota solemnia, sed sufficientia vota simplicia ut probant Vasquez in *1.2. disp. 165. cap. 2. §. 9.* Petrus Ribadeneira in *lib. de instit. Societatis Iesu cap. 25. & seqq.* Sanchez *lib. 5. decal. cap. 1. n. 25.* & colligitur aperte ex Caetano in *2.2. qu. 88. art. 7.* ubi ait: Mutatio status mancipando hominem ad divinum cultum, & religiosa opera stare potest cum voto simplici, ut si Ecclesia institueret, quod in sacro ordine, & Religione aliqua votum simplex fieret.

Non obstant Doctores, qui communiter scribunt, hominem fieri religiosum per votum solemne non autem per votum simplex, ut Gloss. in *cap. 1. de relig. domib. v. dedicanda*, D. Thom. 2. 2. *qu. ult. art. 7. ad 1. Angel. v. Religiosus in princip. Tabien. v. Religio in princip. Armil. eod. v. numer. 1.* Sylvest. *eodem pariter v. sub initio. & numer. 3.* Antonin. *par. 3. tit. 16. cap. 3.* nominatim verò Cajetan. in 2. 2. *qu. 188. art. 1. in solut. ad 4. & Soc. lib. 7. de justit. & jur. quest. 5. art. 1. conclus. 8.* sentiunt esse non posse veram Religionem absque votis solemnibus. Sic etiam Navarr. in *canon. non dicatis 12. q. 1. numer. 15.* in primâ editione, addens, eos, qui finito novitatu emittunt vota simplicia in Societate Iesu non esse verè, ac propriè Religiosos, & Gloss. in *cap. porrectum de regular.* ait, quempiam fieri Religiosum per solam professionem, & colligitur ex *Clem. 1. de relig. domib. in princip.* ubi dicitur, quosdam mulieres non fuisse religiosas, quia non profitebantur, regulam aliquam approbatam. Hoc idem etiam colligitur ex *cap. religioso de sentent. excomm. in 6.* ubi statuitur, eum qui Religionem ingreditur, non posse dici Religiosum verè, nisi fuerit professus, vel expressè, vel tacitè, & in *dict. cap. porrectum* dicitur, quod Monachum non facit habitus, sed professio.

Nam respondeo primò, dictos Doctores, ac Textus non dicere, vota solemnia ita esse de essentialitate religiosi, ut non possit Summus Pontifex institueri Religiosum cum solis votis simplicibus, sed solum ita loqui, quia tunc temporis omnes Religiosi emittebant vota solemnia, & per sola vota simplicia olim non efficiebatur ullus Religiosus. Nam Romani Pontifices cum solis votis solemnibus instituerunt Religiones, & Ecclesia tunc non acceptabat statum religiosum sine emissionem votorum solemnium, non tamen auferunt potestatem Summò Pontifici in constituendi aliquam Religionem cum solis votis simplicibus, ut de factò salubriter instituit Societatem Iesu, quamvis in ea plurimi sint, qui solemnem emittant professionem.

Hinc Eminentiissimi Cardinales S. Inquisitionis tempore Sixti Quinti una cum eodem Pontifice declararunt, statum religiosum regulariter consistere in emissionem votorum solemnium, posse tamen Summum Pontificem aliter institueri. Hanc declarationem refert Ribadeneira *loc. cit. cap. 17. ad 3.*

Deinde cum votum solemne, ac simplex non differant essentialiter, sed solum accidentaliter, & ex sola Ecclesiæ institutione, ut affirmant Scot. in 4. *dist. 38. q. 1.* ibique Palud. *quest. 4. art. 4. conclus. 11. numer. 49.* Guillelm. Varrilong. *q. unic. propos. 16.* Caetan. in 2. 2. *d. quest. 88. artic. 7. dub. 1.* Azor. *tom. 1. lib. 12. cap. 6. q. 1.* Abulen. in *cap. 3. Num. quest. 100.* Medin. de *Sacror. homin. contin. lib. 4. controu. 7. cap. 2.* Ribaden. *loc. alleg. cap. 15. Sanchez lib. 7. de Marrimon. disput. 25. numer. 2. & 3. lib. 5.*

lib. 5. in decalog. cap. 1. num. 5. Vasquez l. 2. d. disp. 165. cap. 2. & deducitur ex cap. num. de vot. in 6. ubi Bonifacius Octavus ait, voti solemnitate ex sola Ecclesie institutione esse inventam, sequitur Summum Pontificem posse instituire aliquam Religionem cum solis votis simplicibus, sicut etiam sequitur, Societatem Iesu esse veram, propriam, & omnibus numeris absolutam Religionem, etiam in illa non reperiretur ullus professus, ut asserunt Vasquez d. disp. 165. cap. 9. numer. 105. & 106. Sanchez d. lib. 5. in decalog. cap. 1. numer. 28. Cum igitur Clerici Societatis Iesu sint veri, ac proprii Religiosi, non comprehenduntur sub dicto decreto Sacri Concilii Tridentini, requirente in ordinandis titulum.

14 Unde non adversatur Iesuitis Constitutio 74. Beati Pii Quinti edita sub anno 1568. incipiens, *Romani Pontifex*, in qua statuit, ut decretum Sacri Concilii Tridentini comprehendat etiam Clericos regulares non professos sub pena suspensionis ab exercitio ordinum aliter susceptorum. Quod etiam notant Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 15. num. 1. Salzed. ad Diaz in princ. crim. cap. 18. num. 2. Paris. de resign. lib. 2. quest. 6. num. 19. Vgolin. de irregul. cap. 61. num. 3. & declaravit Sacra Congregatio apud Garz. de benef. p. 2. cap. 5. num. 12. his verbis. *Nallus clericus secularis, aut regularis non professus debet ad sacros Ordines promoveri sine sufficienti titulo ex Bulla Pii V. data anno 3. pridie idus Octobris.* Et dicta Constitutio intelligitur tam in iis qui non sunt professi, quam in iis, qui nulliter sunt professi ex Sacra Rota in Vigellensi Canonizatus 3. Martii 1595. coram Blanchetto, cujus hæc sunt verba.

15 Domini absque ulla controversia dixerunt, Ferdinandum per suspensionem Ordinum eo modo, quo illos suscepit, contraxisse incapacitatem ad beneficium. Constitutio enim Pii Quinti est clarissima, qua suspenduntur absque aliquo titulo contra formam Concilii Tridentini sess. 21. cap. 1. de reformat. Quæ Constitutio habet locum tam in non professis, quam in nulliter professis, cum loquatur de his, qui liberè, ac licitè ad seculum redire possunt. Quare cum Ferdinandus se nulliter professum præterens, per consequens potuisset ad seculum redire ad titulum paupertatis religiosæ, ut professus Sacros Ordines suscepit, fuit suspensus ab executione suorum ordinum, & beneficii acquirendi incapax effectus, cap. cum bona de etat. & qualitat. ubi Gloss. & Abb. numer. 6. cap. fin. de cler. excommunic. ubi Gloss. cap. lator. de excof. Prelat. Gemin. conf. 91. num. 3. & conf. 133. num. 2. & fuit resolutum coram Domino Gypso in causa Meliten. Abbatia 24. Januarii 1590. Et cum postea ipse promotus ad subdiaconatus ordinem obtinuerit sub prætextu emissæ professionis in Diaconum, ac Presbyterum ordinari, fuit factus irregularis, cum ascendendo ad majores, ministrare dicatur in minoribus, Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 2. numer. 11. & lib. 4. cap. 33. numer. 2. cum aliis allegatis in d. Meliten. & hoc ipsemet Ferdinandus in suo libello potrecto Ordinario fateatur. Nam dum asserit se non ministrasse in ordine Presbyteratus, per hanc exclusionem videtur includere, se ministrasse in aliis ordinibus, & ex hac irregularitate novam contraxit inhabilitatem ad beneficia, Modern. de resignat. benef. lib. 5. cap. 6. n. 99.

16 Non obstat præsentia dubietas, primò quia contrarium apparet ex ejus confessione in libello, dum asserit, se statim post dictam professionem nullam, & etiam in ipsa ordinum susceptione, & postea reclamasse semper, ex qua reclamazione probatur, quod habuisset animum dimittendi habitum, & ad seculum redeundi, ideò debet abstinere ab Ordinibus suscipiendis, tanquam verè professus, & Ordinatum non decipere, qui, si de tali animo, & statu fuisset informatus, eum ab Ordinum susceptione repulisset. Præterea ignorantia crassa ipsum Ferdinandum non excusat, Navarr. in manual. cap. 27. num. 241. præcipuè ad effectum acquirendi beneficium,

quo casu sunt probandæ habilitates. Et dato, quod fuisset dubius, tutiorem viam debebat eligere, & ab ordinum susceptione abstinere, donec de validitate professionis fuisset judicatum cap. ad audientiam de homic. Navarr. ubi supra n. 284. Et ex his, & aliis ita fuit decisum. Hæc tenet Sacra Rota.

Causa autem cur in Religiosis professis non requiratur titulus, ut ordinari possint ad Ordines Sacros, ea est, quia si Religio possidet in communi, satis est ordinari ad titulum paupertatis, cum hoc fit illorum institutum, quia Dei benignitas, & providentia, quæ nemini deest, & volatilia Cæli pascit, est eorum titulus, & patrimonium indeficiens; Unde aliqui dicunt Regularibus esse pro titulo sportulam, Mendicantibus præcipuè. Si autem quis non est professus, non potest ordinari absque titulo sufficienti. Nam ante professionem emissam habetur pro seculari quoad hunc effectum.

Non obstat, dixi, Constitutio Beati Pii V. Clericis Societatis Iesu, quia Gregorius XIII. exemit à dicta Constitutione Beati Pii Religiosos Societatis Iesu. Quare isti possunt ad Ordines Sacros promoveri sine titulo, ut notant etiam Suar. tom. 5. censur. disp. 31. sect. 1. num. 38. Enriqui. in sum. lib. 15. cap. 37. num. 8. Genuen. in prax. Archiep. Cur. Neapol. cap. 83. num. 1. Rodriq. in sum. tom. 2. cap. 15. num. 1. & tom. 3. quest. regul. 23. art. 3. Salzed. & Paris. loc. cit. Recc. in prax. ver. quotid. for. Eccles. resol. 448. num. 1. & 7. Martinus Fornar. in tract. de ordin. cap. 8. numer. 9. ubi ait; est autem triplex titulus ordinandorum, nempe beneficii, patrimonii, & professionis solemnem in Religione approbata, ad quam reducitur titulus Societatis Iesu. In ea enim, qui post biennium probationis emittunt vota simplicia, possunt ex privilegio ordinari, non obstante Constitutione Pii V. ut concessit Gregorius XIII. Ita etiam habetur in compendio privilegiorum Societatis Iesu v. Ordo §. 1. his verbis: *Gregorius XIII. concessit Societati Iesu, quod qui tria vota paupertatis, castitatis, & obedientia in Societate emiserunt, de licentia Præpositi Generalis possint promoveri ad sacros Ordines, etiam ante solemnem professionem emissam, si modò sint etate, moribus, & doctrina idonei, non obstante Constitutione Pii V. qua decretum Concilii Tridentini sess. 21. cap. 2. de reformat. ad Religiosos professos extendit.* Ita etiam, teste Garzia par. 2. de benef. cap. 5. numer. 29. declaravit Sacra Congregatio Concilii his verbis: *Ab hac Pii Constitutione Gregorius XIII. exemit Clericos Societatis Iesu, aut potius declaravit in illa Constitutione Pii Quinti eos non comprehendit.* Hoc etiam fuit confirmatum à Gregorio Decimequarto in sua Constitutione, qua Societatis Iesu institutum confirmatur, edita sub anno 1595. quarto Kalendas Junii, & à Paulo V.

Atque ex his nonnisi ex opinione præjudicata, & errore successorio scribunt Marchin. de Sacramen. Ordin. tract. 2. par. 6. c. 5. n. 5. Barbof. de offic. & potest. Episc. par. 2. alleg. 19. nu. 7. Pasqualig. in observat. ad Laur. de Franchis controv. inter Episc. & Regular. tot. de Regular. ordin. q. 34. in fin. Martin. à S. Iosepho de Ord. tom. 1. lib. 1. tr. 8. num. 3. Leand. de Sacram. tom. 2. tractat. 6. disp. 9. qu. 2. Petr. Marchant. in trib. Sacr. tom. 3. p. 1. tract. 6. tit. 3. q. 8. §. 3. Molphey. in sum. tract. 2. cap. 15. num. 12. Gabr. à S. Vincenno de Sacram. Ordin. par. 4. disp. 2. q. 4. num. 36. Vgolin. de offic. & potest. Episc. cap. 26. §. 8. num. 1. Mulcon. de Majest. milit. Eccles. lib. 1. par. 2. cap. 1. num. 380. Hurtad. de Congreg. to. 2. lib. 7. resol. ultim. Boss. Moral. de ordin. tit. 3. §. 8. n. 23. Hallier. de Sacramen. ordin. tit. de Reg. Ord. §. 5. a num. 21. aliique nonnulli, qui autumant, quod Societas Iesu ex quodam decreto Sacre Congregationis Concilii, cujus verba aliqui referunt, tenetur Sacerdotibus à se dimissis congruam alimentariam auctororum quadraginta annuatim subministrare.

Nam, quidquid sit de tali decreto, illud certum est, quod eo relato B. Pio V. ipse noluit annuere, decernendo, quod more aliorum Regularium Patres Societatis proficeant

proficeant, & deinde ad Sacros Ordines promoveantur, & dicant officium in communi, sed postmodum hæc resolutio non placuit. Unde Sacra Congregatio postea censuit, injungendum esse per Breve P. Præpositi Generali, ut quoties aliquem promotum ad Sacros Ordines velit eicere, sive dimittere, eisque nullum patrimonium, beneficium, pensionem, unde viveret habeat, teneatur providere, & procurare ei de aliquo, unde vivat, aut alere de bonis Religiosis. Et si aliquid postea acquirat, unde possit vivere, desinat eum alere, ut constat ex Archivo Sacre Congregationis.

21 Tractu autem temporis nec prima, nec altera placuit resolutio. Quia nedum non fuit unquam editum Breve juxta secundam resolutionem, sed anno 1582. Summus Pontifex Gregorius XIII. totum oppositum decrevit in sua Constitutione 77. ubi sancivit, quod Religiosi Societatis possint promoveri à quolibet Antistite, cui à Præposito Generali præsentati fuerint absque ulla promissione, vel obligatione Societatis per hæc verba.

22 Gregorius Papa XIII. ad futuram rei memoriam. *Primo, & utile Societatis Iesu institutum non patitur certa quadam ab iis, qui sub ejus vexillo, atque disciplina saluati militent, obiri, quæ in sacris inveniunt generaliter præscribuntur. Quocirca cum dicta Societas, ac disciplina alium nulli Ecclesie, nulli ve loco certo mancipati sint, ut ibi permaneat; sed veniat viatores omni tempore parati, expectantesque diem, & horam, qua vel ad extremam Orbis regionem, cum venit usus emittantur, ubi quisque pro capiti suo, & juxta datum sibi à Domino Sapientiam sese in vinca Domini excolenda exercent, ejusque rei causa felicis recordationis Paulus Papa Tertius Præposito ejusdem Societatis concesserit, ut idoneos, & comprobatos ab ipsa Societate quibuscumque mallet Catholicis Antistibus gratiam, & communicationem Sedis Apostolicæ habentibus, præsentare possit, qui illos sic præsentatos absque ulla promissione, vel obligatione ad ordines hujusmodi promoverent, nonnulli tamen Antistites post Concilii Tridentini decreta eos sic præsentans, prius in cujusque tam minorum quam Sacrorum Ordinum hujusmodi præscripto munere exercitatos, temporumque determinatorum post susceptos præscriptum finem, antequam ad Superiores Ordines ascendant, omnino expectandum, eoque in eorum Ordinum functionibus, Choroque officii plenè instructos, & denique super eorumdem, vita, moribus etate, & natalibus ad Parochi inquisitionem aut alias testimonium, & certa alia requisita habenda esse contendunt, quamvis nonnisi ad eisdem Ordines suscipiendos numeris aliqui omnibus idonei dimittantur. Nos his incommodis, quantum in nobis est, occurrere volentes, omnibus Episcopis, & aliis Antistibus presentibus, & futuris in perpetuum præcipimus, atque interdicens, ne ab hujusmodi promovendis, qui licentiam à Præposito Generali dicta Societatis pro tempore existente, vel ab eo delegatis habuerunt, quodquam prædictorum requirant, vel exigant, sed ipsos, etiam absque ulla functione in Ordinibus ipsis, interstitiorumque ad illos suscipiendos observatione, aut inquisitione de canis, officiis, & carceribus Ecclesiasticis idoneitate proprii Ordinarii licentia, & aliis in aliis requisitis ad minores, ac etiam extra tempora à jure statuta, tribusque Dominicis, vel aliis festis diebus etiam continuis ad Sacros, etiam Presbyteratus ordines promoveant, ac si illi omnibus requisitis prædictis essent. Nos enim illis Ordines prædictos sic suscipiendi, ac prædictis Antistibus eos ipsi conferendi facultatem tribuimus, non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Præsentis autem gratia communicationem omnibus aliis, etiam qui sua privilegia cum ipsa Societate copiosè participant, participareque poterunt quomodolibet in futurum fieri omnino prohibemus. Ceterum quia difficile esset præsentare quocumque illas opus erit deferre, volumus, ne earumdem presentium*

transumptis manu notarii publici subscriptis, & sigillo persona in dignitate Ecclesiastica constituta, seu etiam dicti Præpositi munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsi presentibus adhiberentur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Tusculi sub annulo Piscatoris die 22. Septembris 1582. Pontificatus nostri anno secundo.

Constitutio autem Pauli III. quam Gregorius confirmavit est in ordine 48. data 15. Kalendas Novembris 1549. incipiens, *licet debitum §. 19. & in litteris Apostolicis Instituti Societatis pag. 35. estque hujusmodi. Et quia ejusdem Societatis fratres, & Socios de locis ad loca transferri contingit; propter quod stabilitum, & continuam in certis, & determinatis domibus mansionem habere non possunt, & in ipsa Societate idoneos tantum, & comprobatos ad Sacros Ordines promoveri intelleximus, eisdem Præposito Generali, quod ordinandos Socios, & Fratres hujusmodi Societatis quibuscumque mallet Catholicis Antistibus, gratiam, & communicationem dicta Sedis habentibus, presentare ipsique Antistibus præsentatis hujusmodi absque omni promissione ipsorum Ordinandorum Fratrum & Sociorum ad omnes, etiam sacros, & presbyteratus Ordines promoveri.*

24 Extaque alia similis Constitutio Gregorii XIII. emanata sub anno 1573. cum expressa derogatione Sacri Concilii Tridentini, estque sequentis tenoris.

Gregorius Papa XIII. Ad futuram rei memoriam ex Sec. 25 dis Apostolica benignitate provenire dignum est, ut Regularia Instituta pro Religionum quarumlibet salubri directione edita, illibitè obtineant roboris firmitatem. Cùm itaque Instituto Clericorum Regularium Societatis Iesu, quod per fel. record. Paulum III. & Julium etiam III. prædecessores nostros approbatum, & confirmatum fuit, cuique per Sacrum Concilium Tridentinum derogatum minime extitit, inter alia expressè convenitur, quod Socii omnes, etiam qui in sacris fuerint, Honoris Canonici evitandis satisfecisse censentur, si ead extra usum Romana Ecclesie singuli privatim, & particulariter, & non communiter, seu in Choro recitaverint, necnon, ut ii, qui in eadem Societate tria paupertatis, castitatis, & obedientia vota emisserint ad omnes etiam sacros, & presbyteratus Ordines de licentia pro tempore existentis sui Præpositi Generalis, etiam antequam solemnem professionem emisserint, promoveri valeant, nos considerantes Religionem prædictam uberrius fructus ad Dei laudem, Sancta Catholica fidei propagationem per universum Orbem dedisse, meritoque in suis piis Institutis conservandam esse, motu proprio, & ex certa scientia nostra Socii prædicti, ut horas canonicas singuli, & privatim juxta usum Romana Ecclesie, non autem communiter, seu in Choro recitare teneantur, quo acius studiis, lectionibus, & prædicationibus intendere possint, necnon, ut ii, qui tria vota prædicta in eadem Societate emisserint, de licentia sui Præpositi Generalis ad sacros, etiam Presbyteratus Ordines, etiam ante solemnem professionem emissam, dummodo aliàs etate, moribus, & doctrina idonei sint, promoveri valeant. Instituta prædicta approbantes tenore presentium auctoritate Apostolica, quatenus opus sit, de novo concedimus, non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, & in specie Constitutione Pii V. Prædecessoris nostri qua decretum Concilii Tridentini, quod incipit. *Cum non deceat, ad Clericos Regulares non professos extendit, ceterisque contrariis quibuscumque.* Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die ultima Februarii 1573. Pontificatus nostri anno primo.

26 Itraque in dictis resolutionibus Sacre Congregationis quæ non fuerunt executioni demandatæ, nec à Beato Pio V. sub quo emanarunt, approbatæ fuerunt, quinimò à Gregorio XIII. contrarium sancitum fuit, nullum prorsus fundamentum oppositum constitui potest, quia etiam ex citatis Constitutionibus cessat omnis disputatio, dum in illis cautum est, quod Pater Præpositus Generalis

Generalis suos Religiosos potest ordinari facere sine ulla permissione, vel obligatione, id quod etiam statueri placuit Sanctæ memoriæ Gregorio XIV. in sua Constitutione 50. edita anno 1591. in qua approbavit concessionem Societatis factas hac in re à Sede Apostolica ut in ejus §. 16. legitur, nempe, ac Religiosos hujusmodi post emissã vota, etiamsi simplicia, ad sacros etiam Presbyteratus Ordines, juxta Summorum Pontificum concessionem promoveri posse.

27 Vnde societas, quæ ab Apostolicis Constitutionibus exempta est ab omni obligatione ob promotionem suorum Religiosorum ad sacros Ordines, nullo modo atctari potest ab administranda alimenta eidem Religiosis post Sacerdotium, ex justa causa dimissis, etiamsi per justam dimissionem evenire possit, quod aliqui cum dedecore mendicare cogantur. Quia id evenit per accidens, non autem per culpam Religionis, sed per aliquam Religionis excessum, ut tradit Tambur. de jur. Abbat. tom. 2. disp. 2. qu. 30. num. 9. ibi, Neque item obstat, quod hujusmodi Religiosi post primam professionem possint relinquere Societatem, vel etiam expelli, atque ita cum sui etiam Ordinis; & sicut dedecore cogantur mendicare. Nam mali eventus secundum regulam juris, l. inter stipulam, §. sacro, ff. de verbor. oblig. cum per accidens eveniant non veniunt in considerationem. Quod latè firmat Suarez de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 2. n. 7. & 12.

28 Et quidem tum ex alibi à me dictis in hoc tomo, tum ex iis, quæ in hac actione adduxit vir pius, ac doctus Hilarius de Amicis, Religio Societatis Jesu Sacerdotibus justa de causa à se dimissis, non tenetur alimenta subministrare. Eatenus enim Religioni inest obligatio alendi, quatenus Religiosus emissis votis adstrictus ei servit in iis muneribus, quæ ejus præscribit intuitum, non verò inest, quando per dimissionem à votis absolvitur, secus enim conditio dimissorum, qui nullum Religionis retinent onus, esset par conditioni eorum, qui in Goa, vel Insulis Iapponensibus, aut Regno Sinarum pro Orthodoxæ fidei propagatione sustineat pondus diei, & æstus, ut votis Religionis, ejusque satisfaciunt Instituto, ut probat in specie Castropal. oper. moral. tom. 3. tractat. 16. disp. 3. can. 18. num. 1. his verbis: Facilius est horum decisio si Religiosus justè expulsus est, est ipso excluditur à Religionis cura, & potestate, ac providè Religionis alimenta percipere non debet. Quod à fortiori procedit in Religiosis Societatis Jesu non professis, qui à Religione dimissi à votis omnino absoluntur, & seculares fiunt; ac si nunquam Societatem ingressi fuissent. Hos enim nullatenus Societas alere tenetur.

29 Idipsum asserunt Fagundez in præcept. decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 6. num. 1. qui pluribus rationibus comprobat, Societatem non teneri præstare alimenta Sacerdotibus, ex justa causa dimissis.

30 Diana de dub. regul. par. 7. tract. 1. resolut. 191. num. 2. & seqq. qui idem concludit de jure, salva supradicta resolutione Sacre Congregationis, de cujus authentico ipse dubitat.

31 Fermoſin. de offic. & sacros. Eccles. tract. 2. ad rubr. & tit. de temp. ad qu. 12. num. 6. ac seqq. ubi etiam testatur, ita in praxi servari, ibi, In praxi semper observamus, nunquam Praelatos illius Religionis ejicientes propter demerita, & indignos tanta, & gravissima Societatis ejedtis subvenire, nec parum honestissimis alimentis jam effectis Sacerdotibus.

32 Garzia, reprobandis Mosconum, & Vgolinum in addit. ad 2. par. tract. de benefic. cap. 5. num. 13. hunc in modum: Et Mosconus, qui male ait, quod isti Jesuitæ post Sacerdotium ejedti, ali debeant à Religione, & novissimè etiam Vgolinus, qui etiam male ait, quod post Sacerdotium provideri eis debet de redditu saltem quadraginta senorum aureorum ex bonis Religionis.

33 Alloza alphab. mor. v. Ordo scilicet. 2. num. 34. ubi testatur, exaggeratum ab aliis decretum Sac. Congregationis nunquam executioni demandatum fuisse.

Bartolus in vita S. Ignatii lib. 8. num. 20. testans d. Sanctus Patriarcham plures, etiam nobiles viros dimississe, & exoratum, ut aliquid causa subsidii præstaret Christo-phoro Laines ab eo dimisso, respondisse; Se io haveſſi tutto l'oro del mondo, non ajutarei di un sol quattrino quelli, che per demerito si rendono indegni, che la loro Religione gli tenga.

Pellizarius in mar. Regul. tom. 1. par. 3. cap. 6. numer. 20. 35 qui itidem pluribus rationibus comprobat, Religionem justè dimissis non teneri alimenta præstare, & generaliter de aliis Religionibus magistraliter tradit Paulus de Castro conf. 76. num. lib. 1. Surd. de aliment. tit. 7. qu. 315. d. num. 1.

Quinimò, supposita justa causa dimissionis, quæ his 36 verbis, aliisvè hujusmodi modestè concipi solet: Quamvis N. N. per aliquot annos in nostra Societate vixerit, fidem tamen facimus ipsum nullam in ea professionem emisſiſſe, neque justas ob causas illum ab obligatione, quam erga Societatem nostram habebat, auctoritate Societatis nostra à Sancta Sede Apostolica concessa, & nobis ab admōdum R. P. Nostro N. Praeposito Generali communicata, liberum dimittere. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, ac sigillo nostra Societatis munitas dedimus. Si Religio teneretur dimissis alimenta præstare, cogereur dare præmium pro noxa, ac præposterato ordine justitiæ, loco penæ delinquens celebre commodum reportaret. Quod omnino absurdum est, ac omni possibili modo vitandum, ne aliquibus, aut multis Religiosis, decreſcente fervore, propter spem stipendii au-geatur desiderium ad repetendum sæculum cum excessibus, quos patrare possunt, ut à Religione dimittantur, ut tradunt Gabr. à S. Vincent. de Sacram. Ordin. par. 4. disp. 2. q. 4. num. 36. Fagund. loc. cit. d. cap. 6. num. 5. Diana de resolut. 191. n. 2. Pelliz. d. par. 3. cap. 6. n. 20. & Fermoſin. d. q. 12. num. 7.

Præterea, si Sacerdotibus justè dimissis tribuantur ali-37 mentaria congrua, nedum id adversatur inveteratæ consuetudin Religionum nihil illis tribuendi, tanquam membris à suo corpore abscissis, de qua testantur Doctores citati, sed etiam corrumpitur corpus ipsum Religionis. Quia permulti erunt, qui in societate deinceps ingredientur, & post didicit scientias causam convenientem egressus per dimissionem eventuri, certè scientes sibi victum non futurum, tanquam à Religione subministrandum. Et cum à domibus professis subministrari non possit, tanquam in archissima paupertate constitutus, ac de simplicibus elemofynis viventibus, opus est particularium Collegiorum opes dividere, quæ plerumque aut necessarii indigent, aut habent redditus à piis benefactoribus relictos cum certo onere Magistros, & Confessarios manutenendi. Quod deinceps crescente dimissorum multitudine, haud poterit expleri. Vnde frustrantur piorum voluntates benefactorum contra jus publicum, quo enixè præcipitur voluntatum executio juxta Text. in l. vel negare, ibi: publice enim expedit suprema hominum judicia exitum habere, ff. quemadm. test. aper. & in l. 1. Cod. de sacrosanct. Eccles. ibi: Nihil est, quod magis omnibus debeatur; quam ut suprema voluntatis, postquam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit, arbitrium. Et prosequuntur Gob. cons. 1. num. 4. & 89. Altograd. jun. controuv. 16. n. 22. Cæphal. cons. 429. nu. 51. & seqq. lib. 3. ac Cyriac. controuv. 407. num. 127.

Atque hinc jurgia exorirentur, nedum inter Collegia, 38 ipsa, verum etiam inter Civitates in quibus illa fundata sunt, cum quaerendum sit, unde ac ex quorum redditibus alimentaria hujusmodi congruè defumenda sint, & inde eveniet, quod ubi hodiernis temporibus fervet in Civitatibus amor piarum largitionum, ac cupido novarum fundationum, deinceps frugescent benefactores, qui summo jure pati nolent substantias, ad pias causas destinatas, converti in alimoniam illorum, qui ob excessus à Societate dimittantur, ut ad rem hanc ponderat Fagund.

Fagund. dist. cap. 6. nu. 5. Fermoſin. dist. cap. 12. n. 7. ac Diana dist. resolut. 191. n. 2.

39 His accedit, quod Religio magnos facit sumptus in Religiosos alendos, eosque imbuendos scientiis, proindeque multum ab æquitate, & justitia detrahetur, etſi post Sacerdotium desideria evadant, cogaturque societas eos dimittere, majora subire debeat incommoda, eos alendo, jam seculares effectos, votis ab omnibus liberatos, ac seculi libertate gaudentes, ut rectè pendit Pelliz. d. cap. 6. n. 20. Fagund. eo pariter cap. 6. n. 5. §. 5.

40 Hæc, & alia, quæ ad hanc rem, alioquin clarã, adduci possent; comprobant tum mens Summorum Pontificum, tum inveterata, & inconcussa Societatis nihil justè dimissis Sacerdotibus tribuendi observatio. Mens quidem Summorum Pontificum, quia tribuerunt Societati libertatem suos Religiosos post emissã tria vota simplicia ad Sacerdotium promovendi ex titulo religiøsæ paupertatis, declarando eos esse veros Religiosos, ut in Constitutione 89. Gregorii XIII. cujus initium ascedente Domino, edita 8. Kalendas Julii 1584. §. 20. ac 21. & in literis Apostolicis Instituti Societatis pag. 225. per hæc verba.

41 Ad hæc dictam Societatem firmo Sedis hujus præsidio communitate volentes, hac nostra perpetua Constitutione, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus statuimus, atque decernimus tria vota hujusmodi, etſi simplicia, ex hujus Sedis Institutione, ac nostra etiam declaratione, & confirmatione esse verè substantialia Religionis vota, ac in dicta Societate, tanquam in Religione approbata per Sedem eandem admitti juisse, ac esse, ac per nos admitti, nec illis à quoquam, præter nos, & Sedem hujusmodi dispensari, nec ea illo alio modo, quam per legitimam dimissionem à Societate cessare posse.

42 Et non modo eos, qui in coadjutorum formatorum, sive spiritualium, sive temporalium gradus, & ministeria, ut fertur, admittantur, sed & scholares ipsos, ac supradictos alios omnes, & quoscumque, qui in ipsam Societatem admitti biennio probationis à quolibet eorum peracta tria vota substantialia prædicta, tamen simplicia emisserint, aut emittent in futurum verè, & proprie Religiosos fuisse, & esse, ac fore, & ubique semper, & ab omnibus censeri, & nominari debere non secus, atque ipsos tum Societatis, tum quorumvis aliorum Regularium Ordinum professos, suisque Praepositis in omnibus, & per omnia obedire, & huic Sedi immediate subiectos, & à quorumvis Ordinariis, & Delegatorum, seu aliorum judicium jurisdictione omnino exemptos, prout nos etiam vigore presentium eximimus.

43 Prout etiam libertatem tribuerunt eos ex juxta causa dimittendi, ac penitus à votorum emissorum obligatione liberandi, ut in Constitutione 10. Gregorii XIV. quæ incipit, Ecclesie Catholica 4. Kalendas Junii 1591. & in literis Apostolicis Instituti Societatis pag. 280. in qua §. 13. ita disponitur, Quod verò attinet ad dimissionem declaramus, formam judicariam adhibendam non esse, sed modum in Constitutionibus præscriptum, & hæcenus in ipsa Societate servatum, de cætero servari volumus, nempe ut etiam sine aliquo processu, tela, aut ordine judicario, ac nullis terminis, etiam substantialibus servatis, sola facti veritate inspecta, culpe, vel rationabilis causa tantum ratione habita, aut personarum, aliarumque circumstantiarum, quarum consideratione sic cum charitate, & prudentia conjuncta procedi possit, auctoritate prædicta declaramus, & decernimus.

44 Et §. 14. in hunc modum statuitur: Quin etiam omnes facultates, omnemque jurisdictionem, quod ad subditorum correctionem, & punitionem pertinet, quibuscumque Ordinibus, eorumque Generalibus hæcenus concessas, non ad instar, sed æque principaliter ipsi Societati, ejusque Praeposito Generali concedimus, & elargimur.

45 Et §. 16. Sic decernitur: Ac Religiosos hujusmodi post emissã vota, & si simplicia, ad sacros etiam Presbyteratus

tus Ordines, juxta Summorum Pontificum concessionem promoveri posse.

Ac demum §. 19. ita declaratur: Potestatem quoque à Societate dimittendi quosvis non professos ab hac Sede Apostolica sæpius approbatam, eosque ab omni obligatione votorum juxta Constitutiones, & diplomata hujusmodi emissorum per dimissionem ipsam, per quam vota prædicta cessant liberandi, tanquam rem magni momenti, ad Societatis puritatem, & conservationem retinendam, omnino ratam, intactam, & illibatam esse volumus.

47 Et tamen nullibi disposuerunt Sacerdotibus dimissis aliquid, vel minimum, pro alimentis esse præstandum, quinimò indulserunt, ut Religiosi post tria vota simplicia emissã, ac promotionem ad Sacerdotium, bona retineant, ut in casu dimissionis, Societas majorem habeat libertatem cum minori injuria eos dimittendi, ut in Constitutione 89. Gregorii XIII. edita anno 1584. §. 16. in qua hæc leguntur: Et licet qui ad gradus professorum, & Coadjutorum formatorum nondum pervenerunt, honorum suorum jus, ac dominium, tum alias ob justas causas, tum etiam, ut majorem Societas habeat libertatem illos, si opus fuerit, cum minori offensione dimittendi, ac temporis, Generalis Praepositi judicio præscribendum, valeant retinere. Unde patet, quod Summi Pontifices nullo modo gravate voluerunt Societatem ad præstandum alimenta Sacerdotibus dimissis, cum si tale gravamen voluissent illi imponere, utique illud expressissent, nec contra decrevisſent, quod sine aliqua promissione, vel obligatione eos faceret promovere ad Sacerdotium, & multò minus concessissent eidem Religiosis facultatem retinendi bona, ut cum minori injuria dimitti possent.

48 Observatio autem quoniam à die fundatæ Societatis nihil unquam Sacerdotibus dimissis pro alimentis attributum fuit, licet Patet Vitelleschus, Praepositus Generalis non desierit eos adjuvare apud Sedem Apostolicam, ac Principes, ut alii Cathedras, alii verò beneficia Ecclesiastica, vel dignitates assequerentur. Id enim probat Patreth Vitelleschum officiosa opera exhibuisse, non verò de bonis Societatis præstitisse alimenta, ideòque inconcussa remanet, nihil pro alimentis tribuendi observatio, comprobata sæpius in Sacra Congregatione Concilii, præsertim in illa causa Limana, disputata anno 1662. die 17. Februarii, in qua super puncto alimentorum nihil innovandum esse decretum fuit. Praeposito enim hoc dubio cum suis rationibus ab Archiepiscopo Eminentiſſime, ac Reverendissime Domine, Archiepiscopo Limano in Indiis humiliter petit declarari ab Eminentia sua.

49 An Patres Societatis Jesu in sacris Constituti juxta indulta, & privilegia ejusdem Ordinis, & postea dimissis seu ejedtis absque patrimonio, aut beneficio Ecclesiastico assignatione, ad propriam sustentationem competente, juxta Constitutionem Concilii Tridentini sess. 21. cap. 2. habeantur; ut suspensi ab executione præfatorum Ordinum?

Et licet dicti Patres nullum privilegium ostendant; & prætendant dictos dimissos, seu ejedtos non esse suspensos ex eo, quod Constitutio Urbani VIII. felicis recordationis edita sub die 21. Septembris anno 1624. eos non comprehendat, nihilominus jura omnia, & Canones clamant, non esse permittendum, in sacris constitutum esse sine patrimonio, aut beneficio Ecclesiastico, ne cum Ordinis dedecore mendicet infelix in plateis, & servili opere mancipatus à quolibet possit elemofynam, sicut scriptum est in can. Diaconi 99. dist. Imò in can. neminem, & in can. Sanctorum dist. 10. constitutum est, quod Episcopus laborare, quam maxime possibile fuerit debeat, ne quis titulo sufficienti ad victum carens, promoveatur ad Ordines, & quisquis contrariò audeat ex his ordinatis vacuam habeat manus impositionem; ubi Glossa vacuam quoad executionem illam appellat, & confirmat Marolus de irregul. lib. 4. cap. 15. in princip. idem Trident. sess. 21. d. c. 2.

P. Laureà in epist. can. 5. Ordines Sacri quatenus prohibentur, ubi qui non habet titulum, seu beneficium, vel patrimonium suspenditur ab executione ordinum.

51 Uterius dato, quod pradietti ejetti non sint suspensi, quaritur, à quibus debeatur, & quidem epist. Barb. in collect. sess. 21. de reform. d. cap. 2. n. 6. ibi, Si contingat per Societatem, quem ejeti, in Sacris jam constitutum, & beneficium carentem, tunc Pralati ejusdem Societatis de beneficio videtur saltem de redditu quadraginta aureorum illis providere debent, donec sufficiens beneficium fuerit assignatus. Ita Marchin. tract. 2. par. 6. cap. 5. num. 5. Idem Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg. 19. num. 7. Molphel. in summ. tract. 2. c. 15. n. 2. refert, Sixtum V. reddita relatione Sacra Congregationis, declarasse Jesuitas, eum post Sacerdotium exire non possunt, nisi à Superioribus ejiciantur, provideant illis de redditu quadraginta aureorum ex bonis Religionis, quoad alios, qui arbitrio suo exire, quando volunt, possunt, ne detur illis occasio excedendi, ut fruantur illo redditu, vocentur prius, & intelligantur, qua alia via propici possit, deinde mature deliberandum, Vasquez. tom. 3. in 3. par. disp. 146. n. 62. aliquos refert dictus Barbos. de offic. & potest.

52 At verò Societas libello Episcopi hac reposuit. Eminentissimi, & Reverendissimi Signori Monsignor Arcivescovo di Lima con una sua scritta à questa Sancta Sede rapresentata, che i dimessi dalla Compagnia di Gesù lo molestano per ottenere beneficii Ecclesiastici, tanto più nel pretendere ciò importuni, quanto che si trovano dopo la dimissione senza titolo, senza patrimonio per la loro sustentazione necessaria, e supplica, che si dichiarari, che detti dimessi siano sospesi dall' esercizio degli ordini ricevuti nella Religione.

53 Questa istanza, Eminentissimi Signori, altre volte fu discussa in dotefta Sacra Congregatione, e risoluto, che i dimessi dalla Compagnia non sono compresi nel decreto de ejetis. Ne osta, che poi questi tali restano senza titolo, al quale furono ordinati, imperoche la dimissione dalla Compagnia non toglie loro la legitima della loro ordinatione fatta à titolo di povertà, venendo un tal titolo approvato da Sommi Pontifici à favore della Compagnia di Gesù, e principalmente dalla santa memoria di Gregorio XIII. nella Bolla, che comincia: Ex Sedis Apostolica benignitate, concessa l'anno 1573. dopo haver confermato a medesima la liberta di riperire via di se ancora i Sacerdoti, non stimati utili alla Religione, parlando di questa materia di sospensione, e che in essa non incorrano quei, che legitimum ordinati hanno perduto il titolo, à che furono ordinati, anche per loro colpa, Avila de censur. par. 3. dub. 5. Suaz. de censur. disp. 31. sect. 17. nu. 38. Diana resolut. moral. par. 5. tract. 10. resol. 57.

54 Ne in ciò Monsignor Arcivescovo di Lima può obiettare aggravato, perche, se sua Signoria Illustrissima farà riflessione alla qualita de dimessi dalla Compagnia, troverà, che sono di nascimento, d'ingegno, di ricchezza, di scienze, di conditioni tali, che senz' altro titolo di beneficio ponno vivere honestamente. Che se questi con la loro vita, e costumi si fanno degni della protezione di sua Signoria Illustrissima, non dee come buon Padre di famiglia havere à discurto, che le siano alla mano molti operarii buoni, e che l'ajutino nella cultura della vigna, raccomandatale da Dio. Quando poi i dimessi non vivono conformi all' obbligo del Sacerdotio, può Monsignor Illustrissimo giustamente ributtarli, e senz' altra dichiarazione di questa Sacra Congregatione sospenderli dall' esercizio degli Ordini, si come gliene danno l'autorità il Sacro Concilio Tridentino e le ordinationi Apostoliche.

55 Che se pure Monsignor Arcivescovo insiste, che i dimessi dalla Compagnia, poveri in estremo, sono molti in numero, supplica il Provinciale della Provincia del Perù della medesima Compagnia l'Eminenze Vostre di ordinare, che di i nomi, accioche non vi sia qualche supposta persona, che inganni il Mondo con questo; essendo certo l'Oratore,

che di tali dimessi in conditione si poterà non ve ne conterà un paro in tutta la Provincia del Perù, che pure gira tante leghe, e comprende tanti Collegi. Ne pare giusto, che provvedere à due si metta in rovina una Religione, impedendo la liberta di mandar fuori di essa i malcontenti, in che consiste la conservazione principalmente della Religione.

Questo motivo, Eminentissimi Signori, persuase altre volte questa Sacra Congregatione à rigettare l'istanza de dimessi, quando pretesero dalla Compagnia il patrimonio, si come si legge nel decreto terzo della Congregatione settima della Religione, il cui decreto si dà per estensum, e ne parla il Garza de benefic. in addit. p. 2. c. 5. nu. 13. & eruditamente secondo il solito l'Eminentissimo Pallavicini nel libro intitolato Vindicaciones Societatis al cap. 34.

E se bene alcuni Autori portano una resolutione di Sisto V. à favore de dimessi in questo proposito di patrimonio, l'Oratore però supplica l'Eminenze Vostre di adverte, che una tal dichiarazione fu fatta in caso particolare da alcuni, che pretesero, inaudita Societate, migliorare le proprie conditioni, ma non si sa, che havessero l'essentione. Anzi dalle medesime parole si cava, che quel Sommo Pontefice non volle quel tal decreto fosse universale, ne trasferire in exemplum, per le pessime conseguenze, che apporterebbe: Onde dice: Vocentur prius, & intelligantur; qua alia via propici possit, deinde mature deliberandum. E la deliberatione de' Suoi Santi successori, particolarmente di Clemente VII. fu di non voler novita in questo punto tanto grave, & importante per mantenere l'osservanza regolare nella Compagnia di Gesù, & Deus &c.

Sacra Congregatio Concilii respondit, Religiosos Societatis, post tria vota simplicia auctoritate vigore privilegiorum ejusdem Societatis dimissos, non comprehendit in Constitutione Urbani VIII. de apostatis, & ejetis. Quoad reliqua nihil innovandum.

Ita reperitur in Registro authentographo decretorum ejusdem S. Congregationis lib. 23. fol. 59. In fidem, &c. hac die 21. Julii 1693.

R. Pallavicinus Sacra Congregationis Secretarius. 60

Et in volumine resolutionum Sacra Congregationis Sacri Concilii Tridentini annorum 1662. & 1663. apud Eminentissimum D. Cardinalem Franciottum unum ex Eminentissimis Dominis Cardinalibus dicta Sacra Congregationis, reperitur in margine restrictus dicta causa Lianae manu propria ejusdem Cardinalis: Dimissos quoad vota simplicia non comprehendendi. Quoad alimenta nihil innovandum, ut ex fide notarii A. C. Pelusii 18. Augusti 1694.

Id ipsum decrevit eadem Sacra Congregatio in causa Gerudensis sub die 4. Julii 1672. utraque parte informante. Cum enim proponeretur, quod Marianus Balle Gerudensis, alias ad titulum paupertatis in Societate Jesu promotus, post duodecimum annum, professione nondum emissam, cum ipse saltem trivisset, & ejus mater in gravem incidisset paupertatem anno 1664. gli fu donata licentia (sunt verba Oratoris) di esser Prete scolare, considerandosi i Superiori Gesuiti, che il detto Oratore sarebbe proveduto dal suo Vescovo del primo beneficio curato, che vacarebbe, e che fra tanto camparebbe bene, ingnando, & essendo Parochiano. Sed quoniam propter Episcoporum mutationes nullum beneficium obtinuit, & demum anno 1669. duobus beneficiis provisus in Curia, cum illa libris inextricabilibus implicata compererit, jam annus est, ex quo Romam reversus, incassum semper supplicibus libellis pro beneficiis institit, necessariis ad vitam destitutus, ne cum Ordinis dedecore mendicare cogatur, petiit, ut sibi provideretur de annuo reddito quadraginta aureorum ex bonis Religionis juxta decretum sanctae memoriae Sixti V. relatum à Barbosa de potest. Episc. par. 2. allegat. 19. Cum autem Sanctitas sua dubium in Sacra Congregatione preponi jussisset, Eminentissimorum

Patrum erit decernere. An secundum ea, que proponuntur Oratori providere debeat de dicto annuo reddito super bonis Religionis?

62 Die 4. Junii 1674. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sancta Romana Ecclesia Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, perperis de dicitur tum pro parte Oratoris, tum pro parte Religionis respondunt: Nihil esse innovandum.

63 Et clarae memoriae Cardinalis Grimaldus Archiepiscopus Aqueensis ita declaravit: Universis, & singulis presentibus infidelibus salutem in Domino. Quia Religiosi Societatis Jesu non offerunt se ad sacros Ordines suscipiendum, nisi post exploratos eorum mores, probatamque vocationem per quindecim circiter annos, postque impensam erudiendam juvenuti Sacra Theologia studio per idem tempus operam; propterea visum est nobis declarare, non esse intentionis nostra dictos Religiosos comprehendere in ordinatione vigesima prima statuti nostri de Sacra Ordinatione. In quorum fidem presentes manu nostra subscriptas per Secretarium nostrum infrascriptum fieri, & subscribi, sigillique nostri jussimus, & fecimus appositione manuum anno 1676. die vero mensis Novembris 18.

Hieronymus Cardinalis Grimaldus Archiepiscopus. Cornelius Secretarius.

64 Quam obrem si inconcussa est observatio nihil tribuendi pro alimentis, & quidem per unum seculum cum dimidio religiosè observata, nihil remaneat, de quo hastitandum sit cum sola centenaria, quando Societati non faverent Pontificiae Constitutiones, superius citatae, praebeat meliorem titulum, imò & Apostolicum privilegium, Rota coram Cocchino decif. 864. num. 2. & in recent. decif. 646. nu. 6. & decif. 770. nu. 10. par. 18. & in Romana Castris Orciani 16. Januarii 1679. §. Imò adhuc coram Bourlemont.

65 Haec fundamenta quae placuerunt Parlamento Tolosano ad excludendam, tanquam injustam petitionem alimentorum, quam olim fecerat Joanni Gentilio Provinciali Claudius Bernardus de Societate dimissus, uti testantur Fagundez d. cap. 6. nu. 5. Diana d. resol. 191. nu. 2. & Pelliz. decif. tract. 3. cap. 6. n. 20. credimus satis omnibus sufficere, cum nequeant obstar, quae non nemo opponere potest. Nec obstat Institutum ipsius Societatis in illis verbis, Circa statum vitae eorum Superiores studeant eos dirigere, ut aliquam convenientem vitam servandi Deo inveniant. Quia verba hujusmodi pertinent ad vitam spirituales, non verò ad alimenta corporis, ut genuinus sensus ipse demonstrat, & declaravit S. Patriarcha Ignatius, quando P. Laines ab ipso dimisso, quid etiam minimum subsidii denegavit. Melior enim legis declaratio haberi non potest, quam illa, quae ex ipsius legislatoris ore procedit, l. heredes palam, §. Si quis possit, ff. de testam. & qui testam. facer. poss. Rota coram Cocchino decif. 1680. numer. 155. & par. 19. recent. decif. 385. n. 37.

66 Multò minus obstar potest Sacrum Concilium Tridentinum d. c. 2. sess. 21. de reform. in quo prohibetur, quod nemo promoveri possit ad Sacerdotium sine beneficio, vel patrimonio, ne mendicare cogatur. Quia Conciliatis dispositio non comprehendit Regulares, multoque minus Religiosos Societatis Jesu, ut superius dictum est, nec illos ligat Constitutio 75. B. Pii V. extensiva Concilii ad omnes Regulares. Quia dicta Constitutio sublata fuit ab aliis Constitutionibus Gregorii XIII. & Gregorii XIV. supradictis, & tradunt Pialec. in pr. Episc. art. 7. n. 9. Peyr. de primovileg. Regul. in Constit. 2. Sixti IV. n. 37. ad med. Vulp. in pr. for. Eccl. cap. 8. num. 16. Gobat. moral. tract. 8. cap. 16. nu. 644. tom. 2. Belletti. disp. Cler. par. 2. §. 28. n. 1.

67 Hinc non subintrat paritas, quod sicuti Episcopus qui sine titulo aliquem ordinar, teneat illum alimentare, donec de beneficio provideat, ita etiam teneat Religio, quae suos promoveri facit Religiosos titulo religiosae paupertatis, ne cogantur mendicare in dedecus Ordinis, quem

etiam dimissi exercent. Nam Episcopi legati sunt Consiliari dispositione, non autem Societas, cui Pontifices privilegium dederunt, ut promoveri faciat suos Religiosos sine beneficio, vel patrimonio. Quinimò etiam Religiosis dictae Societatis gratiam fecerunt, ut dimissi etiam sine beneficio Sacerdotes remaneant. Si autem Societas teneretur dimissos alere, non haberent privilegium, sed onus positivum, & quidem intolerabile, ut supra ostensum fuit. Et idè privilegium in onus, ac odium retorqueretur, contra Textum in l. Quod favore, C. de legat. Surd. conf. 315. nu. 68. & conf. 426. num. 16. Rota coram Celso decif. 326. n. 13. passimque alibi.

Neque in dimissis Societatis considerari potest suspensio mendicantis. Quia in Religione tot scientias acquirunt, ut annuatim cum earum exercitio acquirere possint plusquam scuta quadraginta, quae ex verberata grandine vinea, vel pradio valoris scutorum mille percipere possunt, nisi ab omni se labore velint excutere, ut experientia usque in hac tempora, quibus nullus dimissus mendicare visus fuit, manifestè docuit, de qua etiam testantur Card. Pallavic. d. cap. 34. Pelliz. d. cap. 6. n. 20. & firmavi tom. 5. consult. 77. n. 44. ubi hac de re plura.

Et certè Summi Pontifices in promotione Religiosorum Societatis, quorum postea dimissionem liberam indulserunt, non habuerunt alium respectum, nisi ad scientias, quas acquirunt in Religione, ut dimissi vivere possint, non verò ad modicum sexcentorum, vel octingentorum aureorum patrimonium, temporum vicissitudinibus quandoque noxiis subiectum, ut declaravit Gregorius XIII. in sua Constitutione 77. §. 2. in fine, ibi, Quamvis non nisi ad eisdem Ordines suscipiendos numeris aequo omnibus idonei dimittantur. Unde sicuti si Episcopus ex privilegio Sedis Apostolicae suos diocesanos sine titulo promoveret, ad nihilum teneretur, ita neque teneretur Societas, quae ex privilegio Pontificum promovet suos Religiosos sine titulo patrimonii, sed cum majori beneficio scientiarum, quae exiguo patrimonio rutiore sunt, ac pro patrimonio admitti possunt, ut per Dian. in summa. v. Ordinis subiectum nu. 18. Avil. de censur. par. 3. disp. 5. dub. 16. Henric. Theol. mor. lib. 13. cap. 35. in Gloss. litteram. N. Gabr. à S. Vincent de Sacram. disput. 2. q. 4. nu. 44. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloss. 4. num. 36. Gratian. discept. 57. numer. 30. de quo tamen nos alibi.

Et in hoc casu cessare videtur omnis difficultas. Quia Summi Pontifices Collegialibus, sub directione Patrum Jesuitarum degentibus, privilegia indulserunt, ut sine beneficio, vel titulo ad Ordines promoverentur, ut sunt alumni Graeci, Germani, Illyrici, Pragenfes, Fuldenses, ac similes, de quibus extant Constitutiones Urbani VIII. 64. §. 10. 66. §. 11. 67. & 9. 96. §. 12. non quidem alio pensato, nisi pinguiori titulo scientiarum, quas illi acquirunt in Collegiis. Quapropter multò fortius dicendum est, quod idem privilegium concesserint Religiosis Societatis, quia major ita statuendi ratio concurret quoad dictos Religiosos, quàm quoad dictos alumnos, dum major in illis scientiarum copia concurret, maxime quia expressè decreverunt, quod Religiosi promoverentur sine aliqua promissione, vel obligatione Societatis, ut supra probatum est.

Atque ita demum eadem Sacra Congregatio Concilii 71 in Panormitana Congrua declaravit, ut ex sequentis decreti gravitate.

Panormitana Congrua, Praeposita hujusmodi causa diebus 11. & 25. Septembris 1694. cum dubiis infrascriptis dilata fuit, ac precibus Patris Generalis Sanctissimo porrectis, ac Secretario remissis: A Monsignor Secretario, che ne parli, istantis pro discussione dubii, quoad personam Vaccarini dimittat, Sanctitas sua die 2. Decembris 1694. audita relatione per Secretarium facta, mandavit eidem, ut suspensa dubii propositione in abstracto, idem dubium proponatur in concreto tantum, ac in casu particulari dimissionis Sacerdotis Georgii Vaccarini,

Vaccarini, nec interim ultra esse innovandum, ne fiat in Societate Jesu turbatio; ac status ejusdem immutatio. Quare dignentur E.E. VII. benigniter reassumere solium, & jura transmissa dicta die 11. Septembris 1694. & parte utrinque informante decernere.

73. *Primo, An Georgio Vaccarino ordinato Sacerdoti ad titulum Religiosa paupertatis in Societate Jesu, & deinde ab eo dimisso, debeat congrua portio saltem aureorum quadragesima scutorum?*

Secundo, An eidem sint subministranda alimenta, & sumptus suis?

74. *Die 28. Maii 1695. Sacra Congregatio Concilii, juri- bus ab utraque Parte deductis mature perpensis, ad utramque respondit, negativè. Et facta de præmissis relatione Sanctissimo in audientia habita die 4. Junii 1695. una cum votis Eminentissimorum PP. quatuor pro dilatione ex no- vem, & quinque pro dicta resolutione, Sanctitas sua inha- berendo decreto, & menti aliis 2. Decembris 1694. ex- presse, favorabilem Societatis Jesu sententiam Congrega- tionis approbavit, & mandavit, Vaccarinum non esse am- plius audendum, ac in posterum nihil innovandum, in- consulta Sanctitate sua, &c.*

75. *His subijcio, tanquam in epilogum antea dictorum, Placita, & Decreta Summorum Pontificum, &c.*

PLACITA, ET DECRETA

Summorum Pontificum, necnon Decreta Sac. Congrega- tionis Concilii Tridentini, in causis præsentis congrua, seu præstationis alimentorum à Sacerdotibus dimissis à Socie- tate Jesu, non semel proposita; quorum instantia perpetuo fuit, constanterque rejecta, ex typographia Camere Apo- stolice Superiorum facultate anno 1696.

I.

PAULUS III. qui primus Societatis Institutum ap- probavit, ejusque Successores **JULIUS III. MAR- CELLUS II. PAULUS IV. & PIUS IV.** quamvis in ipso Societatis primordio intellexerint, nonnullos Sacer- dotes, eosque pauperes, veluti beneficio, patrimonio, & pensione destitutos aliquando dimitti; nihil tamen de re- bus ejusdem Institutum signanter ad dimissionem pertinen- tibus immutarunt.

II.

B. PIO V. sedente, Nicolaus Ormanetus, tunc in Cu- ria degens, olim S. Caroli Borromei in Archiepiscopatu Mediolanensi Vicarius Generalis, Episcopus exinde Para- vinus renunciatus, primam de Congrua Alimenti præ- standi Sacerdotibus pauperibus à Societate dimissis quæ- sitionem instituit, & dubium super hac re, anno 1567. cum aliis dubiis, ad suaver instructionem **FRANCIS- CO CARDINALI ALCIATO** proposuit. Qui cum materias Conciliarias ageret, veluti alter ex S. Congre- gationis Concilii Præsidibus, Societate inaudita, ejus- que Instituto in expenso, quadraginta scuta aurea annua- tum esse à Societate præstanda censuit, & hoc judicium suum in calce dubiorum adnotavit. Hæcque adnotatio tantam nonnullis Auctoribus ansam credulitatis præbuit, ut Decretum esse Sac. Congregationis Concilii ausi sint asserere; cum re vera pro legitimo, & valido Decreto ab eadem Sac. Congregatione successivis hucusque tempo- ribus nunquam habitum fuerit; illudque ideò à dignio- ris notæ, & sanioris doctrinæ Scriptoribus improbetur. Quinimò **BEATISSIMUS PIUS CONGRUAM**, seu Ali- mentorum præstationem hujusmodi, uti inconsonam, & indebitam (nunquam relationibus sibi factis annuendo) constantissimè repressit, sed potius mandavit, ut Religiosi Societatis, more aliorum Regularium profiteri teneren- tur, antequam promoverentur ad Sacros Ordines; Qua- re anno sequenti 1568. pridè Idus Octobris, Constitutionem edidit Decreti Concilii Tridentini *sess. 21. cap. 2. de reform.* de Clericis secularibus absque titulo Beneficii, seu Pattimonii, ad Sacros Ordines non promovendis ad

Clericos etiam Regulares non professos extensivam.

Sed maximè ex hac Sacerdotum promovendotum di- latione detrimentum Societati obvenire; rumoreque latè diffuso, à B. Pontifice Societatis Institutum, prout in aliis Religiosis Ordinibus inceptum fuerat, multifariam immutandum; **FRANCISCUS CARDIN. PACHEUS**, S. Francisco Borgia, tunc Præposito Generali Societatis rogante, B. Pii animum explorare studuit, qui teste Franc. Sacch. Andr. Victor. Christoph. Gomez, & aliis, exclamasse fertur, in hæc verba, *Abstine à nobis hoc gran- de peccatum; Videmus Deo complacitum in his famulis suis, perque eos utilitates Ecclesie sue præclaras afferre. Dum ita vivunt, non est, quod negotium eis quisquam fa- cessat, sed ut favore potius, atque patrocinium accom- modet, qui secundum viam suam formam servitio se Divino impendant.* Hæc Sanctissimus Pontifex. Nec sanè de cæ- tero aliter se ipse gessit; Quin & Societatem amplis favori- bus, & indulgentiis cumulavit.

III.

GREGORIUS XIII. Cui Societas nonnulla postulata obtulit, pro recto ipsius regimine, ad Institutum sui nor- mam, præsertim in iis, quæ ad Religiosos spectant, ante solemnem professionem Sacris Ordinibus initiandos; pos- tulata eadem unà cum Instituto ad trutinam revocato examinanda, & perpendenda tradidit quatuor S.R.E. Cardinalibus, non minus probitate, quam doctrina, rerum experimento, & prudentia illustribus; nimirum S. Carolo Borromeo, Joanni Aldobrandino, Gabrieli Paleotto, & Paulo Aretino, quorum consilio, die ulti- ma Februarii 1573. in Constitutione sua, incipiente, *Ex Sedis Apostolicæ benignitate*, Religiosis Societatis in- dultis, ut ad Sacros Ordines promoveri possent, post vo- ta simplicia dumtaxat, ante solemnem professionem, non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, & in specie Con- stitutione *Pii V. Prædecessoris Nostri* (sunt verba Pontifi- cis) *qua Decretum Concilii Tridentini, quod incipit, Cum non deceat ad Clericos Regulares non professos ex- tendit, ceterisque contrariis quibuscumque.*

Hujusmodi Constitutionis vigore, qua derogatum fuit Concilio Tridentino, in ea parte, cui Sacerdotes dimissi, pro alimentis consequendis innituntur; quæcumque etiam eorumdem alimentorum præstatio Sacerdotibus ipsis, licet absque beneficio, aut patrimonio promotis, exindèque dimissis, ex conciliari interpretatione quomo- documque dimanans, fuit proculdubio proscripita. Præ- terea idem Pontifex Societatis Institutum, pluribus adje- ctis privilegiis, promovendæ Catholicæ Religionis ze- lo, bonarumque artium studio confirmavit.

IV.

SIXTUS V. Et si Societatis Institutum meditarus ali- quando fuerit in re aliqua alterare; Nihilominus factum maturè advertens, professus est, Institutum idem utile omninò esse Ecclesie Sanctæ, illudque intactum, invio- latumque servavit.

Proindè nulla ratione subsistit, quod Molfesius, Bar- bosa, & alii eorum affectu allegarunt, de quadam decla- ratione Sixti V. super alimentis Sacerdoti dimisso præ- standis; quasi fuerit præsentis Congruæ 40. aureorum annuorum confirmatoria. Declarationem enim hujus- modi neque edidit, neque etiam sibi suasit hic Pontifex. Adhibitæ quippè sunt possibiles, & exquisitissimæ dili- gentiæ, ad eam observandam in fonte suo, vel in Scrip- toribus, qui tempus, locum, aut aliquam circumstan- tiam indicarent, inventi possent, sed frustra. Scriptorum Sixto V. contemporanei, nihil profusus de hac decla- ratione retulerunt. Prosper Fagnanus, qui per quin- quaginta, & ultra annos in Curia versatus, varia- rum Congregationum, præcipuè Episcoporum, & Regularium, idemque Concilii longo tempore Secre- tarius, & in suis in Decretis Commentariis, plura de rebus Societatis collegit, plura etiam Decreta eorum- dem Sacrarum Congregationum recensuit; de supposita

tamen declaratione Sixti V. prout de asserto Decreto su- per congrua 40. aureorum annuorum, nec verbum qui- dem protulit, protulisset tamen, si vera fuissent.) Cæteri quoque Scriptorum antiquiores, qui meliùs rem nosse poterant, nihil penitus de hisce Decreto, & Declaratione disseverunt. Unde futuri cogimur, declarationem ipsam à veritate absonam, & metum esse commentum.

V.

GREGORIUS XIV. Institutum Societatis approba- vit, confirmavitque; præsertim modum, & formam di- missionum explicando, & quorundam impugnationes die 4. Kal. Junii 1591. Apostolica Sanctione retrulit.

VI.

CLEMENS VIII. cui oblatum fuerat, die 21. Aprilis 1597. supplicem libellus, ab incerta Persona, pro Sacerdo- tibus à Societate dimissis, ut ne ad egestatem, & mendica- tatem cog-erentur, de aliquo remedio providere dignaretur, **HIERONYMO CARDINALI MATTHÆO**, prudentia, fide & integritate probatissimo, qui alter erat ex Cardinalibus Sac. Congregationis Concilii, libelli materiam disquirendam commisit; Qui ea seriò, & accu- ratè discussa, Pontifici retulit, aliàs huic negotium, per Summas Pontifices, & Congregationem S. Officii, fuisse examinatum, & intactum demum relictum Pontifex, iis auditis, eandem etiam rem integram Societati reli- quit, Laur. de Paul. in diar. pag. 48. & decret. 3. Congreg. Gen. 7. §. 8.

VII.

PAULUS V. qui Institutum Societatis, antè ex ejus mandato dit- ussum anno 1606. pridè nonas Septembris speciali Constitutione probaverat, vitio supplicis libello, sibi oblato, anno 1613. à quodam Sacerdote à Societate dimisso alimenta petente, illum **ROBERTO CARDI- NALI BELLARMINO** remisit, ut Patribus Societatis in Congregatione tunc Generali Septima convocatis, prospiciendum proponeret, quid factu opus esset, circa Sacerdotes à Societate dimissos; Congregatio autem Pon- tificem omni animi submissione rogavit, ut Societatis Jura, receptamque consuetudinem tueri dignaretur, pluri- busque argumentis ostendit, nihil in hac re immutan- dum fore, eod. decret. 3. Congreg. Gen. 7. §. 8. nihilque adè à Summo Pontifice immutatum est.

VIII.

URBANO VIII. libellum supplicem exhibuerat an- no 1630. Cosmus Curmus, Sacerdos à Societate dimis- sus, pro alimentis ob inopiam exigendis, & Sac. Congregationi Episcoporum, & Regularium à Pontifice rem- missum; cujus tunc obibat munus à Secretis præfatus Prosper Fagnanus, qui cum audisset Cosmum actionis suæ supplicis quærere à præsentis Decreto Congruæ 40. aureorum, & ab asserta Sixti V. declaratione; ille ut er- rei peritissimus, Sacerdotem hunc à prosequenda causa dimovisse creditur, & ab errore, seu fallacia deduxisse; quoniam actione deserta recessit.

IX.

ALEXANDRO VII. in supremo Solio imperante, Archiepiscopus Limanus in Indiis petiit à Sacra Congregatione Concilii declarari; *An Patres Societatis JESU in Sacris Constituti, juxta Indulta, & Privilegia ejus- dem Ordinis, & postea dimissi, seu ejecti, absque patri- monio, aut beneficii Ecclesiastici assignatione, ad prop- riam sustentationem competente, juxta decretum Con- cilii Tridentini c. 2. sess. 21. de reform. habeantur, si sus- pensis ab executione præfatorum Ordinum, & quatenus non sint suspensi aut Religio teneatur illis providere de honesto victu, saltem in redditu 40. aureorum, donec sufficiens beneficium fuerint affecturi.*

Die 11. Februarii 1662. Sac. Congregatio respondit. Re- ligiosos Societatis post tria vota simplicia dumtaxat, vigore Privilegiorum ejusdem Societatis dimissos, non comprehendi in Constitutione Urbani VIII. de Apostatis, & Ejectis; Tom. X.

X.

AD CLEMENTEM X. anno 1672. recursum habuit Martianus Battle, Gerundensis Sacerdos à Societate di- missus, ut Sanctitas Sua injungere dignaretur Præposito Generali Societatis, de illi solvendo singulis annis secuta 40. annua ex bonis Religionis, ad mentem, [ut ille aje- bar] Decreti S. Congregationis Concilii, & declaratio- nis Sixti V. libellum verò Pontifex S. Congregationi Concilii transmisit, ut rem disquireret, & resolveret. Proposito igitur dubio, *An Oratori provideri debeat de dicto anno redditu super bonis Religionis.*

Die 4. Junii 1672. S. Congregatio perpensis deductis tum pro parte Oratoris, tum pro parte Religionis, respon- dit, NIHIL ESSE INNOVANDUM.

XI.

Sub cæteris Pontificibus, quotquot à Societatis exor- dio, usque nunc imperarunt; nempe sub **URBANO VII. INNOCENTIO IX. LEONE XII. GREGORIO XV. INNOCENTIO X. CLEMENTE IX. Et ALEXAN- DRO VIII.** vel nulla excitata fuit de hac re controver- sia, vel nec aures quidem idem Summi Pontifices hu- jusmodi petitionibus inclinarunt; cum nullum reperitur hisce temporibus de eadem quæstione monumentum.

SANCTISSIMO demùm **INNOCENTIO XII.** Pontificatus sui imperium ad præsens feliciter tenente, Georgius Vaccarinus, Sacerdos Siculus anno 1690. à Societate dimissus, actionem de alimentis consequendis anno 1694. antiquis, & recedens argumentis innixus, re- cens instantavit; libellum supplicem eidem Sanctissimo obtulit, S. Congregationi Concilii remissum; coram qua dimissorum etiam omnium jura, non minus quam sua, item alimenta, & sumptus litis petens, accerrimè pro- pugnare conatus est; In qua causa decreta infra scripta Sanctissimi, & Sac. Congregationis emanarunt.

1. Instante eodem Vaccarino, ut resolveretur dubium, tam in abstracto, pro interesse quorumcumque dimisso- rum, quam in concreto, pro suomet interesse, & è contra rogante Societate Sanctissimum, ut dispiciendum manda- ret factum dumtaxat Vaccarini, *Sanctitas Sua, audita ve- latione sibi facta de speciali ejus commissione ab Illu- strissimo, & Reverendissimo D. Raynucio Pallavicino, tunc S. Congregationis Secretario, nunc Urbis Guberna- tore, die 2. Decembris 1694. mandavit, ut suspensa pro- positione in abstracto, dubium proponeretur in concreto tan- tum, ac in casu particulari Sacerdotis Georgii Vaccarini, nec ultra esse innovandum, ne fiat in Societate JESU turbatio, ac status ejusdem immutatio.*

2. Hujusmodi Decreti virtute, duplex itaque dubium fuit in S. Congregatione propositum, pro interesse petentis tantummodò. *Primo, An Georgio Vaccarino ordinato Sa- cerdoti, ad titulum Religiosa paupertatis, in Societate JESU, & deinde ab ea dimisso, debeat congrua portio, sal- tem aureorum quadragesima annuorum. Secundo, An ei- dem sint subministranda alimenta, & sumptus litis.*

Die 28. Maii 1695. S. Congregatio, juri- bus ab utraque parte deductis mature perpensis, ad utramque respondit negativè.

3. Et facta de præmissis, ab eodem Illustrissimo, & Re- verendissimo D. Pallavicino Secretario relatione Sanctis- simo die 4. Junii 1695. **SANCTITAS SUA FAVORA- BILEM SOCIETATI SENTENTIAM SAC. CON- GREGATIONIS APPROBAVIT, & MANDAVIT, VACCARINUM NON ESSE AMPLIUS AUDIEN- DUM, ET IN POSTERUM NIHIL INNOVAN- DUM.**

4. Explosam hanc in concreto instantiam, etiam in ab- stracto reassumpsit Vaccarinus, supplicis oblato S. Congregationi libello, ubi tria dubia resolvenda proposuit. *Primo, An Sacerdotes à Societate dimissi, absque congrua, in Sacerdotio remanere possint. Secundo, An ad hanc*

congrua Societas teneatur. Tertio, Et quatenus Societas non teneatur, ad quem onus pertineat.

De 11. Junii 1695. S. Congregatio instantiam rejecit, rescriptumque est, RELATA, idest nihil.

5. Sanctissimi mentem Vaccarinus alio supplici libello recuso, in publica audientia retentavit, petiitque causam committi de voto Rotæ.

Sanctitas vero Sua die 16. Julii 1695. referente eodem Illustrissimo, & Reverendissimo D. Pallavicino Secretario, ex commissione speciali sibi facta, STETIT IN DECRETIS 4. JUNII PRÆDICTI.

6. Rufus in alia publica audientia Vaccarinus supplicem libellum Sanctissimo exhibuit, rogans sibi, & ceteris Sacerdotibus à Societate dimissis alimenta præstari, sub prætextu novæ scripturæ, repertæ in libris ejusdem Sac. Congregationis, in qua (ut ipse asserbat) seipsum ad hanc præstationem obligaverat: Societate tamen exadverso ipsius scripturæ inutilitatem, levitatemque plurimis rationibus confirmante, cujus tenorem olim, & aliis in præcedentibus causis expensum, & refutatum, atque novissimè animadversum S. Congregatio neglexit.

Sanctitas sua die 7. Julii 1695. rescripsit, ACQUIESCANT.

7. Nec tamen acquiescent Vaccarino, novumque supplicem libellum Summo Pontifici offerente, pro executione præfatæ (inanis) scripturæ, ut à paupertate sublevareretur, & creditoribus suis satisfacere posset.

Die 8. Septembris 1695. referente eodem Illustrissimo, & Reverendissimo D. Pallavicino Secretario, ex commissione speciali sibi facta, SANCTITAS SUA MANDAVIT ORATOREM ACQUIESCERE DEBERE, ET AMPLIUS AUDIENDUM, ET ILLIUS INSTANTIÆ SILENTIUM IMPONI MANDAVIT.

8. Alias item preces in sequenti publica audientia Vaccarinus reformato libello coram SANCTISSIMO subrogavit, rescriptumque obtinuit die 26. prædicti Septembris, remissionis præfati libelli ad Sacram Congregationem Concilii, sed obreptione à Societate intellecta, juribusque ejus juxta facti feriem expositis.

Die prima Octobris 1695. SANCTISSIMUS, attendente relatione præfati Illustrissimi, & Reverendissimi D. Pallavicini Secretarii, de his omnibus, que ad causam pertinebant, ex speciali commissione sibi facta, STETIT IN DECRETIS, VACCARINUM NON ESSE AMPLIUS AUDIENDUM, ET ILLIUS INSTANTIÆ SILENTIUM IMPONI MANDAVIT.

9. Siluit per aliquot menses Vaccarinus, & cum videret integram, & rectam SANCTISSIMI constantiam, in ejus petitionibus resellendi, novam à S. Congregatione Concilii audientiam obtinere studuit supplici oblato libello, antiquas propositiones repetente.

Die 14. Aprilis 1696. S. Congregatio instantiam rejecit, rescriptumque est, LECTVM; idest nihil.

Potè præstationem hanc alimentorum membris à suo corpore perpetuè abscissis, quam Sacerdotes dimissi sibi debent contendunt. [hi autem illam prætendentes paucissimi sunt, & vix sex ex iis, centum & quinquaginta annorum intervallo apparuerunt; plurimi quidem fortasse in posterum surrecturi, si aditus iste aperiretur,] nullatenus esse debitam in tractatu opportunè evulgando firmabitur, nec scilicet de jure Naturali, nec de jure Canonico, nec de jure Civili, nec ex Conciliorum Generalium, præsertim Tridentini dispositione, nec Instituto Societatis, nec ex Constitutionibus Summorum Pontificum, nec ex Sacratum Congregationum responsis, nec ex Statutis Synodalibus Episcoporum, nec ex quibusvis Supremorum Tribunalium judicis, nec ex solidioribus scriptorum sententiis, nec ex inconcussa, & inviolata Societatis praxi, & observantia, nec ex meliori Ecclesiæ Sanctæ bono, nec ex utilitate Christianæ Reipublicæ, nec ex motivis prudentialibus, nec in subsidium benigno Judicis officio, ut etiam æquivoca super affecto decreto

de congrua scutorum 40. & alia in hac hypothefi deteguntur; Adversariorum fallacis undequaque occurrunt; objecta quæcumque excogitata remouentur; Auctorum quorundam conspiratio evertitur; turbationes; quæ in Societate fierent, scandala, & mala eventura, eaque desperato remedio indicantur. Et demùm ostenditur, impracticabilem omninò esse hanc alimentorum præstationem, nisi Societatis Institutum toties à Sancta Sede Apostolica confirmatum, integrum etiam servatum, subdèque vertatur, illiusque substantialia convellantur.

Hucusque decreta. Cæterùm pro omnibus aliis Regularibus quibuscumque tertium edico, rem hanc indigere Apostolica Constitutione, qua statuatur, ut quod Summus Pontifex P. us V. in explicatione decreti Concilii Tridentini, quod est sess. 22. cap. 2. constituit, executionem habeat: Episcopus, ne Clericum ullum regularem, neque secularem, qui regularium more in communi vita disciplina sit, beneficiumque Ecclesiasticum non habeat, Ordinibus Sacris adscribat, nisi à superiore fidem ille attulerit, se religionis, cui adscriptus est, professionem confecerit, juratusque affirmet scripto manu sua signato, coram Episcopo, se id spontè fecisse, aut ratam habuisse. Illud autem scriptum in Archivo asservandum Episcopus curat.

Decreti istius æquitas ex eo patet, quod cum loco tituli Ecclesiastici sit regularis professio, sicut Ecclesiasticum titulum Ordinatori suo comprobare debent seculares ordinandi, quia ipsius est cavere, ne sint eo titulo, seu beneficii, seu patrimonii facta ordinatio vitiosa sit, ita apud eundem de regulari professione emissis ordinandos Regulares testari oporteat, ne ad titulum Monasterii falso aliqui ordinentur, & professionem regularem idè mentiantur.

Quia verò vel exorta, vel ante ætatem facta, vel ante probationem annuam, vel aliis ejusmodi conditionibus necessariis destituta, regularis professio nulla est, nisi rata habeatur, consultò additur illa regularis professionis coram Episcopo rata habenda formula, ab iis, qui ordinandi sunt, servanda, ne abolita postea professione, abique titulo ullo quis ordinatus remaneat, & ita cum ordinis dedecore mendicare, aut horridum aliquem quantum exercere cogatur, cujus rei vitanda causa Concilium Tridentinum impositam ordinandis hanc legem firmavit, ut sine titulo beneficii, vel patrimonii ad vicium sufficientis promoveri nemo possit.

Huic verò Clericalis Ordinis infamiae vitanda non hac solum, sed alia etiam ratione providendum est, ut Regulares quicumque [Jesuitas semper excipimus ob causas superius adductas] sine litteris Superiorum suorum, quibus constet eos vota Religionis emisisse, non ordinentur, promoti verò, si quando ab hujusmodi Superioribus pro criminis exigentia puniri conveniat, & urgeat necessitas, ne possint tamen habitu Religionis privati ita, ut extra Monasteria in contemptum Ecclesiæ, dejiciantur mendicaturi, sed intra eorundem Monasteriorum septa detineri, puniri, & sustentari, & ad id prædicti Superiores per ordinarios compellantur.

Unde nemo Regularium ordinandus, nisi Monasteria, domus religiose, sive Conventus, in quibus professionem emisit quicumque ordinandus est, spondeant, se ei quolibet prætextu, specie, vel occasione ejectionis, ex suis redditibus alimenta datura, ne in dedecus Cleri stipem corrogare cogatur. Satius enim est, onus aliquod Monasteriis, aut religiosis domibus imponi, quam univertum Clericalem Ordinem mendicantis Clerici vilitate dehonoreari. Equum quoque est, religioforum domuum impensis infamiam Clericalis Ordinis devitari, eam præsertim, quæ ex procurato religioforum domuum per ordinationes splendore, atque utilitate oritur.

Id precor, id opto, id voveo pro arcendo hoc probro ab Ecclesiâ. Utinam Deus nobis occurrat in precibus, in optatis, in votis.

CONSULTATIO XCIII.

An dum Episcopus est in possessione jurisdictionis in Clerum, & Populum alicujus loci, cujus exemptio controversatur, possit punire, nedum censuris Ecclesiasticis, sed etiam carceribus præteris exemptos, de facto Episcopum in dicta sua jurisdictione turbantes?

Et ad quem Judicem pertineat cognitio hujus cause, aliarumque hujusmodi, an ad Sacram Congregationem super Episcopis, & Regularibus, an ad Sacram Congregationem Concilii, an verò ad Sacram Rotam?

Ad primum respondeo affirmativè. Quia nulla datur exemptio, quæ suffragetur ad hunc effectum Judicis turbati, sive cujus aures ostentæ sunt, cum defensione proprie possessionis, & jurisdictionis sit etiam de jure naturæ. Unde Episcopus rectè procederet, se defendendo adversus turbatores. Excepto enim casu exemptionis ab omnimoda incompetencia jurisdictionis, qualis est illa Judicis laici in Clericos, non datur privilegium exemptionis, quod suffragetur adversus jurisdictionem Judicis, alioquin incompetens à jure concessum ob ejus offensionem juxta terminos cap. 1. de offic. deleg. cap. tam literis de testib. cum aliis apud Farinac. quest. 114. n. 67. & segg. ubi quod, nemine discrepante, id omnes admittunt estque juris principium absolutum, ut per eundem Farinac. conf. 134. n. 4. & 5. vol. 2. ubi de familiaribus Cardinalium, quos certum est habere amplam exemptionem à jurisdictione Ordinariorum. Imò, licet aliquis in rebus indifferentibus esset exemptus à jurisdictione Episcopi, attamen ob turbatam Episcopi jurisdictionem, eumque offensum, efficitur ejus subditus, ac justè puniri poterit.

Et sanè cum Episcopus habeat assentiam juris in omnibus locis, & Ecclesiis sitis intra suam Dioecesim, can. Omnes Basilica 17. quest. 7. Concil. Trident. cap. 8. sess. 7. de reform. ac Rota decis. 501. n. 1. par. 2. recent. præcipuè si habeat immemorabilem, & pacificam possessionem exercendi plenariam jurisdictionem in loco, Clero, Populo, & Ecclesiis, quod constare poterit ex collationibus beneficiorum, visitationibus, ordinationibus, sacris processibus, & sententiis in causis aliisque actibus jurisdictionalibus antiquis, & recentibus extractis ab Archivo Episcopali, ut probant Buratt. decis. 667. n. 5. ubi Adden. n. 13. & segg. Coccin. decis. 128. n. 3. utique poterit continuare suam possessionem, illamque defendere, ac procedere contra quoscumque turbatores, etiam per censuras dist. cap. 1. de offic. delegat. ubi Innoc. ac Dec. n. 2. & Joan. Andr. n. 11.

Quod quidem habet locum tam in delegato, quam in Judice ordinario, ut pluribus rationibus, & auctoritatibus firmat Farinac. de crim. las. majest. quest. 114. n. 75. cum aliis segg. Prout etiam poterit procedere criminaliter ad carcerationem, ut post ceteros, quos allegat, tradit idem Farinac. loc. citat. n. 1. & segg. Etiam si turbans esset exemptus à jurisdictione Episcopali. Nam ratione delicti, ac turbata jurisdictionis efficitur subditus ex eodem Farinac. d. quest. 114. n. 67. & 79.

Ac ita quidem, ut non obstaret, si turbator diceret, quod fuerit malè tractatus in carceribus. Si enim testes essent examinati pro informatione Curia, Parte non citata, non probant, Farinac. de testib. quest. 72. n. 87. & segg. Præcipuè autem si testes essent vassalli, & subditi in temporalibus domini loci controversi, Gloss. in can. de forma prop. su. 12. quest. 5. Auster. de reprobat. testium n. 94. Gabr. de testib. lib. 1. conclus. 10. n. 22. Quoniam vassallus non est integræ fidei, & ei non creditur, quando est subditus ratione jurisdictionis, & agitur de probando factum, vel dictum in loco illius Domini, cujus testis productus est subditus, Boss. in sit. de opposit. contra test. n. 99. post med.

Eoque magis id locum habet in vassallis, & subditis angariis, & perangariis, cum habeantur pro vilibus per-

sonis, & valdè subjectis suo Domino, ut eis minus sit credendum, Afflict. decis. 304. n. 14. ibique Usil. n. 9. Grammat. consil. 21. n. 31. Gabr. loc. cit. n. 25. aguntque causam propriam, ut ita eximantur à jurisdictione Episcopi, eujusque lege Dioecesana. Et observandum, quod omnes Doctores admittentes testimonium subditorum, & vassallorum, pro eorum Dominis, vel Superioribus procedunt cum duplici temperamento. Primum, nempe quod sint petitionæ qualificata. Secundò, quod nullum habeant interessè in causa, ut constat ex Afflict. dist. decis. 304. Pegna decis. 521. & aliis.

Ad secundum respondeo, spectare ad Rotam, in qua formiter tractati debet cum probationibus, & formalis processu quem ex præscripto Constitutionis 74. Sixti V. quam decreto suo innovavit, & declaravit Sanctissimus Dominus Noster Innocentius XII. quod huic consultationi subjicimus, Sacræ Congregationes non constituunt, prout in similibus controversiis perpetuè servatum est, ut ex causis Sancti Angeli Lombardorum, nullius, seu Beneventana jurisdictionis, de quibus extant decisiones, & ex Toletana jurisdictionis 9. Maij 1639. 21. Maij 1660. ac 27. Januarii 1662. coram Bevilacqua, & in eadem 10. Junij 1661. coram Taya; Unde pars adversa deducere debet in Sacra Rota suas rationes, quibus approbati per tres conformes, aut per rem judicatam, Episcopus abstinebit ab exercitio suæ jurisdictionis, in qua semper fundatam habet intentionem, & manutenendus est donec per tres conformes, aut per rem judicatam firmata fuerit qualitas nullius cum Territorio separato, ut plenissimè probatur in allegata Toletana coram Bevilacqua, & Taya, de quo nos alibi, & quotidiè servatur in Sacra Congregatione Concilii, præsertim sub anno 1660. & 1662. in Vulturariensi contra S. Religionem Hierosolymitanam, & in Angloriensis, in quibus Prælati inferior erat de facto in possessione exercitii jurisdictionis spiritualis per tempus antiquissimum, prout in eadem possessione erat magnus Prior Castellæ in citata Toletana coram Bevilacqua, & Taya.

Nec datur amplior exemptio, quam concessa per Pium IV. in sua Constitutione 5. Sacræ Religioni Hierosolymitanæ tam respectu personarum, quam Ecclesiarum, & bonorum ita, ut Priores, & Commendatarii declarentur verè Ordinarii cum omnimoda exemptione, quæ tamen procedit respectu jurisdictionis passivæ, quoad personas, & bonorum Religioforum, non autem quoad Clerum, & Populum eorum locorum, quæ ad Prioratus, & Commendas pertinent, quia Pontifex non segregavit istas oves ab antiquo Pastore, qualis est Episcopus, ut plenè habeatur in dicta Toletana coram Bevilacqua, & Taya. Et decisiones in Sancti Angeli Lombardorum, & in nullius, seu Montis Virginis non fundantur in generalibus privilegiis, sed in Territorio separato, formiter probato cum privilegiis Apostolicis, & cum pacifica plurimum seculorum possessione, concurrente etiam altera circumstantia, quod in eis agebatur non de simpliciter Prælato inferiori, sed de Generali, sive Capite totius Ordinis, cui magis congruit jurisdictio quasi Episcopalis, ac ei regimen animarum Ecclesiæ magis confidit.

Decretum autem super renovatione, ac declaratione Constitutionis Sixti V. est hujusmodi, videlicet:

Ut debitus ordo servetur inter Tribunalia Urbis, & opportuè provideatur, ne ob litigantium importunitatem causa telam judicariam alioquin requirentes, deferantur ad Sacras Congregationes, in quibus negotia non aliter, quam in forma extrajudiciali cognosci, & definituri debent, Congregatio particularis à Sanctissimo Domino Nostro [ut infra] deputata, quamvis agnovierit, quod eademmet Sacra Congregationes plerumque, ac de per se remittant ad suos Judices easdem causas; nihilominus, ut firmius in posterum provideatur, collaturque ansa hujusmodi importunitatibus, censuit, si Sanctissimo placuerit, innovandam esse quoad causas, que in Tribunalibus Urbis

commodè cognoscantur, Constitutionem 74. sancta mem. Sixti V. super erectione plurimum Sacrarum Congregationum, in ea praesertim parte, in qua vel ex subiecta materia ibidem expressa, vel literaliter disponitur, non posse in di-

10 Causas autem contentiosas, & ordinem iudicium requerentes censuit esse omnes illas, in quibus necessarius est processus iudicialis, aut fieri debent probationes, Parte citata, sive mediante examine Testium in Curia, sive mediante iurium, & instrumentorum productione, ac re- productione, sive mediante expeditione litterarum remissio- rialium, vel compulso-rialium, aut interponendum foret aliquod decretum iudiciale, sublata idcirco eisdem Sacris Congregationibus, earumque Praefectis, ac Secretariis, omnibusque aliis facultate causas praedictas reassumendi adversus Iudices Ordinarios, illisque, seu Patribus inhi- bendi, aut quomodolibet deveniendi ad purgationem atten- tatorum, aut quovis alio modo iudicialiter procedendi; Quod si secus à presenti decreto factum fuerit, omnia acta, resolutiones, ac decreta, sint ipso iure nulla, perinde ac si non emanassent.

11 Quatenus vero Patres etiam in iudicialibus velint con- corditer subire iudicium Sacrarum Congregationum iux- ta declarationes ejusdem Sixti V. impressas in Bullar. no- vo post. d. ejus Constit. 74. censuit Congregatio, consen- sum huiusmodi praestandum esse inscriptis ab ipsis Patri- bus, vel ab eorum legitimis Procuratoribus speciale habenti- bus mandatum ad consentiendum apud acta illius nota- rii, qui negotiis Sacrarum Congregationum incumbit. Et nihilominus etiam in hoc casu acta, & processus probato- rios fieri debere coram Iudicibus Ordinariis, à quibus remittendi erunt ad easdem Sacras Congregationes.

12 Cessante vero praefato expresso Partium consensu, ut su- pra, censuit Congregatio, in causis, & negotiis telam iud- icialem requerentibus, jurisdictionem Sacrarum Congre- gationum non esse prorogabilem, nisi per specialem commis- sionem manu sanctissimi signatam, neque censeri proroga- tam ex simplici rescripto in supplicibus libellis, qui eidem sanctissimo porrigi solent, sed imò similia rescripta habenda esse pro subreptis extortis, nec ulatenus in iudicio, vel extra suffragari posse, perinde ac si non emanassent.

13 Rursus censuit Congregatio in omnibus causis crimina- libus tam contra laicos, quam contra Ecclesiasticos secu- lares, sive rei sint praesentes, sive contumaces, processus, & appellaciones deferendas esse ad Iudices Ordinarios etiam quoad delicta Regularium commissa extra claustra, servata forma Sacri Concilii Tridentini, & Constitutionis 39. sanctae memoriae Clementis VIII. neque in causis pra- dictis eisdem Iudices Ordinarios etiam hic in Curia pro- cedere posse tanquam delegatos à Sacris Congregationi- bus, nisi ubi fuerit impetrata specialis Commissio Sanctis- simi, citato, vel audito Procuratore fiscali Generali San- ctitatis suae, aliis acta, resolutiones, & decreta sint, ut supra ipso iure irrita, & nulla, perinde ac si non emanaf- sent.

14 Et quoniam post eandem sanctae memoriae Sixti V. Con- stitutionem Sacra Congregatio Boni Regiminis instituta fuit pro felici, & economico gubernio Communicatum Stra- tus Ecclesiasticis, & ad hoc, ut sublatis debitorum subter- fugiis expeditior esset exactio onerum, & collectarum eif- dem universitatibus incumbentium exinde censuit Cong- regatio, causas omnes tam pro adimplemento Bullae Boni Regiminis nuncupata, quam alterius declaratorie im- pressae post Constit. 10. Clementis VIII. sive sint civiles, sive criminales, aut mixtae iuxta aliam Constit. 25. Pauli V. contra quosvisque eorundem Universitatum officiales, Administratores, Appallatores, aut quovis alios debi- tores, ex causa tamen onerum Cameralium, & Commu- nitariorum, aliorumque reddituum in Tabella Sacrae Congregationis descriptorum, sive etiam ratione publica Annona necnon appellaciones, aut recursus super praerassis omnibus interponendos spectare ad eandem Sacram Con-

gregationem privatè quoad omnes alias Sacras Congre- gationes, Iudices, & Tribunalia, etiam si agatur de perso- nis, & locis Ecclesiasticis quantumvis exemptis, & pri- vilegiatis, ac speciali nota dignis ita, ut ad eandem Sa- cram Congregationem Boni Regiminis pertineat privatè, ut supra, cognitio, An privilegia, & exemptiones suffra- gentur contra dictas Communitates, eorumque administra- tores, & appallatores, & an onera sint Cameralia, Com- munitativa, vel mixta, iuxta praefatam Bullam declara- toriam sanctae memoriae Clementis VIII. & juxta alia de- creta Congregationis particularis edita die 4. Decembris 1680. & 15. Januarii 1681. à sanctae memoriae Innocentio XI. approbata.

Ceteras vero causas tam activas, quam passivas earum- dem Universitatum (exceptis debitoribus, & officialibus, ut supra) censuit Congregatio spectare ad Iudices ordina- rios, prout de jure. Hac die 9. Augusti 1693.

Facta per me infra scriptum sub eadem die relatione 16 Sanctissimo Domino Nostro praemissa resolutionis, sancti- tas sua illam approbavit, eamque publicari, & inviolabi- liter observari mandavit.

Ansaldo de Ansaldis Sanctissimi Domini Nostri Au- ditor.

Nomina Praelatorum, qui superius enunciata Congre- gationi Particulari à Sanctissimo deputata interfus- runt.

R. P. D. Prosper Battinus Archiepiscopus Myrensis fisci, & R. Camera Apostolica Advocatus, & Promotor fidei.

R. P. D. Jacobus Emerix Sacrae Rota Decanus. R. P. D. Antonius Altovicius Sacrae Congregationis Epif- coporum, & Regularium Secretarius.

R. P. D. Joannes Dominicus Thomatus A. C. Locumte- nens.

R. P. D. Curtus Origu Signatura Justitia Auditor. R. P. D. Joseph. Sacripantes Sanctissimi Domini Nostri subdatarius.

R. P. D. Ferdinandus Nuptius Reverenda Camera Aposto- lica Commissarius Generalis.

R. P. D. Ansaldo de Ansaldis Auditor Sanctissimi. R. P. D. Antonius de Philippo vot. Signatura Justitia.

R. P. D. Fatimellus de Fatimellis Camera Apostolica Prae- ses.

Paulus Fatius Apostolica Camera, & Sacri Palatii Apo- stolici Notarius.

CONSULTATIO XCIV.

An, & quatenus Monachi, & Regulares omnes fuerint olim subiecti jurisdictioni Episcoporum. Quis eos exemerit, & in quibus hodie sint iis subiecti.

Certum est de jure communi veteri omnia Monaste- ria subiecta fuisse Episcopo Diocesano. Constat ex can. Monasteria 18. q. 2. & ad eum spectabat cura, & sollicitudo etiam Monachorum, can. si quis Abbas, & can. Abbatis ead. caus. & q. can. qui verè in fine 16. q. 1. Unde ipse poterat nulliter professos à Religione ejice- re, sicut poterat ad eam admittere, can. si vir 27. q. 2. can. nulla, & can. uxor. d. 23. can. de viduis 27. q. 1. & cap. dudum de convers. conjug. Circumscriptis enim exemp- tionibus, ac privilegiis Apostolicis, Regulares de jure communi originaliter subiant Episcoporum jurisdic- tionem, dicit. can. qui verè, & can. pervenit. 16. q. 1. de quibus per Oldrad. conf. 274. l. p. allegat. 42. n. 3. Na- varr. consil. 8. n. 4. de rescript. Seraph. decis. 1353. n. 3. ac Doctores in cap. Episcopus de offic. ordin. lib. 6. Non qui- dem quoad legem Diocesanam, sed quoad legem jurif- dictionis, Gloss. 2. in cap. ex parte de regular. Unde Episcopus de jure communi fundatam habet suam inten- tionem super jurisdictione ordinaris, non tantum contra Clericos seculares, sed etiam contra omnes Regulares suae Diocesis. Ex eo enim quod Monasteria sint in Dico-

cesi, sunt Episcopo loci ipso jure subiecta, cap. Cui non liceat de prescript. can. 1. dicit. can. Abbates cum seqq. 18. q. 2. cap. de Xenodochiis de relig. dom. Gloss. v. in tua, cap. sicut de excess. Pralat. Nisi specialis privile- gio sint exempti, can. 1. 16. q. 2. Quae exemptio non praesumitur, donec non probatur, can. contra morem d. 100. Gloss. dicit. cap. sicut, v. in tua in fine. Unde in du- bio debet Episcopus ratione superioritatis intentionem suam fundatam in Ecclesiis sibi subiectis, quod in eis omne superioritatis jus habeat, cap. 2. de restit. spoliat. in 6. Soccin. conf. 86. n. 5. vol. 1. Montan. in tr. su. re- gund. cap. 61. n. 4. Everhard. in loc. legal. 16. loc. à tot. ad part. Schurf. conf. 26. n. 2. contr. 1. Quin etiam in ju- re statutum est, ut omnes Ecclesiae cum universis earum- dem bonis, ac juribus, Episcopis subiectae, in eorum- que potestate sint, ut apparet ex can. decretum, & can. quacumque cum duobus seqq. 10. q. 1. Quodvisque adeo verum est, ut non valeat pactum appositum, quod res Ecclesiae oblatæ non debeant ad ordinationem Episcopi pertinere, tanquam pactum contra naturam contractus, ut est Textus in can. si quidam, juncta Gloss. 10. q. 1. quoniam videtur sequi Part. in auth. ut nullus fabricet. an. 3. & latius Paulus de Cittadin. de iurepatr. par. 3. q. 9. caus. acquir. 2.

2 Hinc est, quod jure etiam Canonico constitutum fue- rit, ut Monasteria continuò, postquam erecta fuere, Epif- copo, cujus in Diocesi constructa sunt, debeant esse sub- jecta iuxta d. can. Monasteria 18. q. 2. & d. c. omnes Bas- siliensis 18. q. 2. facitque can. interdicimus 16. q. 1. & c. cum persona in princip. juncto vers. quod sitales, ibi, licet Or- dinariorum de privol. in 6. cum venerabilis de Relig. dom. & c. cum Episcopo de offic. Ordin. lib. 6. que jura ad hoc allegat Panorm. in cap. recepimus de privileg.

3 Monasteria igitur Episcopis erant subiecta cum Ab- batibus, & Monachis, à quibus etiam visitabantur, & corrigebantur, si quid minus pie, rectèque ab ipsis age- retur. Nam in Aurelianensi prima Synodo c. 21. ita sancitum fuit: Abbates pro humilitate Religiosus in Episcoporum potestate consistunt. Et si quid extra regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur. Citat etiam Gratian. eod. loc. 18. q. 2. ex Aurelianensi quadam Synodo, sed in nulla reperit- ur, canonem, qui praecipit, ut non semel, sed saepius in an- no Episcopi Monasteria Monachorum visitent, & si aliquid corrigendum fuerit, corrigant.

4 In Cabillonensi quoque Synodo anno 658. habita cap. 22. sancitum fuit, ut Episcopi Monachos, à Benedicti regula ditcedentes, in ordinem redigant, Gregorius Ma- gnus constituit, ut visitandi, exhortandique gratia ad Monasterium quoties placuerit, Episcopus eat; sic tam- en charitatis officium illic impleat, ut gravamen aliquod Monasterium non incurrat 18. q. 2. sancitque Aurelia- nensis secunda Synodus tempore Vigilii Papae celebrata, ut Abbates, qui Episcoporum praepcepta contemnunt ad communionem penitus non admittantur, nisi contumaciam humilitate suscepta deponant. Et Moguntina quaedam Synodus sub Vvefrido, ejus loci Episcopo, tempore Pipini Francorum Regis habita, decrevit, ut Monachi ubique Episcopis sint subiecti, eosque diligant, nec Eccle- siasticis, nec secularibus sese negotiis miscere audeant, nisi eos Episcopus ad necessarium aliquod opus avocaverit. sicut refert Stumpsius lib. 5. cap. 3. Chron.

5 Quidquid etiam sine licentia Episcopi ab Abbate de- rebus monasticis venderetur, ad potestatem Episcopi re- vocandum Agathensis Synodus statuit cap. 56. Extat quo- que 17. q. 4. in venditionibus. Qua de re, & Aurelia- nensis tertia Synodus tale decretum edidit: Abbatis, Presbyteris, ceterisque Ministris, de rebus Ecclesiasti- cis, vel sacro ministerio alienare, vel obligare absque per- missu, & subscriptione Episcopi sui, nihil liceat. Quod quod praesumpserit, degradetur, communionem concessa. Et quod praesumptum, vel alienatum, vel temerè ordinatum est, ordinatione Episcopi revocetur, can. Abbatis 2. 1. q. 2. In eandem fere sententiam ita quoque praecipitur

cap. 11. Aurelianensis quartae Synodi: Si quid Abbatibus, aut Sacris Monasteriis oblatum fuerit, in sua proprietate hoc Abbates minime revocabunt, nec alienari à cunctis fratribus debet quacumque occasione. Quibus si fuerit ne- cessarium, ut statuta convellant, non aliter valeat, nisi fuerit sui Episcopi subscriptione firmatum.

Nec licere cuiquam Monachorum absque venia Epi- scopi Monasterium aedificare, Concilium Chalcedonen- se, & Agathense praepceperunt 18. q. 2. can. quidam Mo- nachorum. Imò ne peregrè quidem eis licebat ire sine Epi- scopi assensu. Nam in Cabillonensi Synodo cap. 15. Ita- tuitur, ne Abbates, vel Monachi ad Principem eant sine Episcopi sui concessione sub anathematis poena. Saepè tamen sine Principum, & Regum etiam concessione, Abbatibus non licuit peregrè abire, ut apparet ex Theodori Fulden- sis Abbatibus epistola ad Benedictum. Ecclesias deni- que Monachorum Episcopo subiectas esse debere in Concilio apud Faventiam celebrato definitum fuit 16. q. 4. can. statuentium.

Unde ab initio nascentis Ecclesiae, quo Monachismus 7 inventus est, teste Cassiano collat. 18. cap. 5. & ex eo Bel- larmin. de Monach. lib. 2. cap. 5. Quod & Concilium Meldense can. 9. affirmat, nempe Ordinem Monasticum à Deo inspiratum, ab ipsis Apostolis fundatum, & à Sanctissimis Patribus ex cultum, & habetur in Concilio Colonienfi cap. 1. par. 10. Monachos, eorumque Mona- teria sub jurisdictione Episcoporum per quinque saecula absque interruptione fuisse. Omnes enim Basilicae pote- stati, & jurisdictioni Episcoporum subiectae erant. Sic enim statutum fuit in Concilio Aurelianensi relato in can. Omnes Basilicae 16. q. 7. Ex quo omnes Doctores concludunt, quod tam Ecclesiae faculares, quam regula- res, & Monasteria de jure communi subjacent jurif- dictioni Episcoporum, & Ordinariorum. Quod statuit Concilium Chalcedonense sub Leone I. anno 451. can. 4. relatum in can. Quidam Monachorum 18. q. 2. & in Concilio Aurelianensi primo sub Symmacho anno 511. de quo Gratianus in can. Abbates ead. caus. & q. 2. & in Concilio Aurelianensi quarto sub Joanne primo anno 524. de quo etiam Gratianus ibidem dicit. can. Monaste- ria. traditque Fagnan. in cap. nimis prava. nu. 3. de ex- cess. Pralat. & ex Regularibus Rodriguez tomo 2. q. 1. regul. 64. art. 1. ac Rota in pluribus decisionibus addu- ctis in decis. 238. n. 2. par. recent. & decis. 47. n. 14. apud Tambur. de jure Abbat. idemque Tambur. in dicit. tract. tom. 3. disp. 5. q. 11. n. 1. & 2.

8 Quia verò Episcopi hac sua potestate saepè sunt abusi, iporum audacia non raro fuit repressa. Nam Gregorius Magnus in Concilio quodam Lateranensi decrevit, ut nullus Episcoporum ultra presumas de redditibus, de re- bus, vel curiis Monasteriorum, vel de cellis, & villis, quae ad ea pertinent quocumque modo, qualibet exqui- sitione minuire, vel immisiones, aut violentias aliquas fac- cere, aut in describendis, pervidendisque rebus Mona- sterii acquisitis, vel datis, acquirendisve ulla occasione se permiscere, sed si qua causa forte inter terram venien- tem suarum, Ecclesiarum, & Monasteriorum evenierit, & pacifice non potuerit ordinari apud electos Abbates, & alios Patres, sive voluntaria dilatione, mediis Sacrosan- ctis Evangeliiis finiatur.

Idem sancivit Herudfordiana Synodus Angliae can. 3. 9 & in Toletana Synodo decretum fuit, ut Episcopi si ali- quid in Monachos Canonibus interdicitum praesumpserint, aut usurpare quicquam de Monasterii rebus tentaverint, excommunicentur can. hoc tantum 18. q. 2. in Toletana septima Synodo can. 7. cautum etiam fuit, ut defuncto Abbate, nihil ab Episcopo auferatur, & aliquid de Mo- nasterii rebus minuat. Et Gratianus eodem loco, can. non semel §. Pro talibus judicatur, propter Episcopos tales, qui animarum curam non habentes, bona tantum Mona- steriorum in suos usus convertere cupiunt, statutum esse, ut Monasteria cum suis rebus penitus sint libera à potestate, & dominio Episcoporum.

10. Sæpe etiam Monasteria ab Episcopis, aliisque Clericis occupabantur & tanquam Abbatibus regebantur. Hoc verò profus non vult fieri Gregorius Magnus. Sic enim hac de re scribit lib. 7. *epist.* 40. Maximiano Ravennatenſi Episcopo: *Dudum ad nos multorum relatione pervenerat, Monasteria in Ravennatibus partibus constituta, omnino Clericorum vestrorum dominio pragravari ita, ut occasione quasi regiminis, ea velut in proprietate possideant. Quibus non modicum condolentes, decessori vestro litteras misimus, ut hoc emendare per omnia decessoribus, sed quoniam vita est termino cuius praeoccupatus, ne hoc onus Monasterio remaneret, fraternitati vestra eadem nos scripsisse recolimus. Et quia ut comperimus, in huius rei habentibus cessat correctione est, hac ad vos iterum praevidimus scripta dirigere. Hortamur ergo, ut omni mora, omnique excusatione submota, ita Monasteria ipsa ab huiusmodi studeatis gravamine relevaré, quatenus nullam deinceps in eis Clerici, vel hi, qui in Sacro sunt Ordine constituti, aliud habeant, nisi orandi tantummodo causâ accedendi licentiam, aut si forte ad peragenda Sancta Missarum fuerim invitati mysteria. Sed ne vel pro cuiuslibet Monachi, aut Abbatis promotione onus aliquod fortassis sustineant, studendum vobis est, ut si quisquam Abbatum, aut Monachorum ex quocumque Monasterio ad Clericatus officium, vel Ordinem Sacrum accesserit, non illic aliquam habeat ulterius potestatem, ac Monasteria huius occasionis velamine, ea, quae prohibemus, sustinere onera, compellantur. Hac itaque omnia vigilantia cura emendare jam secundò communita sanctitas vestra non differat, ne si post hoc negligentes vos esse, quod non credimus, sentierimus, aliter Monasteriorum quieti prospicere compellamur. Nam notum vobis sit, quia tanta necessitati servorum Dei Congregationem subjacere amplius non patimur.* Idem Gregorius decrevit quoque, ne Episcopus in Monasterii Cathedrali collocet, vel aliquam potestatem exerceat, seu ordinationem, quamvis levissimam faciat, nisi ab Abbate loci fuerit rogatus.

11. Circa tamen Carolinorum tempora frequentissimo fuit in usu, praesertim per Germaniam & Galliam, ut Episcopi vice Abbatum praesentent Monasteriis, & Monachos regerent. Probari hoc possit multis exemplis ex Chronologia Bruschii de Monasteriis Germaniae, itemque ex sumptis annalibus Helvetiorum de Monasteriis S. Galli, & Augae divitis. Sed satis sit, quod in genere alicubi Bruschius dicit usque ad annos Domini 850. Abbatibus Episcopos factos, post haec verò tempora Episcopos opimiores Abbatibus cepisse ad se rapere, & simul Abbatibus, ac Episcopos agere, ob ventrem.

12. Imò Politici quoque avaritiae studio Monasteria, & Abbatias regendas post ea tempora non raro susceperunt, easque suo nomine gubernandas aliis commendarunt, ipsis interim politico regimini vacantibus, ut est videre apud Annonium *lib. 5. cap. 41.* de gestis Francorum, & Jacobum Meyerum in Flandrica historia.

13. In Turonica, secunda Synodo quoque *cap. 6.* sancitur, ne Episcopus Abbatem sine omnium suorum Abbatum consensu loco ejiciat, & alium per praemia ordinet. Et in Moguntina Synodo praecipitur, ne liceat Episcopo res Monasterii ob peccatum Abbatis tollere, *can. Episcopo 16. q. 6.*

14. Praeterea licebat Abbatibus, ab Episcopo ad Principem, & Concilium provocare, ut colligitur ex Rabani epistola ad Orgarium de causa Saxonis fugitivi Monachi. In Synodo verò Toletana *7. cap. 15.* praecipitur, ne Abbatibus, aut Monachi patrocinio saeculari utantur, nec ad Principem sine Episcopi sui licentia eant, sin minus excommunicentur. Si etiam Episcopi Abbatibus praeter debitam obedientiam contra libertatem Ordinis à Pontificibus Romanis indultam, aliquid exigant, liberum relinquunt Abbatibus auctoritate Apostolica, quod petunt, denegare, *cap. sanè de excess. Praetator.*

15. Quidam tamen Abbatibus cum suis Monachis, & Monasteriis ab omni obedientia Episcoporum erant penitus

exempti. Nam Gregorius Magnus Monasterio in Successorum Civitate privilegium dedit, ut tantum Pontifici Romano pareat, ut est videre in libro ejus *12. c. 32.* & Leo Ostiensis *lib. 1. c. 4.* indicat, Casinense Monasterium tantum Romano Pontifici subiectum fuisse, & ab omnium Episcoporum jurisdictione liberatum. Sic etiam Monasterium S. Maximi prope Treverim Ordinis primum, & Regulæ Orientalium Monachorum, nunc verò Benedictinæ professionis, quam suscepit circa annum Domini 764. ab Imperatore Constantino sub perpetuo duraturam tuitionem Imperatorum susceptum est, & adhuc hodie ab omni Archiepiscopali, & Episcopali iudicio exemptum, in temporalibus soli Imperatori Romano, in spiritualibus soli Summo Pontifici subest, Bruschius de *Monast. German. fol. 125.* idem refert *ibid. fol. 28.* Adrianum Pontificem maximum, ac huius nominis primum Andegario Campidonensi Abbati circa annos Christi 780. inigne privilegium dedisse, in quo Pontifex Campidonense Monasterium ab omni Episcopali iudicio exemptum, & perpetuo liberum esse statuerit. Zacharias etiam, & postea Benedictus Romani Pontifices Fuldense Cœnobium sibi solis voluerunt esse subiectum, ut patet ex epistola Theutonius ad Benedictum Papam, & Hartonis ad Leonem.

Circa annos etiam Domini 676. Monasterium Sancti Martini Turoni in Gallia à Theodato Papa Romano exemptum esse dicitur ab omni Episcopali subiectione, & gubernatione. Exemptum privilegium huius profert Baronius *tom. 8. annalium pag. 516.* quod inter alia sic habet: *Agiricus Religiosus Presbyter, & Abbas Monasterii Sancti Martini suppliciter voce precatus est, ut privilegium Apostolica auctoritate subnixum ob munitionem Venerabilis Monasterii, quod beata recordationis confessor Christi Martinus Turonensis Ecclesia Episcopus, in Gallicanis partibus ad conversorum salutem sui Sanctissimi Corporis consecratione decoravit, cui nunc praesse se prohibens, scriptis ostenderat, ei concedere deberemus. Parumper autem ambigimus idcirco quod mos, atque traditio sancta nostra Ecclesia plus non suppetat à regimine Episcopali providentia Religiosa loca fecernere. Verum, &c.*

Ex his verbis privilegii huius mos, atque traditio Sanctae Ecclesiae nostrae plus non suppetat à regimine Episcopali providentiae religiosa loca fecernere, colligit Baronius, cessasse hoc tempore Romanos Pontifices eiusmodi exemptiones, & immunitates concedere Monasteriis. Id fortasse, quod experimento didicisset, eiusmodi immunitates obfuisse potius, quam profuisse monastica disciplina. Ex iis verò exemplis Gregorii Magni, & Leonis Ostiensis, quorum paulò ante mentio facta est, constat, non cessasse; sed subinde durasse hunc morem, & consuetudinem, etiam in Romana Ecclesia. Atque haec res valde mihi suspectam facit hanc epistolam, sive privilegium Adeodati Romani Pontificis, praesertim cum Baronius ipse testetur, Pontificis huius res gestas alto silentio sepultas esse, unicam hanc epistolam per Pappirium Massonem nuper in lucem vindicatam.

Alexander II. Papa monitus ab Oderico Vindocinensis Monasterii Abbate circiter annum Christi 1040. à Gaufrido Andegavorum Comite, & Agnete Pictaviensium Comitissa Monasterium in honorem Trinitatis apud Castrum Vindocinum fundatum fuisse, & à Nicolao II. speciale privilegium concessum praeter ea, quae à Clemente, & Victore indulta fuerunt, hoc addidit, nimirum, ut inter Sedis Apostolicae Pontificem, & Abbatem illius Venerabilis loci nulla prolixus persona media habeatur. Et quoniam Beato Principi Apostolorum Petro, eiusmodi successores in alodium proprium bona à Gaufrido, & Agnete collata erant, Ecclesiam B. Priscæ in Urbe Romana cum dignitate Cardinalis Sancti, ut ait Spiritus iudicio Oderico Abbati decernens statuit, ut nulla, nisi solius Papa persona potestatem, aut dominationem aliquam in illo cœnobio exercere audeat, vel pro

ejus loci rebus Abbatem, quem Adolarium B. Petri vocat, sive fratres sollicitare contenderet, sed si quis contra eos canſari vellet, Papa presentia requireretur.

19. Unde infinita Germaniae Monasteria à Summis Pontificibus olim in protectionem suspecta, ad promissae protectionis iudicium quotannis unum Bizantium, idest aureum nummum Lateranensi Palatio perfolvebant, cujus rei, ut alia innumera praeceamus exempla, evidens documentum habemus ex diplomate primae foundationis Monasterii Buherensis, dato ab Urbano II. sub anno Dominicæ Incarnationis 1099. octavo Kal. Februarii indictione septima Pontificatus ejus anno undecimo, quod hodie Monachis desitutum in Ducum Uvitergentium potestate est.

20. Nec dispari argumento narrat Urspergensis Philippum Caesarem Monachorum fundis annuum quiddam ipsorum permisso indixisse defensionis nomine sibi pensitandum. Quae etiam beneficiaria formula Pontifices Maximi sese constituerunt Monasteriorum Protectores. Testatur idipsum vetus Hirsaugiensis Cœnobii pactio cum Sacrosancta Petri Sede apud Trithemium, ut Romae quatuordecim annis persolveretur nummus aureus, quo Pontifici Majestatis auspiciis, praesidioque firmum illud, stabileque semper tegetetur, quemadmodum ejus rei mentionem facit privilegium ejusdem Urbani II. eidem Monasterio anno redemptionis humanae 1099. octavo Idus Martii concessum. Aliis insuper exemplis fidem faciunt Nauclerus *2. generat. 17.* Stumpfius *Chron. Helvet. lib. 6. cap. 6.* Spangenberg. Henningberg. *Chron. lib. 1. cap. 39.*

21. Sic etiam annuæ pensionis Protectori tributa exemplum memorabile habemus in Civitate, & Episcopatu Bambergensi, quem Henricus Imperator ex testimonio Leonis Ostiensis sub tuitionem Summi Pontificis ea protectione obtulit, ut pensionis nomine annuatim equus albus cum ornamentis omnibus, & Phaleris, centumque marchis argenti ab Episcopo ejus loci Summo Pontifici, tanquam Protectori, penderetur, Cuspinian. *de Casur. in Henrico II. pag. 261.* Chron. Spiren. *lib. 2.* in anno Christi 1001. pag. 175. illa verò pensione annua Ecclesiam Bambergensem, ut liberaret Henricus Junior vice talis annui Honorarii tradidit Ecclesiae Romanae Benevolentium tempore Leonis IX. Papae, ut per Baronium *tom. 11. annal. Eccles. anno 1019. nu. 2.*

22. Joannes Papa Tertius anno 559. Monasterio S. Medardi apud Sueffones Ordinis S. Benedicti amplissimam exemptionem concessit, instante Clotario Rege. Huius exemptionis exemplar tradit Chopin. *in tract. de jur. Cœnob. tom. 2. lib. 1. n. 19.* & hanc fuisse secundam exemptionem, Monachorum adstruit Tamburinus *tom. 3. de jur. Abbat. q. 11. n. 10.*

23. Habito demum Concilio Romano sub Gregorio Magno anno 601. exemptio Monachorum ampliata fuit, & tunc fortasse initium habuere huiusmodi exemptiones à Sede Apostolica, ut auctorat Cardinalis Pallavicinus in Historia Concilii Tridentini *lib. 8. cap. 17. n. 11.* Ista verò non fuit exemptio universalis, sed solum restricta ad certos Monachos Casinenses, quod innuit Tambur. *d. q. 11. n. 14.* ubi ait exemptionem universalem Congregationis Casinensium Monachorum nullam extare ante Eugenium Quartum. Pareteque ex eo, quod si fuisset universalis non oportebat eam petere à Theodoro Pontifice pro Monasterio Bobiensi anno Domini 643. neque à Zacharia primo pro Monasterio montis Casinensis anno 741. neque à Gregorio Tertio pro Monasterio Perusino anno 835. neque ab Urbano Secundo pro Monasterio Cavenſi anno 1092. neque ab Alexandro Tertio pro Monasterio Florentino anno 1176. neque ab aliis Pontificibus pro aliis Monasteriis, ut ex Diplomate. regest. in Bullar. Casinensi Conſtit. 2. 3. 5. 8. 18. & aliis, ac praecipue pro Monasterio Romano S. Pauli, quod Innocentius Tertius anno 1203. Sedi Apostolicae subiecit, ut ex eodem Bullario Conſtit. 22.

24. Quinimò exemptiones nonnullis Monasteriis con-

cessae sunt ab ipsis Episcopis. Sic enim anno 509 B. Germanus Episcopus Parisiensis exemit in aliquibus à potestate Ordinariorum Monasterium Sancti Vincentii Ordinis Sancti Benedicti, instante Rege Ghidelberto, cuius exemptionis exemplar refert Chopinus *loco citato*, quam exemptionem confirmatam fuisse à Gregorio Primo, testatur Aym. *rer. Francic. lib. 3. cap. 2.* & ex eo idem Chopin. *ibid. Tamburin. cit. quest. 11. nu. 10.* qui hanc exemptionem fuisse primam testatur. Anno 658. alius Episcopus Parisiensis exemptione donavit Monasterium Sancti Dionysii. Episcopus Ambianensis exemit Monasterium Corbientense anno 664.

Quare ex his, atque aliis ipsis Regularibus, ut Rodriq. *25 tom. 2. quest. regular. 2. art. 8.* quaerens, an de jure communi Judex immediatus Regularium sit Abbas, anve alius Praelatus, respondet, quod in iis, quae respiciunt regularem obſervantiam Abbas est Superior, secus quoad extranea. Hanc quaestionem latius examinat *quest. 64. art. 1.* ubi adducens ea, quae faciunt pro Abbatibus aut illam opinionem non habere solidum fundamentum, concluditque, attento jure communi, nullum in hac re esse constituendum discrimen inter Clericos saeculares, & Regulares, Tamburinus *tom. 1. de jur. Abbat. disp. 15. quest. 2.* disquirens, quo jure Abbates, Praelati, Regulares, ac Religiosi sint exempti à jurisdictione Ordinariorum, atque sibi obijciens, quod videantur exempti de jure communi, per textum in *can. nullam quest. 2.* decernit de jure communi Monachos esse Episcopos subiectos, ac subiungit, quod nulla extat lex Canonica, per quam tota jurisdictione in Monachos Abbatibus tribuatur, & Episcopis eximatur. Nec obſtare *d. can. nullam*, quia ibi Pontifex loquitur de iis, quae spectant ad Regularem obſervantiam; Et licet ibi dicatur totam potestatem Monasterii ad Abbatem pertinere, non tamen excludit Episcopatum, sed Monachos.

Hiacynthus Donatus in *prax. rer. Regular. quest. 7. 26* quaerens, an Regulares possint dici exempti de jure communi, respondet, esse exemptos quoad legem Diocesanam, non autem quoad legem Jurisdictionis, à qua non sunt exempti, nisi speciali privilegio sint muniti, fed manent sub jurisdictione Episcopi, ibique *n. 3. & 4.* sequitur sententiam Rodriguez, nimirum quod Regulares quoad Regularia instituta sunt subiecti Praelato suo de jure communi, secus quoad externa.

Lezana in *summo. v. exemptio Regularium* petens, an 17 exemptio Regularium à Jurisdictione Ordinariorum sit de jure communi? Respondet, quod, licet videatur de jure communi competere per *cap. quum sic necessarium, & can. nullam 18. q. 2.* oppositum tamen dicendum est, Residet tamen in opinione eorum, qui dicunt de jure communi, esse exemptos à lege Diocesana, & quoad ea quae spectant ad Regularium obſervantiam.

Bordonus verò dicens exemptionem competere Regularibus de jure communi, quia eorum privilegia inserta sunt in jure communi, hallucinatur. Nam, licet privilegia inserta in jure corpore faciant jus commune, quoad nominatos, ut voluit Jo. Andr. in *cap. ex parte 1. nu. 3. de decim.* quem sequitur Fagnan. in *cap. Hic, quattu. 35. de major. & obed.* id tamen non procedit, quando privilegium est insertum in corpore juris per modum privilegii, ut declarat Dec. in *cap. in 2. lect. nu. 12. de Conſtit. Jacob. Niger in repet. l. diem sancto num. 17. ff. de offic. assessor. Privilegia autem Regularium esse inserta in corpore juris per modum privilegii, patet ex eo, quia illis quotidie derogatur, ut in *cap. volentes de privileg. in 6.* Et quia in multis sunt subiecti Episcopis, de quibus latè Fagnan. in *cap. grave à nu. 34. ad 82. de offic. Ordin. Campanil. divers. jur. rubr. 12. cap. 13.* & nos alibi.*

Nec Cespedes, sequens opinionem Bordonii, imò illam amplians, dum inquit, quod de jure communi Episcopus non habet jurisdictionem in Regularibus, nec quoad legem Diocesanam, nec quoad jurisdictionem, audiendus est. Tum quia loquitur contra communissimam

Doctorem

Doctorem sententiam, de qua Sanch. lib. 6. *conf. cap. 9. dub. 1.* Tum quia fundatur in c. *nimis prava de excess. Pralat.* ubi Summi Pontificis in multis, quæ spectant ad legem jurisdictionis exemterunt Regulares ab Episcopis. Si enim in multis per modum privilegii exempti sunt, in reliquis remanet illa jurisdictionis Episcoporum, quæ de jure communi competit Episcopis. Ita in hac specie Fagnan. in d. c. *nimis prava n. 3.* Quod liquet ex c. *cum venerabilis de relig. domib.* ac tenent in d. c. *nimis prava, Innocentius, Abbas, Matianus, Socinus, quos citat, & sequitur Fagnan. loc. alleg. Lorther. de re benef. lib. 1. q. 24. n. 96.* ac Rota *decis. 520. n. 2. par. 5. recent.* & fuisse Episcopus Baibaftenis in *pastor. Regular. p. 2. q. 2. art. 8. adducens decis. 78. p. 1. div. & decis. 15. p. 1. rec.* in quibus, disputato articulo, Rota firmavit hanc sententiam, respondetque contrariis, satis scite advertens aliud esse exemptum de jure, aliud exemptum in jure Nam exemptio de jure debet esse omnimoda absque aliqua limitatione. Exemptio vero in jure est illa, quæ est limitata ad casus expressos, qualis est exemptio Regularium.

Atque hæc olim, hodie vero Regulares ferè omnes exempti sunt per privilegia Summorum Pontificum à jurisdictione Ordinariorum, exceptis quibusdam in casibus, de quibus nos alibi fuisse. Possunt tamen Pontifices his privilegiis derogare, imò & illa abrogare, cum per hoc fieret reditus ad jus commune, & antiquum, ut notat Gloss. in *cap. statutum v. numerandum de prebend. in 6. Jas. in auth. quas actiones num. 20. de Sacros. Eccles. Roman. consil. 318. n. 5. plenè Curt. jun. consil. 9. n. 4. Grammat. decis. 92. n. 15.* Eoque præsertim, quia nunquam certè placuit S. Bernardo, atque aliis, quod ab pluribus locis epistolarum ejus apparet, ut Monachi ex Episcopali obedientia hujusmodi privilegiis se subtraherent, cum, ut diximus, experientia docuit ejusmodi immunitates obtinisse potius, quam profuisse monasticæ disciplinæ. Sed an id expediat, præstantissimo iudicio opus est, considerando circumstantias temporum, locorum, personarum, argum. *cap. suggestum de decim.* Ita & quilibet alius abutens privilegio sibi concessio, metetur illud amittere, Gloss. in d. *cap. suggestum, can. privilegium 11. q. 3. cap. ut privilegia, & cap. tuarum de privi. l. qui sine de negot. gest. l. iudeus 11. C. de iud. & cap. licet quibusdam de regular.* Siquidem pretextu privilegiorum flagitiorum auctoritatem crescere, ac publicam utilitatem vacillare non oportet, l. 2. *Cod. de privileg. schol.* & est Textus in *auth. de mandat. Princip. §. quod si delinquentes, ibi, non permissis privilegiis aliquibus uti nocentes, & in cap. Abbate de verb. signific. Quod tamen non est temerè faciendum.*

CONSULTATIO XCV.

Dubitatum jam dudum, an, & quatenus Regulares omnes approbati debeant ab Ordinario pro audiendis Sacris Confessionibus utriusque sexus fidelium, & pro concionando in alienis Ecclesiis teneantur petere ab eodem licentiam, in propriis vero benedictionem i. Quod si adfuerit tolerantia ipsius Ordinarii, qua passus fuerit eos Confessiones audire sine approbatione, conciones habere sine licentia, sine benedictione? Quid in Regnis Hispaniarum, quidve in Indiis Occidentalibus? Appellatione Regnorum Hispaniarum, quæ Regna comprehendantur? Quomodo contra Regulares hac in re Ordinarii se gerere debeant? Ad id multa ex oraculis Sacrarum Congregationum, & Diplomate Summi Pontificis, & aliqua de Regularium Conservatoribus.

IN Concilio Tridentino sess. 22. cap. 15. ita decernitur: *Quamvis Presbyteri in sua Ordinatione à peccatis absolvendi potestatem accipiant, decernit tamen Sancta Synodus, nullum etiam Regularem, posse Confessiones secularium, etiam Secordorum, audire, nec ad id idoneum*

reputari, nisi, aut Parochiale Beneficium, aut ab Episcopo per examen, si illis videbitur, esse necessarium, aut alias idoneum iudicetur, & approbationem, qua gratis detur, obtineat, privilegia, & consuetudine quacunque, etiam immemorabilia, non obstantibus. Id ipsum ferè statuitur in *Clem. Dudum, §. ac deinde de sepul.*

Quis autem pro Episcopo intelligatur, inter se discrepant Doctores. Alii dicunt Episcopum penitentis, alii Episcopum loci, alii Episcopum ipsius Confessoris, alii etiam cujuslibet loci; asseruntque plures, quod Sacerdos exemptus semel approbatus ab Episcopo in una Diocesi censetur approbatus à Successore in omni Diocesi, ea ratione, quod exempti videntur habere immediatè jurisdictionem à Summo Pontifice, cumque semel ab Episcopo sunt approbati, videtur satisfactum menti Sacri Concilii. Et hæc quidem generatim.

Pro Indiis vero Occidentalibus extat Breve B. Pii V. tom. 2. *Bullar. sub 24. Martii 1567.* directum Philippo II. Hispaniarum Regi, quod incipit: *Exponi nobis nuper fecit tua Majestas Regia, in quo hæc habentur: Omnibus, & singulis Religiosis quorumcumque, etiam Mendicantium Ordinum, in dictis Indiis partibus, & in eorundem Ordinum Monasteriis, vel de illorum Superiorum licentia extra illam commorantibus, ut in locis ipsarum partium eis de simili licentia assignatis, & assignandis, officium Parochiale hujusmodi, matrimonia celebrando, & Ecclesiastica Sacramenta ministrando, prout hactenus consueverunt, dummodo ipsi in reliquis solemnitatibus dicti Concilii formam observent, exercere, & verbum Dei, ut præfertur, quatenus ipsi Religiosi Indorum illarum partium idioma intelligant, de suorum Superiorum licentia, ut præfertur, in eorum Capitulis Provincialibus obtenta, predicare, ac Confessiones audire, Ordinariorum locorum, & aliorum quorumcumque licentia minime requisita, libere, & licite valeant, licentiam, & facultatem auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus. Et insuper, ne in locis illarum partium, in quibus sunt Monasteria Religiosorum, qui animarum curam exercent, aliquid per predictos Episcopos innovetur, eadem auctoritate, & tenore statuimus, & ordinamus. Sic per quoscunque Iudices &c. Ac quicquid secus &c. irritum, & inane decernimus.*

Non obstat Bulla Gregorii XIII. cujus initium, *In tanta rerum, & negotiorum mole, quæ præfatam Bullam B. Pii V. videtur revocare, ex eo, quod ejusdem B. Pii Bullas, quæ Concilio Tridentino adversari videbantur, ad terminos ejusdem Concilii reduxit. Bulla autem B. Pii adversatur capiti XI. Concilii sess. 25. de reform.* Nam in eo cap. 11. B. Pii Bulla non excluditur, sicut in illo alii Religiosi, & alia Monasteria non excluduntur, ergo majori ratione Religiosi, & Monasteria Indiæ excludi non debent, cum ipsi fundatores sint illius novæ Ecclesiæ, & nunc fidei propagatores existant. Et quamvis Bulla B. Pii revocata fuisset, eam nihilominus confirmavit Gregorius XIV. Bulla sua, incipiente *Quantum animarum*, his verbis: *Episcopi illarum partium præsentium, Religiosos, prædictos id facere non posse absque eorum specialis licentia, ut examine pro eo, quod deinde pia memoria Gregorius Papa XIII. prædecessor noster illos motus proprios, qui decretis Concilii adversabantur, ad ordines reduxit, & qui animarum curam sine Episcopi licentia exercent, ii decretis ejusdem Concilii adversantur. Et propterea litera dicti Pii Prædecessoris in hoc observari non debent contra mentem, & intentionem ejusdem Pii prædecessoris. Nos ad omnem, quæ inde nascitur, & nasci poterit in futurum controversiam componendam, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super causis Episcoporum quibus hoc negotium examinandum, & nobis referendum commisimus, concilio, literas prædicti Pii prædecessoris, quarum tenoribus præsentibus haberi volumus pro expressis, ac de verbo ad verbum inseritis, Apostolica auctoritate præsentium roborat Apostolica confirmationis, illasque*

illasque debite executioni demandari volumus ac præcipimus, inhibentes omnibus, & singulis Episcopis illarum partium sub interditi ingressus Ecclesiæ pœna eo ipso per contrascentes incurrenda, ne de cetero prædictos professores præmissis, seu aliis quibuscumque prætextibus quomodo desuper molestare, aut inquietare audeant, seu præsumant, non obstantibus &c.

Minus obstat Constitutio Gregorii XV. *Inscrutabili*, emanata die 7. Februarii 1622. cujus hæc sunt verba: *Hac generali, ac perpetuè valitura Constitutione decernimus, statuimus, ac declaramus, ut deinceps tam Regulares, quam seculares quomodolibet exempti, seu animarum curam personarum secularium Monasteriis, seu domibus regularibus, aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel Beneficiis, seu Regularibus, seu secularibus incumbentem, exercent, seu aliis Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrant, seu prævia Episcopi licentia, & approbatione, seu quocummodo in dicta Curia exercitio, aut in eorundem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione de facto absque ulla auctoritate se intromittant in eis, quæ hujusmodi curam, seu administrationem concernunt omnimode jurisdictioni, vifitationi, & correctioni Diocesani Episcopi tanquam Apostolica Sedis Delegati, plenè in omnibus subiciantur.*

Præmittit itaque Pontifex in his verbis non expressè sed æqualiter præviàm Episcoporum licentiam ad curam animarum exercendam, & præter eam expressè adjicit, quod illi, qui hanc licentiam habent, jurisdictioni, vifitationi, & correctioni Diocesani Episcopi, tanquam Apostolicæ Sedis Delegati, plenè in omnibus subiciantur. Hæc autem non habent locum in Indiis, Primò, quia licet Constitutio pro toto Orbe fuerit edita, non tamen pro America, & Indiis Occidentalibus, quæ novus Orbis dicuntur, in quibus Religiosorum circa Sacramentorum exercitium, & Parochorum administrandi ritus est valde diversus ab illo, qui in cæteris tribus Orbis partibus observatur. De qua America si Pontifex Summus plenè edoctus fuisset certè in sua constitutione partem illam excepisset *can. illud d. 12. ibi: Nec aliorum consuetudinem aliorum contrario more subverti, ubi ait Glossa: Arguitur hic contra Episcopos, qui sic argumentantur contra Eccles. aliquam ex quo alia Ecclesia hoc, vel illud faciunt, ergo & ista idem faciat.* Respondetur ergo eis, quod consuetudo unius Ecclesiæ non subvertitur propter contrarias consuetudines aliarum.

Deinde quia Urbanus Octavus in suo motu proprio sub die 21. Aprilis 1625. instante Duce de Pastrana, tunc temporis Hispaniarum Regis Oratore, mandavit, ut in Regnis Hispaniarum Constitutio Gregorii XV. nullatenus executioni demandetur, testantibus Lezana tom. 1. *summ. cap. 19. num. 35.* Augustino de Bellis in *tractat. pro defensione Religionum §. 1. num. 2.* cujus verba referet Diana p. 7. *tit. 12. resol. 25.* Alphonso de Carranza in *informa. 2. pro Religionib. & integrè illam refert Antonius Inoiola in director. decisio. regul. v. Confessarius §. In nomine. Nec Bulla B. Pii V. fuit revocata per Bullam Urbani VIII. incipientem: *Cum sicut accepimus, editam anno 1628. solum enim in ea revocantur privilegia concessa ipsis Regularibus, ac Religionibus, non autem concessa Principibus, ac Regibus.**

Nec refragatur, quod Breve Urbani Octavi suspensivum Constitutionis Gregorianæ, tanquam particulare, non habeat robur adversus Constitutionem emanatam per modum legis generalis. Nam constat de voluntate Pontificis expressè his verbis: *Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione, deque Apostolica potestatis plenitudine committimus, & mandamus, ut in Regnis Hispaniarum ad executionem literarum hujusmodi supersederi auctoritate nostra curet, & facias. Quam voluntatem satis est allegare, cum de potestate non sit dubitandum.*

Quod autem Breve Urbani comprehendat Indias Tom. X.

Occidentales tradit Rota in Barchinonensi Canonica-tus 4. Decembris 1644. coram Verospio, in qua plenè probatur, quod appellations Regnorum Hispaniarum Dominio subiecta, solumque excluditur Catalonia, quia illa non est Regnum, sed Principatus. Unde cum Indiæ gaudeant regali dignitate, ut tradit Joannes Soler. *de jur. Indiar. Occident. lib. 4. cap. 9. num. 1. & seqq.* ubi quod in illis constituitur Prorex ad Regnorum gubernationem, & qui Regis locum, ac vicem habeat, secus autem in Catalonia, cui qui præest, non appellatur Prorex, sed locumtenens generalis, ut in alia decisione Sacræ Rotæ in eadem Barchinonensi 9. Junii 1645. coram eodem. Quare non potest ullo modo contrarietatem earum comprehensio sub dispositione dicti Brevis suspensivi, ut ex Vitalino, Mantica, & aliis firmatur in dicta dispositione.

His tamen minimè attentis, sit regula ubique generalis, quod nullus Sacerdos tam regularis, quam secularis potest audire confessiones secularium, absque licentia Episcopi loci, ut disponit S. Concilium Tridentinum d. c. 15. *sess. 23. de reform.* auferens omnem contrariam consuetudinem, aut præscriptionem immemorabilem, omniaque privilegia. Unde Rota apud Buratum in Maricensi jurisdictionis 20. Octobris 1621. absolute firmat Confessores ab Episcopo non approbatos confessiones audire non posse, etiam si lis pendeat super approbatione sine licentia danda.

Quod adè verum est, ut nec ipse Episcopus possit imperire hanc licentiam Sacerdoti non sibi subdito absque proprii Ordinarii licentia, ut habet declaratio Sacræ Congregationis Concilii ad d. cap. 15. ubi ex Cardinali Carafa *num. 1. & 10.* Interpretes dixere, nullus, præterquam Episcopus, se interponere debet in iis, quæ spectant ad approbandum Sacerdotes, sacros Confessionis Ministros. Et *num. 4.* quod ne ipsi quidem Superiores, & Prælati regulares possunt audire confessiones secularium, ipsis intervenientium, absque licentia Episcopi.

Unde confessiones aliter auditæ sunt invalidæ per 12. clausulas irritantes Constitutionis Beati Pii V. quæ est 133. in Bullario, declaratam per Sacram Congregationem Concilii in d. cap. 15. *num. 11.* his verbis: *An absolutio data à Sacerdote vigore facultatis generaliter à Summo Pontifice, vel specialiter à Parocho concessa, si ab Episcopo is Sacerdos examinatus, & approbatus non fuerit, valida censetur quoad eos, qui tali Sacerdoti bona fide confessi sunt, rati esse approbatum, vel ignorantes approbationem requiri? Congregatio Concilii censuit, nullam censeri tametsi conscientias quoad Deum excusati censentur. Ubi tamen reverterint reiterandam esse confessionem. Idem repetit alia declaratio sub nu. 12. & nos sæpe.*

Atque his inhærendo Clemens VIII. in sua Constitutione 115. §. 8. præscribit Regularibus ad audiendum confessiones duplicem approbationem, à suo scilicet Superiore, & ab ipso Ordinario loci. Notatque Cardinalis Bellarminus in dictum Concilii locum. Et hanc doctrinam religiosissime sectantur Patres Societatis Jesu, decernentes Prædicatores, & Confessarios per Provincialem constituendos esse, præmissis tamen domestico examine, & approbatione Ordinariorum juxta formam Sacri Concilii Tridentini. Ita legitur in Regula Societatis *cap. 3. de regimine Provincialis n. 26.* & in Regula Missionum *n. 7. pag. 169. & in compendio privilegiorum Societatis v. Confessarius §. 2.* ubi habetur declaratio P. Claudi Aquavivæ, Præpositi Generalis sub *n. 11. v. absolutio §. 1.* referentè & approbante Sanchez *de stat. relig. lib. 9. c. 17. n. 41.*

Idque procedere, non obstantibus quibuscumque 14. privilegiis, docent omnes ferè Doctores, nominatim ex Societate Jesu doctissimi Viri Suarez *tom. 4. in 3. p. D. Thoma disp. 18. sect. 7. dub. 3.* Valquez *in d. p. 3. quest. 93. dub. 4.*

Sub. 4. Card. de Lugo de Sacram. panis. disp. sect. 2. n. 19. Fagundez in precept. Eccl. lib. 7. cap. 2. num. 85. Filius num. 1. tract. 7. cap. 9. num. 263. Emanuel Sa in aphor. v. Confessor, num. 4. Cardinalis Tolet. lib. 3. sum. cap. 13. num. 6. omnesque alii, qui de hoc argumento scripserunt post Concilium Tridentinum, quibuscumque Regularium privilegii minime obstantibus, cum dispositio Beati Pii V. comprehendat omnes Regulares, etiam Societatis Jesu, ut notat Barbof. in orol. Concil. cap. 16. sess. 21. de reform. num. 8. & in collect. Bullar. v. Clerici Regulares Societatis Jesu, illique per clausulas generales derogatorum satis derogatum fuisse, tradit Diana p. 7. tr. 10. resolut. 19.

15. Et ita quidem, ut non obstat tolerantia Episcoporum, qua interdum Regulares confessiones secularium audiunt absque illorum approbatione, quæ per tolerantiam censetur remissa. Nam tolerantia superioris non tribuit jus aliquod inferiori per Text. in cap. fin. ubi Glof. v. approbare de sentent. excomm. Grilenson. conf. 157. num. 3. ubi quod, quando tolerantia habet vim concessionis, oportet quod dependeat à Superiore, ita expressè volente. Maxime autem in his actibus facultativis, nempe in quibus Ordinarius ex causa potest non concedere licentiam, & non approbare. Quo casu ex tolerantia non inducitur consuetudo, sive jus aliquod contra tolerantiam, Rota coram Gregorio decis. 162. num. 10. ibique adden. lit. C.

16. Imo ad hunc effectum requiritur, quod Ordinarius prohibuerit, & ipse non obstante prohibitione acquieverit. Ita in terminis examinis, ac approbationis, dixit Rota in Hispanensi Curæ Sacratæ 7. Maii 1618. coram Remboldo per hæc verba. Conclufum fuit &c. Non obstat præsentia quasi possessio Capituli dictos Capellanos deputandi nullo alio prævio Ordinarii examine; Quia ultra quod &c. non fuit dicto Capitulo acquisita quasi possessio juris negativi, quod scilicet dictus Archiepiscopus non possit dictos Capellanos examinare antequam admittantur, & admissos rejicere, nisi probetur, evenisse casum, quod dictus Archiepiscopus voluerit illos examinare, & fuerit prohibitus, atque huic prohibitioni ipse acquieverit, & Capellani fuerint absque ejus examine admissi, cum istud sit requisitum necessarium ad hoc, ut possit dici quæsitum Capitulo quasi possessio juris negativi, ad tradita per Doctores in cap. Eccl. Surrina de caus. possess. & propr. Aym. conf. 154. n. 2. Rota d. decis. 411. n. 7. p. 1. Card. Seraph. decis. 151. Obstat enim dictæ possessioni decretum Concilii, & Illustrissimæ Congregationis dicti Concilii, Interpretum declarationes, quibus, ut ex copia quæ datur appareat fuisse decisum, quod Capellani, ut supra deputati tenentur se, etiam non obstante quavis alia, etiam immemorabili possessione in contrarium Episcoporum examini subijcere.

17. Et in Dertusensi Vicariæ 21. Aprilis 1624. coram Melino in hunc modum: Firmato in hac causa &c. Præsertim, quia non probatur nominationem aliquam Capituli ad Vicarios præfatos fuisse rejectam ab ordinario, & ita eventum fuisse ad actum prohibitionis, seu contradictionis cum subsequuta acquiescentia Capituli, prout requiritur ad effectum, ut admittatur jus sive privilegium, & inducatur contraria quasi possessio in facultativis, Franch. in c. significatio num. 3. de ap. pel. Felin. in cap. pastoralis num. 5. de offic. ordin. Castren. in l. Qui luminibus n. 2. vers. sed tamen ff. de servit. urban. præd. Rota apud Seraph. decis. 1080. num. 6. & in Reatina Barchæ 23. Januarii 1617. coram R. P. D. Buratto. Et quatenus etiam probationem hujusmodi prohibitionis cum acquiescentia Capituli præstitisset Episcopus, atamen Domini respondebant, inde non aliud inferri posse nisi errorem tam Episcopi, quam etiam Capituli. Sic Rota.

18. Unde tolerantia hujusmodi poterit quidem excusare culpam antehac, non autem confere inferiori jus

aliquod erga Superiorem in posterum. Ita simili objectioni respondit Rota in Treverensi Abbatia S. Maximi coram Coccino, relata à Castellino de elect. cap. 4. num. 29.

Hoc idem profus dicendum est de prædicatione: Quia idem Concilium Tridentinum sess. 5. de reform. c. 2. quoad Regulares in propriis Ecclesiis statuit, eos teneri petere benedictionem ab Ordinario, antequam prædicent. In aliis verò Ecclesiis licentiam, & approbationem, & sess. 24. cap. 4. Extatque, declaratio S. Congregationis Concilii apud eundem Cardinalem Carafam sub num. 27. Ordinarium etiam à Concionatoribus petere posse professionem fidei.

Quare poterit Episcopus in Contumaces, & inobedientes Confessarios, & Concionatores Ecclesiasticis censuris animadvertere, ut disponit Gregorius XV. in dicta sua Constitutione Inscrutabili §. 6. & Urbanus VIII. in sua quoque Constitutione edita 21. Septembris 1628. ubi derogatur omnibus privilegiis Regularium, & quarumcumque Societatum, etiam Societatis Jesu. Quæ omnia magis procedunt contra Regulares, qui nullum privilegium exhibent, quique exhibere tenentur ac solemniter publicare, ut statuit Sixtus V. apud Casarub. in privi. mendicant. v. Conservatores.

Ex quibus manifestum est, Regulares omnes, etiam Societatis Jesu, non posse audire sacras Confessiones personarum secularium sine approbatione Episcopi, ut in Concilio Tridentino d. cap. 15. & in d. Brevi Urbani Octavi incipien. Cum sent accepimus, in quo revocantur omnia indulta audiendi secularium confessiones absque Ordinarii examine, & approbatione quibusvis Regularibus concessa. Similiter manifestum est, prædictos Regulares non posse prædicare in Ecclesiis sui Ordinis, non petita Episcopi benedictione, nec in aliis Ecclesiis sine ipsius licentia, ut in d. c. 2. sess. 5. nec in Ecclesiis etiam sui Ordinis, ipso contradicente, ut in c. 4. sess. 24.

At licet Episcopi decretorum Sacri Concilii Tridentini sint exequutores, non tamen illa exequi possunt contra exemptos nisi in casibus, in quibus hæc facultas specialiter eis attribuitur. Quod factum non legitur in præcatis decretis Concilii. Quinimò Bulla Pii IV. quæ incipit: *Benedictus Deus in s. mandamus autem*, dum præcipit Episcopis, ut decreta ipsius Concilii in suis Ecclesiis, Civitatibus, & Diocesis observent, & observari faciant, addit illa verba: *à subditis quibusque suis*, quales non sunt Regulares exempti. Et Concilium in d. cap. 2. sess. 5. postea quam inhibuit, ne Regulares prædicent, non petita benedictione, vel non obtenta licentia Episcopi, immediate subjungit: *Si vero, quod absit, Prædicator errores, aut scandala disseminaverit in Populum, Episcopus ei prædicationem interdicit. Sed si hæreses, prædicaverit, contra enim secundum juris dispositionem, aut loci consuetudinem procedat, tanquam Sedis Apostolica delegatus.* Unde patet quanta circumspectione processerint Patres Concilii in non violandis exemptorum privilegiis, cum noluerint quoad hoc eos subijcere coercitioni Episcopi, nisi in prædictis duobus casibus, & tunc auctoritate tabium delegata.

Ideoque Sacra Congregatio Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum consulta, An Regulares absque Episcopi approbatione personarum secularium confessiones audire præsumentes, ab ipso Episcopo jure puniri queant, die 9. Maii 1597. respondit: non posse puniri ab Episcopo, sed tantum à suis superioribus regularibus. Et in causa Hieracensi die 14. Decembris 1613. censuit: *In Ecclesiis suorum Ordinum Prædicatores debere prius se Episcopo præsentare, ab eoque petere benedictionem. Si vero in aliis Ecclesiis prædicare voluerint, etiam licentiam habere teneri. Nullo autem modo Episcopo contradicente, prædicare debent. Ceterum non posse ab Episcopo prohiberi per confuras, atque alias penas quemad-*

quemadmodum si contrafecerint, non ab Episcopo, sed à suis Superioribus regularibus esse puniendos.

24. Sicque in vim Concilii Tridentini non possunt Episcopi prohibere sub excommunicationis late sententia pena Regularibus, qui non docent se hujusmodi approbationem, ac licentiam obtinuisse, ut à Confessionibus audiendis, & prædicatione verbi Dei abstinere, & ab hac manifesta injuria, & violentia liceret eis ad remedium Conservatorum confugere, ut ex cap. 1. & final. de offic. deleg. lib. 6. Dicuntur enim Conservatores contra notorias injurias servatores, ut inquit Archidiacon. in d. c. 1.

25. Verum postea supervenit dict. Constitutio Gregorii XV. cujus initium, *Inscrutabili Dei providentia*, quæ tribuit facultatem Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ Delegato coercendi, ac puniendi, etiam per censuras Ecclesiasticas, Regulares delinquentes in administratione alicujus Sacramenti, & verbum Dei prædicantes, non petita, vel habita Episcopi benedictione, aut ipso contradicente. Et quamvis hæc Constitutio dicatur fuisse suspensa in Hispania per breve Urbani Octavi, transmissum ad Cardinalem Saccherum tunc temporis ibi Nuncium Apostolicum, de hoc tamen non liquet authenticè, & Constitutio Gregorii dicitur recepta in Indiis etiam ex ordine Regio ut observat Fagnan in cap. sanè 2. n. 27. de offic. & potest. Judic. delegat. Unde non videtur ambigendum, quin Episcopus in vim hujus Constitutionis possit sub censuris prohibere Regularibus, ne confessiones secularium audiant, aut verbum Dei prædicent absque sua approbatione ac licentia.

26. Subditque Fagnanus, non obstat, quod ex decreto S. Congregationis Episcoporum, & Regularium, edito die 20. Novembris 1615. Episcopus non potuerit duobus integris Collegiis simul adimere facultatem audiendi secularium confessiones, ipsa Congregatione inconsulta. Etenim decretum hoc ex intentionis defectu non videtur extendi ad remotissimas Indiarum partes per Textum in can. Cum longè d. 63. ac præterea hoc casu Ordinarius non admittit facultatem audiendi confessiones, sed tantum prohibet, ne illas audiant Regulares, qui approbationem non obtinuerint, jubetque, ut vel obtendant, vel petant licentias, quas promptè se daturum offert.

27. Ex quo tollitur etiam aliud obiectum quod Episcopus ex decreto ipsius S. Congregationis non possit suspendere Confessarios à se liberè approbatos sine nova causa, eaque ad confessiones pertinente. Nam Ordinarius hoc casu non suspendit Confessarios jam approbatos, sed tantum inhibet ne confessiones audiant non approbati. Atque ita videtur solum executioni demandare decretum Concilii in vim facultatis sibi attributæ in præcatis Constitutione Gregorii XV. quo posito, nullam infert injuriam. Nam is, qui jure publico utitur, non dicitur injuriæ inferendæ causa hoc facere. Juris enim executio non habet injuriam, ait Textus in l. Injuriarum 1. ff. de injur. atque adeo non videtur Regularibus licere ob hanc causam quasi à manifestis injuriis Conservatores eligere.

28. Juvat his subnectere Breve Innocentii X. in quo isti, alique multi casus definiuntur. Illud est hujusmodi: *Innocentius Papi X. Ad futuram rei memoriam. Cum sicut accepimus, aliqua fuerint orta differentia inter Venerabilem fratrem Joannem Episcopum Angelorum in Indiis Occidentalibus ex una, & dilectos filios Clericos Regulares Societatis Jesu partibus ex altera de, & super manere prædicationis verbi Dei tam in propriis eorumdem Clericorum Regularium, petita solum Episcopi benedictione, quam in alienis Ecclesiis, petita, & obtenta ab eodem Episcopo Diocesano licentia exercendi, nec non super confessionibus laicorum audiendis, prævio examine, sive approbatione ejusdem Episcopi Diocesani, quæ dicti Clerici*

Regulares in vim privilegiorum prædictæ Societatis Apostolica auctoritate concessorum sibi proprio jure licere prætendebant, & desuper in partibus fuerit eventum ad plures actus judiciales, & pro parte Clericorum Regularium hujusmodi ad electionem Conservatorum privilegiorum hujusmodi nobisque iam dicti Joannis Episcopi, quæ eorumdem Clericorum Regularium nomine pro sopiendis differentis hujusmodi quadam dubia decisionem differentiarum præsentarum, nec non jurisdictionem Ordinarium in exemptis, & ipsorum Clericorum Regularium exemptionem à jurisdictione Ordinarii concernentia fuerint proposita, ad quæ ambe partes responderi, & quid desuper observandum sit auctoritate nostra Apostolica statui, & stabiliri desiderabatur. Nos, qui omnium fidelium, & præsertim Ecclesiasticorum quieti libenter incumbimus differentias hujusmodi negotium particulari congregationi aliquorum venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & dilectorum filiorum Romana Curia Prælatorum examinandas commisimus, qui auditis sapienter Procuratoribus prædicti Joannis Episcopi, necnon Procuratore Generali Societatis prædictæ, negotio mature discussio omnibus dubiis, & petitionibus hinc inde propositis responderunt, prout prosequitur, videlicet.

*Sacra Congregatio à Sanctissimo Domino nostro deputata super controversis vertentibus inter Episcopum Angelorum in Indiis Occidentalibus, & Religiosos Societatis Jesu, sapienter auditis Procuratoribus ab eodem Episcopo ad Urbem ablegatis, nec non ipsius Societatis Procuratore Generali, negotioque accurate discussio, censuit prædictos Religiosos nequaquam posse in Civitate, & Diocesi Angelopolitana personarum secularium confessiones audire sine approbatione Episcopi Diocesani, nec verbum Dei prædicare in Ecclesiis sui Ordinis, non petita ipsius benedictione, nec in aliis Ecclesiis sine ejus licentia, nec in Ecclesiis Eiusdem sui Ordinis, ipso contradicente, & contravenientes ab Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, coerceri, & puniri posse, etiam censuris Ecclesiasticis in vim Constitutionis san. mem. Gregorii XV. quæ incipit: *Inscrutabili Dei providentia*, ac proinde memoratis Religiosis, qui hujusmodi approbationem & licentiam se obtinuisse non docuerunt, potuisse Episcopum, sive ejus generalem Vicarium præcipere sub pena excommunicationis late sententiæ, ut à confessionibus audiendis, & verbi Dei prædicatione abstinere. Nec ob eam causam licuisse dictis Religiosis, quæst à manifestis injuriis, & violentiis eligere Conservatores, eosque, ut præfertur, electos in Episcopum, ejusque vicarium Generalem indebitè, ac nulliter excommunicacionem fulminasse. Ceterum Congregatio serio in Domino hortatur, ac monet Episcopum, ut Christianæ mansuetudinis memor erga Societatem Jesu, quæ laudabili suo Instituto in Ecclesia Dei tam fructuose laboravit, ac sine intermissione laborat, paterno se gerat affectu, eamque in regimine Ecclesiæ suæ perutilem adjuvicem agnosceat, benignè fovcat, ac pristina sua benevolentia restituat quemadmodum S. Congregatio ipsam salutarum confidit, sibi que certo pollicetur, cum ejus zelum, pietatem, ac pastoralis sollicitudinem compertam habeat. Datum Roma die 16. Aprilis 1648.*

Et præmissorum occasione pro parte prædicti Joannis Episcopi, nec non Religiosorum Societatis Jesu in eadem Congregatione proposita fuerunt diversa dubia de mandato Sanctissimi resolvenda: quæ quidem Sacra Congregatio sapienter auditis ut in præmissis, ab eodem Episcopo ad Urbem missis, necnon Procuratore generali ipsius Societatis, negotioque mature perpenso, ad singula dubia ab utraque parte proposita, respondit ordine, quo sequitur.

Primo. *An in casu, quo Episcopus præcipiat decreta si aliqua Concilii Tridentini à Regularibus observari, & executioni demandari, Regulares quicumque, etiam Societatis Jesu, sub prætextu, quod hujusmodi præcepta infringant sua privilegia, possint eligere Conservatores? Congregatio*

respondit, si Episcopus precipiat Regularibus etiam Societatis, Jezu in decreta aliqua Concilii Tridentini observent, ac exequantur in illis casibus, in quibus per ipsum Concilium, vel Constitutiones Apostolicas Regulares exempti subiciantur jurisdictioni, & correctioni Episcopi, minime licere ipsis Regularibus ob eam causam Conservatores eligere.

32. Secundò. An quando Ordinarius procedit, juris ordine servato, adversus Regulares exemptos in casibus, in quibus per Concilium Tridentinum, vel Constitutiones Apostolicas ipsi subiciuntur, possint Conservatores Judices assignare? Respondit, ut ad proximum, non posse.

33. Tertio. An Regularibus, etiam Societatis Jezu asserentibus, se habere privilegia, quominus obediant Episcopo in executione decretorum juris communis, Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum, Ordinarii debeant ipsi adhibere fidem absque exhibitione hujusmodi privilegiorum? Respondit, Ordinarios non teneri hujusmodi asserenti fidem adhibere absque integrali privilegiorum exhibitione.

34. Quarto. An in casu, quo Regulares quicumque, etiam Societatis Jezu exhibeant aliqua privilegia, & Ordinarii judicent, ea non suffragari casui, de quo agitur, & ad rem non facere, Regulares prefati possint, ac debeant provocare ad Summum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotissimis ad Metropolitanum, sive Ordinarium viciniorum, vel potius possint hoc casu eligere Judices Conservatores? Respondit: Si verba privilegiorum sunt obscura, & ambigua, non licere recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorum Episcopum, nec Conservatores eligere, sed Summum Pontificem pro interpretatione esse adendum.

35. Quintò. Utrum Constitutio fel. record. Gregorii XV. circa Conservatores Regularium, publicata anno 1621. cum declarationibus Eminentissimorum Sacrae Congregationis Concilii Interpretum desuper editis aequè afficiat, & comprehendat Religiosos Societatis Jezu, ac reliquos Regulares ita, ut omnia alia prefata Societatis privilegia fuerint reducta ad terminos dictae Constitutionis, & sic in posterum debeant ab eis eligi Conservatores, juxta formam, & tenorem praescriptae Constitutionis. Respondit, hujusmodi Constitutionem cum declarationibus, ut praefertur editis, aequè afficere Religiosos Societatis Jezu, atque aliorum Ordinum, & Conservatores ad illius praescriptum esse eligendos, non obstantibus quibusvis privilegiis, quippe quae omnia sunt redacta ad terminos ipsius Constitutionis.

36. Sextò. An Regulares praedicti gravati esse alieno, vel ad ratiocinia, vel Testamentorum executores possint conveniri coram Ordinario, si Conservatores non nominaverint intra tempus, habile ab Ordinario praescriptum. Respondit, Regulares in causis praefatis coram Ordinario loci esse conveniendos, si ad praescriptum Constitutionis sa. mem. Gregorii XV. Conservatores non elegerint, ipsi quoque electionis documentum intra praescriptum tempus in aedibus Curiae ipsius ordinarii non exhibuerint, ac dimiserint.

37. Septimò. An dicti Regulares, Conservatores, sive ad jura, sive ad privilegia in eadem assumptas, teneantur ante exercitium commissionis prestare cautionem coram Ordinario, sive alio Judice competente de iudicio fisci, & iudicatum solvendo, casu quo in lite, sive causa succubuerint. Respondit.

38. Octavò. An, quando Episcopus jura, vel decimas Cathedralium adversus Regulares praedictos, donec sua spoliantes Ecclesias, coram Judice competente in eatur, librosque, memorialia, & allegationes producant, jus Ecclesiarum Cathedralium exprimentes, & acquisitiones Religiosorum, aliaque id genus annuantes, hujusmodi scriptorum occasione possint Regulares nominare Conservatores praetendentes injuriam sibi inferri in referendo immoderatas acquisitiones. Respondit, si Episcopi pro tuendis juribus Cathedralium Ecclesiarum coram Judice competentis hujusmodi scripta producant, & Regula-

rium immoderatas acquisitiones veraciter, & modestè referant non licere, ob eam causam ad Conservatores recurrere.

Nonò. Utrum Regularis quicumque, etiam Societatis Jezu, possit administrare Sacramentum poenitentiae secularibus absque licentia Episcopi Diocesani, etiam si in alia Diocesi ab Episcopo approbatus sit. Respondit, Regulares, etiam Societatis Jezu, in una Diocesi ab Episcopo approbati, ad confessiones personarum secularium audiendas, nequaquam posse in alia Diocesi hujusmodi confessiones audire, sine approbatione Episcopi Diocesani.

Decimò. An Episcopus contra dictos Regulares audiendos in sua Diocesi confessiones secularium absque approbatione, vel concionantes absque licentia Episcopi intra, & extra proprias Ecclesias, possit procedere, eos à talibus Ministeriis removendo, sive praecipit, & aliis juris remediis coercendo. Respondit, eisdem Regularibus, qui confessiones personarum secularium audiunt sine approbatione Episcopi loci, vel praedicant in Ecclesiis sui Ordinis, non petita illius benedictione, aut in aliis Ecclesiis absque ipsius licentia, vel in Ecclesiis, etiam sui Ordinis, ipso contradicente, posse Episcopum in vim constitutionis fel. record. Gregorii XV. qua incipit, Inscrutabili Dei providentia, tanquam sedis Apostolicae delegatum administrationem Sacramenti poenitentiae, ac munus praedicationis interdiceret, eosque juris remediis coercere, ac punire.

Undecimò. An quando Episcopo constat, dictas licentias obtentas non fuisse, possit ipse precipere ut donec licentiam intra praescriptum tempus exhibeant, à tali Ministerio abstineant, & an requirendus sit per Episcopum pro his exhibendis Provincialis in alia Diocesi, vel longissimè existens, vel ipsi Regulares Confessarii, vel eorum superiores ejusdem Diocesis, in qua praedicta exercentur. Respondit, posse Episcopum sic precipere, nec pro hujusmodi licentia requirendum esse Provinciale, sed satis esse ipsos Religiosos requirere, aut eorum Superiores in Diocesi Episcopi existentes.

Duodecimò. An si contingat, ut aliquis praedictorum Regularium insurgat contra Episcopum in propria Diocesi, maledictus, scripto, vel dicto Populum scandalizando, possit ab Episcopo puniri, & qua animadversione. Et quid si hujusmodi delinquens irasiverit ad aliam Diocesis hoc casu servandum sit, & qua poena puniendus sit Regularis, qui commorans in una Diocesi, spargat famosos libellos contra Ordinarium alterius Diocesis. Respondit, si Regularis intra claustra degens extra ea in casibus dubio expressis, ita notoriè deliquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, teneri Superiorem Regularium intra tempus ab eo praefigendum severè illum punire, ac de punitione Episcopum certiorum facere, alicuius sic delinquentem ab Episcopo puniri posse ad praescriptum Concilii Tridentini cap. 14. sess. 25. de Regul. Quod si delinquens ad aliam Diocesis migraverit, servandum esse quod praecipitur in constitutione sanctae memoriae Clementis Octavi incipien. suscepti muneris ratio.

Decimotertio. An conservatores nominati, & electi à Regularibus praescriptis ante exercitium suae jurisdictionis, teneantur electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario sub poena nullitatis actuum. Respondit, utique teneri.

Decimoquarto. An privilegia, quae sunt contra jurisdictionem Ordinarii, & quibus gaudent, & gaudere praetendunt Regulares prefati, debeant Episcopis notificari, seu insinuari. Respondit, Regulares teneri hujusmodi privilegia Episcopi exhibere, si eis uti voluerint.

Decimoquinto. An pradia rustica metallorum fodina, sacchari opificina à Regularibus Societatis, vel aliis possessu, vel alia domus seculares, in quibus videlicet unus, vel duo Regulares tantum commorantur, gaudeant privilegio Collegiorum, seu Convenerum. Respondit, non gaudere.

Decimosexto. Utrum Regulares praescripti apothecarum

Quarum-

quarumcunque mercium, macella, & similia, praesertim prope Collegia, seu Convenerum exercentes, possint ab Ordinario sub censuris inhiberi, ne hujusmodi exercent. Respondit, non posse Episcopum hac prohibere Regularibus exemptis, sed si in praemissis ita notoriè deliquant extra claustra, ut populo scandalo sint, servandum esse, quod dictum est supra in responsione ad duodecimum.

47. Decimoseptimo. Utrum Regulares, etiam Jesuitae in suis praediis, opificinis, aliisque suis domibus secularibus, sitis intra limites Parochialium, ad se spectantium, possint administrare Sacramentum baptismatis solemniter, matrimonii, extremae unctionis, & Eucharistia in festo Paschalis famulis mercenariis, rusticis, sive aliis id genus hominibus secularibus absque Ordinarii, vel Parochi licentia. Respondit, non posse.

48. Decimooctavo. Utrum Pares Societatis in Civitate, & Diocesi Angelorum possint consecrare vasa sacra, Altaria, & similia, in quibus unctio requiritur. Respondit itidem non posse.

49. Pro parte vero Religiosorum Societatis Jezu proposita fuerunt infrascripta dubia.

50. Primo. An Episcopi in partibus Indiarum possint ex integro totum unum Monasterium, vel collegium ab audiendis confessionibus suspendere. Respondit, Episcopus Indiarum posse quidem omnibus simul unius Monasterii, vel Collegii Confessarii adimere, facultatem audiendi confessiones personarum secularium, etiam inconsulta S. Congregatione, Episcoporum, & Regularium negotiis praeposita, cum decreto ab ea editum sub die 20. Novembris 1615. ex intentionis defectu, & convenientia morali non extendatur ad regiones illas tam longè ab urbe distitas. Verum ab hac generali suspensione, quae vix sine scandalo, & animarum pernicie contingere potest, abstinendum, esse Episcopis nisi gravissima subsistente causa, super quo Sacra Congregatio illorum conscientias graviter voluit esse oneratas.

51. Secundò. An Episcopus Regularem pro confessionibus semel approbatum sine nova causa suspendere possit ab ipsis confessionibus audiendis. Respondit, Regulares, aliàs liberè ab Episcopo, praevio examine approbati ad audiendas confessiones personarum secularium, ab eodem Episcopo suspendi non posse sine nova causa, eaque ad confessiones ipsas pertinente.

52. Tertio. An Bulla Pii Quinti 34. in ordine tom. 2. Bullarum, concessa, instante, & supplicante Serenissimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium, sit revocata in Bullis Summorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur. Respondit, agendum cum Sanctissimo, an velit declarare, Bullam non esse revocata, illam tamen non suffragari, nisi in locis, ubi est defectus Parochorum.

53. Quarto. An Episcopus possit cum censuris procedere contra Regulares exemptos, si inobedientes fuerint in confessionibus audiendis, vel praedicatione verbi Dei, & hoc, an vigore Concilii Tridentini, vel per quem Canonem. Respondit, posse procedere, non quidem in vim Concilii Tridentini, sed in vim Constitutionis Gregorii XV. qua incipit, Inscrutabili Dei providentia.

54. Quintò. An licentia audiendi confessiones, & praedicandi ab Episcopo per literas missivas, an solum per literas patentes Cancellaria concedi possit. Respondit, posse concedi etiam per literas missivas, si ita Episcopo videbitur.

55. Sextò. An talis licentia ore tenus sine scripturis concedi possit. Respondit, ut ad proximum.

56. Septimò. An facultas eligendi Conservatores, concessa Societati à Gregorio Decimo tertio suffragetur illis in locis, in quibus non adsunt Judices Synodales. Respondit, privilegium Gregorii XIII. suffragari, ut Societas non teneatur ex illis eligere Conservatores, dummodò tamen in reliquis servetur forma Constitutionis Gregorii Decimi quinti hac de re edita.

57. Octavò. An Conservatores Societatis Vicarias generales Episcoporum auctoritate Apostolica per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas compellere possint virtute Tom. X.

Bulla Gregorii XIII. incipientis: Equum reputamus, data ultima Februarii 1573. Respondit, posse à manifestis injuriis, & violentiis eos compescere, etiam censuris & poenis Ecclesiasticis. Datum Romae die 16. Aprilis 1648. Quapropter, ut praemissa firmiter subsistant, & inviolabiliter observentur, nobis pro parte Joannis Episcopi hujusmodi fuit humiliter supplicatum, ut illa auctoritate Apostolica confirmare dignaremur. Nos igitur dicti Joannis Episcopi votis hac in re annuere, illumque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eundem Joannem Episcopum, à quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, se quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praefatum duntaxat consequendum, harum serie absolvendum, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinanti praesentia responsa sive resolutiones auctoritate praedicta tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque Apostolica firmitatis vim, & robur adjicimus, & inviolabiliter observari mandamus, salva tamen semper in praemissis auctoritate dictae Congregationis. Decernentes sic, & non aliter in praemissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici auditores, ac sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere legatos judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si quid secus à quovis quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus Apostolicis, ac universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, & specialibus Constitutionibus, necnon Ecclesiae Angelopolitanae, ac Societatis praedictae, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis ejusdem Ecclesiae & Societatis sub quibuscumque verborum tenoribus, formis ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoris, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac decretis etiam irritantibus, etiam motu proprio, ac etiam consistorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis quibus omnibus, & singulis etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio hibenda aut, aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad effectum praemissorum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris die 14. Maii 1648. Pontificatus nostri anno quarto.

CONSULTATIO XCVI.

An, quatenus, & qui Regulares eligi possint in Conservatores Regularium? Quibus in casibus, intra quod tempus, & intra quos fines eligi debeant? Illustratur decretum Sacri Concilii Tridentini sess. 7. cap. 24. de reform.

Videretur, posse eligi Regulares, Priores Ecclesiarum Conventualium, qui saltem habitu habent personatum, & dignitatem in Ecclesia Collegiata, qualis non improprie dicitur Conventualis, atque adeò comprehenduntur in dispositione Textus in cap. su. de offic. & potest deleg. in 6. ubi Pontifex approbat posse eligi in Conservatores Abbates, seu dignitates, vel personatus in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis obtinentes, ut in specie, hunc Textum exponendo, tradit Monet. de conservat. cap. 5. num 16. cum seq. Idemque antea de Prioribus non habitibus in Conventu Abbatem, cui subsint, ait Rodriq. tom. 1. q. regul. 6. art. 3. Et cum eadem distinctione inter Priores, ac Praelatos regula-

regulares, qui nullum in Monasterio Superiorem habeant, & alios habentes Abbatem Superiorem procedit Tambur. *de jur. Abbat. tom. 3. disp. 17. q. 4. n. 6. & q. 5. n. 4.* Quod clarum apparet respectu Clericorum Regularium Societatis Jesu ex privilegio eidem à Beato Pio V. concessio, quod possint in Conservatores eligere omnes, & singulos Episcopos, Archiepiscopos, & Abbates, nec non alias personas in Ecclesiastica dignitate constitutas, ut ex Constitutione 1. §. 2. Gregorii Decimertii, qui dictum privilegium confirmavit.

Ad hanc autem electionem Conservatorum deveniri minimè potest prætextu defensionis privilegiorum Regularium circa exemptionem ab Episcopi jurisdictione, cum obstat declaratio S. Congregationis, ac decretum S. Concilii Tridentini *sess. 7. de reform. cap. 14.* ubi sic disponitur. *In exemptorum causis constituto Innocentii Tertii, que incipit: Volentes in generali Concilio Lugdunensi edita, servetur; quam eadem Sacrosancta Synodus innovandam censuit, & innovat, addendo insuper; quod, in civilibus causis mercedem, miserabilium personarum Clerici Seculares, aut Regulares extra Monasterium degentes quomodolibet exempti, etiamsi certum Judicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant, in aliis vero, si ipsum Judicem non habuerint, coram Locorum Ordinariis, tanquam in hoc ab ipsa Sede delegatis, conveniri, & jure medio ad solvendum debitum cogi, & compelli possint, privilegia, exemptionibus, Conservatorum deputatioibus, & eorum inhibitionibus adversus premissa nequaquam valituris.*

Quomodolibet exempti, nisi tamen essent extra Monasterium de licentia suorum Superiorum; ut pro servitio Ecclesiæ, quia tunc non subiant Ordinario, sed remanent sub visitatione, & jurisdictione suorum Superiorum, & dummodò loca illa, in quibus habitant, sint membra Monasteriorum, vel ipsi unita. Atque ita censuit S. Congregatio Concilii, & *can. qui verb. 16. q. 1.* sic est intelligendus. Fuitque dubitatum occasione hujus decreti, an Regulares adeuntes Monasteria Monialium sine licentia Episcopi, incidant in pœnam excommunicationis, quam Episcopus suo edicto proposuit? Et dato, quod incidant, an possint absolvi ab eorum Superioribus, an verò ab Episcopo, qui in ipso edicto absolutionem reservavit? Respondit S. Cong. Concilii: Si Regulares ab excommunicatione Ordinariorum suis nominatim privilegiis eximantur, non incidere quidem, sed si intra Claustra degant, puniendos esse juxta dispositionem *cap. 3. sess. 6. de reform.* Et quoad secundum membrum quæstionis responderetur, posse absolvi à suis Superioribus, quatenus incidant, nisi Episcopus sibi absolutionem reservaverit.

Sed deveniri debet propter injurias, & gravamina in violento modo procedendi adversus Regulares, aliisque causis, quæ tanquam injuriæ ac violentiæ manifestè proculdubio parant viam Conservatorum electioni, tam de jure juxta *d. cap. fin. de offic. & potest. delegat. in 6.* quam ex dicta Constitutione Gregorii XIII. decernente Conservatores per Clericos Societatis Jesu eligi posse ad compellendos injurias, & cognoscendum de quibuslibet molestiis, & injuriis, ut in §. 3.

Neque necesse est, quod Episcopus consentiat hujusmodi electioni, & quod eo non consentiente, eligendi sint arbitri super competentia juxta dispositionem Sacri Concilii *sess. 14. cap. 5. de reform.* Id enim procedit, quando Conservatores non eliguntur adversus injurias illatas ab ipso Episcopo, sed ab aliis, quo in casu ad occurrendum scandalis, quæ aliquando intercedunt Ordinario cum ipsis Judicibus Conservatoribus super competentia jurisdictionis, quam potissimum ob causam ad mutuas inhibitiones persæpe solet deveniri, Sacrum Concilium decrevit, quod in tali casu procederetur ad electionem Arbitrorum, prout declarat *Moneca loc. cit. cap. 9. n. 93.* Aliis enim nunquam poterit dari casus, quod Conservatores habeant facultatem

tem procedendi, etiam per censuras contra Episcopos, cum Episcopi semper dissentient, ad hoc, ut deveniantur ad electionem Arbitrorum. Quod est contra mentem Sacrorum Canonum, & ipsius Sacri Concilii.

Et quatenus prætendatur, injurias, & gravamina non esse tanti ponderis, quanti existimant Regulares, ponderandum id relinquitur Eminentissimis Patribus Congregationis Sacri Concilii, qui sua prudentia considerare poterunt quanta cum injuria, & violentia fuerit per Episcopos contra Regulares processum, quomodo eorum fama, & Religio contaminata remaneret, ut propterea per publicam declarationem instauranda foret.

An verò tenendum est, perperam eligi conservatores contra dispositionem *cap. statuimus de offic. & potest. deleg. in 6.* in quo permittitur, imò potius restringitur electio ad Episcopos, & Abbates, similesque in dignitate Ecclesiastica constitutos, ut per *Rodrig. d. tom. 1. q. 65. art. 3.* qui licet proferat, Guardianos, ac Priores Mendicantium dici in Ecclesiastica dignitate constitutos, firmat tamen, eos officium Conservatoris exercere non posse, etiam cum licentia suorum Superiorum, & post Baldum, Socinum, Alexandrum, & Alciatum tradit *Barbos. de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 106. num. 15.* ubi refertur decretum S. Congregationis Cardinalium, negociis Episcoporum, & Regularium præpositæ.

Qua in re advertendum, quod cum electio Conservatorum, sive facultas eligendi Conservatores procedat à solo Summo Pontifice, ut ex declaratione Sacre Congregationis *ad cap. 5. sess. 24. de reform.* de hac facultate Regulares docere debent, alioquin Episcopus poterit in eos procedere, non obstante *cap. 2. de offic. & potest. delegat. in 6.* ubi quod Conservatores, ac Judices delegati possint contra Episcopos procedere. Nam intelligitur in delegato ipsius Pontificis, ut notat ibi Glossa, non autem in subdelegatis. Et quamvis Conservatores dentur Regularibus ad tuendum eorum personas bona, & jura, sub quibus possunt comprehendendi eorum privilegia, ut ait Gloss. *in dist. cap. 1. ad fin.* attamen de iis debet constare, ut notat *Rodrig. loc. citato.*

Et quamquam ubi non sunt Judices synodales, possint eligi Conservatores, habentes dignitatem in Collegiata Ecclesia ad præscriptum *d. cap. fin. de offic. & potest. delegat. ut S. Congregatio Concilii declaravit, & Prior conventualis, dicitur habere dignitatem in Ecclesia Collegiata ideoque possit esse non modò Judex delegatus, ut ex Text. in Clem. 2. de rescriptis, & notat Felin. post alios in cap. Cum olim. nu. 1. de major. & obed. Sed etiam Conservator ut in *d. Clem. 2.* firmant. *Gloss. v. delegatus, Imol. n. 30. & Vital. n. 37. Tabiena v. Conservator §. 2.* Attamen non desunt qui oppositum sentiant, ut Butrius relatus per *Imol. loc. cit. & Sanchez in decal. tom. 2. lib. 2. cap. 13. n. 79.* Unde quærente Archiepiscopo Turritano, an Regulares unius Conventus, Monasterii, vel Domus, aliquem Priorem, sive Guardianum, vel quemvis alium, quavis dignitate regulari fulgentem, in suum Conservatorem eligere, vel deputare possint? S. Congregatio Cardinalium, negociis Regularium præpositorum, non posse, respondit, Romæ 6. Octobris 1617.*

Multò minùs in Conservatores eligi possunt Diffinitores Provincie pro Capitulis Generalibus, qui nullam habent dignitatem Ecclesiasticam, eorumque auctoritas ultra decem, vel quindecim dies non extenditur. Ideoque in Conservatores eligi non possunt, ut in *d. cap. fin. de offic. & potest. deleg. in 6.* licet gesta fortè sustineri poterint ex persona alterius legitimi Conservatoris, si ambo fuissent deputati in solium, ut in *cap. Cum plures eodem tit. & lib. Vel cum clausula: Quod si non omnes &c. ut in cap. sescitatus de rescriptis. licet*

licet sit argumentum contra in *cap. Messam de elect.*

Et notandum quod ex Constitutione Bonifacii Octavi in *d. cap. fin.* statutum est, ut Conservatores ultra unam diœcesim aliquos à sine dœcesum eorum trahere non præsumant. Unde quamvis in suo edicto afferentes, se hoc facere in vim Constitutionis Gregorii XIII. que extendit facultatem Conservatorum ad tres diœcesas, attamen hæc Constitutio sublata est per Constitutionem posteriorem Gregorii XV. de Conservatoribus §. 11. ubi Gregorius innovat prædictam Constitutionem Bonifacii Octavi in omnibus, quæ suæ Constitutioni non adversantur, & contrariis privilegiis derogat.

Nec Conservatores excedere debent, ne in ordine quidem procedendi. Nam etsi generaliter Conservatores Regularium possint uti Censuris Ecclesiasticis, etiam contra Episcopos, tam de jure communi per *d. cap. 2. de offic. deleg. in 6.* quam ex memorata Constitutione Gregorii XIII. §. 3. & Sacra Congregatio Concilii in compilatione constitutionis Gregorii XV. de Conservatoribus noluerit eis hanc facultatem adimere, tamen in his deferendum est præcipue dignitati Episcopali, & servandus ordo præscriptus in *d. c. 2.* Unde ab initio non debent excommunicare Episcopos. Et quamvis excommunicatio ex hoc capite non esset nulla, quia ille textus procedit de honestate, tamen ut ibi ait Glossa, ipsi non bene facerent. Quare quemadmodum Regulares Episcopis, ut per est, honorem & reverentiam exhibere debent, ita quoque Episcopi erga Regulares, qui in Ecclesia Dei fructus tam uberes in dies proferunt, paterno te gerere debent affectu.

CONSULTATIO XCVII.

De Episcopo regulari. An liceat ad Episcopatum assummi Regularem? A quo promovendus, ubi de Romani Pontificis auctoritate in promovendis Episcopis; An expediat promoveri? Quomodo promovendus? Alia plura præsertim de pallii usu ac potestate.

Ab ipsi ferè Apostolorum temporibus Ecclesia Religiosos viros à Monachali instituto ad Episcopatum assumpsit, ut in sequenti consultatione fuissem demonstrabo. Id comprobant Sacri Canonum, ut *can. de Monachis 16. q. 1. can. Monachos 18. q. 1. cap. statutum de elect. in 6. cap. nullus Religiosus, cap. Quorundam cum aliis eod. tit.* Unde illud, quod effutivit Joannes Andreas, celebris aliquin Canonista, quod scilicet transitus à simplicis Religiosi statu ad statum Episcopalem, sit quædam subtilis apostasia, falsum est, irreligiosum, ac contra judicium Sedis Apostolicæ, minùque rectè deduxit Calvinus *lib. 4. Instit. cap. 13. §. 8.* olim pios viros, qui Monachi fiebant, hoc tantum intendisse, ut in Monastica disciplina se præpararent ad Episcopatum. Nam eos è Monasterio ad Episcopatum ascendisse viros infra ostendimus, ex quo hæretici effectum præclarè improbat Bellarm. *de Monach. tom. 2. cap. 6.* adductis plurium Episcoporum Monachorum sententiis, quibus fatentur se non nisi coactos Monasterium reliquisse Quod evincitur ex Augustino *epist. 81.* relata in *can. vos autem 16. q. 1.* ubi constat, consuetudinem tunc fuisse assumendi Monachos ad Episcopatum, hortaturque eos Augustinus, ut dignitatem nec elatione avida suscipiant, nec blandiente desidia respiciant, sed miri corde obtinere Deo.

Quoniam verò ad Summum Pontificem jure divino pertinet assumere omnes Episcopos, eosque Ecclesiis in toto Orbe præficere, atque aded etiam Regulares, ut probatur ex collata Petro, ac successoribus potestate *Matth. 16. & Joannes 21. ex can. quis nesciat dist. 11. ex can. omnes d. 22.* ac toto titulo, *de elect. & transl.* Tom. X.

Episcoporum, firmatque S. Thom. in *opusc. contra errores Græcorum, Cajet. de auctor. Papa & Concilii cap. 13.* Suarez *de penit. disput. 25. sect. 1. num. 10.* Dial. *tom. 2. p. 3. q. 6.* Bellarm. *tom. 1. controver. de Rom. Pontif. lib. 4. cap. 24. & tom. 2. de Cleric. lib. 1. cap. 8.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 2. cap. 28. q. 3.* Ideo hujusmodi assumptio, sive electio non indiget alterius confirmatione, aut assensu.

Nam hoc ferunt tituli illi, *Romana Sedes, mater dignitatis Sacerdotalis, & Romana Ecclesia matrix, & radix totius Catholice Ecclesie.* Item *Petrus auctor nominis, & honoris Episcopalis.* Leguntur ista apud varios antiquos Pontifices, qui cum sanctissimi & eruditissimi fuerint nec falsi sunt per ignorantiam, nec fallere voluerunt per malitiam. Ita ergo Anacletus *epist. 1.* Julius *1. epist.* etiam prima ad Orientales, Innocentius quoque primus *epist.* ad Concilium Carthaginense, quæ est apud S. Augustinum 93. Itemque ibidem *epistol. 91.* Similiter S. Leo *epist. 89. & serm. 3. de annivers. sua assumpt.*

Propositio ergo tot, tantorumque Pontificum auctoritate communita, & sancti insuper Cypriani suffragio roborata cum eodem sensu nominat Ecclesiam Romanam radicem, & matrem Catholice Ecclesie, nec non sancti Casarii *epist.* ad Symmachum Papam, diserte aientis, Episcopatum sumere initium à persona B. Petri, indeque optimè inferentis, Romani Pontificis esse, omnes docere, non potest non continere sensum verum, sed quis ille sit, non omnino liquet.

Existimantur aliqui, eatenus in S. Petro cœpisse Episcopatum, & ab eo emeruisse totam Episcopalis nominis auctoritatem, quod prædictæ loquutiones ferunt, quatenus omnes planè Orbis universi ordinationes, vel à Sancto Petro, vel ab ejus successoribus sunt derivatæ. Nam solum Sanctum Petrum fuisse à Christo ordinatum Episcopum, ab ipso autem Sancto Petro alios Apostolos fuisse initiatos ordine Episcopali, sicque à Sancto Petro vel immediatè, vel mediatè omnes Episcopos, esse ordinatos, contendunt Turcremata *lib. 5. summ. de Eccles. cap. 32.* Isidor. *de Isolan. lib. 2. de imper. milit. Eccles. tit. 1. quæst. 2.* & Bellarm. *lib. 1. de Pontif. cap. 23. privileg. 22.* & videtur idem velle Eberthus *ser. 10. adversus Carbaros submissio.*

Hæc certè ratione quotquot ab aliis Apostolis in variis Orbis Provinciis fuerunt ordinati, habebunt Sanctum Petrum mediatum auctorem suæ ordinationis. Quandoquidem ab eo initiati sunt Apostoli, cæterorum ordinatorum. Qui verò à successoribus Sancti Petri ordinati sunt, quos magno numero esse, tradit Innocentius primus *d. epist. 41.* & latè Sanderus *lib. 3. de clava David cap. 4.* æquè Sanctum Petrum habebunt pro ordinationis suæ radice. Quandoquidem successores suos ipse constituit, immediatè quidem unum, aut alterum, mediantibus verò istis cæteros.

Ad eum ergo modum exponunt auctores prædicti radicationem universæ Hierarchiæ in Sancto Petro. Hæc tamen agrè satisfaciunt. Nihil enim est, quod persuadeat Sanctum Petrum initiassè ordine Episcopali omnes Apostolos. Deinde constat Sanctum Paulum primo triennio sui Apostolatus consecrasse plurimos Episcopos, & Sacerdotes, neque tamen adhuc videbat Sanctum Petrum. Quod autem consecratus sit ab aliis Apostolis, vel discipulis, à Sancto Petro consecratis, in obscuro est, cum ejus Baptismus per Ananiam sit adnotatus, non item consecratio in Episcopatum. Nec inverisimiliter dicitur, eum, ut jurisdictionem non ab hominibus, neque per hominem, ita characterem, & ordinationem à Christo ipso accepisse. Tandem de Judæ Episcopatu, alteri tradendo, extat prædicto *Psalm. 108.* Erat ergo Judas Episcopus quoad Ordinationem, seu characterem, quando nondum Sanctus Petrus erat Pontifex. Id quippè

tantum obtigit Sancto Petro post Christi Resurrectionem.

Non ergo universus Episcopatus à Sancto Petro ordinatore sumptit initium, nisi ordinatio, ut interdum contigit, usurpetur pro sola collatione jurisdictionis, & assignatione Sedis, ac Territorii. Qua ratione nihil vetaret assignare, Apostolos omnes aliquatenus esse à Petro ordinatos, quatenus Apostoli, etiam si à Christo ipso acceperant jurisdictionem, tamen Territorium videri potuerunt à Petro accepisse eo ipso, quod priusquam digrederentur in cœtu omnium Apostolorum, præside approbante Petro, attributa cuique est sua Orbis terræ portio, quam præcipue excoleret, & institutus Episcopis, aliisque Ministris, plantaret in Christianam Ecclesiam. Qua ratione Sanctus Chryostomus dixit, Sanctum Jacobum fuisse à Sancto Petro ordinatum Hierosolymitanum Antistitem, ut semel à Iherum tradit Rossensis ad art. 25. *Lutheri*. Desideratur tamen adhuc plenior aliqua ratio radicandi omnes ordinationes in Sancto Petro, revocandi totam Hierarchiam ad Sedem Apostolicam, tanquam ad matricem.

Existimant itaque nonnulli dici posse non incommodè, omnia vera esse, quatenus Hierarchia à Sancto Petro sive à Sede Apostolica dependit magna ex parte in fieri, & universa etiam manum in diem pendet in conservari quoad licitum usum ordinis, & validum simul, ac licitum usum jurisdictionis, quam etiam est valde probabile à Summo Pontifice immediatè manere, sin minus quoad Parochos, ut voluit Alexander à Sancto Elpidio *opus. de Ecclesiis. potest. tract. 1. cap. 7.* At saltem quoad Episcopos juxta graves, plerisque Doctores adductos à Lelio Jordano *tract. de major. caus. ad Papam refer. cap. 7.* nominatim verò à Turrecremata ad art. 2. *Basiliensum à num. 26.*

Id quod optimè confirmari videtur ex traditione pallii. Nam pallium ex usu perantiquo, de quo plenè Andr. Sauffayus *lib. de pallio*, operi de mysticis Gallie Scriporibus inserto, *cap. 4. 7. & 8.* est nota plenitudinis potestatis, ita ut ante acceptum pallium Archiepiscopus nequeat obire munera Pontificalia, ranti que fiebat ejus usus, ut Sanctus Bernardus *epistol. 246.* professus sit Eugenio Papæ, tolerabilius sibi futurum fuisse, interdici sibi ipsi celebratione Missarum, quam amico suo Rhemenfi Archiepiscopo interdici usu pallii, ut fecerat Eugenius.

Hujusmodi itaque Symbolum plenitudinis potestatis plena libertate exercendæ, ut rectè distinxit Bosquetus ad *lib. 1. Epistol. Innocentii Tertii epistol. 47.* quod nonnisi enixè perentibus, ac ferè præsentibus, demptis infrequentissimis eventibus, de quibus Juretus ad *epistol. 250.* Innocentii, concedebatur, semper est à Pontifice collatum in signum acceptæ ab eo Episcopalis jurisdictionis. Quod autem Agnellus Episcopus Ravennas ait, Valentinianum Imperatorem subjecisse Archiepiscopo Ravennati quatuordecim Episcopos, etque pallium attribuisse ex lana candida, quo tunc temporis soli Imperatores utebantur, si verum est, accipi debet de alio quopiam pallio, quam de eo, quo humeri Antistitis utrinque cinguntur, estque nota plenitudinis potestatis. Nam tali pallio usos Imperatores, est inauditum. Nec si illud Episcopo Ravennati per se ipsum concedere voluisset Valentinianus, contulisset revera jurisdictionem, sed prætergressus partes suas, dignus fuisset, qui Leptam Ozæ devocaret in frontem suam.

Manifestissimum verò erit quantopere Sancti Petri, ejusque successorum judiciaria Cathedra supra omnes aliorum Ecclesiasticorum Judicium Cathedras sublimis efferatur, si supponamus omnium Antistitem jurisdictionem communicari à Summo Pontifice ita,

ut sicut tota temporalis jurisdictio est à Supremo Principe, & ab eo in quoscunque civilis jurisdictionis participes derivatur, ut probat Molin. *tract. 5. de justit. disput. 3.* ita, ut spiritualis jurisdictio Antistitem inferiorum tota maneat à spirituali Supremo Principe, Christi Vicario, qui non tantum designat personam Episcopali jurisdictioni divinitus imprimendam subterendam, ut ferebat olim quorundam sententia apud Bellarminum *lib. 4. de Pontif. cap. 22.* sed etiam largiatur unicuique potestatem jurisdictionis, muneri ebeundo consentaneam, & pro temporum ac locorum, cæterarumque circumstantiarum varietate diversam quoad magis, & minus.

Est in ea sententia Isidorus de Holan. *loc. cit. tit. 4. 13. tota quest. 2. Hentiqu. lib. 6. summo. cap. 3. Molin. dist. tract. 5. disput. 4. Bellarm. eod. lib. 4. de Pontif. cap. 24. Suarez tom. 4. in 3. par. disput. 25. sect. 1. num. 21. Megalia in præm. Epistol. ad Timoth. sect. 12. Egidius 3. par. disput. 8. de penit. dub. 3. Duallius tract. de Pontific. p. 1. q. 2. Malder. tract. disp. 1. dub. 1. Fagundes in 2. præcept. Eccles. lib. 7. cap. 1. à num. 2. Viderique posse hanc sententiam infirmasse Sanctus Cyprianus *lib. de unitat. Eccles. ubi Cathedram Petri confert cum capite, radice, fonte, Sole.* Sicut ergo virtus animalis membrorum corporis derivatur à capite, & virtus ramorum arboris fluit à radice, aqua item rivorum ex fonte manat, ac denique lex radiorum à Sole oritur, ita omnium aliorum Episcoporum vis motiva, & gubernativa, totaque jurisdictioni Ecclesiastica profunditur à Pontifice. Quam proinde rectè contulerimus cum Moyse, de cujus spiritu accepit Deus, communicavitque septuaginta Senioribus, quos ei dabat coadjutores, ut habetur *num. 11.* Neque enim Deus de Moyfis spiritu accepit, quod aliis daret, quasi immineret spiritum Moyfis. Nam sic frustra accepisset coadjutores, ut Sanctus Augustinus benè adverteit *quest. 18. in nu.* Dicitur itaque Deus de Moyfis spiritu accepisse, & dedisse senioribus, quia auctoritatem quam in Moyse fontaliter collocavit, transfudit à Moyse ad reliquos.*

Eandem sententiam significavit Nicolaus primus *14. epistol. ad Michaelem*, applicans Episcopis in Pontificem refractariis, illud Isaia 10. *Numquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in eam? Aut exaltabitur Serra contra eum, qui trahit eam.* Spectare eodem potest, quod S. Optatus *lib. 7.* ait, solum Sanctum Petrum accepisse Claves Cælorum, ab eo communicandas aliis. Nec multum abest quod Gregorius Nyssenus *orat. in agrefereutes reprehend. sub med.* ait, Claves à Domino Episcopis datas esse per Petrum. Referri itidem huc possunt illæ aliæ loquutiones apud Pontifices, & Patres celebres. Unitas Sacerdotalis è Petri Cathedra est exorta, quo pacto loquitur Sanctus Cyprianus *epistol. 55. num. 90.* Denique faciunt ad hanc rem quam maximè, quæ habet Sanctus Leo *epistol. 89. docens.* In Sancto Petro, Apostolorum omnium Summo, principaliter collocatum à Christo, esse Divini muneris, hoc est Pontificii Sacramentum, *ut ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet.* Et *Sermo 3. annivers. sue assumpt.* ait de Sancto Petro, *ab ipso omnium Charismatum Fonte, tam copiosis est irrigationibus inundatus, cum multa solus accepisset, nihil in quempiam sine illius participatione transferit.* Et inferius: *Magnam, & miserabile, dilectissimi, huic viro consortium potentia sua tribuit divina dignatio. Et si quid cum eo commune ceteris voluit esse Principibus, nunquam, nisi per ipsum dedit quicquid aliis non negavit.* Denique infra: *Dicitur Beatissimo Petro, Tibi dabo Claves Regni Cælorum; & quancunque ligaveris super terram, erunt ligata & in Cælis, & quancunque solveris super terram, erunt soluta, & in Cælis: Transiit quidem in alios Apostolos jus potestatis istius, & ad omnes Ecclesia Principes, decreti hujus consuetudo, commecavit, sed non frustra*

frustra uni commendatur, quod omnibus intimatur. Petro enim ideo hoc singulariter creditur, quia cunctis Ecclesie Recltoribus Petri forma preponitur. Manet ergo Petri privilegium ubiunque ex ipsius fertur equitate judicium, nec nimia est, vel securitas, vel remissio, ubi nihil erit ligatum, nihil solutum, nisi quod Beatus Petrus aut severit, aut ligaverit.

15 Ex eo potè, quod Romanus Pontifex sit origo, & initium Hierarchiæ, rectè sequitur, Sedem Romanam esse initium, ac originem Religionis juxta illud Episcoporum Gallie in Synodica ad Leonem: *Ab Apostolica Sede Religionis nostra fons, & origo manavit.* Et idem voluit Sanctus Casarius *Epistol. ad Symmachum Papam*, cum ex eo, quod Romana Sedes sit Hierarchiæ universæ initium, inferat eandem esse fontem doctrinæ Christianæ quaquaversum diffusa, & ad eam spectare, docere omnes Christianos. Illa quippe doctrina, haud alia est, quam Religionis plantatio, atque diffusio. Nec aliter Concilium Truselianum *cap. 15.* cum dixisset, Ecclesiam esse fundatam super Sancti Petri confessionem, addit omnes Italia, Gallie & Hispaniæ Ecclesias à S. Petro ejusque successoribus esse constitutas, nempe & Episcopatum erectione, & prævia fidei disseminatione, quæ est Religionis prima plantatio. Videndus in hanc rem Gaspar Sancius *tract. 3. de prædicatione Sancti Jacobi in Hispania cap. 1. juncto tract. 4. cap. 2.* Et quia eadem sunt conservationis, & primæ productionis principia, rectè ex eodem fundamento collegit Rex Armeniorum, scribens ad Innocentium Tertium, In omnibus ad Religionem spectantibus, ad Romanum Pontificem esse recurendum, his illum, præter cætera, affatus: *Cum confert vos, celeberrime Pater, & Domine, Sanctæ Ecclesie, ac Religionis Christianæ curam, & prælationem, dante Domino, gerere, constat utique, nos & ad vestri refugium, tanquam ad tutissimum receptaculum, debere recurrere, in quo tota spes nostra, & fiducia post Dominum dependet, & à Beatitude vestra in nostris necessitatibus præsidium postulare.*

16 Hæc autem cum vera sint videtur tamen, non posse Summum Pontificem assumere Regularem ad Episcopatum. Primò quia non potest injungere opus consilii, Episcopatus autem est opus consilii, quod etiam oblatum laudabilius recusat. Sic etiam nequit injungere ingressum Religionis. Et quemadmodum non potest Religioso injungere transitum ad stitutiorem Religionem, ita nec quod acceptet Episcopatum. Et sicut non potest cogere ad contrahendum Matrimonium corporale, ita nec ad Episcopatum, in quo contrahitur Matrimonium spirituale.

17 Deinde quia Summus Pontifex ut supremus Prælati non potest Regulari præcipere, nisi quæ Prælati regularis. Dum enim Regularis promissit, votendo obedientiam, suis Prælati obedire, consequenter promissit eodem voto obedire etiam Papæ. Atque adeò Regularis tenetur obedire Pontifici in omnibus, ad quæ se extendit suum votum. Votum autem obedientiæ à Regulari emissum non se extendit ad acceptandum Episcopatum. Quia non voluit, nisi quod est in regula. Acceptare autem Episcopatum in nullius Religionis regula impositum reperitur.

18 Ad hæc, quia tenetur Pontifex majus bonum minori præponere, & communem utilitatem particulari, ut per Innoc. in *cap. licet de regul.* Unde S. Thom. 2. 2. qu. 185. art. 2. ad 1. ait, votum de non acceptando Episcopatum non excludere, nisi casum imminentis necessitatis. Igitur ubi non imminet necessitas, non poterit Pontifex Regularem promovere ad Episcopatum.

19 Postremò quia in casu, quo Regularis existimaret se in statu Episcopali graviter peccaturum, videretur Pontificem non posse ei præcipere, quod acceptaret Epi-

scopatum. Quia non potest præcipere, quod subditus debet de jure Divino visitare. Occasionem enim peccandi sunt de jure divino vitanda. Et quidem minus Episcopale ita iis implicitum difficultatibus, presumque oneribus attentius consideranti apparet, ut quantumvis firmos humeros, ne tantæ molis impares fatiscant, terere posse videatur. Ad Episcopatum enim pertinet illud de Episcopali munere maximè verum, *bonum opus desiderat*, qui talem præfecturam desiderat. Bonum quidem opus, idest ærumnosum, & admodum grave. Opus quippe in scripturis non rarè idem sonat, quod arduum, & operosum, eoque sensu alicubi dicitur, Virum fidelem, opus invenire. Proinde idem Apostolo est, bonum opus, ac arduum, & grave. Unde Apostolus consequenter ad suum illud pronunciatum de bono opere Episcopatus, subjungit, oportet ergo Episcopum, irreprehensibilem esse, sobrium, &c. quas, & alias dotes Episcopo necessarias per illativam particulam cum præcedente sententia necit, ut liqueat verè dictum esse, desiderium Episcopatus, esse desiderium boni operis, idest ardui, & operosi negotii.

Tradit hanc vocis illius notionem Franciscus Turrianus *lib. 2. Constit. Apostol. cap. 25. num. 6.* cui præverat Isidorus Pelusiota *lib. 3. epistol. 216.* qui benè vocis opus significationem ex peritis Ethnicis, & scripturis sacris confirmat. Nec multum abest Alvarus Pelagius de *plantu Ecclesie art. 18.* qui post S. Hieronymum in *cap. 3. Sophon.* ac Gregorium p. 1. *pastor. cap. 8.* bonum opus in eo Apostoli effato exponit Martyrium.

Et sanè ea erat primis illis Ecclesiæ temporibus 18 Episcopatum conditio, ut qui in Episcopum promovebatur, paratus esse deberet, abripi primus ad Martyrium, ac proinde tunc Episcopatum desiderare, idem planè esse videbatur, quod desiderare Martyrium, cui nemo boni operis, idest ardui, & ut Jacobi 1. dicitur, operis perfecti, titulum unquam negavit. Revera non minus in Episcopatum quoadat nomen Martyrii, quam in sanctificationem illam quæ Principatus insignie erat apud Hebræos, quam septuaginta voce Martyrii expressere, ut notavit Procopius in *lib. 4. Reg. cap. 11.*

Hanc bonitatem operis, verè ærumnositatem magnam periculis, ac discriminibus innumeris obreptam in Episcopali munere cerni extra controversiam est. Videndus præsertim Nazianzenus in *Apolog.* cujus imitatione de eodem argumento conscriptum à se opus Pastorale, proficitur Sanctus Gregorius Magnus in *pastor.* Multus item, ac potens in hac materia est Sanctus Chryostomus cum aliis plerisque locis, tum maximè in opere de Sacerdotio, cui luculentum, sed non supra merita, elogium pangit Isidorus Pelusiota, qui & ipse *lib. 4. epistol. 219.* in eodem argumento collocavit operam, ut & Sanctus Gregorius non modò in Pastoralis, præsertim *par. 1. & 2.* Sed alibi quoque *lib. 6. regist. indit. 15. epistol. 4.* Itemque S. Ambrosius, vel quisquis apud eum auctor operis de dignitate Sacerdotali, nec non Petrus Damiani *opus. 19. cap. 5. & opus. 20. cap. 7. & lib. 1. epistol. 1.* ac Laurentius Justinianus *lib. de regim. Prælatorum cap. 1. & crebrò*, ac insigniter S. Augustinus *lib. de Pastor. cap. 1. hom. 7. & 25. & 50.* cujus illa est tam subtricta verbis, quam diffusa sensu sententia *ser. 39. & 40. novis. Episcopus novem periculis*, nimirum ob assidua in tanta muneris Episcopalis arduitate graviter ruendi discrimina, & divinis sæpè oraculis prodita, & visis cœlestibus firmata, quale istud, quod redux ad superiores divino permisso anima fuisse proditur apud Hieronymum adscriptam regulam Monachorum *cap. 15. & apud Cantipratanum lib. 1. apum cap. 20. numer. 4.* Si fuisset de numero Episcoporum, esset de numero damnatorum. De Gaudulo à Perona Priore Claravallensi in Episcopum Tornacensem electo, sed inaugurationi præmotuo

præmortuo id produunt Petrus Blesensis epist. 102. & Menologium Cisterciense, 15. Januarii, Nomine suppresso idem referunt Cæsarius lib. 2. cap. 29. & Adelagus Bremensis, scribens ad Frodoardum epistol. præfixa historię Rhemenſi.

23 Belli adversus innumeros, & truculentos hostes ductorem, multis æque ac magnis discrimibus fieri obnoxium, nemo eat inficias. Quam in rem Sanctus Chrysostomus lib. 6. de Sacerdot. cap. 12. horrificam belli speciem, & ducis in primo agmine siti, canesque hostium pertumpentis imaginem visis coloribus exprimit, ut demonstret, non esse pauciora, aut minora Episcopi in Bello contra Spiritualia nequitie ducis discrimina. Quod si pastores temporales Populorum tot, & tanta obsequia pericula æterni exitii, quanta proponunt plerique in eo argumento, & bene Laurentius lib. 5. cap. 24. Petrus Damiani opus. ac Robertus Olchot lect. 77. in Sap. Quæ enim præterea temporalis regiminis onera urget ex Aristotele Julianus Apostata ad Thearistum, Scribens omitto, dubium esse non potest, nec debet, quin muld' majora, & plura Episcopis animarum moderatoribus impendant æternæ salutis discrimina, cum & eorum præfectura sit magis lubrica, & spiritualia spectet non temporalia. Ut propterea à Viris Sanctis non ambitus modò Episcopalis muneris, sed etiam ultroque, & non adacta admissio ingentis audaciæ, ac penè dementiæ damentur.

24 Non autem aliam ob causam de Sapientum sententia, gravis est, & obnoxius periculis Episcopatus, quàm quia circa regendas, & tractandas animas occupatur, juxta illud Sancti Augustini ser. 39. & 40. nov. in Cathedra: suæ natali, oneris, quod subibat, magnitudinem exponentis apud Plebem sibi conceditam. Corripendi sunt iniqui, pusillanimes consolandi, infirmi suscipiendi, contradicentes redarguendi, insidiantes cavendi, imperis docendi, desidioli excitandi, contentiosi cohibendi, superbientes reprimendi, litigantes pacandi, inopes adjuvandi, oppressi liberandi, boni approbandi, mali tolerandi, omnes amandi. Optimè S. Gregorius 24. moral. cap. ultim. Penset qui ad satisfaciendum districto Judici de sua tantummodo anima fortasse vix sufficit, quia quot regendis subditis præst, reddenda apud eum rationis tempore, ut illo dicam. tot solus animas habet. Quia nimirum cogitatio, si assiduo mentem excoquit, omnem superbia tumorem permittit. Et Rector providus tantò jam neque Rex apostata, neque Dux impius vexabitur; quanto ei cogitatione sollicita, potestas, quam accepta est, non honor, sed onus est. mutur. Nam cum esse nunc Judicem libet, huic redimere tunc Judicem non libet.

25 Ad eandem mentem sic S. Chrysostomus hom. 34. ad Hebr. ambitum cuiusvis Ecclesiastici muneris hinc coactens: Papa quantum est periculum! Quid miseris illis dixeris, qui se coniciunt in tantam abyssum suppliciorum? omnium, quas regis, mulierum, & virorum, & puerorum, à te reddenda est ratio: Tantò igni caput tuum subicit? Minor, an fieri possit, ut aliquis ex Reatoribus sit saluus, cum videam post minas, & presentem socordiam aliquos adhuc accurrentes, & se conicientes in tantam molem rectionis, & administrationis. Nam si, qui necessitate trahuntur, non habent quò confugiant, & quo se excusent si rem malè administrant, & si negligenter. Nam & Aron tractus est necessitate, & venit in periculum, & Moyses rursus venit in periculum, cum supra recusasset, Saul, cui fuerat creditum aliud Imperium, postquam recusavit, vocatus est in periculum, quoniam ipsum malè administravit, quanto magis is, qui in hoc sum studio ponunt, & in id irruunt? Qui est autem talis, longè magis se privabit omni venia. Timere enim oportet, & contrèmescere & propter conscientiam, & propter molem imperii, & neque si

semel trahantur, recusare, neque si non trahantur in ipsum irruere. Imò verè etiam fugere providentes magnitudinem dignitatis. Rursus autem eos, qui fuerint comprehensi, oportet esse cætos, & reverentes. Si pringquam factus sis, nullum modum non presentaris, recede, tibi persuade, te ea re esse indignum. Si rursus fueris comprehensus similiter cautionem adhibe, & reverentiam. Egregiè quoque in hanc sententiam differit exponens appreciationes cœlestium suppliciarum ab Apostolo factas discipulo amantissimo Tito in priore ad eum epistola.

Vides quam verè de hoc Sacro Principatu dixerit 26 S. Gregorius 1. part. pastor. cap. 9. Quid aliud est potestas culminis, quàm tempestas mentis? Tempestas planè non modò agitans, sed plerumque etiam in summum discrimen adducens, ac subvertens funditus quos percellit. Verè igitur non honor est, sed onus species lajura ferentem, ut ex Poeta, ait Philippus Abbas lib. de contin. Cler. cap. 94. addens id esse alibi ab elevante. Et propterea conteltatur Sanctus Chrysostomus homil. in epist. 1. ad Titum, Magna se teneri admiratione, quod reperiantur, qui hujusmodi onera capiant, non considerantes, si impares sint, reddenda rationi pro singulari ipsorum anima, quantò gravius sit, & imporbilius futurum, tot animarum onere gravari, quot sunt subditi curæ eorum contrediti.

Hanc considerationem præ oculis habendam Episcopi, proponit suo aureo monito Origenes homil. 10. in numer. ubi conteltatur liberè de eloquenturum, quod nonnemini grave futurum non ambigeret, subdens: Peccavit Israel, & dixit Dominus ad Moysen; ut assumas omnes Principes, & ostendet eos Domino contra Solem. Populus peccat, & Principes ostentantur contra solem. lidem ad examinandum producentur ut arguantur à luce. Vides que sit conditio Principum Populi. Non solum pro suis propriis arguuntur delictis, sed & pro Populi peccatis coguntur reddere rationem, ne ipsorum sit culpa, quod Populus deliquit; ne forè de non docuerint, ne forè non monnerint, neque solliciti fuerint arguere eos qui initium culpa dederint, nisi ne contagio dispergeretur in plures. Hac enim omnia facere Principibus imminet, ac Doctoribus, Si enim illis hæc non agentibus, nec sollicitudinem gerentibus circa plures peccaverit Populus, ipsi ostentantur, & ipsi ad iudicium producentur. Arguit enim eos Moyses, id est lex Dei, velut negligentes, ac desides, & in ipsos convertitur iracundia Dei & cessabit à Populo. Hac si cogitantur homines nunquam caperent, nec ambirent ad Populi Principatum. Sufficit enim mihi pro meis propriis argui delictis. Sufficit mihi pro memetipso & peccatis meis reddere rationem. Quid mihi necesse est, etiam pro Populi peccatis ostentari, & ostentari contra Solem, ante quem nihil potest abscondi, vel obscurari.

Quod autem in Episcopatu sint occasiones graviter 28 peccandi, exemplo sit Petrus Damiani è Monacho Cardinalis, & Episcopus, qui dignitati cessit, etiam Summo Pontifici invito, quia iudicabat sibi expediens esse declinare pericula peccandi, quæ in illo statu pertimescebat. Quæ causa multis sanè ac magnis in Ecclesia Dei viris fuit, id muneris refugiendi. Nazianzenus siquidem è patria discessit, ne ad eum honoris gradum ascendere cogeretur. Sanctus Ephræm ejusdem rei gratia insaniam simulavit. Sanctus Ambrosius noctu secessit, ac se occultavit. Sanctus Bernardus semel iterum ac tertio Episcopatum sibi ultro oblatum, respuit. Idem Sanctus quoque Thomas fecisse perhibetur. Sanctus Cyprianus & ipse diu recusavit Sanctus Augustinus suscipit invitus. Sanct. Bonaventura semel quantum potuit reluctavit, sed postea tandem Romani Pontificis iussu coactus recepit. Digna est & relatione mea, & lectione vestra epistola Cardinalis Adicini à Porta Novariensis scripta Innocen-

Innocentio Octavo, dimi in Cænobium Olivetanum se contulerat sive in ea consideretur efficacia, sive prudentia, sive reverentia in summum Pontificem. Ejus hæc sunt verba.

29 Beatissimo padre. Ho ricevuto per mano di Maestro Gratiano da Milanova il Breve, che la Santità Vostra m'ha inviato, con la lezione del quale si sono commosse tutte le mie viscere, intendendo la perturbazione della mente di Vostra Santità, e del sacro Senato de' Reverendissimi Signori miei Cardinali della Romana Chiesa, e vedendo, che viene sinistramente interpretato quello, che ne temeraria, nè coggermente è stato fatto ne repetentemente, ma con mansura deliberatione circa la mutatione dello stato di mia vita.

30 Si ricorderà la Santità Vostra, che sin dal primo anno della sua felicissima assunzione al Pontificato, feci istanza, che si degnasse di consentire, che io adempissi lardente desiderio, che ho vevo della vita regolare, e di ritirarmi in qualche Religione, al che essendomi negato da lei non ho mancato negli anni seguenti renovare l'istanza molte volte havuta con lagrime, e questo avanti che io fossi promesso al Cardinalato, se bene sempre ne riportai la ripulsa. Fatto poi Cardinale, avendo tuttavia il mio petto di questo Santo desiderio nel mese di Aprile passato, supplicai di nuovo per la medesima licenza, e gratia la Santità Vostra, la quale dopo d'averne allegate molte ragioni contro la mia domanda, finalmente mi diede il suo contento viva vocis oraculo, e mi concedette licenza d'entrare nella Religione, e di nuovo fatto scrivendo due mie suppliche da me portate in questo proposito, me la confermo. Avvicinandosi il tempo della mia partenza di nuovo domandai licenza alla Santità Vostra, rassegnando insieme nelle mani sue il Capello di Cardinale, e da lei ottenni gratiosa licenza, e dandomi la sua benedizione mi ammise al bacio de' suoi Santissimi piedi.

31 Non scrivo, Beatissimo Padre, queste particolarità, perchè io simi necessario ricordarle alla Santità Vostra, che è savissima, ma accioche intendano quelli, che hanno fatto sinistro giudizio di questa mia azione, che non è stata fatta repentina, e precipitosamente, ne sono con leggerezza venuto in questo risoluzione. Nè si dee maravigliare alcuno, nè stimarla cosa nuova di temeraria, concio sia che anche fra Pontefici Romani dalla Santa Chiesa Canonizzati, si ritrova chi ha fatto il medesimo, cioè Celestino Quinto, per altro nome Pietro da Morone, il quale dal Papato si ridusse alla vita privata, e religiosa, come anche, San Girolamo, che dicono essere stato Cardinale, Pietro Damiano, il quale ancorchè non sia canonizzato, si honora con tutto cio come Santo, habbiano da lui composti, e da me letti, che fu Cardinale, e se non erro, ancor Felcovo oltense, che non licenza del Pontefice si se Monaco, non mi ricordo però, se ne ottenesse licenza anche dal Sacro Collegio de' Cardinali, da quali io non l'ho domandata, stimando di non essere tanto limitata la potestà del Vicario di Christo, che non fosse sufficiente a porger la mano in aiuto di chi desiderava al miglior modo che gli fosse possibile di provvedere alla salute dell' anima sua.

32 Io non niego, che non debba il Summo Pontefice ne' negotii ardui sentire il parere de' Cardinali, ma in un' affare, nel quale non si tratta d'altro, che della salute dell' anima d'una persona particolare, simo che basti di vantaggio l'autorità del Pontefice. Concio sia cosa che, Beatissimo Padre, altro non è l'entrare in Religione, e fare in essa professione, se non humiliare, e per così dire annichilare se stesso, pigliando forma di servo, soggiettandosi all' obediènza insino alla morte ad imitatione del nostro Salvatore, il quale facendo quello stesso, à noi ha dato esempio. Così S. Gregorio Nazianzeno lasciò il Pesevato per attendere alio studio, & alla vita contemplativa. Quelli adunq; che riprendono me, perchè mi ritiro alla Religione,

accusino ancora i nominati, che hanno fatto il medesimo. Se essi errarono, ho io ancora fallito, ma può bene, credo io l'autorità de' Padri tanto gravi, è l'istessa ragione render mi scusabile.

33 Quanto poi all' havermi io posto in viaggio senza l'habito di Cardinale, non penso, che sarò tacciato, e ripreso dalle persone gravi, e prudenti, imperoche volendo io, che il negotio fosse secretissimo, tanto che, ne anche ne havendo io dato notizia al mio proprio fratello, giudicai di esser meglio mutar l'habito fra quelli, che non mi conoscevano, che andar con l'usato; che perciò stimo di esser in questa parte senza colpa, e non meritar per questo fatto pena, ò nota alcuna. Con tutto cio quando io habbia, come huomo, errato, supplico la Santità Vostra, che mi ha perdonato colpe maggiori, voglia anche perdonarmi questa, & io pronta, & humilmente farò la penitenza, che degnerà d'impormi.

34 Beatissimo Padre, la Santità Vostra, che mi ha sempre tanto teneramente amato, & in varie maniere tanto mi ha honorato, degnisi favorire quest' opera, è futura sua mantenedomi nel Santo proposito, ricco devole, che niuna cosa è più propria del Vicario di Christo, che l'esser sollecito della salute dell' anime. Qui si tratta della salute dell' anima mia, ch'è l'unica cosa, alla quale ho havuto la mira in questa risoluzione, perchè se bene io, che lo stato di Cardinale, e di Vescovo è più perfetto di qual s'voglia stato Religioso, ho con tutta cio giudicato di esser cosa più sicura alla fragilità mia il passare allo stato inferiore della Religione. La Santità Vostra si à benignissimo, che dovrà render conto nello stretto giudizio di Dio dell' anima mia, qual conto molto più facilmente potrà rendere, se concederà alla mia debolezza questo passaggio, che se mi inopeditte l'esecuzione di questo mio antico e santo proposito.

35 Conceda, supplico la Santità Vostra questa gratia alle mie lagrime, & alle humilissime preghiere, che le porgo, e non voglia permetterè, che quello, che mi resta di vita, mi si renda più amaro della morte. E certo è, ch'è tanto grande l'afflitione, e la turbatione del cuor mio che appena so quello, che mi scriva in questa lettera. Habbia misericordia dell' anima mia la Santità Vostra, che mi à Padre pietosissimo, e che in tutte le occasioni mi si è mostrata affabile, benigna, e misericordievole, volendo con indicibile clemenza le mie inettie, e si compiacca di condescendere à queste mie humili, & importune preghiere; che offerisso avanti à gl'occhi della sua pietà. Convertere Domine aliquantulum, & vide afflictionem meam; e dignisi di considerare, come si possa provvedere all'honor mio. Se adesso, che ho posto la mano all' aratro guarderò indietro, non sarò io notato da tutti, come huomo leggiero che sono andato, così con la medesima leggerezza si ritornato à dietro? Degnisi la Santità Vostra di considerare con la sua solita sapienza queste ragioni, e consolarmi con la desideratissima sua risposta, confermandomi la licenza, e la gratia prima benignamente concessami, e poi rievocata, restituendami nello stato di prima, sicura che non può concedermi al presente più preziosa, ne più caro dono. E, se bene io sono peccatore, & indegno, che le mie preghiere siano esaudite da Dio, mi sforzarò con tutto cio, se impetro la gratia, di corrispondere abbondantemente al favore di Vostra Santità con le mie orationi appresso di sua Divina Maestà. Storo aspettando risposta di Vostra Santità, al volere della quale soggettero sempre la volontà mia e dovunque ella vorrà, che io sia, e qualunque cosa commanderà, che io facci, ubbidirò sempre, come à Vicario di Christo, e come à Christo, non mi partirò punto dal suo cenno. Viva felice la Santità Vostra, di cui habaccio humilmente i Santissimi piedi. Di Ronciglione a' 12. di Giugno del. 1492. Ita Cardinalis à Porta, qui ob denegatam gratiam ex more animi vitam hanc mortalem brevi cum æterna commutavit.

36 Verum quia cum Pontifex habeat in omnes absolutam jurisdictionem, quam prae ceteris confirmat testimoniis sacrae Scripturae, Sacrorum Canonum Patrumque sententis Turrescrem. de Eccles. lib. 2. cap. 4. 4. & seqq. Ideo Regulares debent obedire, acceptando Episcopatum ab illo injunctum. Videndus Suarez de Relig. tom. 3. lib. 10. cap. 11. num. 9. & seqq.

37 Hinc respondetur ad primum, posse a summo Pontifice Regularem promoveri ad Episcopatum ex ejus suprema in omni Ecclesiastico munere designando potestate quam luculenter expressit Nicolaus secundus, & habetur in can. omnes d. 22. de qua etiam Bernardus epist. ad Mediolanenses, quae est 131. ita loquitur: *Plenitudo siquidem potestatis super universas Orbis Ecclesias singulari prerogativa Apostolica Sedi donata est. Potest, si male judicaverit, novos ordinare Episcopatus, ubi haecenus non fuerint, potest eos, qui sunt, alios deprimerie alios substituire, prout ratio sibi dicitaverit.* Quod ait Bernardus de Episcopatibus, dicitur proculdubio etiam de Episcopis, sine quibus Episcopatus non subsistunt.

38 Eoque praesertim, quia Summi Pontificis auctoritas major est illa, quam aliis communicavit ex regula 79. juris Canonici Concessit autem, quod Regulares eligerentur in Episcopos, ut probavimus supra. Ergo multo magis potest ipse Regulares ad Episcopatum assumere.

39 Unde Pontifex potest Regularem cogere ad accipiendum Episcopatum, ut communiter tradunt Theologi, quos adducit Cardinalis de Lugo lib. 3. respons. moral. dubi 5. num. 7. cum S. Thom. 2. 2. q. 185. art. 2. & in 4. dist. 29. quae 1. art. 4. ad quartum, ubi ait: *Quidam dicunt, quod Papa non potest precipere alicui, quod accipiat Episcopatum, quia consensus debet esse liber. Sed hoc positum, periret Ecclesiasticus Ordo. Nisi enim aliquis posset, cogi ad suscipiendum regimen Ecclesiae, Ecclesia conservari non posset, cum quandoque illi, qui sunt idonei, hoc nolunt suscipere, nisi coacti.*

40 Quod in specie probatur exemplo plurium Sanctorum, qui invitati a Religiosa professione, ad Episcopatum statum transferunt, jussu a Summo Pontifice, uti necessarium ad salutem judicaverunt, dum id imponit, esse obtemperandum. Ex Ordine enim Praedicatorum inter ceteros B. Albertus Magnus, S. Antonius ille Ratisponensis, hic Florentinus Archiepiscopus injunctum Praesulatum recusarunt, donec Summo Pontifici resistere ulterius non debere judicaverint, cujus facti innumera sunt exempla Sanctorum Regularium ex Graecis, & Latinis, quorum plures recensent ex quacunque Religione, Platus de bono statu Relig. lib. 1. cap. 38. & lib. 2. cap. 29. Suar. de Relig. tom. 4. tr. 10. lib. 6. cap. 8. num. 12. Sanch. in decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 18. nu. 33. ac de Lug. loc. cit. aliique non pauci.

41 Ea quidem ratione, quia Summus Pontifex si expedire judicaverit, potest imponere opus consilii. Nam poterit etiam esse materia praecipii. Quia quod est opus solius consilii, non potest injungi sub praecipio, sicut ingressus Religionis, vel transitus ad strictiorem. Atque adeo potest imponere Regulari quod accipiat Episcopatum. Quia Episcopatus est opus consilii. Est enim opus bonum juxta illud Apostoli ad Timot. 3. *Qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat.* Est etiam materia praecipii. Nam alias ut ait S. Thomas loc. cit. *periret Ecclesiasticus ordo, si opus Episcopatus praecipii non posset.*

42 Quinimod praecisa etiam quacunque necessitate & utilitate majori Ecclesiae, potest Pontifex jussu de causis, sibi tantum notis, Regularem ad Episcopatum promoveri. Nam Summo Pontifici non praescribit Sacrum Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 1. de reformat. formam illam, quam juxta Sacros Canones ab Azorio p. 2. instr. moral. lib. 6. cap. 15. in hoc igitur col-

lectos, a ceteris, qui aliquod jus a Sede Apostolica habent praeficiendi Episcopos, vel ad hoc operam suam praestant, observandam statuit, quod scilicet eligerent digniores, & Ecclesiae magis utiles. Quia Summus Pontifex Canonicis Conciliorum decretis non coercetur. Dicitur enim in cap. Significasti de election. *Quasi Romana Ecclesie legem Concilia nulla praefixerunt, cum omnia Concilia per Romana Ecclesie auctoritatem, & facta sint, & robur acceperint, & in eorum Statutis Romani Pontificis patenter excipiatur auctoritas.*

Nec idcirco putandum est, quod Summus Pontifex sine ulla necessitate eligat aliquando minus dignos, minusque utiles. Nam cum ejus finis sit universalis Ecclesiae bonum censendum est, ipsum judicare id, quod apparet huic Ecclesiae particulari esse minus utile, esse universali Ecclesiae magis expediens. Quare non licet in praxi talem ejus electionem impugnaré, sed ea posita, est illi a Regulari electo penitus obtemperandum. Quod deducitur ex S. Thoma 2. 2. qu. 63. art. 2. & quae 185. artic. item 2. quem praesertim sequitur Suarez de Relig. tom. 3. lib. 10. cap. 10. num. 20.

Haec autem Summi Pontificis suprema potestas cogendi Regularem ad accipiendum Episcopatum non competit ei ex vi voti obedientiae, quod Regulares emittunt, sed ex vi jurisdictionis, quam habet in omnes. Nam ex vi voti obedientiae regularis tenetur tantum ad ea, quae in regula continentur. Unde Praelatus cujus potestas est limitata ad ea, quae sunt secundum regulam non potest illi praecipere, nisi quae in regula continentur, ut per Sanctum Thomam, quod lib. 10. art. 10. In regula autem non continentur, quod accipiat Episcopatum, atque adeo ex vi voti obedientiae Praelatus non habet hanc potestatem illi praecipienda, ac proinde nec Summus Pontifex, qui ex vi voti emissi habet solum illam potestatem in Regularem, quam habet illius Praelatus, sed tantum ex ejus summam omnes jurisdictione.

Id asserunt Doctores, dum tradunt obediendum esse Pontifici, injungenti Episcopatum, nominatim S. Thomas in 3. dist. 39. qu. 1. art. 3. loquens enim de juramento non accipiendi Episcopatum, ait; *Hujusmodi juramentum incautum reputatur, quia quantum in se est, Providentia divina praedicit, & obedientiam ad Superiores excludit, quibus in hoc obedire tenentur, docetque Suarez loc. cit. num. 19. & seqq.*

Ad primum respondetur, quod licet Episcopatus sit opus consilii, tamen includitur etiam intra limites praecipii. Unde S. Thomas 2. 2. q. 185. art. 2. ad 8. ait, *Accipere Episcopatum non esse de se necessarium ad salutem, sed fieri necessarium ex Superioris praecipio.*

Ad secundum jam diximus, Pontificem injungere, Episcopatum Regulari, non ex vi totius obedientiae, sed ex sua suprema jurisdictione.

Ad tertium etiam diximus non licere Regulari se excusare, praetextu, quod non adsit necessitas ut in Episcopatum eligatur, sed debet summo Pontifici obedire, dummodo sit idoneus nec credatur futurus Ecclesiae noxius. Nec juramenti, aut voti emissi de non accipiendo Episcopatum est transgressor, qui auctoritate Apostolica ad id adstringitur, juxta capit. *non est devotum*, cum implicite, vel explicitè, in juramento, & voto excipiatur casus, in quo a Summo Pontifice, ad accipiendum quis cogetur.

Ad quartum, hunc casum videtur expressisse Sanctum Gregorium lib. 32. Moral. & refertur in can. *non vi dist. 13.* dum inquit, *Alius obedire trepidat, & non obedire formidabat ne, aut obediens Deum in suis praecipis deserat, aut rursus non obediens Deum in electo Priore contemnat.* Hinc respondetur, quod Regularis

Regularis existimare non debet, quod se exponat probabili periculo, Deum graviter offendendi, si Summo Pontifice imponente, Episcopatum accipiat, sed potius debet sibi praesumere, quod humiliter obediens Deus dabit gratiam, qua vitare poterit in illo statu, qui per se bonus est, omne peccatum. Si vero noller, cum possit ac teneatur, hanc existimationem deponere, quicquid fecerit, peccabit ut tradit Navarr. in cap. *si quis autem numero 9. de javit.* Unde peccabit acceptando Episcopatum, & non acceptando. Nam juxta vtiorem, ac securiorem sententiam peccat, qui se, etiam oppressum, exponit periculo Deum offendendi. Nam contra conscientiam, quae dicitur oppositum facit. Peccat item non acceptando. Quia cum possit, ac debeat deponere illam existimationem, tenetur deponere, ac obedire. Impedimentum enim, quod nos prohibet obedire Superiori praecipienti rem bonam, & rationabilem, ut est Episcopatus, si non removeatur, dum a nobis removeri poterit, non excusat a mortali culpa inobedientiae, ut per S. Thom. 2. 2. q. 185. art. 2. ad 2. ibique Sylvium §. *Quari etiam.*

50 Confirmatur ex eo, quod legitur in epist. 1. Clementis Papa I. ubi narratur S. Petrum ipsi, reculantem Episcopatum dixisse: *Si periculum peccati timeas suscipere refugis Ecclesiae gubernacula, certus esto, quod amplius peccat, qui Populum Dei, velut in fluctibus positum, & periclitando, cum jurare possit, subterfugis, tui tamen modo habens considerationem, & non quod in commune omnibus expedit, providens.*

51 Reculavit quidem Canonicus ille Regularis Episcopatum, sed sine culpa, quia non contra praecipium Superioris, quod obligare poterat, sed contra majorum consilium, vel ex humilitate, & cum merito. Quisquis autem Regularis tam in humili suo statu, quam ad Episcopatum assumptus timere debet periculum, quae ubique sibi imminet. Ad ne timeat exemplo ei sint quamplures Regulares Episcopi in Sanctorum ordinem adscripti. An isti, ait Augustinus lib. 8. confess. cap. 11. in semetipsis, poterunt, & in non Domino Deo suo? *Quid in te stas, & non stas? Projice te in eum, noli metueré, non se subtrahet, ut cadas. Projice te securus, & excipiet te & salvabit te.*

52 De Petro Damiani falsum est, eum invito Summo Pontifice Episcopatum cessisse. Constat ex illius epistola apologetica in sui facti defensionem, cujus titulus est hujusmodi: *Dilectissimis Apostolicae Sedis electo, & virga Assur Hildebrandum Petrus Peccator Monachus servitorem.* Cum enim instantissime petisset a Summo Pontifice, ut abjecto Episcopali regimine sibi liceret dilectam sibi solitudinem repetere, contradicebat acriter Cardinalis Hildebrandus, postea Gregorius VII. unde illum virgam Assur appellavit, sed obtinuit tandem a Summo Pontifice Alexandro Secundo, quem Apostolica Sedis electum, dicit, facultatem, quam petebat, teste Baronto ad annum 1601. Evinciturque ex his verbis Epistolae: *Benedictio Omnipotentis, dispensatio Conditoris, quia ad vos nuper ascendens duorum Episcopatum unius regendi, alterius visitandi mole depressus, praecipua alpium juga transmisit, mox Sarcina tribulationis abjecta exoneratus, & liber ad dilectam solitudinem, tanquam fugitivus postliminio repedavit etc. Nolite, plane, certumque tenetis, hac in me projecta fuisse onera, non suscepta. Quapropter occasione nulla pondus libenter abieci, quod ultroneus ante non subieci etc. unde ego cum Ecclesiasticum vobis regimen renunciare disposui, non erravi, quia Romana, qua vos elis, Ecclesiae, quod suum erat, dignè restitui, & ut vobis me confessum esse consteatur, pro hac restitutione centum annorum poenitentia mihi est consequenter injuncta, per illa nimirum remedia, qua Monasticis sunt regularis instituta. Et post alia ita suam conclusit Epistolam: Propterea dilectissimi etc. nolite mihi de cetero esse molesti, ut quietis portum, in quem a Christi Tom. X.*

sto, per vos gubernante, vel relaxas sum, deseram. Ex quibus verbis perspicue liquet, hunc sanctum virum, postquam diu in Episcopatu, ad quem ex suo Monasterio invitatus fuerat assumptus, vixisset, desiderasse, & obtinuisse ex benignitate Apostolica reverti, unde exierat, ut libertus posset, se ad mortem, quam vicinam credebat, praeparare.

Porro Regularis potest etiam eligi, postulari, seu praesentari, ut Episcopus fiat ab aliis, Summo Pontifice inferioribus, qui tale jus habent a Sede Apostolica, ut ait Concilium Tridentinum sess. 24. de reformat. c. 1. de quare suo loco.

CONSULTATIO XCVIII.

An expediat Regularem ad Episcopatum promoveri?

Videretur, non expedire, Pontificem assumere Regulares ad Episcopatum, nec fuerint electi, postulari, seu praesentari, eos admittere. Nam Religiosi utiliores esse possunt Ecclesiae in suo statu, quam illum in Episcopatum commutando, cum possint pluribus in locis concionari, docere, fidem, ac morum disciplinam propagare, Episcopi autem uni tantum Populo sunt proficui, Nec debent assumi propter Ecclesiae necessitatem. Nam potest illi aequè benè provideri de Sacerdotibus secularibus, quorum multi sunt praclarissimi Theologi, juris utriusque periti.

Minus id expedit, quoad Religiones, ex quibus assumuntur. Nam privantur doctioribus viris. Quapropter S. Gregorius in Can. *hinc est 16. quae 1.* concessit cuidam Monasterio privilegium, quod illius Abbas nunquam in Episcopatum eligeretur. Ex quo suspicari possumus, Summum Pontificem perpendisse, hanc electionem noxiam esse Monasteriis, cum ejus occasione melioribus priventur. Sancti Religionum fundatores Dominicus, & Franciscus cuidam Cardinali optanti eorum Religiosos Episcopos fieri, contradixere, ejusque judicium gravissimis rationibus improbarunt. Sanctus Ignatius Loyola, ut huic malo efficacius prospiceret, decrevit, suos Religiosos arctare ad respuendas dignitates extra Societatem, a se in militantis Ecclesiae subsidium, ac robur erectum, donec eas respuere culpa non esset, nec illum immotum lapidem reliquit, ut impediret, ne dignissimus ejus Religiosus a Pontifice promoveretur. Quod in ejus vita refert Rabadinera libro 3. capite decimo quarto. Exinde in eadem Societate, Sancto Ignatio defuncto, & postea in pluribus Religionibus eorum de non accipiendis dignitatibus reperitur introductum, & a Sede Apostolica comprobatum. Extatque in Chronicis Dominicanis parte 1. libro 3. cap. 46. Epistola quadam Umberti Generalis ad S. Albertum Mannum, in qua Religionis suae detrimenta exponit, quae illi ex ipsius assumptione ad Metropolim Ratisponensem imminere metuebat. Ex libro 2. capite 20. narratur, Fratrem Joannem Theutonicum, Umberti in Generalatu praedecessorem, petiisse precibus instantissimis a Summo Pontifice, ne unquam aliquem de ordine suo ad Episcopatum promoveret ex hac certe ratione, quia Ordini suo id non expedire judicabat.

Nec quidem expedit Religiosis ad Episcopatum assumi. Detererent enim statum illum quietum, & tranquillum, quem elegerunt, ut perfectionis viam, & securiorem ad salutem consequendam, & transirent ad statum Episcopalem, ex se quidem perfectum, sed curis innumeris fluctuantem, animae periculis plenum, laborum pelagus, omniumque arummarum abyssum, ut ait Chrysostomus libro 3. §. 6. de Sacerdotio. Hinc Sancti Viri Religiosi de sua salute solliciti, ne ad Episcop-

Episcopatum assumi cogentur, se occultarunt. S. Thomas Aquinas, S. Bernardus oblatos sibi Episcopatus constantissime recusarunt, quia sibi id expedire non judicabant. Vide Suarez de Relig. tom. 4. tract. 10. lib. 6. c. 8. num. 11. ac seqq. Ipseque Regularis vix potest accipere Episcopatum sine culpa. Nam dum illum accipit, vel existimat se ceteris digniorem, vel æqualem, vel inferiorem. Si digniorem, est superbus, ac temerarius; Si æqualem, adhuc temeritatem non effugit. Si inferiorem, est præsumptuosus, cum consentit se melioribus præferri.

At verò in Ecclesia Catholica consuetum semper fuisse Regulares ad Episcopatum promovere, latè probat Platus de bon. stat. Religion. lib. 2. c. 29. Et olim demonstravit Drachontio Monacho Episcopatum renuenti S. Athanasius in Epistol. ad eundem scripta, quod ita viget in Ecclesia Græca, ut soli Monachi ad Episcopatum assumantur adeò, ut si ille, qui dum assumitur Monachus non esset, prius Monachus fiat, quam Episcopatus characterem suscipiat. Præterea Summi Pontifices, ut antea dictum est, consueverunt à Monasteriis Regulares ad Episcopatum assumere, eosque eligi, postulari, & præferri posse ad hanc dignitatem canonicis legibus decretaverunt, ac etiam invitos aliquando ad consentiendum coegisse. Quod quidem nunquam factum fuisset, si non expediret assumenti, assumptio, Religioni. Id, quod extendi etiam potest ad Summi Pontificatus dignitatem, servata illa limitatione, quod Pontifex à Cardinalibus eligitur statimque ac electus est, omnes habet inferiores, nec indiget confirmatione. Ejus enim electio est sui ipsius confirmatio.

Quare asserendum est. Expedi Summo Pontifici cæterisque, qui ad id jus habent, eligere, postulare, seu præferre Regulares ad Episcopatum. Expedi quidem, si assumantur, non qui ambitione, vel honoris appetitu, aut religiosæ vitæ fastidio ad Episcopatum ducuntur, sed qui futuri sunt Populis scientia, & exemplo conspicui, si speretur, quod pauperum inopia prospiciant, Cleri mores Sacrorum Canonum institutis informabunt, cæteraque facient, quibus sanctos Episcopos Regulares æmulentur, de quibus dixit Sulpitius in vita Sancti Martini: *Qua esset Civitas aut Ecclesia, qua non sibi de Martini Monasterio cuperet Sacerdotem?*

Hinc si Summus Pontifex suo motu proprio, ex sua scientia, & voluntate promoveat Regularem ad Episcopatum, aut iste eligatur, seu præferatur, aut urgeat præceptum charitatis, expedit Religioni, ut ejus Religiosus ad Episcopatum asciscatur. Ex hac enim promotione Religio decus acquirit, & finem, propter quem instituta fuit, adæquatè consequitur. Nam, ut inquit Sanctus Bernardus, Epist. 142. ad Monachos Alpenes, quorum Abbas assumptus fuerat ad Episcopatum: *Bonnu Pater vester, atque noster, àuctore Deo, ad altiore gradum assumptus est. Sol est ipse Pater, per quem Alpenis Congregatio illustris ubique reddatur, tanquam Luna per Solem.* Nec Religiones, ex quibus quotidie plures Religiosi ad Episcopatum assumuntur, piis, doctisque viris destituuntur. Nam uno sublato, non deficiat alter, qui Religionis munia æquali cum laude exerceat. Quod si aliquid detrimenti patiatur, præferendum est, cum cedat in bonum Ecclesiæ universalis, Præterea finis adæquatus Religionis cujusque est instituere viros, qui Ecclesiæ sint utiles doctrina, & exemplo. Atqui id plenius, & perfectius fit ab Episcopo, quam à Regulari.

Si autem Regularis vocetur ad munus Episcopale ex mera illius voluntate, qui hoc ei potest injungere, vel si ad id obliget charitatis necessitas, cum ipse dignitatem non quæsit, expedit ei, ut Episcopus fiat. Expedi namque Religioso, ut accipiat opus sibi in-

jectum, quod laudabiliter exerceri potest in Ecclesiæ utilitatem. Episcopatus verò appetitus, & procuratus raro exercetur laudabiliter. Quia procuratio, & appetitus hujusmodi infert desiderium honoris, dignitatis, divitiarum, quibus excludit Episcopus nedum proprium opus, sed etiam ipsum nomen, ut docet S. Thomas 1. ad Timoth. 3. lect. 1. Quamvis enim imperium eisdem artibus retineatur, quibus initio partum est, difficileque sit, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. *Can. miramur dist. 61.* potest tamen fieri, etiam, quod qui ad Episcopatum temporalia respiciendo pervenerit, deposita priori intentione, totum se occupet in opere, quod maxime admodum bonum est, neglectis temporalibus, unde Bernardus Epist. 27. ad Ardationem, qui ex Curia electus fuerat ad Episcopatum Gebennensem sic ait: *Dicemus nempe, quod à Domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris. Sic Paulus ex persecutore Doctor Gentium factus est. Sic Mattheus de celano vocatus. Sic Ambrosius de palatio assumptus est. Iste ad Episcopatum, ille ad Apostolatam, sic alios quamplures novimus de vita, & habitu seculari, utiliter extitisse promotos. Denique nomen multoties ubi superabundavit delictum, videtur superabundare: & gratia? ut in epistola 8. sic iterum: *Super occurrat de Ambrosio, quod de Tribunalibus ad Sacerdotium raptus fuerit, non me valde conturbat, cum à pæro mundam in mundo duxerit vitam:* Et post pauca: *quamquam si tale quidam, quandoque bene, & utiliter factum fuisse agnoscat, de quo dici veraciter possit: *Ille est mutato dextere excelsum, non tam exemplum, quam miraculum asserri debet.***

Nec abnuimus, quin possit Summus Pontifex præferre Ecclesiis seculares Sacerdotes moribus, & doctrina insignes, ad forenses lites terminandas, doctrinæ tamen potissimum, & Religionis curam Summo Pastori Moyfi commissam video, litium verò, & causarum sæculi contentiones, veluti tanto indignas Præfule, ad inferiorum judicia relegatas.

Ex eo autem privilegio, quod Sanctus Gregorius 9 concessit illi Monasterio, ut ejus Abbas assumi non possit ad Episcopatum, non rectè infertur, id omni Monasterio judicasse proficuum. Siquidem lege constitutum est, quod Regulares possint assumi ad Episcopatum. Ex privilegio autem Abbas illius Monasterii non poterat assumi ad Episcopatum. Quia ex aliqua speciali ratione, Abbate illius Monasterii creato Episcopo, tollebat bonum commune, quod lex intendit, dum statuit, Regulares assumi posse ad Episcopatum. At hoc erat singulare illi Monasterio, non autem omnibus commune. Idque colligitur etiam ex Glossa in d. *Can. huic est 16. q. 1.* ubi rationem reddit, cur S. Gregorius illi Monasterio privilegium præfatum concesserit, *solent, ait, Abbates electi in Episcopos dispergere res Ecclesiæ suæ, cum se recessuros sperant, quia non parciunt Populis regimen breve.* Abbates igitur, de quibus potest esse ista suspicio, non eligantur. Hanc idem Gregorius, qui Abbatem illius Monasterii arcere voluit ab Episcopatu, coegit Marianum Monachum renuentem Episcopatum accipere, ut colligitur ex ejus Epistola 45. lib. 4. Constatque, ipsum assumptum ad Episcopatum plures Abbates, nominatim eos, quos misit in Angliam ad prædicandam fidem.

Fundatores verò Religionum, ut tollerent à suis Religiosis omnem ambientis dignitatis motum, optarunt, eos non nisi à Papa coactos, posse Episcopatum accipere. Hoc intendebat Generalis ille Dominicus in adducta epistola. Etque perpendendum, quod Summus Pontifex Joanni Theutonico respondisse narratur, cum peteret suos Religiosos ad Episcopatum non promoveri, hoc nimirum: *Voi sapete bene, Padre Generale, quello, che dice Christo nel Vangelo, che non si dee occultare la Lucerna, ma per la sopra il candeliere, acciò che*

accioche mandi il lume à tutti. E che in un altro luogo riprese quel pigro servo, che haveva nascosto il talento ricevuto dal suo Padrone, senza trafficarlo altrimenti. Havendo adunque Iddio dato a molti dell'Ordine vostro luce di dottrina, e di predicatione, e talenti di molte altre virtù, dovette consentarvi, che le spendano per suo servizio in tutti quei carichi, che dà lui, o dal suo Vicario faranno loro imposti.

Cæterum Religiosi in statu Episcopali remanent essentialiter Religiosi, possuntque perfectiores evadere, quam in Religione, sicuti perfectior est forma, quam diffusio illam introducens. Quod prosequitur Sanctus Thom. 2. 2. q. 135. art. 8. Humilitas autem, paupertas, obedientia, cæteraque virtutes Religiosæ, ita sunt Episcopali statui annexæ, ut ab eo in sua perfectione, considerato, vix divelli possint. Unde, quamvis Episcopus non fuerit Regularis, si tamen eis præfulgeat, Episcopali dignitati singulare auget ornamentum, ut patet ex *Can. Episcopus vigilem dist. 41. & Can. contra morem dist. 100.* ubi ex Gregorio Epist. 54. lib. 2. sic habetur: *Nihil in Episcopali cervice splendidius fulget quam humilitas.*

Idèoque dum dicitur plures sanctos viros Regulares, coactos Episcopatum accepisse, alios oblatum constantissime recusasse hanc in præibis denotat religiosam humilitatem, optabiliorem esse Episcopali dignitate, ut eundem Platus de bono statu Relig. lib. 2. c. 38. Ex qua ratione S. Gregorius Epist. 4. lib. 11. noluit concedere Urbicium Abbatem, ad Episcopatum electum, ac dignum habitum, sic aiens: *Sed quia cæteris sic est aliquis præponendus, ut dum ipse exterius proficit, interius non decreseat, quietem ipsius turbare non possumus, ut cum eum ad altiora producimus, minorem illum seipso fieri missum in fluctibus compellamus:* Humilitas quippè Regularium heroicæ patefacit, atque illustrat virtutes.

Neque ex parte ejus, qui assumatur, ait S. Thomas dist. quest. 185. artic. 3. in corp. requiritur, quod reputet se alius meliorem, hoc enim esset superbum, & presumptuosum, sed sufficit, quod nihil in se inveniat, per quod ei illicitum reddatur assumere prælationis officium. Unde licet Petrus interrogatus esset, an Dominum plus cæteris diligeret in sua responsione, non se prætulit cæteris, sed simpliciter respondit, quod Christum amaret. Ad quem locum Caietanus inquit: *Is, qui eligitur non tenetur ad comparativum. Non enim tenetur ad hoc, quod licitè acceptet, reputare se alius magis idoneum ad Ecclesiæ regimen, sed tantum ad positivum, quod nullum in se impedimentum inveniat ad prælationis officium assumendum.* Impedimenta verò, si quæ fuerint, sunt Pontifici aperienda. Quæ si ipse tollat, vel dissimulet, vel talia non esse judicet, certum est, Regulari tunc expedire ad Summo Pontifice injunctum Episcopatum accipere sine ulla superbia, vel præsumptionis suspicionem, imò cum spe magnos fructus de se ipso, ac de aliis percipiendi.

CONSULTATIO XCIX.

In hac generatim, ac prolixè discutitur, an liceat Ecclesiasticas accipere dignitates, vel refugere? Patrum Graecorum, ac Latinorum sententia. Quod revera de hoc sentientiam?

Um Episcopatus omnium Ordinum, ac dignitatum apex sit, ad quem attingendum major utique, quam ad aliquos Ordines inferiores, vel dignitates Ecclesiasticas perfectionis excellentia requiritur, idè de appetitu isto, & ambitu differuerunt Patres, de Episcopatu præferent verba fecerunt. Arripuerunt autem ferè omnes occasione ex Divi Pauli sententia: *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus de-*

siderat, 1. ad Timoth. cap. 4. Verùm ea, quæ eodem orationis filo subjungit Apostolus verba: *Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, &c.* Quibus mox Diaconorum creandorum condiciones subdit, dum ait: *Diaconos similiter pudicos, &c.* consentiant vulgò iidem Patres, ut Hieron. Epist. 85. ad Evag. Chrylost. Theodor. Prim. Bruno, Luran. alique passim in dictum locum Pauli de Presbyteris aequè, ac Episcopis intelligenda esse.

Patrum igitur exemplo quæstio de Episcopatu præferent movenda est, ex cujus decisione de cæteris dignitatibus Ecclesiasticis, vel appetendis, vel fugiendis judicium ferendum erit, primumque si Scripturæ Sacræ locos in utroque partem proferta liceat, hinc pro appetitu Episcopatu prædictas Pauli verba adduci possunt: *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Illinc contra ambitum, & appetitum ejusdem Pauli ad Hebræos 5. sententia: *Nemo sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* Tum Ecclesiasticæ verba capite 7. noli querere à Rege Ducatum, neque à Rege Cathedram honoris, & paulò post ibidem: *Noli querere fieri Judex, nisi valeas virtute irrumperè iniquitates.* Quæ omnia, ut immoderatam, & temerariam Episcopatus appetentiam excludunt, ita rationabile, ac discretum Episcopalis operis, atque sollicitudinis desiderium admittunt. Patrum quoque in hos locos sententia universim ea esse videtur, Episcopatum (quod idem servata proportione, de Pontificatu, Cardinalatu, & cæterisque Ecclesiasticis dignitatibus dicere poterit) ordinariè loquendo, nec minime oblatum appetendum, aut propria voluntate ambiendum esse, nec oblatum, atque impositum recusandum, non vacare peccato, qui inordinatè ambiunt, nec à crimine immunes esse, qui impostum pertinaciter respuunt, appeti tamen, & queri posse à dignis, ab indignis verò, atque ineptis reculari semper debere.

Et quidem Episcopatum, cæterasque Ecclesiasticas dignitates ordinariè, nec appetendas esse, nec fugiendas, periculosius tamen appeti, quam reculari, docere videtur Origenes, qui Ista Deo se offerentis, & Moyse recitantis comparatione quodam satius sit Ecclesiasticas dignitates appetere non oblatas, vel oblatas refugere, his verbis inquit *homil. 6. in cap. 8. Isaia: Nescio enim, si potest quis eam contrarietatem negotiorum, qua in utroque videtur intendens, dicere, quia id ipsum fecerit Moyses, quod Isaia. Ego audacter feci comparans duas Sanctos, & Beatos Viros, ac decernens, & dicens, Moysen verècundus fecisse, quam Isaia, Moyses quippè Exodi 4. magnitudinem considerabat præesse Populo ad educendum eum de terra Aegypti, & repugnare Aegyptiorum incantationibus, propter hoc ait, provide alium, quem mittas, quem mittas, ac si electus fuisset, ecce, inquit, sum ego, mitte me, &c. Tum subdit comparationem Isaia, & Jonæ: *Ille, inquit, mittitur predicare overisimem Ninivitis post tres dies, & piget eum proficisci nolentem causam malorum Civitatis. Iste verò non expectans, quid ei imperaretur, ut diceret, ait, ecce ego, &c.* Ex quibus hoc concludit: *Bonum est non proficere ad eas, quæ à Deo sunt, dignitates, & Principatus, & mysteria Ecclesiæ, sed imitari Moysen, & dicere cum eo, provide alium, quem mittas, neque ad Principatum Ecclesiæ veni, qui salvari vult, sed ad servitutum Ecclesiæ.**

Basilii similiter in *eth. reg. 70. capite 3.* primò asserit eum, qui idcirco designatus est, ut Evangelium prædicet, nullo modo ex sua animi libidine, aggredi ad hujusmodi munus debere, sed maturam temporis opportunitatem opperiri, cum id videlicet vitium Deo fuerit, ac tum demum prædicationem aggredi, cum ei permisum sit, & apud illos, ad quos missus sit, probatque pluribus Scripturæ Sacræ testimoniis, tum maxime ex eo

Christi Domini oraculo Joan. 8. Ego enim ex Deo processi, & veni, neque enim à me ipso veni, sed ille me misit. Ex quo nempe deducitur neminem seipsum Ecclesiasticis debere dignitatibus ingerere, à Deo non vocatum, ab hominibus non electum, neque missum. Secundò sequenti ipse capite ostendit, quod qui ad prædicationem Evangelii vocatus est, is obedire confestim debet, neque ullam rei moram interponere, probatque ex illo Christi, quo eum reprehendit Luca 9. qui ab ipso vocatus ad sepe- liendum patrem se proficisci dicebat, ut in sequendo Christo moram necteret. Item ostendit ex illo Apostoli ad Galat. 1. cum autem placuit Deo, qui me segregavit ex utero matris meae, & vocavit per gratiam suam, ut revelaret filium suum per me, ut evangelizem illum in Gentibus, continuo non acquievit carni, & sanguini, &c.

Fusus verò, & clariùs Sacerdotii dignitatem, nec appetendam esse, nec fugiendam, docet Gregorius Nazianzenus orat. 1. apologet. qua causas exponat, ob quas in Pontum fugerit, posteaquam Presbyter creatus fuisset, ut postea Nazianzum rediit. Ubi enim fusè exemplo Jonæ Prophetæ quem scriptura reprehendit, quod prædicandi officium à Deo impositum tenuisset, & à facie Domini fugisset, Sacerdotium contumaciter non esse respuendum docuit, mox pluribus ostendit, ipsum nec temerè apprehendendum, nec impositum respuendum esse, cujus verba, paucis quidem truncatis iis, quæ minùs ad rem faciunt, profarimus; *Mihi, inquit, quam tandem oratio, aut quis defensionis locus reliquus foret, si datus ad frantum contumacem forem, atque hoc ministerii iugum, leve, an grave dicere oporteat, nescio, mihi quidem certè impositum recusarem. Si enim quod unum in his rebus firmum, & validum proferrè potest, hoc quisquam concesserit, nos multò inferius sit os esse, quam ut Sacerdotio apud Deum fungamur, alter fortasè nos inobedientia crimine minimè liberabis, Graves porò mina, gravisque pena adversus inobedientiam intenduntur, quemadmodum scilicet in alteram quoque partem, hoc est eorum, qui nihil refugium, ac recessant, nec ut Saul ille sub paternis vastis panthem saltem se occultant, cum ad præfecturam vocantur, quam nec deponere quidem tutum est, nec posteriori consilio priori medicinam offerre. Ac proinde ipse variis cogitationibus laborabam, quid factio opus esset exquirens, medicusque inter duos timores hærens, quorum alter me deprimebat, alter erigebat, ac videte quam rectè, quamque justè inter utrumque timorem negotium transigam, nimirum, ut nec minimè oblatam præfecturam appetam, nec oblatam repudiem. Illud enim temerariorum hominum est, hoc inobedientium, utramque autem imperitorum, atque ipse inter nimis audaces, & nimis timidus quodammodo interiectus sum, nempe & his, qui ad præfecturam omnes prosiliunt, timidior, & iis rursus, qui omnes fugiunt audacior. Tum subdit, periculosus esse contra obedientiæ legem onus impositum resugere, quam ex imprudentia acceptare: Nam timori quidem suscipiende præfectura lex quoque obedientiæ fortasè opem ferre queat, Deo videlicet pro sua benignitate fidem remunerante, eamque in perfectum ac numeris omnibus absolutum Antistitem componente, qui fiduciam in ipso, ac spes omnes suas postas habuerit, At inobedientia periculo haud scio quisnam opitulari, aut quamnam ratio ad fiduciam hortari possit. Verendum enim est, ne de iis, qui fidei nostræ commissi sunt, hoc audiamus, animos eorum de manibus vestris exquiram Ezech. 34. & quem admodum repulisti me, ne Populi mei duces, & Principes essetis, ita & ego repellam vos, nec sim vobis in Regem. Ac rursus quemadmodum non audivistis vocem meam, sed dedistis tergum durum, & inobedientes fuistis, sic erit cum invocaveritis me; ego autem non respiciam ad orationem vestram, nec exaudiam. Absit, ut haec voces nobis à justo Iudice veniant. Probat deinde sententiam suam exemplis: *Fos omnes, inquit, quos divina**

gratia, vel ad gubernandam plebem, vel ad prophetia munus unquam elegit, partim alacri animo vocationi paruisse, partim oblatæ gratiæ moram injecisse reperit, nec vel eorum, qui pedem subduxerunt, culpandam invidiam, vel eorum, qui ad impositum sibi munus obeundum impigresce acceperunt, reprehendendam alacritatem. Illi quippè ministerii magnitudinem extimuerunt, hi contra vocantis ope consessi paruerunt. Aaron promptus erat, Moyses autem repugnabat. Esaias impigresce obedivit, ac Hieremias juvenilem ætatem metnebat, &c.

Idipsum pluribus in locis ostendit Chrysostronus, sed maximè in suis de Sacerdotio libris, in quibus hæc duo ex professo ostendit. Primum Sacerdotium quidem ab indignis refugit, à dignis ex charitate, & dilectione erga proximum appeti posse. Alterum operis Episcopalis juxta Beati Pauli doctrinam, appetitionem licitam esse, primatus desiderium illicitum. Primum quidem, confecto inter ipsum, & Basilium dialogo, ita ostendit, cum enim ipse pastoris studium erga gregem, charitatis erga Deum symbolum esse dixisset, subinfert Basilium apud Chrysostr. lib. 2. de Sacerdot. cap. 4. Tu verò Christum non amas. Repont Chrysostronus. Et amo, & amare certè nunquam desistam. Ceterum vereor, ne quem amo, eum irriterem. Hoc verò, inquit Basilium, exigente quodam aliud obscurus esse queat, si Christum illum, à quo amatur, oves suas pascere jussit; tu autem hoc nomine nullo pascere affirmas, quod eundem illum, qui hoc jussisset, amas. Non est, respondet Chrysostronus, sermo hic enigmas, quinimò apertus, & simplex. Nam si par, atque idoneus, administrando muneri isti, juxta id, quod Christo placitum est, nihil secus tamen munus ipsum detraclatam, hesitare quidem ad verba mea conveniret; postea verò, quam me ad functionis istius præstationem animi hujus imbecillitas minus idoneum reddidit, quis huic questioni, dubitationisve locus?

Posterior quoque iisdem libris docet. Cum enim pestilens istius honoris appetendi virus esse dixisset, mox quoque petitæ ex Divo Paulo objectioni, ita occurrit lib. 3. c. 11. Neque id dico, cum Beato Paulo pugnavere volens, quinimò, ut maximè cum illius verbis consentiam. Ea verò cuiusmodi sunt? Si quis Episcopi munus appetit, honestum munus desiderat. At ego non operis ipsius, sed dominationis, ac potentie desiderium pestilens esse dixi, atque hoc desiderium sic toto studio ab animo abiciendum esse censo, ut ne animum quidem ipsum permittas ab illo occupari, ut is rerum omnium liberè agendarum potestatem habeat.

Similia habet, prædicta Pauli verba commentans homil. 10. in cap. 3. prior. ad Timot. ubi opus quidem Episcopale appeti posse, dignitatem, & potentiam non debere exponit: Si quis Episcopatum desiderat, non culpo, non improbo, opus quippè regiminis est. Si quis hunc idcirco appetit, non prinsepatus, ac dominationis fasti, verum cura regiminis, & charitatis affectu, non improbo, inquit. Bonum quippè desiderat opus, quippè & Moyses eam rem appetere cognoscitur; verum ille hujusmodi potentiam, ambitumque dominandi nequaquam quaesivit, sed eam rem ita cepit, ut illi diceretur, quis te constituit principem, & Iudicem super nos? Si quis igitur ita desiderat, bene. Episcopus enim ex eo dicitur, quod inspicat, cunctaque spectetur.

Idem quoque omninò Theodoretus ed eundem Apostoli locum. Non accusat, inquit, simpliciter cupiditatem, sed ambitionem, & magistratus gerendi desiderium, & docet non honorem, sed virtutem appetere, non desiderare dignitatem, sed dignitatis officium inquirere.

Eadem quoque Isidoro Pelusioræ placere visa est sententia. Primum enim viros probatæ etuditionis, ac pietatis Episcopatum appetere posse, alios non posse affirmat epist. ad Leontium 104. lib. 1. his scilicet verbis: Non est quorum-

queramlibet errorum præclarè Episcopatum appetere, verum eorum, quorum vita ex Pauli legibus dirigitur. Quamobrem si illum in te ipso sinceritatem perspicis, libenti atque alacri animo ad tantis fastigiis ascensum peribentis atque alacri animo ad tantis fastigiis ascensum peribentis. Sin autem ea tibi desit, quoad ipsam adeptus sis, ea, quæ attingere nefas est, minime attinge. Cave, ne ad ignem, qui materiam absumit accedas. Secundò Epist. 216. lib. 3. ad P. Hadrianum Diaconum fu. è ostendit, non omnium esse Episcopatum appetere, sed paucorum, qui non minùs populis, quibus præfuturi sint, præcellant, quam Pastores ovibus; oportere siquidem Episcopum irreprehensibilem esse, &c. Unde invenitur in eos, qui cum præclarè secum actum esse putare debeant, quod in subditorum classe censentur, isti contra ea appetunt, quæ consequi nequeunt, atque Episcopatum amorem in seipsis alunt, Apostolumque, qui exitiæ eorum morbum profligare studuit, tanquam morbo suo patrocinantem, testem citant.

Ostendit postea, Apostolum hujusmodi non suffragari; tum quod non jufferit, ut unquamque Episcopatum desideret, nec amorem Episcopalis operis, cujus ibidem difficultates ostendit, laudat, sed ejusdem operis excellentiam. Tum quod juxta communem modum loquendi opus, quo nomine vitur Apostolus, vulgò dici solet, arduum, & quod agrè confici possit, negotium. Ex quibus juxta mentem Pauli ita concludit: Ego Episcopatus opus mirificè laudo. Divinum enim est, ipsius autem amorem minime laudo. Periculosus enim est, non dico bene facit, &c. Hinc varia Episcopatus pericula recenset, variaque difficultates, quæ nos ab Episcopatu expectando deterreat. Idem quoque eadem Epistola ad eundem Palladium fei è habet, hocque præsertim notatu dignum, Divini Patrum, in medio relinquere suspensum Sacerdotis desiderium, neque instigare ad id quemquam, ne indignos exucat ad capeffendam rem perdifficilem, quæque omnem superat Reipublicæ administrationem, neque ab eo arceve quemquam, ne id, quod omni Regno majus est, fugiendum esse proponat. Subditque, ipsum unumquemque sui ingenii estimatorem, ac Iudicem constituisse neque expectere, neque fugere præcepisse.

Eadem latinorum Patrum mens fuit. Verum in hac quæstione dissolvenda excellit Augustinus duobus præsertim in locis, primùmque suo, & fratrum cum ipso degentium nomine scripta ad Eudoxium Presbyterum, & aliis cum ipso fratribus regularem vitam agentibus Epist. 81. quæ ex parte refertur in Can. vos autem 16 quæst. 1. ipsis nec appetendum ex superbia, nec ex desidia resugiendum Sacerdotium iis egregiè persuadet: Vos autem, fratres, exhortamur in Domino, ut propositum vestrum custodistis, & usque in finem perseveretis, ac si quam operam vestram mater Ecclesia desideravit, nec elatione avida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis, sed miti corde obtemperatis Deo, cum mansuetudine portantes eum, qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos vias suas Psalm. 14. nec vestrum otium necessitatis Ecclesia præponatis, cui parvultenti, si nulli boni ministrare vellent quomodo nasceremur, non inveniretis. Sicut autem inter ignem, & aquam tenenda est via, ut nec exuratur homo, nec demergatur, sic inter apicem superbiæ, & voraginem desidia iter vestrum temperare debemus; sicut scriptum est Deuter. 17. non declinantem neque ad dexteram, neque ad sinistram. Sicut enim qui dum nimis timent ne quasi ad dexteram rapti extollantur, in sinistram lapsi demerguntur. Ex altera parte jactantia fastu corrupti, atque consumpti, in favillam, fumumque vanescunt. Sic ergo, dilectissimi, diligite otium, ut vos ab omni terrene delectatione refrenetis.

Secundò, docet Augustinus, idem opus Episcopale appeti posse, dignitatem non posse, impositum Episcopatum recipere licere, ambire nefas esse, habitum siquidem, morefoue Christiani populi depiugens tria vitæ Tom. X.

genera statuit, moxque hæc subdit lib. 9. de Civit. c. 19. Ex tribus verò illis, via generibus, otioso, alicuoso, & ex utroque composito quamvis, salva fide, quisque possit in quolibet eorum vitam ducere, & ad sempiterna præmia pervenire; interest tamen quid amore teneat veritatis, quid officio charitatis impendat, nec sic quisque debet esse otiosus, ut in eodem otio utilitatem non cogitet proximi, nec sic alicuofus, ut contemplationem non requirat Dei. In otio enim non iners vacatio delectare debet, sed aut inquisito, aut invento veritatis, ut in ea quisque proficiat, & quod invenit, teneat, & alteri non invidiat. In alicuofa verò non amandus est honor in hac vita, sive potentia. Quoniam omnia vana sub sole, sed ipsum opus, quod per eundem honorem vel potentiam fit, si rectè, atque utiliter fit, id est ut valeat ad eam salutem subditorum, quæ secundum Deum est. Undè jam superius disputavimus, propter quod ait Apostolus, qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, exponere voluit, quid sit Episcopatus, quia nomen est operis, non honoris. Itaque à studio cognoscenda veritatis nescio prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium, locus verò superior, sine quo regi non potest, et si ita teneatur, atque administraretur, ut decet, tamen indecenter appetitur. Quamobrem otium Sacerdotum quærit charitatis veritatis, negotium istud suscipit necessitas charitatis, quam sarcinam, si nullus imponit percipientes, atque intuentis vacandum est veritati; si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem.

Augustinum præceptorem suum S. Prosper Aquitanicus studiosè expressit libro 3. de vita contempl. c. 28. Ubi enim eos reprehendit, qui communi bono prodesse nolunt, cum possint, ut contemplationi vacarent, mox, & eos coarguit, qui Ecclesiasticas dignitates digni respuunt, vel indigni admittunt, dignitatemque Ecclesiasticam ex se, nec fugiendam scribit, nec appetendam: Ac per hoc ait, contra justitiam faciunt hi, qui merito sua conversationis, vel eruditionis electi otiosum studium fructuosa utilitati regenda multitudinis anteponunt, & cum possint laboranti Ecclesie subvenire, operosa administrationis laborem; fruenda quietis contemplatione, resugunt. Sed quoniam sunt multi, qui se impares tanta sarcina norunt, tales justè se etiam quasi non offerunt, ne videantur non Ecclesiasticos labores velle suscipere, sed honores ambire, cum dignitas Ecclesiastica, nec ambienda sit, nec vitanda. Qui verò præesse, ac prodesse populis possunt; quasi non fuerint, justè seipos percipienda sapientia studiis tradunt. Verumtamen si illi, qui lucris per se proficiendum crescunt, & isti, qui in seipsis sub Deo suo sapientia spirituali perceptione proficiunt, in proposito permanere, viderentur quidem diversis incedunt, sed ad unam patriam tendunt, & ad unum Regnum disparibus militantes officiis, Christo rege omnium vocante perveniunt.

Paulò aliter Gaudentius Brixianus in schol. ad locum 18. Apost. qui tempore persecutionis Episcopatum appeti posse docet, non similiter aliis temporibus, Cum, inquit, Episcopatum cogitas, ne referas animum ad hæc tempora, quibus Episcopi nihil minùs norunt, quam eas partes, quæ illis à Paulo assignantur. Neque quicquam aliud nunc intelligitur appellatione Episcopi, quam fructus, & vtilitatis, & immanes honores, sed tempora illa ante oculos propone, cum Paulus ipse, qui alios instituebat Episcopos, peragrabat Orbem omnium terrarum in fame, & siti, in frigore, & nuditate, in verberibus, & plagis, in carceribus, atque quotidianis mortibus. Eo igitur tempore optare Episcopatum nihil omnino erat aliud, quàm optare quotidie milites pro Christo mori. Quod sanè optare nulla Religio prohibet.

Annuat Gregorius Magnus, qui fusè pariter idem argumentum tractavit, tum pluribus in locis, tum maximè in libro pastoralis curæ capite 8. Ut enim omittam, quæ ipse tum adversus eos, qui Episcopatus vocati respuunt, tum adversus illos, qui è contra inflati eisdem ambiunt, ibi fusè eduxerit capite 7. & 17. prædicationis officium laudabi-

laudabiliter, & quæri ex charitate, & ex humilitate reculari posse, his verbis ostendit; Itaiam nempe, & Hieremiam exemplum prosequutus: *Quamvis nonnunquam predicacionis officium, & nonnulli laudabiliter appetunt, & ad hoc nonnulli laudabiliter coacti pertrahuntur, quod liquido cognoscimus, si duorum Prophetarum facta pensamus, quorum unus, ut ad predicandum mitti debuisset, sponte se prebuit; quod tamen alter pergere cum pavore recusavit. Esaias quippe Domino querenti, quem mitteret, ultro se obtulit, dicens: Ecce ego, mitte me. Hieremias autem mittitur, & tamen ne mitti debeat, humiliter reluctatur dicens a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et ab utroque exterius diversa vox prodit, sed à diverso fonte dilectionis emanavit. Duo quippe sunt præcepta charitatis. Dei videlicet amor, & proximi. Per activam egitur vitam prædasse proximis cupiens Esaias. officium predicacionis appetit. Per contemplationem verò Hieremias amoris conditoris sedulo inherere desiderans, ne mitti ad predicandum debeat, contradicit. Quod ergo laudabiliter alter appetit, hoc laudabiliter alter expavit. Ille ne tacita contemplationis lucra loquendo perderet, iste ne damnata studiosi operis tacendo sentiret, sed hoc in utroque est subtiliter inveniendum. quia & is, qui recusavit, plene non resistit, & is, qui mitti voluit, ante per altaris calculum, se purgatum vidit, ne aut non purgatus adire quisque ministeria sacra audeat, aut quem superna gratia eligit, sub humilitatis specie superbe contradicat. Quia igitur valde difficile est purgatum se quemlibet posse cognoscere, predicacionis officium ruitus declinat, nec declinari, ut diximus, pertinaciter debet, cum ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur, &c.*

17 Cæteri omnes Patres à prædictis nequaquam dissentiant, ex quorum proinde doctrina hæc colligimus, Episcopatum ex se indifferentem appeti posse, & reculari, dummodo ex charitate appetatur, ex humilitate vitetur, non ex desidia eum reculari, non ex superbia appetendum esse, propter opus appeti posse, propter celsitudinem; & dominationem appeti non posse, ab iis tantum, qui oneri pares fuerint, vixque, nisi ab iis, qui ad illud legitime vocati sint, assumendum, ab indignis, & iis, qui oneri imparès sunt, nunquam concupiscendum esse, periculosius expeti, quam vitari, præteritum eo tempore, quo redituri, & honores dignitati adnexa sunt; tunc verò æquius appetitum fuisse, cum laboris ipsi plurimum inesset, & operis, voluptatis parum, vel nihil; peccare & qui temere appetunt, & qui vocati pertinaciter renuunt. Quia tamen duplex hic quaestio videtur proponi, quarum prima est, utrum Episcopus appeti, altera utrum reculari possit, utraque sigillatim discutienda est.

18 Quod igitur ad primam pluribus certè Patres Episcopatus arbitrium exagitarunt. Origenes hum. 6. In Itaiam, bonum esse docet, non proflire ad eas, quæ à Deo sunt, dignitates, & principatus, & mysteria Ecclesie, sed imitari Moysen, & dicere cum eo, provide alium, quem mittas. Neque enim, subdit, ad Principatum Ecclesia venit, qui salvari vult. Fusèque postea ostendit, eum ipsum, qui præest, cogitare debere, se non ad dominationem, sed ad servitutem esse constitutum.

19 Basiliius in Constit. Monach. cap. 14. in Monacho præferam Sacerdotii, & præfecturæ cuiusvis appetentiam damnat. oblatioque etiam honores ipsi reculari necessum esse, docet. Idem quoque cum Collegis suis Episcopis Italicæ & Gallicæ scribens Epist. 69. ex ambitu Episcopatus hæc mala profecta enumerat, petiisse gravitatem Sacerdotum, distributiones pauperum in proprios usus, donaque infumptas, canonum exactam observationem pessum ivisse, multam peccandi libertatem patuisse. Nam qui favore humano ad imperium devenerunt, id agunt, ut gratias iis rependant, quorum opera sunt promoti. Hinc fieri ut populi sint immorigeri, præfecti non liberè loquantur.

Eiusdem sententiæ fuisse constat Sanctum Ephrem 20 Diaconum, sive, ut aliis placet, Presbyterum Edessenum de vit. spir. c. 35. tom. 1. ejus oper. Curam, inquit, animarum ne appetieris. Nam cum ad eam metas nondum perveneris, ut cunctis animi tui passionibus impeter, & tibi ipsi, & illis, qui te sequentur noceres. Quod si invidus ad curam ejusmodi traheris, in ea administranda maximam diligentiam adhibe.

Gregorius Nyssenus orat. Cathed. cap. 23. Basilii frater 21 dominandi illud studium damnat, atque, esse initium, & fundamentum ad deteriora propensionis, nec dubitat, matrem omnium vitiorum vocare. Idem quoque in vita Moysi eos reprehendit, qui illoti, & amictu sordido vitæ utentes Sacerdotium sapient pluribus in locis.

Nazianzenus orat. 1. 8. 19. & orat. 8. in eos invehitur, 22 qui temerè, ac festinanter ad Sacerdotium promoveri contenderent, & qui Episcopatum, rem amolam, & tyrannicam, & misticam quamdam voluptatem habentem judicarent.

Chrysoctomus libro 3. de Sacerdotio passim, hom. 3. in 23 Acta, hom. 35. in Martir. hom. 29. ad Roman. hom. 1. ad Tit. hom. ult. ad Hebr. hom. 6. de Pauli laudibus, vitium istud in Ecclesia infestat, ad eoque exitialem principatus Sacerdotii cupiditatem esse putat, ut ne ejus tenuem quidem scintillam cupiditatis esse retinendum asseruerit lib. 3. de Sacerdot. c. 10. eosque, qui Episcopalem dignitatem ambiant, contumacia, & temeritatis damnet, atque hominem huiusmodi ambitione incautum, infelicissimum hominem, atque miserrimum appellet ibidem c. 7. & hom. 1. ad Tit.

Nec prætermittendus Cyrillus Alexandrinus in Abas. 24 num. 23. qui, quantum Ecclesiæ detrimentum illa dignitatum Ecclesiasticarum ambitio atulerit, nobis invidiam hæreseon primos omnes auctores amore domandi superatos, præstratosque fuisse pronunciat. Nec exempla plurima desunt, quibus istam probare potuisset propositionem. Nam de Thebuli, & Montano Eusebius lib. 4. cap. 21. de Valentino Tertullianus in Valent. cap. 4. de Marcione Epiphanius, & Augustinus adversus hæreses in heres. Marcionitarum, de Novatiano Ambrosius lib. 1. de penis. cap. 15. de Ario Theodoretus lib. 1. c. 2. de Florino & Blafo, Asterio Sophista, & aliis passim referunt, eos ab Ecclesia Catholica defecisse, quod in Sacerdotii petitione repullam passi fuissent. Denique adjungi potest Græcis Patribus S. Ephrem, qui præclare temerariam Sacerdotii cupiditatem damnat, ego verò, inquit lib. de Sacerdot. obstupesco, fratres dilecti, ad ea, quæ soliti sunt quidam insipientium audere, qui impudenter, ac temere sese conantur ingerere ad munus Sacerdotis assumendum, licet non adici gratia Christi, ignorantes miseri, quod ignem, & mortem sibi accumbunt.

Hoc ipsum patet ex latinis Patribus. Certè Ambrosius 25 ambitionem dignitatum conciliatricem exagitat, eaque in eam scribit, quæ in hunc locum optimè referri possunt; experimento constat, quàm verum sit illud tanti Doctoris lib. 4. in Lucam: Hoc ipso perniciosior est ambitio, quod blanda quedam est conciliatricula dignitatum, & sapè duos nulla vitia desectunt, quos nulla potuit movere luxuria, nulla avaritia subruere, facit ambitio criminosos. Habet enim forenses gratiam, domesticum periculum, & ut dominetur aliis, prius servit, curvatur obsequio, ut honore doneatur, & dum vult esse sublimior, sit remissior, cum in ipsa potestate quod præcellit, alienum sit.

Idem quoque verba ista Apostoli discutiens ad Hebr. 26 5. nec sumit quisquam sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Avon, hic etiam, inquit, percussit Sacerdotes honoris cupidos, & Sacerdotis avidos, non pro salute populi, sed propter ambitionem seculi.

Hieronymum similiter eandem cupiditatem, tanquam 27 noxiam restincturam lib. 3. com. in Hierem. cap. 12. audiant ait:

ait: qui principes volunt esse populorum, quod non solum pro se, sed & pro commissis sibi gregibus reddidit sibi rationem in die Judicii. Idemque observandum illud receptum monet Eccl. 7. ne quaras Index fieri, ne forte non possis auferre iniquitates. Fusè quoque in Epist. 1. ad Heliodoro, sed latente Sacerdotii desiderium, quasi periculosum inculcat.

28 Nec ab iis dissentit Augustinus, cuius & præclara ista sententia hom. 13. ex §. 50. Honor te querere debet, non ipsum tu. Debes enim in loco humiliori discumbere, ne qui te invitavit, faciat te ad honoratiorem locum ascendere. Cui favet Eusebius Emiltinus, seu potius ille est Eucherius Lugdunensis in laudatione Sancti Maximi, cuius celebre illud dictum, Meriti prærogativa est, honoris repulsa. Cui non abimile illud Pontii Diaconi in Vita S. Cypriani; magis dignus efficiat, qui quod meretur, exoptat.

Verùm Sacerdotii cupiditatem, quæ suo tempore jam in Ecclesiâ perniciem magis sese prodebat, egregiè redarguit Summus Pontifex Gregorius, quem dum loquentem audiemus, vix fieri poterit, quin superbiæ noitæ nos pudeat: Hinc ergo, ait: parte 1. Pastor. capite 7. quique præcipites colligant, non quanta culpa ex appetitu proprio ceteris præferri non memunt, si Sancti viri plebium ducatum suscipere, Deo etiam jubente, timuerunt: Moyses, suadente Domino, trepidat, & infirmus quisque ne honoris onus suscipiat, anhelat, & qui ad causam valde urgetur ex propriis, humerum libenter opprimendum ponderibus, submitit alienis. Quæ egi, ferre non valet & auget, quæ portet. Sed & Apostolicæ nobis sententiæ exultationem præcipit, dum subdit ibidem capite 8. Plurimumque verò, qui præse concupiscunt, ad usum suæ libidinis instrumentum Apostolici sermonis arripunt quo ait: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Qui tamen laudans desiderium; in favorem vertit protinus, quod laudavit, cum repente subiungit, oportet autem Episcopum irreprehensibilem esse: Cumque virtutum necessaria subsequenter enumerat, quæ se irreprehensibilitas ipsa manifestat, & favet ergo desiderio, & terret præcepto, ac si aperit dicat, laudo, quod quaritis, sed prius discite quid quaratis, ne, dum vos metipso metiri negligitis, tamid fœdior vestra irreprehensibilitas appareat, quàm à cunctis conspici in honoris arte festinat. Plura ipse alibi parte 1. Past. c. 1. 2. 8. 9. & 10. Item lib. 1. regis. indist. 12. Epist. 20. ad Maximianum, & lib. 7. Ep. 110. Syagrio, & alibi in eundem sensum effudit, cuius idem sententias in eam rem aliquas Concilii Aquilgranenensis primi sub Ludovico Pio habiti c. 14. & 15. Patres ad Ecclesiasticæ disciplinæ restitutionem collegenter. Huic atterere, postumus Bernardum de conversat. Cleric. epist. ad Henric. Senon. passimque alibi, qui graviter quoque eos infectatus est, qui honorum Ecclesiasticorum desiderio flagrant, & inverecundè ad Sacros Ordines prosiliunt.

29 At verò, ut accurata huius quaestiones explicatio tradatur, utrum nempe Episcopatum, sive alias Ecclesiasticas dignitates expetere liceat, in Episcopatu præteritum hæc tria cum Divo Thoma 2. 2. q. 185. art. 1. in corp. & scholasticis Theologis considerari possunt. Officium, gradus Episcopalis celsitudo, temporalia bona istis adjuncta. Officium, cuius causa Episcopatus institutus, & quod ad utilitatem proximorum, Deique cultum impenditur. Celsitudo gradus, qui maximam perfectionem exigit, & principatum infert in subditos, dignitatem invehit, auctoritatem conciliat. Temporalia bona, redditus Episcopatus annuatim assignati. Officium cuius meminit Christus Joan. 21. dum pacendi officium Petro commisit, dum Apostolus Joan. 20. ad Evangelii disseminationem misit, sicut ipse à Patre missus fuerat, Celsitudo gradus supra reliquam Domini familiam juxta illud Christi apud Matth. 24. fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Temporalia

denique bona, quæ & officium tanquam præmium lae bonis, & gradum, tanquam instrumenta virtutis, & honesta: menta dignitatis consecantur, de quibus Apostolus 1. ad Timot. c. 5. Qui bene præsumt Presbyteri, duplici honore digni habeantur.

Hoc autem supposito, ita censendum est officium quidem Episcopale per se laudabiliter appeti, licet ab ineptis quidem absolute, efficaciter, sine temeritate nunquam, à non indignis verò aliquando periculosè expetatur. Celsitudinem verò gradus ex se appetere, præsumptionis: honorem, divitias, cæteraque ejusmodi annexa, vel inordinatæ elationis, vel avaritiæ crimen esse, hæc nunquam, ut finem, inire debere. Eadem in Episcopatus susceptione, si ut motiva ad fuerint, puritati intentionis officere, si neglecta fuerint, non obesse, quominus vel necessitate urgente vel utilitate suadente, onus, quod honori conjungitur officium, quod dignitati annectitur, ex charitate suscipiatur, appetatur, inquiratur.

Primò, quod officium Episcopale per se appeti possit; nemo negaverit, qui eminentissimæ ipsum esse charitatis, ac perfectæ virtutis actum cognoverit. Itaque si abstractè consideretur, si in seipso, & secundum se attendatur, nemo, nisi vel tepidus, vel omnino frigidus; nemo, nisi ignarus, vel impius alienum à se esse vollet quod Deo carissimum, proximo utilissimum, Ecclesiæ honorificentissimum est. Quis ergo non expetat talia opera facere, qualia Episcopatum decent, si ipsum contingeret ad Episcopatus dignitatem sublimari? Quis non se Episcopali officio dignum esse cupiat? Quis non eniti debeat, ut quamvis Sacerdos non sit, vel Episcopus, Episcopalis tamen sit, vel Sacerdotalis, & licet se officio huiusmodi indignum credat, non tamen expetat se dignum fieri, qui huiusmodi officium subeat? Si nos Apostolus charifinata meliora amulari præcipit 1. Cor. 12. Si Christus ad perfectionis divinæ imitationem pro viribus unumquemque admitti exhortatur, cui non officii Sacerdotalis Sanctitatem amulari licebit? Cui non Sacerdotalis functionis exhibendæ dignitatem expetere fas erit: Nec virtum licet appetere, nec virtutis actus fugere. Porro Episcopalis functio, opus Episcopale, charitatis actio est, religionis, justitiæ aliarumque virtutum est. Ideoque per se nec odio habari, nec reculari, proindeque appeti potest. Circa hæc vide Divum Thomam supra, & in 1. ad Timoth. c. 3. lect. 1. Caiet. in D. Thom. Sylvest. & Armill. v. Episcopus, Sor. lib. 1. de just. Valent. tom. 3. disp. 10. quæst. 3. D. Anton. 3. part. tit. 10. passimque alios.

Idipsum docent Sancti Patres, quorum plurimos superius protulimus. Chrysoctomus supra citatus id clarè ostendit lib. 3. de Sacerdotio c. 8. dum non operis ipsius, sed dominationis, ac potentia desiderium pestilens, se dixisse memorat, dum se ea ratione non improbare docuit Episcopatus desiderium homil. 10. in quaest. ad Timoth. Si quis hunc idcirco appetit, non principatus, ac dominationis fastu, verum cura regiminis. Theodoretus in c. 3. primæ ad Timoth. dum ab Apostolo nos instrui docet, non honorem, sed virtutem appetere, non desiderare dignitatem, sed dignitatis officium inquirere. Theophylactus ibidem iis per omnia contentit, nec non Ambrosius, qui & rationem duxit, subdit: vir, qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, hoc enim, inquit, cupiens bonam vitam appetere videtur. Si tamen non ab iis declinet, quæ in subiectis habentur, ne ambitione, aut desiderio pecunia hoc egisse videatur.

Nec minus apertè Hieronymus multis in locis, tum 34 Epist. ad Oceanum 83. ad tom. 2. Si quis, ait: Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, opus non dignitatem, laborem, non delicias; opus per quod humilitate decrescat, non intumescat fastigio. Tum commentariis in Sophoniam cap. 3. Qui Episcopatum desiderat, non dignitatem; si autem despecto bonum opus desiderat, non dignitatem; si autem despecto

opere, solam adspexerit dignitatem, vitio corrumpit curris in solam, & excelsa cedri fulmine feriuntur, & erecta cervix frangitur, & cygnus extenso collo, & in sublime tendens, inter immundas volucres computatur. Ibi enim eos vituperat, qui Episcopatum propter divitias, vel honorem conlectantur, eos vero non vituperandos aperit inquit, qui opus solum Episcopatus, officiumque intendunt.

35 Favet Augustinus lib. 19. de Civitate. c. 19. Et in c. 3. Sophonabii à studio cognoscenda veritatis Episcopalis, neminem deterret affirmat, celsitudinem vero gradus, quam locum Superiorem appellat, indecenter appeti dicit, est ita teneatur, atque administratur, ut decet.

36 Assentitur quoque Gregorius à nobis adductus part. 1. Pastor. c. 8. dum ait, tunc laudabile fuisse Episcopatum quætere, quando per hunc quemque dubium non erat ad supplicia graviora pervenire. Hoc enim indicat officium Episcopale per se laudabiliter expeti posse, quamvis periculosè ob adiacentia bona appetatur. Quia nempe ait: idem Sanctus loco citato cap. 9. sunt nonnulli, qui in subeundo Pastoralis ministerio bona opera animo sibi proponere videntur, quamvis hoc elationis intentione appetant, aliudque intendant, quam quod sibi ipsis videntur intendere. Unde unumquemque conscientiam suam convenire jubet ibidem c. 8. & 9. an Episcopatum appetendo boni operis ministerium, vel honoris gloriam quærat, probans scilicet tutos esse eos, qui Episcopale opus solum appetant, si à cæteris appetendis, quæ ipsi annexa sunt, sese contineant.

37 Secundò, quod ab imperitis, vel ipsum Episcopale officium absoluto, & efficaci desiderio nunquam sine crimine expeti possit, pater quia sicut opus virtutem secundum se laudabile est exercere velle, ita temerarium est, non proportionatum viribus suis sibi velle assumere: & hujusmodi operis sibi obligationem accersere velle, cui adimplendo impares sumus. Qui enim amat periculum, in ipso peribit, Eccles. 3. nec temeritatis notam effugit Luc. 14. qui turrim cœpit edificare, quam non potuit consummare, nec legis sanctitatem, legislatoris auctoritatem veterat, qui quam adimplere non potest, sibi legem servandam imponit, atque de Ecclesiastica dignitate loquens Hieronymus Epist. 1. ad Heliodorum, probet inquit, se nunquamque, & sic accedat. Non facit Ecclesiastica dignitas Christianam. Nec sibi quisquam de corporis tantum castitate supplicat. Non est facile stare loco Pauli, tenere gradum Petri, jam cum Christo regnantium, Edificaturus turrim, futuri operis sumptus computata. Quibus verbis ineptos à Sacerdotii appetitu, & susceptione deterere vult: Hieronymus, ne opus viribus suis impar assumant. Fusè quoque Heliodorus Pelusiota supra laudatus, cui assentitur alter Heliodorus Hispanensis Episcopus iis verbis lib. 3. sent. c. 34. Qui regimen Sacerdotii contendit appetere, ante se discutiat, si vita honoris sit congrua. Quod si non discrepat, humiliter ad id, ad quod vocatur, accedat.

38 Tertiò quòd periculosum pariter videatur, quemcumque quamvis ad hoc opus valde aprum, absoluto, atque efficaci operis Episcopalis desiderio, aliis inconsultis, teneri, facile deducitur. Tum quia dispositio, ad opus Episcopale rectè exequendum, ea necessario requiritur, quam vix nilis sibi inesse absque præsumptione potest suspicari. Ideoque qui absolute, & efficaciter opus Episcopale desiderat, vel illotis, ut ajunt, manibus ad perfectissimum opus sese accingere paratus, & divinum officium non dignè tractare sibi proponit, quod absque sacrilegii, vel irreverentiæ crimine nemo in animo suum inducit, vel sibi inesse eam, quæ necessaria est, nec adeò facile in quovis reperitur, ad Sacerdotii functiones dispositionem perit, quod sine præsumptione vix quisquam de se ex propria animi sententia suspicatur. Quis igitur, ut habet Gregorius part. 1. Pastor. c. 7. Valde desitile est purgatum se quemlibet posse cognoscere, prædicationis officium tutius docuitur; præsertim quia sapius, ut idem etiam Gregorius ostendit d. capite 9. de

se mens ipsa mentitur, & fingit se bono opere amare, quod non amat, de mundi autem gloria non amare, quod amat, quæ principari appetens, sic ad hoc pavida, cum quarit, audax cum pervenerit.

Ideoque cum Episcopatum propter divitias, honorem, principatum appetere ex inferius dicendis, crumen sit, periculosum autem sit, ne in Episcopali opere appetendo, faciliter sibi mens nostra illudat, & potius ea, ad quæ sensuum titillatione ferimur, mentis oculos, animique desideria convertamus, quam ad ipsius Episcopalis operis difficultates, & perplexitates, à quibus expetendis iners naturæ nostræ corruptæ conditio abhorret, propter ea periculosum omnino est Episcopalis officii cupiditati intervenire, ne in opum, honoris, & dominationis desideria simulata appetitione incidamus. Unde propter illam privatum, seu celsitudinis gradus cum Episcopali officio conjunctionem rectè concludit Augustinus periculosè ipsum appeti Episcopatum officium lib. 19. de Civitate. c. 19. locus verò superior, inquit, sine quo regi non potest, & si ita teneatur, atque administratur, ut decet tamen indecenter appetitur. Nam vel ipsius operis difficultas timenda est, ne ut ait, idem Gregorius, in occupatione, regiminis, ipse quoque boni operis usua perdat, qui in tranquillitate tenebatur.

Dixi autem vix appeti posse Sacerdotium ex propria animi sententia. Nam ea, quæ jam urget urgente Ecclesiæ necessitate, non dubium mihi videtur, quia boni viri, ac pii, prudentes, & proborum consilio acquiescere possint, ut quandoquidem Episcopatum nemini jam nisi volenti, ac petenti imponitur, possit quis Episcopatum expetere, quo judicatus fuerit non indignus. Quod infra confirmabimus.

Quartò quod nec celsitudo gradus Episcopalis, seu Ecclesiasticæ Hierarchiæ apex, ac fastigium, & perfectionis aliis communicandæ divinitus accepta auctoritas per se, tanquam finis absque aliquo scelere appeti possit, docent Patres superius allati, præsertim verò Chrysostomus, & Heliodorus Pelusiota supra, iique, quos modò retulimus Theodoretus, Theophylactus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, & Gregorius, operis Episcopalis appetitionem permittentes, dignitatis verò, ac dominationis cupiditatem vituperantes. Nec abs re id censent. Est enim quoddam inordinatum genus, celsissimum istum statum appetere altissimum scilicet eorum omnium, ad quos assurgere potest humana cupiditas, ad quem nemo ex creationis suæ, vel salvationis fine destinatur, de quo vix aliquis probabiliter conjicere potest, an sibi ex Divinæ providentiæ ordine paratus sit, periculum est, ne cum lucifero in terram dejiciatur, qui cum eodem in corde suo dicunt, In Cælum ascendam, super astra Cæli extendam solum meum, & sedeo in monte Testamenti, in latere Aquilonis, Isaïæ 14. Qui vel reliquis nihilo meliores cæteris præesse concupiscunt, vel de se adeò præsumunt, ut in excelsissimo gradu purent se collocandos.

Neque tamen tantam ex hoc desiderio perversionem inesse existimo, quantam in appetendo Episcopatu propter honorem vel redditus temporales reperitur, vel quanta ad mortalis peccati reatum requiritur, nisi ex eo desiderio, vel ad illicita accendenda animus moveatur. Etenim magis utique Ecclesiæ bono repugnat, Episcopatum propter honores, vel redditus temporales concupiscere, quam gradus ipsius celsitudinem expetere. Ex posteriori verò non item. Quinimo perfectionis studio accidit sæpè, ut inflammetur, qui perfectionis statum cogitat, eumque sibi obtinendum proponit, ac cæteris morum sanctitate præcellere in animum suum inducat, qui cæteris ampliore gradum, & perfectionem suorum votorum magnitudine sibi destinat, tantumque abest, ut perfectissimi gradus meditatione studia nostra in officio pastoralis remittantur, quin potius augeantur quod redditus temporales, honor nobis exhibendus, cæteraque ejusmodi longè fiat infra Episcopatum, Celsitu

Celsitudo verò gradus Episcopatus non sit infra Episcopatum, sed sit ipsa Episcopatus dignitas. Ideoque longè minor est inordinatio voluntatis, dum Episcopatum propter celsitudinem itam appetit, quam cum propter redditus temporales, vel honores mundanos concupiscit. Unde nec mortalem in eo culpam admittit, æquum judicamus, qui cum sibi nulla injusta via ad Episcopalem dignitatem grassandum proponat, celsitudinis tamen desiderio incalcescit. Neque enim adeò rerum ordinem pervertit, ut hujus pravitas desiderii mortalis criminis necessariam inordinationem attingat.

43 Quirto gravius proinde, & ni fallor, exitiale scelus est, propter redditus temporales, vel honores mundanos, tanquam propter finem Episcopatus desiderio voluntariè inhæere. Tum quia in eo desiderio inordinatio maxima & perversitas voluntatis apparet, præferente scilicet naturalia supernaturalibus, cælestia terrenis, inferioris longè ordinis bona superioribus, donumque, quo nullum hominibus majus potuit, in hominum utilitatem institutum exterius commodis, & blandimentis fortunæ. Tum, quod in damnum totius Reipublicæ Christianæ hæc intentionis pars veritas credere videatur, cum sæpissimè accidat, ut qui divitiarum, vel honoris solum causa, Episcopatus appetunt, de salute animarum, sibi commissarum nequaquam cogitant, iique, qui ejusmodi desiderio ducti Episcopatum consequantur, officium suum negligant, cujus minimam ante rationem habuerunt, plurima Ecclesiæ utilia honoris, ac divitiis postponant, salutis proximis minus avidi sunt, quam pecuniæ vel gratiæ, & Ecclesiæ Christianæ bonis minus invigilem, quam privatis commodis. Tum denique, quia cum Episcopatus natura sua officium sit, spiritualis potestas, & agendi in alios divina auctoritas, natura utique sua ad opus actionemque referunt, ut supra docent Patres.

44 Episcopatu itaque abutuntur, qui ad alios fines extraneos ipsum referunt, & insinuant à Christo ad agendum dignitatem, suo sine privant. Verùm qui redditus temporales, honorem, aliaque ejusmodi Episcopatu annexa, tanquam motiva ad illum appetendum respiciunt, non videntur ullo se crimine ex eo præcisè restringere, quamvis imperfecti videantur, nec intentio eorum omnino pura censetur. Accidit autem naturæ nostræ corruptæ vitio, ut vix reperiri possint, qui divina propter se solum expetant, & reflexis ad terrestria oculis cælestia solum intueantur. Quinimò omnis ferè nostra intentio terrestrium commodorum aliqua admixtione foedatur. Sed hæc admixtio imperfectio quidem est, non tamen culpa semper est.

45 Sextò, ex prædictis quidem infertur, Episcopatum ratò appetit posse, nec passim ab omnibus, ut Chrysostomus, Heliodorus Pelusiota, Gregorius Nazianzenus, & alii passim Pastores ostendunt. Aliquando tamen, & à quibusdam, puta ab iis, qui & digni sunt, & passim tales habentur, urgente Ecclesiæ necessitate, vel utilitate evidenti appeti licere, iis præsertim temporibus, quibus tantum abest, ut inviti ad Episcopale munus cogi soleant, ut potius nemo Episcopatum consequatur, nisi non solum appetierit, sed petierit, nec petierit tantum, sed flagitavit, & quaesierit. Si enim vitis bonis, quos nulla gravia scelera coarquant, probatorum autem virotum testimonia de aptitudine ad Episcopale Ministerium gerendum tutos faciunt, Episcopatum appetere non licet. Sola ergo iis ad Episcopatum via jam patebit, qui suæ conscientiæ nullam habeant rationem, ut Episcopi fiant cæteris, qui innocentiam servare malint, quam consequi dignitatem aditus obstruatur, sequiturque vix illum jam in Ecclesia Episcopum esse qui non peccato sibi ad eam dignitatem viam fecerit. Iis igitur temporibus sicut non licet unicuique suis juribus ita fidere, ut aptum te tanto muneri existimet, ita nec iis, quos ad eundem ordinem, ut ait Hieronymus epist. 1. ad Heliodorum, prafratrum blandimenta, malim ego dicere testimonia, & vota sollicitant, quos malè acta vita non reprehendit, non om-

nis nempe, urgente Ecclesiæ utilitate, vel necessitate appetendi Episcopatus libertas adimenda est. Non enim in ejusmodi desiderio præsumptio repræhenderetur, cui non bona de se ex privato sensu existimatio, sed humilis ex aliorum laudatione, ac persuasione probabili exorta audientia ortum dederit, quod non ambitio, sed charitas excitavit, non propriæ gloriæ cupiditas, sed animarum procurandæ salutis zelus provocavit, nec temerariè in pericula præcipitantæ insimulabitur ejusmodi cupiditas, si non præproperè, vel cæcato judicio, sed maturè ex ardenti in bonum publicum affectu, cui privatam unusquisque quietem, & tranquillitatem tenetur postponere, Episcopatus appetatur. Si propter fratres, pro quibus anathema esse à Christo cupiebat D. Paulus Galat. 3. periclitari non dubitemus, pro quibus etiam Christus morti dignatus est, & factus est maledictum, tunc ceterè cum Ecclesia, quos noverat Ministerio dignos, etiam invitò eligeat nemini Ecclesiæ judicium desiderio suo prævenire, aut ei contradicere licebat, sed jam Ecclesiæ silentis, ac tacentis voces, bonorum, qui bonos quosque, & eruditos ad Episcopatum invitant, vota testimonia, & consilia esse videntur, quibus consentire, neque nefarium, neque præsumptiosum existimatum.

46 Quæ verò diximus confirmat Zosimus Papa, qui Epist. ad Eliechium Salonitanum Episcopum, jam verò ad Presbyterium, inquit, fastigium talis accedat, ut nomen ætas impleat, & meritum probitatis stipendia ante acta testetur. Jure igitur Summi Pontificis locum sperare debebit. Vides Summi Pontificis locum ex mente Zosimi Papæ sperari posse. Assentitur Gregorius Primus part. 1. Pastor. capite 7. dum nunquam prædicationis officium, & nonnullis laudabiliter appetere, & ad hoc nonnullis laudabiliter coactos prorahi, docet quod & exemplo probat Elia 6. qui Domino quarenti, quem mitteret, ultro se obtulit; eoque propterea tempore Episcopatum laudabiliter appeti potuisse, asserit ibidem c. 8. quo qui plebibus præerat ad martyrii tormenta primus trahebatur, quamvis tamen isto tempore non minus præsumptionis periculum in Episcopatus desiderio esset, quam hodierno. Quippè cum eadem conditiones, imò fortè plures tunc desiderarentur in Episcopo, quam nunc requirantur, tota verò ratio discriminis hodierni, ac primi illius temporis est, quod hodierno quidem tempore cavendum sit maxime, nedum videtur officium expeti, honor, & redditus temporales potius expetantur, cui certè periculo privibus est providendum, ne nos in appetitu tam excelsi culminis imago cogitatæ dignitatis arripit. Primis verò Ecclesiæ temporibus aberat quidem illud periculum, sed aliud non minus fortè aderat, ne videlicet qui Episcopatum desiderabat, in totius Ecclesiæ perniciem præ cæteris ad mortem quaesitus, tormentorum atrocitate victus, tandem succumberet. Verum pericula illa omnia charitas sperat, quia qui verè incenditur, ob commune Ecclesiæ bonum pericula nulla renuit, ut & majoris meriti sibi gloriam, & proximo utilitatem impendat. Sicut enim periculo se exponere absque necessitate peccatum est, ita urgente boni publici utilitate, vel necessitate, ex charitate pericula subire meritum est.

Septimò hæc cum ita sint, nemo tamen sibi blanditur, nemo sibi aduleter, facilis siquidem hic casus non in appetendo solum Episcopatu, sed in obeundo. Plurimos, ut jam docuimus avaritia trahit, plurimos ambitio obæcat, plurimorum temeritas, ac præsumptio stultitia accendit, qui tamen charitatis zelum prætendant, qui Ecclesiæ utilitatem solum sibi præ oculis habere videntur, & proximorum salutem. Facile vitia virtutem speciem inducunt, easque præsertim virtutes, quæ communem virtutis rationem excedunt, ista sæpius simulata boni specie, mentiuntur. Plurimi quoque sibi facile applaudunt, & de se magnificentius cogitant, quam veritas patiat. Pauci vires suas ex æquitate, & Episcopatus magnitudinem ex veritate metiuntur. Quod de Galba alioquando dictum est, cum imperio dignum fuisse visum, nisi imperasset,

imperasset, id de pluribus dici non minus verè poterit, quam multos Episcopatu, & Pontificatu dignos, nisi Episcopi, Pontifices facti fuissent.

48 Sic ergo Ecclesie consulendum est, ut propria salus non negligatur. Non vituperò charitatis excellentissimæ ad Episcopatus officium admittentis fervorem; sed timeo, ne vel zelus non sit, vel non secundum scientiam, ne vel majora viribus audeamus, vel ad maximum, & divinum opus iustitia nos, & fordida avaritiæ, vel ambitionis motiva inducant. Nam & cautè perspicendum est, ne vel desiderium temerarium sit, vel impurum, ne viribus imparem desiderando, voluntas excedat, vel ex indigno motivo rem divinam appetendo deficiat, sicque & in excessu temerè, & in defectu imprudenter eligat. Terrent me tot Sanctissimi Patres, qui Episcopatus desiderium vituperant. Terret me Augustinus lib. 19. de Civ. vii. c. 19. qui Episcopalem Sarcinam, si nullus imponit, non ambiendam, non appetendam, non querendam esse docuit, sed intuendæ tunc temporis vacandum esse veritari. Terret Gregorius pag. 1. Past. c. 9. qui inter Episcopatus difficultates, & bona, quid sequendum, quid tenendum sit, exponit, nisi, ut virtutibus pollens coactus ad regimen veniat, virtutibus vacuus, ne coactus accedat. Qui dignos ipsos culmen, fastigiumque Ecclesiasticæ potestatis, & ex corde debere fugere, & invitò obedire docuit. Terret Ildorus Hispalensis lib. 3. sentent. c. 34. qui viro Ecclesiastico præcipit, ut ad dispensationem Ecclesiastici Ordinis, si ex Dei voluntate pervenerit, nolens quidem, sed humilis gubernandam suscipiat. Terret Nazianzenus orat. 1. apolog. qui nec oblatam præfecturam expetendam voluit, nec minimè oblatam experere cuiquam permisit. Terrent me plures alii, qui universim appetere Episcopatum periculosum esse, censuerunt; sed & periculosum esse censo, nec nisi ob Ecclesie necessitatem, vel utilitatem, quæ hoc tempore maxima est, quo contra Ecclesie veteris morem nemo invitò ad Ecclesiasticas dignitates eligitur, Episcopatus desiderium cuiquam permitto.

49 Hactenus verò de appetitu, ac desiderio Episcopatus superest, ut de eius fuga, sive reculatione quædam subjiciamus. Primum siquidem pro certò habendum est, eum, qui se certis testimoniis ineptum, & Episcopali muneri, vel alteri cuivis ordini, dignitatique gerendis, imparem esse compertum habuerit, tunc conscientia posse Episcopalem dignitatem, vel aliam injunctam recusare, imò & debere, idque supra auctoritate Chryostomi lib. 4. de Sacerdot. capite 1. exemplisque ab eo adductis ostendimus, cui etiam ratio aperta suffragatur. Naturali siquidem jure verum est, ne indignus ad sacras dignitates contendant. Cum ergo naturalis juris violatio nulla Superiorum voluntate, nulla vel ratione, vel excusatione permittatur justumque sit in conspectu Dei, Deum potius, ordinationes indignorum, promotionesque prohibentem Mat. 4. quam homines vocantes audire, nemo in dubium revocare potest, quin satius omnino sit Superiorum jussis oblectari, Episcopatum recusando, quam divinas, naturalesque leges acceptando violare.

50 Rectè tamen notat D. Thom. 2. 2. quæst. 185. art. 2. ad 2. impedimentum, quo quis irretitum se novit, quominus voluntati Superiorum obtemperet, triplex esse. Unum, quod removeri potest ab ipso, cui pastoralis cura imponitur, & injungitur, ut si peccandi habeat propositum, cui nempè renunciare potest, quale impedimentum ad Episcopalem dignitatem declinandam allegabat Synesius Epist. 105. fratri, qui se & ludo deditum, & rei uxoriæ addictum, & philosophiæ ethnicæ placitis nimis addictum publicè testabatur, cum tamen in ipsius potestate sicum esset, quod & ipse factis ostendit, ut & uxoriæ rei voluptatibus vale diceret, & philosophiæ errores Catholica: fidei minimè consentaneos damnaret, tunc ergo ille, cui auctoritate Superioris pastoralis sollicitudo imponitur, & ob rationabilem causam præcipi-

tur, tenetur obtemperare, obicòmque voluntarium à se remove.

Alterum est, quod per eum quidem, cui injungitur pastorale munus, removeri non potest, non tamen per Superiorem imperantem removeri possit, tuncque tenetur inferior, cui onus istud imponitur, defectum patefacere superiori, cui dispensanti debet obedire. Quod exemplo Moysis ostendit Divus Thomas, quem cum Dominus ad Pharaonem mittere voluisset, defectum ipsi eloquentiæ, & linguæ tarditatem, impedimentumque objecit. Sed præcipienti Domino, ut pergeret, promittentique se in ipsius ore futurum, dicturumque quid loqueretur, protinus obtemperavit, Exod. 4.

Tertium, quod nec à Superiore jubente, nec ab eo, cui injungitur, removeri potest. Quo casu nemo onus imponenti obtemperare obligatur, ut si jubeat Archiepiscopus onus suscipiat, qui irregularitate obstringitur, in qua solus Papa dispensare possit, poterit is Episcopatum recusare, quem nempè Archiepiscopi jubentis præceptum sibi licitum non facit. Jubeat Summus Pontifex, ut stupidus, & gerendæ rei ineptus Episcopatum suscipiat, non tenebitur obedire, qui se imparem oneri apertè recognoscit, imò nec debet morem gerere. Nam naturalis, divinæque legis obligatio, Pontificis imperio præponderat, & jussio, quantumvis Summi Pontificis, ab eorum violatione non excusat; quamvis tamen hujus jussionis auctoritas, eum, qui de sua capacitate dubitaret, in conscientia turum efficere possint, nec plus suo, quam tantæ suæ auctoritatis iudicio credere debeat, quia sibi de virium suarum imbecillitate dubius meruit.

Secundò certum est, nec Episcopatum injunctum omnino debere recusari, nec cæteras dignitates oblatas ab iis, qui non se oneri impares apertè recognoscunt, recusari debere. Idque primò Scripturæ Sacre testimoniis possumus confirmare. Primò enim in ea legitur, Jonam à Deo punitum, quod concionandi Ninivitis officium detraçtaisset. Jona 1. Moysen reprehensum, in eumque iratum Deum, quod educendi populum Judaicum à Pharaonis servitute munus rejiceret, Exod. 4. legitur, Apostolos, impigè Christo ad Apostolatus dignitatem eos vocanti, obedivisse, Mat. 4. & Marc. 1. ac Luc. 5. Matthaumque è telonio vocatum continud voci Domini paruisse. Act. 9. Saulum de peccatore Apostolum factum, illicò sese obrulisse, dicendo, Domine, quid me vis facere?

Secundò damnantur in Scripturis Mat. 23. qui talenta abscondunt, Luc. 19. qui manam in sudario ligant, Mat. 5. Marc. 4. Luc. 11. qui lucernam sub modio ponunt, quibus quidem parabolis hi reprehendi videntur, qui divina dona in aliorum usum impendere renuunt, nec ad proximorum salutem, quamvis vocati, præesse volunt. Quibus parabolis affinis est ista Proverbiorum sententia: Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium Prov. 1. Ex qua rectè inferimus, cum Episcopi, alique Sacri Mystæ, ac Pastores sint ministri Christi, & dispensatores mysteriorum Dei 1. Corin. 4. eos malè agere, qui spiritualem alimoniam impertiri, verbique divini, ac Sacramentorum dispensationem sibi commissam, obire renuunt, proindèque qui vel Episcopatus, vel aliàs Ecclesiasticas dignitates impositas suscipere detrectant.

Tertid, cum, ut Ecclesiastici liber c. 17. ostendit, unicuique mandaverit Deus de proximo suo, præceptum sit, ut, qui misericordiam habet, doceat, & erudiat, quasi pastor gregem suam, quis iusticiari poterit, quia necessitate proximis exigente, & Superiori imperante, ac Sacras populorum præfecturas divina lege unusquisque tanti muneris capax adstringatur? Alia testimonia Scripturæ Sacre urgent Athanasius Epist. ad Dragontium. Gregorius Nazianzenus Orat. 1. Paschalis in ethic. reg. 70. c. 3. Gregorius Magnus par. 1. pastor. c. 5. & alii Patres,

56 Rationes verò duas hujus rei assignat D. Thomas loc. cit. Primum, quia charitati erga proximos repugnat, Episcopatum injunctum recusare, pro quorum nempè utilitatibus nemo est, qui non se tenetur exponere. Quod ex Augustino lib. 9. de Civitat. c. 19. confirmat, asserente, quod negotium justum suscipit necessitas charitatis. Alterum quia idipsum humilitati opponitur, probaturque ex his Gregorii verbis parte 1. Pastor. c. 6. Tunc ante Dei oculos vera est humilitas, cum ad resuendum hoc, quod multo subire præcipitur, pertinax non est. Nazianzenus pariter Orat. 1. inobedientiæ eos coarguit, qui factæ præfecturæ onus impactum rejiciunt, ex eoque proindè capite voluntatis inordinationem quoque petendam esse demonstrat. Prosper Aquitanicus in super lib. 3. cap. 18. eosdem justitiæ acculat, quod & vitæ socialis vincula dissolvant, & utilem, debitumque Ecclesie laborem subtrahentes, suffutari videantur. Certè eum quævis pars utilitatibus totius inseri vite debeat, suaque etiam commoda postponere, non dubium est, quin unusquisque privatus utilitate Ecclesie cogi possit ad sacram præfecturam subeundam, etiam cum factura propriæ quietis, item cum non nobis tantum, sed toti Communitati fovendæ nati sumus, iniquè agimus, si debita, necessariaque Reipublicæ Christianæ officia subtrahamus.

57 Neque verò in ea re demonstranda pluribus rationibus opus est, cum consentientes in ea propositione docenda Patrum sententias teneamus; varias superius Patrum auctoritates, huic proposito faventes, adduximus, ex quibus hoc elicere licet. Ex Nazianzeno quidem supra, neque appetendam minimè oblatam præfecturam, neque fugiendam eandem oblatam. Illud enim temerarium hominum esse, hoc inobedientium, utrumque autem imperitorum. Ex Chryostomo lib. 2. de Sacerdot. capite 4. non licere manus Episcopale, cui pates sumus impositum, detractare. Ex Augustino Epist. 81. ad Eudoxium, necessarium esse, ut si quam operam nostram Mater Ecclesia desideravit, nec elatione avida suscipiamus, nec blandiente desidia respiciamus, sed miti corde obtemperemus Deo. Itemque libro 9. de Civit. capite 18. neminem, ait, sic debere esse otiosum, ut in eodem otio utilitatem non coarctet proximi. Ex quo inferit, Episcopalem Sarcinam si nullus imponit percipiendam, atque inveniendam vacandum esse veritati. Si autem imponitur, suscipiendam esse propter charitatis necessitatem. Ex Prospero Aquitanico de vita contempl. c. 20. Contra justitiam facere eos, qui merito suæ conversationis, vel eruditionis electi otiosum studium fructuosa utilitati regenda multitudinis anteponunt, & cum possint laborantibus Ecclesie subvenire, operosa administrationis liborem fruenda quietis contemplatione refugiant. Itemque Dignitatem Ecclesiasticam nec ambiendam esse, nec vitandam. Ex Gregorio Magno p. 1. past. cap. 7. prædicationis officium licet tutius declinetur, artamen declinari pertinaciter non debere, cum ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur.

58 Iis verò plura alia Patrum testimonia addi possunt. Primum enim extat egregia D. Petri ad Clementem exhortatoria oratio in Episcopatu capessendo in Epistola, quæ fertur ejusdem Clementis ad Jacobum fratrem Domini, in qua plurima ad præsentem quæstionem solvendam eruantur. Cum enim ad pedes Divi Petri procidisse se excusantem, & declinantem honorem Cathedræ, ac potestatem narraisset, mox Divum Petrum in hæc verba respondisse, refert: Pro hoc ne me rogaveris. Hoc enim fieri statutum est mihi, & eo magis, quod excusas. Quia hæc Cathedræ eum, qui cupit eam, & audacter expetit, non requirit, sed ornatum moribus, & in verbis eruditum. Quod si esset alius melior, si quis mihi alius adiutor, tam sedulus adfuerit, si quis tam plenè doctrina mea rationem cepisset, sed & Ecclesiasticas dispositiones tam plenè didicisset, habens alium talem, non

te cogere opus bonum suscipere nolentem. Superfluum est ergo alium querere, cum primitias eorum, qui ex gentibus per me solvantur, & præcipue hujus verbis, te primum obtulerim Deo, sed & illud intueri, quia si periculum peccati timens suscipere refugis Ecclesia gubernacula, certus esto, quia amplius peccas, qui populum Dei velut in fluctibus positum, & periclitantem cum juvare possis, subterfugis, tui tantummodo habens considerationem, & non quod in commune omnibus expedit, providens, sed certus esto, quod necesse est, te suscipere omne periculum. Quia nec ego pro salute omnium ab obscuro cessabo, &c. sed & illud cupio, te mecum justa ratione perspicere, quando maxime tua opera indiget Christus, nunc cum inimicus adversus sponsam commovet bellum, an in futuro tempore, quando jam Christus post victoriam triumphabit, nec ultra ullius opera indigebit? Quis non etiam parvi sensus intelligat, quod istud est tempus, in quo operam tuam Christus requirit? Tota igitur mente in presenti necessitate præbe operam, &c. libenter ergo suscipe Episcopatus officium, &c.

Ex iis si quidem verbis discimus primò necessitatem acceptandi Episcopatum inferioribus à Superiori imponi posse. Secundò eam tamen Ecclesie utilitate urgente nec unquam, nisi Episcopali muneri aptissimis imponi debere. Tertid peccare, qui cum hujus muneris capax sit imponenti pertinaciter resistit. Quartò periculosissimè Ecclesie temporibus, & tumultuosis, tunc maxime legem istam urgere, & imminere obtemperandi necessitatem. Episcopalemque operam perfectionis tempore ab iis, qui digni sunt, præsertim exigi posse, ac præstari oportere.

Athanasius integram scripsit Epistolam ad Draconetium, qua eum ad Episcopale munus gerendum vocat, & Episcopatum minimè fugiendum, aut Monasticæ solitudinis prætextu recusandum esse demonstrat, eoque præsertim tempore, quo Ecclesie perfectio ingruerit, nefas esse dictitans, eum, qui gratiam accepit ipsam occultare, & quos denarios accepit, in occulto habere, Episcopalem dignitatem non contemnendam prædicans, quam Christus instituit, per quam Ecclesie subsistunt, & Christiani facti sumus, admonens omnibus, si fugiendi mens inesset, Ecclesias desertas iui, Apostolos idè Christo vocanti alacriter paruisse, addens juramenti, quo se ad fugiendam istam Dracontius dignitatem obstrinxerat, nullam ei habendam esse rationem; ex scripturis quoque fugiendi consilium reprobandans, cum & Jeremias, & Moses, qui ab initio recusabant, mittenti tandem Deo paruerint, cum Jonas, qui ab initio fugerat, postea denuò prophetavit, rationem etiam istam subiungens, quod Deus nostra melius noverit, quam nos ipsi noscamus, Monachorum quoque exempla subdens, qui Episcopatus Sarcinam impositam subierint, objectioni pariter occurrens de Episcopatus, laborisque periculis & peccandi occasionibus. Quibus omnibus ubi respondit, tandem concludit, periculum ipsi imminere, ex ista detractione Ecclesiastici Ordinis.

Similiter sentit Nazianzenus. Nam non solum prædicta, quam citavimus apologetica oratione, verum etiam alia ad patrem suum habita, cum ei curam Ecclesie Nazianzenæ commisisset, eandem sententiam docuit. Ubi enim timorem suum expressit, animique sui infirmitatem allegavit, quæ ei montes, & solitudines ad vacandum contemplationi, conscientiamque purgandam petere suadebant, mox utilitatis publicæ causa sibi necessariam fuisse curam pastoralem assumere, alata comparatione ostendit. Quia: inquit: ut horus præstantior est, quam stirps una, & Calam univertsum cum suis ornamentis, quam unica stella, & corpus, quam unicum membrum, ita præstabilius est tota Ecclesia rectè composita uno homine officio suo probè fungente. Neque etiam oportet sua quemque dimittat commoda spectare, sed

sed et aliorum rationem habere. Nam ipse quoque Christus, cui in suo honore, ac deitate manere liceret, non solum usque ad servi formam seipsum exinanivit, sed etiam contempna ignominia, Crucis supplicium subiit. Unde & concludit, sibi optimum vitium, mediam quandam sequi viam inter cupiditatem, & timorem. Id autem sic fieri posse, si nec factum munus omnino defugeret, ne quod periculosum est, gratiam rateret, nec rursus, quod molestem, & acerbum est, graviores, quam vires ferant, sarcinam humeris colleret. Pii autem viri, simulque tranquillitatis sua consulens esse functionem Sacrum viribus motiri, ut scilicet, tanquam in cibis, eam admittamus, cui pares esse possumus, eam autem, qua vires nostras superat, repudiamus, &c.

62 Ex quibus colligas publicis utilitatibus unumquemque seipsum, non tantum suam operam debere Christi exemplo ad id nos incitari, periculosum esse Dei gratia resistere, perniciosum impar humeris suis onus subire, subeundum, si utilitas postulet Ecclesie, & vires nostrae ferant, neque privatis nostris incommodis in publica commoda peccandum esse, & iniquam futuram superioris iustionem, quae ad illicita, vel supra vires posita tentanda necessitatem nobis imponeret. Synesius quoque Epistola 105. ad fratrem varia se allegasse Theophilus scribit, quibus se Episcopali muneris impari esse ostendat; paratum tamen, si has ipse exceptiones non admitteret, onus subire, & ita apud se existimasse, cum ne Imperatoris, nec Augustalis Praefecti mandatis absque poena resisti possit, multo minus poenam evasisse, qui Deo vocanti minime obtemperant.

63 Augustinus praeter ea, quae superius ex ipso protulimus, libro quoque de fide, & operibus c. 17. tom. 4. eos redarguit, qui nolunt in Ecclesia suscipere dispensationis officium, desideriosam praetendentes excusationem, nullo se rationem reddere de peccatis alienis, qui audiunt, & non faciunt, id est accipiunt, & non readunt, cum e contrario, ut ibidem innuit dispensator fidelis, ac diligens in erogando sit paratissimus, & lucorum dominicorum avidissimus. Eleganter in hac materia differuit Prosper Aquitanicus libro tertio, de vit. contemplat. capite 28. Videndum est, inquit, virum iusto faciant illi, qui se removens ab occupationibus cunctis, ac studiis spiritualibus offerentes, nihil humana societati proficiunt, & desideria sua commodis omnium praeferebant, utilitatem communem desiderata vacationis electione contemnunt, cum profecto laborantibus operam ferre nolle, cum possis, & communis bono posthabito, otiosa quiete frui velle, nihil habeat aequitatis, cui aequitati, qui serviunt omnes omnium bono vivunt, ac velut sibi invicem nati, saluam mruam tuentur, ac diligunt, ac per hoc contra iustitiam faciunt hi, qui merito sua conversationis, vel eruditionis electi, otiosum studium fructuosa utilitati regenda multitudinis anteposunt. Nonne verò ita evidenter convincunt impositi Episcopatus reculationem iniquam esse, & injustam, nec solum charitati, & dilectioni proximi repugnantem?

64 Palmam verò in hac quaestione ditimenda, & explicanda, meo quidem iudicio, omnibus praeripuit Sanctus Gregorius lib. Pastoral. par. 1. cap. 5. & 6. qui de ea materia non semel disputavit. Et quidem in libro pastoralis curae, ubi ex instituto magis hanc quaestionem tractat, duo genera statuit eorum, qui pastorem curam respiciunt. Primum eorum, qui quietem propriam sectantes, opus illud refugiunt. Alterum eorum, qui pondus regiminis per humilitatem subire derectant. Priores ita carpit, quia nimirum, hi culmen regiminum si vocati suscipere renuant, ipsa sibi plerumque dona adimunt, quae non pro se tantummodo, sed etiam pro aliis acceperunt, eumque sua, & non aliorum lucra cogitant, ipsi se, quae privata habere appetunt, bonis privant. Quod quidem Scripturae Sacrae auctoritatibus sic demonstrat. Hinc itaque ad discipulos veritas dicit Matth. 5. Non potest

Civitas abscondi supra montem posita, & nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modo, sed super candela-bram, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Hinc Petro ait, Simon Joannis amas me? qui cum amare se protinus respondisset, auditus Joann. 21. si diligis me, pascere oves meas. Si ergo dilectionis est testimonium vera passionis, quisquis virtutibus pollens gregem Dei pascere renuit, Pastorem summum convincitur, non amare. Hinc Paulus dicit 1. Cor. 5. Si Christus pro omnibus mortuus est. Ergo omnes mortui sunt. Et si pro omnibus mortuus est. Superest, ut, qui vivunt jam non sibi vivunt, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.

Postius, id ostendit ex antiquae legis praeccepto Deuter. 6. 5. quo frater superstes filio suo mortuo semen suscitare jubebatur, tandemque ita concludit: Sunt itaque nonnulli, qui magnis, ut diximus muneribus ditati, dum solius contemplationis studiis inardescunt, parere utilitati proximorum in predicatione resugunt, secretum quietis diligunt, secessum speculationis petunt, de quo si districtè judicentur, ex tantis proculdubio rei sunt, quantis venientes ad publicum praesidio potuerunt. Qua enim mente is, qui proximis profuturus evitesceret, utilitati ceterorum secretum proponit suum, quando ipse Summi Patris unigenitus, ut multus prodesset, de sinu patris, egressus est ad publicum?

Posteriores autem, eos nempe, qui ex humilitate pastorale officium rejiciunt, ne eis, quibus imbecillitate, & timore, praerantur, hoc arguimento egregie repellit c. 6. cit. Quia eorum profectio humilitas, si ceteris quoque utilitatibus cingitur, tunc ante Dei oculos vera est, cum ressuendum hoc, quod utiliter subire praecipitur pertinax non est. Neque enim vere humilis est, qui superni nutus arbitrio, ut debeat praesse intelligit, & tamen praesse contemnit, sed divinis dispositionibus subditus, atque a vitio obstinationis alienus, cum sibi regiminis culmen imperatur, si iam donis praevenerit est, quibus & aliis proficit, & ex corde debet fugere, & invitus obedire.

Idem quoque Sanctus Gregorius lib. 5. moral. capite 4. 67 moraliter exponens illud Job. capite 3. Qui expectant mortem, & non venit, eos interpretatur, qui desiderant mortificare se funditus, atq; ab omni vita gloriam temporalem extinguere, sed occultis sapè Dei iudiciis, vel praesse in regimine, vel occupari injunctis honoribus compellantur, atque inter hac mortificationem plenissimam indefinenter expectant, sique se gerunt, quatenus nec a perfectione per intentionem recedant, nec dispositioni conditoris per superbiam contradicant. Quorum perfectionis incrementa, & gloriae, quem sibi coaccervant cumulum ibidem ostendit. Ex quibus inferre jure possumus, eos, qui Episcopatu ritè gerendo pares sunt, & Deo vocanti obedire debere, superbiae potius, quam humilitatis notam, si suae electioni pertinaciter obducantur, contrahere.

In eadem conspirat sententiam Isidorus Hispanensis lib. 3. sentent. c. 34. multis, inquit, intercipit Sathanas fraudibus eos, qui vita, & sensus utilitate praestantes, praesse, ac prodesse aliis nolunt, & dum eis regimen animarum imponitur, renunt, consiliis arbitantes, otiosam vitam agere, quam lucris animarum insistere. Quod tamen decepti agunt per argumentum diaboli fallentis eos per speciem boni, ut dum illos a pastoralis officio retrahit, nequam proficiant, qui eorum verbis, atque exemplis instrui poterant. Item Sancti viri nequaquam occupationum secularium curas appetunt, sed occulto ordine sibi impositas gerunt. Et quamvis illas per meliorem intentionem fugiant, tamen per subditam mentem portant, quas quidem summopere si liceat vitare, festinant, sed timentes occultam Dei dispensationem, suscipiunt, quod refugiunt, exorreat, quod vitare nascuntur. Inirant enim ad cor, & ibi consistunt, quid velis occulta voluntas Dei seque subditos debere esse summis ordinationibus cognoscetes humiliant cervicem cordis jugo divina dispensationis.

Et

69 Ex his ergo patet, indubiatum esse, tum ex Scriptura Sacra, tum ex communi Patrum doctrina, Episcopatum injunctum nemini capaci, & idoneo licere omnino reculare; peccare qui tanto muneri partes illud pertinaciter suscipere renunt. Ex quo infero D. Thomas 2. 2. qu. 185. art. 2. ad 3. Eum qui votum emittit de non suscipiendo Episcopatum, si per hoc intendat se obligare ad hoc, quod nec per obedientiam Superioris Pralati accipiat, illi-citè votum. Si autem intendit se obligare, ut quantum est de se Episcopatum non querat, nec suscipiat, nisi imminente necessitate, licitum esse votum, quia votum se facturum id, quod hominem facere decet.

70 Corollarium Divi Thomae evidens est. Cum enim votum sit solum promissio majoris boni, optimum autem sit Episcopatum desiderium continere, & primatus cupiditatem frænare, ad eumque, nisi nolentem accedere, rationabiliter quidem Deo votum quis potest, se Episcopatum, nec appetiturum, nec libenter susceperunt. Quia tamen tum ex naturali dictamine rationis, tum ex divino jure unusquisque, necessitate Ecclesiae urgente, Episcopatum tenetur suscipere, nemo rationabiliter Episcopatum in eo casu se recularum votum. Imò nec sine fa-cillegii crimine id votum potest, ne lethalem omissionem voti sanctitate confirmet. Adeo etiam nec ullum votum posse se, Ecclesiae utilitate exigente, praeccepto Superioris in Episcopatu suscipiendo, si dignus evadat minime patiturum. Neque enim melius est in eo casu Episcopatum renuere, quam acceptare. Nam, ut Patres superius citati ostendunt, magis meritorium est in eo casu, quod volentes nolentes ad Episcopatum suscipiendum feramur, quam ut pertinaciter renuamus. Cum ergo non possit votum, nisi quod melius est, profectò nec illo casu Episcopatus fuga votum potest. Unde apparet rectè in libro modestae discussionis assercionem Kellisoni, qui Nicolaus Siacthæo tribuitur propositionem istam, quod votum non acceptandi Episcopatum sit viliatum, & Sanctum tanquam ambiguam reprehensam. Et quatenus extenditur ad recusationem Episcopatus tam impositi, quam oblata tam urgente, quam cessante necessitate, falsam, temerariam, & statui Episcopali contumeliosam, à Parisiensibus Doctoribus judicatam fuisse anno 1630.

CONSULTATIO C.

Quam sit pervertitum, ne in Cenobia Monachorum mulieres eant, & in id poena. E contra, ne ad Monasteria puellarum viri accedant.

71 Quoad Primum Gregorius Magnus mulieres Cenobia Monachorum subire in universum vetuit in epist. ad Valentinum Abbatem relata in can. pervenit 18. qu. 2. Quod etiam referunt Sabellic. ann. 8. lib. 5. Chronicon Chonicorum, & Robertus Barus. Ob eamque causam sancivit etiam in quadam Lateranensi, Missis publicis non celebrandas in Monasteriis ab Episcopis, ne scilicet concursus illuc fiat populi, & praesertim mulierum. In Synodo Turonica secunda celebrata anno 570. cap. 17. in eadem sententiam decernitur, ne mulier sola Monasterium aliquod ingrediatur. Quod si quis eam viderit, nec statim eiecerit excommunicari jubeatur. Repetitur, & confirmatur in Antiodorensi Synodo anno 614. habita cap. 26. In Concilio generali 6. Constantinopolitano cap. 47. praecipitur, ne mulier in virorum Monasterio dormiat. Et in Nicæna Synodo secunda anno 788. habita c. 18. sancitur fuit: Si quis mulierem in Monasterio habeat ad Monasterium aliquod obeundum puniatur: Et si in sub-arbanis mulieres esse contigerit, ac Monasterii Praefectus illic iter facere voluerit, praesente illo, mulier nullum Monasterium obeat, sed alio in loco seorsum agat.

72 Excommunicationem incurrunt Papae reservatam, etiam si sint Comitissa, Marchionissa, Ducissa, si audeant ingredi Monasteria Religiosorum ex Bulla Beati Pii V. quae incipit, Regularium, & revocat omnes licen-

tias concessas. Idem Beatus Pius alia Bulla, quae incipit, Decet Romanum declaravit, ut procedat etiam mulieres intra prima claustra Regularium, quando in eis Missae, & Divina officia celebrantur, vel processiones, aut sepulturae fiunt. Item quando magnus est Populi concursus ita, ut commode per portam Ecclesiae ingredi, vel egredi non possint, modò recta via procedant. Hæc Bulla declaratoria non fuit publicata, ut patet in fine illius cum desit relatio Curforum.

Eadem excommunicatio fertur, Papae reservata, contra mulieres, ut supra ingredi audentes claustra, five claustrum Religiosorum in Bulla Gregorii XIII. incipit, Pbi gratia, & continet similiter etiam Comitissas, Marchionissas, & Ducissas, & revocat omnes licentias.

Id limita primo, quod non continentur in dicta prohibitione Reginae, & Imperatrix, earumque filiae, quia non sunt ibi expressae, nisi inferiores eisdem, & ipsae sunt speciali nota dignae, ut per Sanchez in decalog. lib. 6. cap. 17. num. 5. Laym. lib. 4. tract. 5. cap. 12. num. 5. ac Suarez tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 7. m. 4.

Secundò limitant alii, ut non procedant dictae Bullae & excommunicatio, nisi contra mulieres intrantes praetextu licentiarum in dictis Bullis revocatarum. Ita tenent Rodriguez tom. 1. quest. regul. 47. art. 1. Philiac. lib. 3. de offic. Sacerd. cap. 30. num. 31. Sayr. lib. 3. de censur. cap. 31. n. 11. Emman. Sà v. excommunicatio Papa reservata n. 15. Suarez de censur. disp. 22. sect. 6. num. 11. & de relig. loc. cit. num. 9. ac Filiuc. tract. 15. num. 119. & valdè probabilem ait Laym. ibidem cap. 5. num. 12. ad declarationem Beati Pii V. respondent, quod non publicata declaratoria, non ligat, Salas de legib. disp. 21. sect. 13. num. 31. Sà v. lex num. 23. Suar. de legib. lib. 6. cap. 1. n. 3. & ita respondent Rodriq. & Laym. loc. cit.

Ad stylium verò Curiae, & Penitentiariae respondent non ligare extra Curiam, quia est tanquam jus Praetorium, quod non ligat nisi in suo Tribunali Bellug. in specul. rubr. 11. n. 8. & 9. ibique Borell. littera F. Capella Tolosan. dec. 115. n. 3. & Caval. quest. 737. n. 20.

Contraria tamen sententia est magis communis, & 7 praxi recepta, etiam extra Curiam, ut contineantur etiam mulieres, non praetextu licentiarum intrantes. Eam tenent Navarr. in man. cap. 27. num. 150. §. 61. Quaranta in summ. Bullar. v. Monasteria post Bullam Pii V. Cherub. super dict. Bulla Gregorii XIII. schol. 1. Gordon. lib. 6. q. 5. n. 130. & Sanchez d. lib. 6. cap. 16. num. 79. & cap. 17. n. 35. qui se fundat in Bulla Beati Pii V. non autem in Bulla Gregorii, Bonac. de clausur. q. 5. punct. 2. & 3. & facit quod styli Curiae, qui est interpretativus Constitutionis Papae, ubique servandus est, Rota decis. 196. n. 2. par. 1. recent. Et ita videmus passim recurri ad Sedem Apostolicam pro tali absolutione.

73 Ex Bulla superius allegata Beati Pii V. incipiente, Regularium, fertur sententia suspensionis à divinis ipso facto incurrendae, contra Superiores locorum eorumdem, & alios particulares Religiosos, five eorum subditos, praesentes admittere feminas, vel introducere in Monasterium, five Conventum.

74 Hæc suspensio non est reservata, Sanchez loc. cit. cap. 17. num. 41. Procedit autem, ut patet, non solum contra Superiores, sed & alios quoscumque, ut notat Sanchez ibid. n. 35. in fin. Requirit tamen dolum, five scientiam, Sanchez n. 35. Et procedit etiam de introductione non praetextu licentiarum secundum vetiorem sententiam. Et ita declaravit B. Pius V. dicta Bulla, Decet Romanum, quae tamen, ut dixi, non fuit publicata in locis Urbis confuetis, fuit tamen ad praxim deducta.

75 Ex Bulla Gregorii XIII. superius allegata, fertur excommunicatio Papae reservata contra Abbates Conventus, & alios Monasteriorum Superiores, ac personas quocumque nomine vocentur in Monasterium, domus, & loca sua mulieres quocumque praetextu facultatum, ibi revocatarum, ingredi facientes, aut permittentes.

76 Et quamvis hæc Bulla videatur loqui de admissione mulierum

mulierum prætextu facultatum, magis tamen communitur, & in præxi observatur, etiam si non eo prætextu inducantur. Atque ita de præxi totius Italiae testatur Beza part. 1. resp. cap. 20. & ita respondisse ipsum Gregorium XIII. ait Villagur. tract. de usur. quest. 35. num. ult. ac tenet Azor. lib. 3. cap. 8. quest. ultim. tom. 1. Filiuc. tract. 15. num. 118. Et si contrarium dicant Sayr. lib. 3. de censur. cap. 31. n. 13. Sanchez dist. lib. 6. cap. 16. n. 79. & Suarez de censur. disput. 22. sect. 6. n. 11.

12 Neque hic requiritur dolus, sed sufficit culpa lata, limitant tamen aliqui in hac Bulla non contineri Religiosos subditos, sed superiores, ut Sanchez dist. cap. 16. num. 84. Cherubin. super eadem Bulla, & Rodriguez q. 47. art. 1. tom. 1. Quod est contra Suarez de censur. disput. 22. sect. 6. num. 14. Filiuc. dist. tract. 15. num. 118. & sequenti. Quatant. loc. cit. super hac Bulla.

13 Ex Bulla prædicta Beati Pii V. & Gregorii XIII. Regulares omnes introducentes, ut supra, incurrunt pœnam privationis officiorum, & inhabilitatem ad illa sine alia declaratione, scilicet pœnæ commissæ.

14 Et citata Bulla Gregorii XIII. præfati Superiores locorum Regularium, & secundum probabilem, etiam alii particulares Religiosi incurrunt eo ipso privationem beneficiorum suorum, & inhabilitatem ad huiusmodi. Vide Sanchez de cap. 17. numer. 35. ubi notat hanc differentiam.

15 An autem omnes istæ pœnæ ligent ante sententiam declaratoriam. Aliqui dicunt solas censuras ante sententiam ligare, non autem aliàs, ut Suarez de magis communi testatur dist. tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 7. in fine. Alii verò inquirunt, pœnam inhabilitatis obligare ante declaratoriam criminis commissi, & hæc est magis communis.

16 Advertendum autem est, quod Sacra Pœnitentiaria, quando absolutionem, vel dispensationem concedit Regularibus super introductione mulierum intra claustra ad malum finem, scilicet luxuriæ, solent decernere, ut remaneant privati officii, ac dignitatibus sui Ordinis, & inhabiles in futurum ad similia. Quia non intendit cum talibus dispensare in totum, sed super sola irregularitate, si celebraverunt in talibus censuris. Quando autem introductio non fuit ad malam finem, tunc solet in totum eos rehabilitare.

17 Quod verò ad secundum. Prohibitum fuit, ne ad Monasteria Sacramentalium viri cujuscumque conditionis, vel status accedant, & ne vel loquantur cum eis. Ita enim sancivit Synodus Maticensis prima anno Domini 1583. habita secundum Panvinium cap. 2. his verbis: *Nihilus Episcopus, Presbyter, Diaconus, Clericus, vel quicumque secularis in Monasteriis puellarum, nisi probata vita, & ætatis provectæ, præter utilitatem, aut pro quacumque reparatione Monasterii in quacumque earum necessitate habitare, aut secretas colloquutiones habere præsumant, neque intra salutarium, aut oratorium ingredi permittantur, præcipue Judæi, nec pro quacumque negotiorum occasione puellis intra Monasterium Deo dicatis aliquid secretus alloqui, aut familiaritatem, vel moras ibidem habere conentur.*

18 In Hispalensi etiam Synodo prima, vel juxta alios secunda, anno 634. habita, cap. 10. Et si Monasteria Virginum Sacrarum Monachorum curæ committantur, quorum administratione gubernentur, tamen hæc cautio adhibetur: *ut Monachi remari à Virginum familiaritate maneant.* Sic enim sancitur: *Abbat, vel eius, qui præficietur, extra eam præstet, loqui Virginitatibus Christi aliquid, quod ad institutionem non pertinet, non licebit, nec cum ea sola, quæ præstet frequenter eis loqui oportet, sed sub testimonio duarum, vel trium sororum sita, ut rara sit accessio, & brevis omnis loquutio. Absit enim, ut Monachos Christi Virginitatibus familiares esse velimus, sed eos tantum earumdem gubernaculis deputamus, constituentes, ut unus Monachorum probatissimus eligatur, cujus cura sit, prædis earum rusticis, vel*

Urbanis intendere, fabricas extruere, est quid aliud est ad necessitatem Monasterii providere, ut Christi famula pro anima sua tantum utilitate sollicita, solis divinis cultibus vivat, operibusque suis inserviat. Vestes autem illa usdem faciant, à quibus tuitionem expectant, ab isdem denno laborum fructus, & procuratoris suffragium receptura. Si qui Monachorum contraxerint, sciant quod eorum temeritas excommunicationis sit plerumque censura.

Unde intelligitur habuisse Abbatissam quoque suum, inspectorem, & quasi Cœnobii Curatorem, videlicet ex Monachis aliquem, qui tamen seorsim habitavit, & cui nec cum alia virgine sola, nisi cum Abbatissa loqui liceret.

Constantinopolitana sexta Synodus universalis c. 47. 20 statuit etiam, *ne vir in Monasterio mulierum dormiat.* Et Nicæna secunda Synodus c. 20. ita statuit: *Non Monachus liberè cum Monacha loquatur, vel Monacha cum Monacho seorsim confabuletur, nec cubet Monachus in foeminarum Monasterio, nec Monacha seorsim comedat. Et quando quæ sunt vita necessaria parte virorum ad regulares foeminas deferuntur, extra portam hæc accipias Monasterii mulieribus præfecta cum aliqua ann Monacha. Si autem eveniat, ut aliquam cognatam vellet Monachus aspiceret, præsentem præfecta, cum ea colloquatur exiguè, & breviter sermone, & mox ab ea recedat. Hæc referuntur in can. definitum 18. q. 2. Citat hunc Canonem Gratianus ex Synodo octava, sed est prima.*

In Foroliviensi verò Synodo cap. 12. præcipitur, *ut in Monasteria Virginum nulli fas sit adire, neque Episcopis, neque Presbyteris, & Diaconis, vel visitationis, vel prædicationis gratia sine licentia Episcopi, & ut tunc secum habeat testes.*

Et Moguntina Synodus sub Carolo Magno anno 813. habita, cap. 26. decrevit: *Presbyteris tantum ad Missarum solemniam puellarum Monasteria ingredi licere, quibus finis, statim egrediantur.* Idem etiam sancitur in Arelatensi Synodo quarta, ubi & Clerici, & Monachi juvenes à puellarum congregationibus profus arcentur, nisi aut paterna, aut germana necessitudo id postulet; probata autem vitæ, & ætatis provectæ, viri ad quascumque Virginum Sacrarum necessitates, vel ministraciones permittuntur intrare.

Et cap. 1. de Stat. Regular. in 6. nulli aliquatenus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ, nisi rationalis, & manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit speciali licentia, ingressus, vel accessus pateat ad eandem. Et Sacrum Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 5. de Regular. ingredi intra septa Monasterii nemini liceat cujuscumque generis, conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtinenda sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda. Dare autem tantum Episcopus, vel Superior licentiam debet in casibus necessariis, neque alius ullo modo possit, etiam vigore cujuscumque facultatis, vel induliti hæctenus concessi, vel in posterum concedendi.

Hæc autem excommunicatio, quatenus ex vi hujusmodi decreti, non est reservata Sanchez. d. lib. 6. cap. 16. num. 71. Toler. lib. 1. cap. 41. §. 8. Si tamen violatio fiat clausuræ per ingressum ad malum finem, id est luxuriæ, extra Urbem Romam per totam Italiam est reservata Papæ, ut neque privilegiati possint absolvere ex decreto Sacræ Congregationis, seu Clementis VIII. de quinque casibus reservatis, de quo alibi diximus, & ita notat Filiuc. tract. 15. nu. 119.

Secundum item opinionem multorum; quam sequitur stylus Curie, in omni casu, etiam si ingressus fiat non ad malum finem, excommunicatio est Papæ reservata ex aliis Constitutionibus, ut mox dicitur, ita ut neque Episcopus possit absolvere, nisi tamen casus sit occultus juxta Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 6. de reformat. Sanchez d. lib. 6. cap. 15. num. 76. & Bonac. de clausur. qu. 1. punct. 5. num. 1. Incurrunt autem hanc

excomm. U

excommunicationem Concilii Tridentini etiam intrantes cum licentia, sed subrepticia ex falsis narratis, Sanchez. loc. cit. cap. 16. nu. 73.

26 An autem incurrant ingredientibus cum licentia, sed non in scriptis obœnta, multi æstimant ut Sanchez ibid. nu. 31. Contar. de priv. mendic. tit. 20. cap. 6. Suarez nu. 4. de Relig. lib. 1. cap. 10. num. 15. Alii negant, ut Homobonus, & Bellocchius apud Dianam p. 2. tract. 2. resol. 129. Primam sententiam puto variorem, ac tutiorem. Datur enim forma concedendi huiusmodi licentiam. Forma autem est necessario observanda, cum sit de substantialibus. An etiam ex eodem Concilio prohibeantur ingredi infantes, id est ante usum rationis ita, ut saltem in introductores incurrant excommunicationem, communiorum, etiam ex declarationibus Sacrarum Congregationum.

27 Id tamen advertendum, quod facultas generalis concessa, verbi gratia Abbatissæ ad concedendas licentias, non requiritur, ut sit in scriptis. Neque licentia concessa pro ingressu in necessariis casibus debet esse toties, quoties, sed potest esse generalis pro casibus specificatis ex dist. cap. 1. de Stat. Regular. in 6. Diana d. resol. 129. cum aliis Doctoribus.

28 Alia excommunicatio Papæ reservata, lata est ex Bulla Gregorii XIII. quæ incipit: *Ubi gratis* contra quascumque personas, etiam Comitissas, Marchionissas, Ducissas, aut Comites, Marchiones, Duces, ingredi audentes prætextu facultatum, ibi revocatarum, clausuram Monialium.

29 Excommunicatio simili tenore etiam lata est à Paulo V. Bulla, quæ incipit *Monialium.* Advertendum autem est, quod licet hæc Constitutiones videantur loqui de ingredientibus prætextibus dictarum facultatum, ex stylo tamen Curie, intelliguntur generaliter, etiam de intrantibus sine tali prætextu, quod iterum annotamus, ac ita etiam tenent Navarrus, Beza, Villagur, Azor, Zechius, & Gaffius apud Sanchez dist. cap. 16. num. 77. in fine, Cherubin. in comp. super Bulla 28. Gregorii XIII. Bonac. tract. de suspens. puell. 5. num. 35. Et si contrarium teneant Suarez de censur. disput. 22. sect. 6. num. 4. Sayr. eodem tract. lib. 3. cap. 31. num. 10. Sanchez. ibidem num. 78. & seqq. Diana par. 1. tract. 4. resol. 23. & par. 1. resol. 32. miscell. 2. & Barbof. allegat. 102. num. 37.

30 Ex alia item Bulla Pauli V. quæ incipit *facultatem* declaratur, quod quoties facultas à Sede Apostolica conceditur alicui, verbi gratia, mulieri, etiam Comitissæ, Marchionissæ, Ducissæ, ingrediendi aliqua Monialium certis vicibus, verbi gratia secundò, aut tertio, intelligitur illa particula secundò aut bis, aut similis collectivè, id est de omnibus Monasteriis concessis, non autem distributivè, seu de singulis. Et additur, ut mulieris aliter tales licentias interpretantes, aut alius utentes, sive abutentes incurrant ipso facto pœnas ex Concilio Tridentino, & Constitutionibus Apostolicis inflictas intrantibus sine licentia.

31 Id autem, quod ibi dicitur de interpretantibus, Cherubin. loc. cit. videtur intelligere, ut incurrant dictas censuras ob meram interpretationem speculativam. Sed contradiendum est, quia accipi debet de interpretatione practica, sive non separata ab ipso usu. Nam dictio alternativa *aut, vel seu, &c.* posita post genus, resolvitur in expositivam, sive declarativam, Rota decis. 300. n. 26. par. 1. recent. Et idem est quando aliàs recederetur à jure communi, & fieret dispositio exorbitans, cum debeat sic intelligi, ut juri communi magis adaptetur, & de tali interpretatione, quæ sufficit ad incurrendas pœnas violationis clausuræ, ut in simili Seraph. decis. 393. num. 7. & seqq. ubi quod in tali casu dictio alternativa potest stare expositivè. Vide quæ de hæc re solus sibi scriptissimus.

Tom. X.

De visitatione Monasteriorum, eorum etiam, quæ in commendam reperiuntur, ac de restituendis in dictis Monasteriis Prioribus. Quibus Monasteria commendanda?

Ad primum. In Concilio Tridentino sess. 25. cap. 20. de Regular. ita decernitur: *Abbat, qui sunt Ordinum capita, ac ceteri prædictorum Ordinum Superiores, Episcopis non subiecti, quibus est in aliis inferiora Monasteria, Prioratusve legitima jurisdictio, eandem illa sibi subdita Monasteria, & Prioratus suo quisque loco, atque ordine ex officio visitent, etiam si commendata existant. Quæ cum Ordinum suorum Capitibus subiecta, declarat Sancta Synodus, in his, quæ aliàs de visitatione Monasteriorum commendatarum definita sunt, non esse comprehensa, teneantur quicumque prædictorum Ordinum Monasteriis præsent prædictos visitatores recipere, & illorum Ordinationes exequi. Ipsa quoque Monasteria quæ sunt Ordinum capita juxta Sanctæ Sedis Apostolicæ, & ejusque Ordinis Constitutiones visitent. Et quamdiu durabunt hujusmodi commendata, Priores claustrales, aut in Prioratibus, Conventuum habentibus, Subpriors, qui correctiones, & spirituale regimen exercent, à Capitulis Generalibus, vel ipsorum Ordinum Visitatoribus instituuntur. In ceteris uniusquisque præfatorum, Ordinum privilegia, & facultates, quæ ipsorum personis, loca, & jura concernunt, firma sint, & illata.*

Ex verbis illis: *Etiam si commendata existant*, quæro, An ubi Monasteria commendata habent certum numerum professorum, & novitiorum, quibus decedentibus in loca præmorieum ad portiones perpetuas vacantes, alii surrogantur jus admittendi novitios ad loca præfata, & ad illas portiones perpetuas instituendi pertineat ad Priorem, & Monachos ex hoc decreto, an verò ad Commendatarios, quibus talium Monasteriorum regimen, & administratio in spiritualibus, & temporalibus plenariè committi solet?

Sacra Congregatio censuit, tale jus ita demum pertinere ad Commendatarios, si Monasteria non existant sub aliqua Congregatione habente suos Regulares Superiores, & consequendo Commendatarios non excludat.

Ad secundum excitata sess. 25. cap. 21. de Regular. Monasteria Regularibus conferenda sunt. Ordinum Capita nemini in posterum commendanda. Hæc autem Monasteria conferri debent Regularibus spectatæ virtutis, & sanctitatis, ut tradit Sanctus Gregorius lib. 2. in dist. 11. epist. 13. & pro necessitate Ecclesiæ asserit, habenti unam Ecclesiam, alia commendatur. Redditi verò Ecclesiæ commendatæ debent expendi pro istius reparatione, & subventionem Cleri, correctionem, & jurisdictionem tamen illius commendavit lib. 7. epist. 73.

Concilium verò Lateranense sub Leone X. sess. 9. prohibet de cetero mandari in commendam Monasteria, nisi Cardinalibus dumtaxat, personis qualificatis, & benemeritis cum assignationibus quartæ partis pro instauratione fabricæ, & ornamentis, & aliis ad cultum divinum necessariis, aut sustentatione pauperum, si tamen mensa fuerit separata, si verò communis, tertie partis omnium fructuum pro supradictis oneribus.

Subdirque Concilium Tridentinum: *Quæ verò in posterum vacabunt, non nisi Regularibus conferantur.* Ex quibus etiam quæro, an Sacrum Concilium prohibeat, ne dentur Monasteria in Commendam Cameralem? Et non prohibere, dixit Sacra Congregatio, cum utatur verbo illo *confidit*, quod verbum comprehendit etiam hunc versiculum: *Quæ verò in posterum, &c.* Et quando Concilium voluit prohibere, utitur, ut in sequenti verbo, *tenentur.*

CONSULTATIO CII.

De Sanctimonialibus. De nominibus Virginitatis Sacramentum, Sacerdotiarum, Nonnarum, Monialium, Monacharum. De Sanctimonialibus Judaeorum. De earum exercitiis, ac institutis, consuetudine, consecratione, seu velaminis impositione, quoti anno impositionis progressu, Abbatibus, Canonibus, rebusque aliis.

Mulieres Monachismum profitentes variè appellantur. In primitiva Ecclesia ante Constantini Magni tempora, Virgines simpliciter vocatas fuisse, certum est, nec facile aliud nomen eis tributum reperies.

Sanctus Basilius verò in libello de Virginitate eas appellat: Nullus inquit, adeo furiosus sit sacrilegus, qui impollutam Sacerdotem petulantibus manibus contingat. Sacerdotum autem est, populum docere, baptizare, Sacramentum administrare, &c. Unde & nomen Sacerdotis habent, quod Sacrum dicitur, sicut ait Beda, & Gregorius in pastor. lib. 2. cap. 18. Et Plato quoque in eo, qui civilis, vel de regno inscribitur dialogo, Sacerdotum, inquit, esse ut intelligant, doceantque quo pacto donaria Deo, & Sacra sint offerenda; item qua ratione, vovendum sit, quidve à Deo petendum.

Dum igitur hoc nomen Virginitatis Sacris imponit Basilius, videtur adversari Paulo, qui jubet, ut mulier in silentio discat, neque auctoritatem in vitam exerceat, utque in Ecclesia sileat, nec doceat. 1. Cor. 14. & 1. Timoth. 2. Infervierunt quidem Viduae, & Virgines primae Ecclesiae, & Paulus eas in Diaconatum allegavit, verum non propterea erant Sacerdotes, aut Presbyteridae; neque ita vel à Paulo, vel ab alio nominatas fuisse demonstrari potest. Nam nudum ipsae manu ministerium praebant, & Diaconis parebant. Parabant enim mensas, quae in Ecclesiis eo tempore agapos instruebantur, curabant aegrotos, debiles, & infirmos, excipiebant peregrinos, illorumque pedes lavabant. Quae omnia non solum commodius à feminis, quam à viris, sed etiam honestius fiebant, & gerebantur, praesertim verò cura agrotantium. Si enim aegrotasset Christiana mulier morbis occultis, & quae honestè à majoribus tractari non possunt, laborasset, ad eas multò honestius mulieres intromissa fuerunt, quam viri. Docendi verò, baptizandi, aut simile officium Sacerdotum proprium, illis, aut aliis demandatum non fuit. Hoc adeo verum, ut Epiphanius haeresi Collyridianorum q. 79. scripserit: Presbyterissa, aut Sacerdotissa non sunt in Ecclesia. Celebrare enim sacra in Ecclesia non possunt.

Nec obstat, quod Eusebius lib. 1. de vita Constantini refert, mulieres è suo sexu eligere solitas fuisse aliquas, quae eas docerent, ne in publicis congressibus convenirent cum viris: Licinius enim Imperator, homo profanus contra morem Ecclesiae, & mandata Dei, edicto ac lege vetuerat, ne in Syria simul cum viris congregarentur, & convenirent mulieres.

Superest igitur, ut Basilius, & qui eum in hoc sequuti sunt Patres ab Ethnicis id hauserint, apud quos mulierculae quaedam Sacerdotes sunt appellatae, quod Sacra eis commissa fuerint. Sic Cicero action. 7. in verrem, Sacerdotes, inquit, Cereris atque illius fami Antistitiam, majores natu, probata, ac nobiles mulieres ad Magistratus suos deferunt. Et pro Marco Fonteio nolite pati, ait, Judices, aras Deorum immortalium, Vestaque matris quotidianis Virginitatis lamentationibus de vestro iudicio commoveri. Prospicite, ne ignis ille aeternus, nocturnis Fontem laboribus, vigiliisque servatus sacerdotibus vestra lacrymis extinctus esse dicatur. Pro Cor. Sacra, inquit, Cereris per Precas semper curata sunt Sacerdotes, & ibidem: Sacerdos illa, quae gratiam illud sacrum ministraret, & faceret. Et virgilius lib. 6. Aeneid. de Sibylla loquens, ait: Hac ubi dicta dedit Phoebi longeva Sacerdos. Tales Gellius Sa-

cerdotissas appellat. Nam lib. cap. 15. inquit: Eadem ferme ceremonia fuit, quas Flaminicas Sacerdotissas Diales seorsum aiunt observasse. Ad haec in veteri Ecclesia Pepuziani haeretici voluerunt, mulieres esse posse, & Presbyteridas, & docere, & Sacramenta administrare. Verum propterea ab omnibus Orthodoxis, ac praesertim in Carthaginiensi Synodo quarta fuit damnata.

Extat apud S. Hieronymum Nonna vocabulum, quo id genus hominum insignitur in epistola ad Eustochium Virginitatem. Quia Maritorum, inquit, experta dominatum viduitatis praesertim libertatem, casta vocantur, & Nonna, & post cenam dubiam Apostolos somniant, Apparet autem hoc verbum ab Aegyptiis in vulgi sermonem venisse. Solent enim aliquoties res ejus gentis sortiri vocabula, in qua praecipue fuerint, aut unde natae sunt, Aegyptus autem, praeter ceteras Provincias, Monachorum gregibus abundavit ab initio, & Hieronymi adhuc aetate. Quorum lingua puto, Monachos, & Sanctos Nonnos fuisse vocatos, Monachas, & Virgines Nonnas. Nam in eadem epistola ad Eustoch. cum de Monachorum Aegypti agit generibus, Aegyptiis utitur vocabulis. Tria sunt, inquit, in Aegypto genera Monachorum. Primum Canonibus, quod illi casus gentis lingua vocant secundum Tertium est, quod Remoth. dicunt. Deinde meminit Suidas Nonni cujusdam Aegyptii, qui Panchemum Theologum verbis sit interpretatus. Et Athanasius Apologia 2. mentionem facit Nonni Episcopi Aegyptii patrocinatoris Sancti Anathasii in Synodo Tyri Mater etiam Sancti Gregorii Nazianzeni Nonna appellata fuit, quemadmodum in vita Gregorii Nazianzeni Gregorius Nyssenus refert. Sanctus Benedictus Hursinus Abbas in sua regula c. 63. Nonni vocabulum interpretatur Paternam reverentiam, & jubet, ut juniores Monachi Priores suos Nonnos vocent. Quod etiam praecipitur in Aquiligranensi Synodo anno 816. celebrata.

Dicuntur etiam nostra aetate Moniales, & Sanctimonialia, à graeco, ut opinor nomine monios, quod solitudinem captantem, solitariam, & soliyagum significat. Denique Monachae quoque vocatae sunt, ac virgines.

Divus Ambrosius in libro de Virginitate scribit: In Templo Hierosolymitano apud Judaeos, assuetas fuisse puellas Virgines. Quod licet apud Josephum alibi non fiat eorum mentio, & ad Judaeorum instituta accommodari non possit, Testatur enim Augustinus de Virginitate cap. 4. mores Judaeorum votum perpetuae Virginitatis non tulisse, quod etiam Rabbi Salomon in cap. 9. Genes. & Rabbi Kimchi in cap. 56. Isai. testantur. Habuit tamen, ut arbitror, Ambrosius id ex lib. 2. Machab. cap. 3. ubi mentio fit conclusarium virginitatis.

Profitebantur autem ab initio hoc institutum, seu vitae genus sua sponte, ac liberè à nullo vel iussa, aut coacta, Deus enim id cuique liberum reliquit. Christus servator noster aiebat discipulis, cum sermo incidisset de non contrahendo Matrimonio. Non omnes capiunt verbum istud. Qui potest capere capiat. Hanc doctrinam filii Dei constanter etiam Divus Paulus tradidit: De Virginitate, inquit, praecipit Dominus non habeo. Item: non hoc dico, ut cuiquam laqueum injiciam. Quibus utique verbis ostendit, Virginitatem liberam esse servandam, nec aliquam ad eam cogendam ultra quam possit.

In quam sententiam etiam Divus Cyprianus in sermone de Nativitate Christi clarè dicit. Quod ad continentiam, & virginitatem neque necessitas, neque mandatum aliquod impellat. Castitudo quoque in psalm. 75. docet, omnino esse liberum, Virginitatem vovere, vel non. Et Basilius Magnus ait, non praecipit Dominus ulli Virginitatem. Cumque ante Cyprianum jam tum Tertullianus tempore ab aliquibus ad Virginitatem cogentur nonnulla, reprehendit id vir ille, & gravissimè conqueritur, observatione ejus caelibatus innumera patrari infanticidia. Non enim, inquit, confitebuntur, nisi suorum ipsorum infantium virginitatem prodita. Quantum autem plures, non etiam de pluribus sceleribus suspectus habebis? Dicam, licet nolim, difficile

difficile mulier sit, qua timet fieri quae jam facta; potest virginitatem mentiri sub Deo. Quanta enim circa aurum suum audebit, ne etiam mater detegatur? Scit Deus quot jam infantes & perfici, & produci ad partum integros duxerit, debellatos aliquando à Maribus. Facillimè semper concipiunt, & felicissimè parvum huiusmodi virgines, & quidem simillimus paribus. Haec admittit flagitia coacta, & invita virginitas. Et Epiphanius contra Montanitas haeres. 48. lib. 2. tom. 1. de eodem ita scribit. Nos non necessitatem imponimus, verum cum bono consilio admonemus, exhortantes eum, qui potest. Non autem necessitatem imponimus non potenti, neque rejicimus ipsum à vita: sanctum enim verbum omnibus predicavit, ut debilius infirmitatem portemus, velut etiam ipse sanctus Apostolus dicere comperitur, & tales redarguere, qui non sunt ejusdem domi. Addit: Bonos Pastores cohortari eos, qui possunt, non autem imponere necessitatem non potenti. Paulam etiam, inquit, redarguere eos, qui non sunt ejusdem domi. Et Ambrosius l. 1. de virginitate, inquit: Sola virginitas suaderi, & optari, non imperari potest. Nam quae supra nos sunt, in voto magis, quam in imperio sunt.

Quod tamen Beatissima Maria Mater Christi voverit perpetuam virginitatem probat Bellarminus lib. de Monach. cap. 12. & Baronius ex Sacris scripturis, & ex Patribus tum Graecis, tum Latinis, eamque asserunt Theologi, qui citantur apud Magistrum in 4. lib. sent. dist. 30. Fuisse autem mox post Apostolorum tempora in primitiva Ecclesia mulieres quoque Virgines continentiam, & castitatem perpetuam profitentes, negari non potest. Tertullianus enim in lib. ad uxorem clarè indicat, inter Christianas esse perpetuam continentiam servantes. Et Cyprianus l. 1. epist. 11. indicat fuisse suo tempore inter Christianas virgines Deo dicatas, quae continentiam praestare voluerint, nec tamen omnes potuerint. Meminerunt etiam historiae Virgines Caeciliae, Agnetis, & aliarum. Pius quoque Primus, Romanus Pontifex in decretalibus virginitatis Sacramentum, earumdemque consecrationis mentionem facit circa annum Domini 150. Et Eusebius lib. 4. de vita Constantini refert, fuisse ante Constantinum etiam huiusmodi Virgines continentias, ubi & magnopere approbasse disciplinam ejusmodi Imperatorem Constantinum, asserit adeo, ut & frequenter earum contubernium adierit. Helenam etiam, Constantini Matrem, Hierosolymis virgines Deo sacras reperisse; Socrates testatur lib. 1. c. 17. Quarum professionem, usque adeo probavit, ut ministram sese illis praebuerit, sicut Theodoretus indicat lib. 1. cap. 18. & Socrates lib. 4. c. 24. Ex Evagrio tradit, in Aegypto solitudinibus mulieres aequae ac viros Monasticam vitam professas fuisse. Quod etiam Epiphanius testatur in narratione illa de formula, Statutis, & traditionibus Ecclesiae Catholicae. Meminit, & Ambrosius Mauritanarum Puellarum, quas Mediolani ipse velarit lib. 1. de virginitate ad Marcellinam.

In Europa verò Virginitatis votum apud muliebre sexum commune suo tempore fuisse, testatur Ambrosius eodem libro. Romae certe Marcella, nobilissima vidua, prima omnium feminarum aucta est Monachae institutum profiteri, cum id vocabuli vehementer in visum esset Romanis auribus. Conceperat autem mulier haec ardorem hunc ex Athanasio ac ceteris Aegyptiis Sacerdotibus qui tum Arianæ factionis persecutionem declinantes Romam confugerant. His enim referentibus Antonii vitam; cujus etiamnum viventes mira fuit nominis celebritas, & Monachorum in Thebaide versantium, virginitatem item, ac viduarum dicerat institutum. Eadem autem ad emulationem propositi sui complures allexit, tum matronas, tum virgines; cum primis autem Sophroniam, Principiam, Paulam & Eustochium, & brevitatis tantus accrevit numerus mundi contemptum profitentium feminarum, ut quod prius ob novitatem invidiosum erat, postea ceperit esse gloriosum. Hoc ipsum testatur Hieronymus in Epistaphio Marcellae Viduae ad Principiam, ubi inquit; nulla eo tempore, quo

Marcella nimirum hoc vitae genus instituit, Nobilium feminarum noverant Roma propositum Monacharum, nec audebat propter rei novitatem ignominiosum, ut tunc praebatur, & vile in populis assumere nomen. Haec Alexandrinis Sacerdotibus, Papaque Athanasio, & postea Petro, qui persecutionem Arianæ haeresis declinantes, quasi ad entissimum communionis suae portum Roma confugerant, vitam Beati Antonii adhuc tunc viventes; Monasteriorumque in Thebaide Pachomii, & Virginitatis; ac viduarum didicere disciplinam, nec erubuit profiteri, quod Christo placere cognoverat, &c. Et quoniam eo tempore forebat in pluribus sanctis matronis monastica disciplina in Romanis suburbiis; ita de illis scripsit Hieronymus. Suburbanus ager nobis pro monasterio fuit; multoque ita vixit tempore, ut ex imitatione vestri panderemus, Romam factam Hierosolymam. Crebra Virginitatis Monasteria Monacharum innumerabilis multitudo, ne quod prius ignominia fuerat, esset postea gloria.

Miratur tamen Polydorus eos, qui tradunt Marcellam hanc primam feminarum auctam esse hoc institutum profiteri Romae, cum diu ante illam Pius Primus consecrationem Virginitatis puellarum instituerit, & Soter Papa qui secundo loco successit Pio, contulerit, ne Monacha ulla pallam attereret.

Porro, & si in veteri Ecclesia tonsura Clericis, & Monachis mandata fuerit, ut nos suo loco dicemus, à feminis tamen, quas Moniales vocamus nunquam est requisita. Pugnare enim videtur non solum cum verbo Dei, sed etiam cum ipsa natura. Nam Divus Paulus ait 1. Corint. 11. Omnis Mulier orans, aut prophetas non opero capite, deturpat caput suum. Vnum enim est, ac si decalvetur. Nam si non velatur mulier, tondetur. Quod si turpe est mulieri tonderi, aut decalvari, valet caput suum. Quod perinde est ac si diceret: Communi sensu perturpe est femina tala. Unde Plinius scribit lib. 11. cap. 37. capillorum desolium in muliere rarum esse. Et Zonaras exponens Canonem 17. Gangrensis Synodi, ait: Tam proprium novis Natura feminis esse comam, ut ipsi calvitium non fiat naturale.

Verum quia Paulus loco citato in genere de omnibus mulieribus loquitur, ideo excipi debent illae, quae Religionis ergo tonsuram assument, ut reliquis humiliores videantur. Divus quidem Hieronymus in Epistola ad Sabinianum testatur, morem fuisse suo tempore in Aegypto, & Syriae Monasteriis, ut tam virgo, quam vidua, quae se Deo vovissent; & seculo renunciantes; omnes delicias seculi conculcassent, cinem monasteriorum matribus offerrent desecandum, non interfecto postea contra Apostoli voluntatem incessit capite, sed ligato pariter, ac velato, neque hoc quinquam, praeter tondentes, & tonsas novissè, factum autem hoc esse ab ipsis nulla superstitioe, sed necessitate solum cogente, idem Hieronymus eodem loco testatur. Hoc inquit, duplicem ob causam de consuetudine versus est in naturam, vel quia lavacrum non adeunt, vel quia oleum nec capite, nec ore norunt, ne à parvis animalibus, quae inter cutem & crinem gigni solent, & concretis foribus, opprimantur.

Morem autem hunc cirros capillorum detondendi, peculiaribusque divis vovendi ab Ethnicis, ut pleraque alia in Christianam Religionem transiisse. Adrianus Junius in libro de Coma cap. 4. fatetur. Apud Romanos enim Vestales virgines tondebantur etiam, earumque crinis ad Loton arborem, Romae vetustissimam, cognomento capillaram consecrandus deferabatur, ut à Plinio memoriae est proditum.

Quando autem voto Virginitatis, aut caelibatus publico ac solemnè cum aliqua Episcoporum consecratione ceperint Moniales obligari, ita conjicere licet. Putant aliqui id sub Constantino Magno factum. Refert enim Eusebius l. 4. de vita ejus, Imperatorem hanc legem severam cortexisse, quae cavebatur apud praefatos, res servare, quibus libere careret, haeres esset fecundis. Sciebat enim prudens Imperator, aliquos esse qui optarent quidem

liberos, verum ob naturam imbecillitatem illis non succedere. Indignum igitur iudicavit, ut tanquam delinquentes punirentur. Et alios esse intellexit, qui abstinentiam quidem a conjugio, non quod liberorum procreationem horrerent, vel odissent, sed ob nimium philosophiæ Christianæ amorem. Ne hos quidem puniendos illa lege Imperator iudicavit, ut hæreditate excluderentur propinquorum suorum. Hoc ubi narravit Eusebius de Constantino, mox subiicit: *Mulierem ad perpetuam virginitatem se Deo consecrasset, necnon ad Sacerdotium Dei.* Quibus utique verbis haud obscure dicere voluisse videtur, Puellas, & Mulieres publicè in Ecclesiis, ab eo tempore receptas, quæ virginitatem, sive Cœlibatum profiteri constitissent. Sed hæc conjectura tantum est, cui lectores, quantum visum fuerit, tribuant.

18 Sunt qui Divum Basilium Magnum huius instituti, sive consuetudinis auctorem faciunt, Ambrosii, & Hieronymi demum ætatem sacratas Virgines, & Velatas ab Episcopo habere cœpisse. Vnde etiam Ambrosius *l. 1. de Virginitate* ad Marcellinam refert de Placentino Sacrandas Virgines. Item de Bononiensi, & Mauritania Mediolanum venire, ut ibi scilicet ab Ambrosio, ejus Urbis Episcopo, velentur. Hoc autem institutum suum velandi sacras Virgines, quod in Mediolanensi Ecclesia tunc, ut novum, & peregrinum reprehendebatur, conatur Ambrosius ex Tecla, tanquam traditionem Apostolicam probare, ac tueri.

19 Polydorus Virgilius *de invent. rer. lib. 4. c. 13.* consecrationes Virginum sacrarum, quibus nimirum vota continentia facientes Religioni addicuntur, Pii Primi Romani Pontificis institutum esse arguit. Habetur *fiat. Ubi decretum in can. virgines 20. q. 1.* in quo hæc leguntur: *Non consecrandas sacras Virgines, nec velamen eis imponendum, nisi in Epiphania in Sabbato Pascha, & in Apostolorum natalitiis, nisi mortis causa urgente.*

20 Tertullianus librum scripsit de velandis virginibus, ex quo titulo nonnulli colligunt ejus tempore Virgines sacras dedicatas, & velatas esse. At certum est librum hunc Tertulliani nihil minus spectare, quam virgines ab Episcopis consecratas, sed hoc est libri ejus argumentum. Virgines Carthaginensium veniebant in Templâ apertò capite. Id factum cum à quibusdam reprehenderetur ex Pauli verbis ad Corinthios Carthaginenses responderunt locum illum Pauli tantum de nuptis mulieribus, non de Virginitate intelligendum esse. Tertullianus itaque probat, verba illa Pauli pertinere ad omnes, & tam Virgines, quam nuptas in actu sacro velari oportere.

21 Ab initio autem huius ritus sive consuetudinis, tam à Sacerdotibus, & Presbyteris, quam ab Episcopis consecrabantur, ut ex Ambrosio intelligitur, qui *lib. 3. de Virginitate* ad Marcellinam ita præscribit: *Ante plerique maturioris ætatis virgines esse velandas. Neque ego abnuo, Sacerdotes cautiones esse debere, ut non temerè puella velentur.* Idem ad virginem lapsam, ante veli, inquit, *impositionem Sacerdos dicit &c.* Innocentius etiam primus in Epistola ad Victricium *c. 12. Quæ Christo* inquit, *spiritualiter nubunt, & à sacerdote velantur, can. 10. 27. q. 1.*

22 In Concilio autem Carthaginensi *2. can. 3.* prohibitum fuit, ne consecratio puellarum, seu Virginum à Presbyteris fieret, *can. si jubet sanctitas 26. q. 6.* Factum æra 428. circa tempora Syricii Papæ. Et in Carthaginensi tertia Synodo *cap. 36.* Sancitum fuit, *ne Presbyter hoc faceret, inconsulto Episcopo.* Et Eutychianus Papa constituit, *ut Abbatis præsumens velare Virginem, vel viduam, excommunicetur, can. statumus 20. q. 2.*

23 Quoto autem ætatis anno virgines consecrari, seu velari debeant, variè traditur. Divus Paulus vult ordinari viduas Diaconissas, in quarum locum postea sanctimoniales substitutæ sunt, sexagenarias. In his enim vigor ille naturæ, & prolificus prorsus interiisse, ac defecisse videtur. Nulla enim est, quæ post sexagesimum annum concepisse referatur, nisi miraculo id factum sit ac præter naturam ordinem quod Saræ Abrahami Vxor accidit *Genes. 18.* At Apostolum loqui de viduis, quas Ecclesia

eo tempore aluerat, probat Bellarm. *de Monach. cap. 35.* & quæ à Paulo hoc loco de viduis dicuntur, ea *cap. 24.* ad moniales refert, indeque probat, matrimonia post votum editum illicita esse, quia damnationem habeant, quæ primam fidem irritam faciunt. Gregorius Magnus etiam *lib. 3. epist. 11. nullum Episcoporum,* inquit, *fraternitas tua nisi sexagenariam virginem, cuius ætas hoc, atque mores exegerint, velare permittat.*

In Concilio Romano, sub Sylvestro habito *c. 10. San. 24.* citum est, *ut nullus Episcoporum Virginem Sacratam benedicere attentet, nisi eam probaverit septuaginta duorum annorum esse, ubi probari possit iudicium vere pudicitia, & ut deinde uncto vertici, introducat ad nuptias Christi, velamen capitis ferens.*

Imminutum est autem hoc annorum tempus. Nam in 15 Cæsaraugustano Concilio *c. 8.* decernitur, *non velandas Virgines, quæ se Deo voverunt, nisi quadragesima annorum probata ætate, quam Sacerdos comprobaverit.* Sic etiam in Agathensi Synodo Sancitum fuit *c. 19. ut Sanctimoniales, licet vita, & mores earum probati sint, tamen ante annum ætatis quadragesimum non velentur.* Gratianus *20. q. 1. c. 1.* citat hunc Canonem ex Carthaginensi Concilio, sed falsa est inscriptio. Leo Primus etiam constituit, *ut Monacha non acciperet velaminis capitis benedictionem, nisi probata fuerit in virginitate sexaginta, alii legunt quadragesima annos, to. 1. Concil. fol. 716. Sabellicus enead. 8. l. 2.* Meminit etiam Platina, & Valer. Anselm. Idem etiam sancitum fuit in Chalcedonensi Concilio *can. Diaconissam 27. q. 1.* ne videlicet, *Diaconissa non ordinetur ante quadragesima annos, & ut hoc cum diligenti probatione fiat.* Ubi notandum, quod Glossa apud Gratianum hoc loco contrahit hanc legem Chalcedonensis Concilii de Diaconissa, sive ut hodie vulgò appellatur de Moniali, ad Abbatissam. Quod sanè commentum est. Nam Cæsaraugustana Synodus de Virginitate hæc statuit, & in neutro istorum Conciliorum mentio ulla fit Abbatissæ. Ad hanc ætatem abque dubio respexit etiam Basilus, quando *questione 15.* juvenes in Virginitatis professione maturam ætatem, & iudicii confirmationem expectare jubet.

Sed & hoc tempus, tanquam nimis longum esset, restrictum est, & constitutum, ut statim post vigesimum quintum ætatis annum posset virgo quælibet votum monasticum suscipere, & à Prelato consecrari. Ita enim decrevit Pium Primum Romanum Pontificem Gratianus refert *20. q. 1. can. Virgines non velentur ante viginti quinque annos, nisi forte necessitate periclitantis pudicitia virginitatis.* Sed falsò adscribitur Pio. Nam in decretalibus ejus epistolis prorsus non invenitur. Testatur hoc etiam Glossa correcti Gregoriani juris *20. q. 1. can. 15. Caput hoc* inquit, *inter decreta Pii non est inventum, & abest à tribus vetustis Christiani exemplaribus, sed ex Gelasii Primi decretum 10. epist. 1. ad Episcopos Lucanæ cap. 14. & 15. Idem Gratianus 20. q. 1. Carthaginense quartum Concilium sancivisse, ut ante annos viginti quinque ne Diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, nec lectores populum salvent.* Eodem verba extant *dist. 77. & simpliciter ibi dicitur, esse ex Africano Concilio.* In tomis autem Conciliorum, qui à Laurentio Surio editi sunt, hic Canon non in quarto, sed tertio Carthaginensi Concilio habetur, ubi etiam adnotat Surius, hoc Capitulum in quibusdam vetustis, codicibus sic habere: *Placuit, ut lectores populum non salvent, & ut ante annos viginti quinque nec Clerici ordinentur, nisi primum divinis scripturis instructi, vel ab infantia eruditi propter fidei confessionem, ut consecrationis virginum mentio nulla hic fiat.* Reperitur tamen in Milevicana Synodo sub Arcadio & Honorio Augustis celebrata *can. 26.* ubi etiam conceditur *intra annos viginti quinque virgines consecrare, si necessitas possulet.* Et quid per necessitatem intelligatur explicat, sic enim habent verba Canonis: *Placuit, ut quicumque Episcoporum necessitate periclitantis pudicitia virginalis, cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel aliquo etiam minori serupulo periculoso*

compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velaverit virginem, seu velavit intra viginti quinque annos ætatis non ei obstit Concilium, quod de isto annorum numero constitutum est. Idem etiam sancivit Synodus Arelatenfis *cap. 27.* Tutonenfis etiam Synodus *c. 20.* constituit, *ne ante annum ætatis vigesimum quintum virgines velentur.* Et Basilus Magnus *interrogatione 15.* in Regulis docuit eam, quæ se sua sponte Deo offerat, & virginitatem amplectatur, si annum decimum octavum compleverit, in virginum ordinem referendam esse.

27 Verumtamen, & hoc tempus restrictum fuit progressu temporis, & constitutum, ut statim post annos pubertatis, hoc est post duodecimum ætatis posset, quæ votum ordinis, & vitæ Monasticæ suscepisset, etiam à Prelato consecrari. Ante duodecimum autem ætatis annum, ne ex parentum quidem jussu, & confirmatione votum ab iis factum ratum fuit. Unde & Carolus Magnus cavet in Constitutionibus suis Aquigrani *ut infantula ætatis puella non velentur ante quam illa eligere sciant, quid velint.* Mox tamen Triburiensis Synodus anno 895. *cap. 24.* decrevit; *Si virgo, etiam ante annum duodecimum sponte, ac propria voluntate velamen sacrum sibi imponerit, ut velata permaneat, licet patronus ejus eam repetere velit.* Atque ita paulatim hæc res à veteris Ecclesiæ sententia recessit.

28 Divus Ambrosius, cum à quibusdam reprehenderetur, quod virgines admodum puellas Deo pateretur consecrari tali excusatione usus fuit: *Dei Sacerdotem oportere quidem in hoc negotio rationem ætatis habere.* Verum inquit, non annorum, at castitatis, gravitatis, constantiæ, educationis, & consilium. Quod vero ad annos attinet, eorum causa nullas excludendas à virginitatis professione. Ambrosii verba hæc sunt: *Ante plerique maturioris ætatis Virgines esse velandas. Neque ego abnuo, Sacerdotalis esse cautiones debere, ut non temerè puella velentur. Spectet planè, spectet ætatem Sacerdos, sed fidei, vel pudoris, spectet maturitatem verecundia; examinet gravitatis castitatem; morum senectam, pudicitiam annos, animos castitatis. Tum deinde, si matris cura custodia, comitum sobria sedulitas. Si hoc præsto sunt, non deest Virgini longæva castitas. Si desunt, differatur puella, moribus quam animus adolescentior. Non ergo ætas rejicitur florentior, sed animus examinatur. Et ceritè Teclam non senectus, sed virtus probavit. Et hinc quid plura contexam? Cum omnis ætas habilis Deo perfecta sit Christo, &c. Et mox duo subdit testimonia: *Ex ore infantium, & lactentium profecti laudem.* Et: *Sinite parvulos venire ad me.**

29 Reliquum est, ut dicamus, quæ fuerit ratio hoc tempore velandi, & consecrandi virgines istas. In Carthaginensi igitur Synodo quarta, quæ habita est juxta Prosperrum anno 401. vel juxta Marianum Scotum 418. Sancitum fuit *cap. 11. ut Sanctimonialis Virgo, cum ad consecrationem suo Episcopo offeratur, in talibus vestibus producat, quibus semper usura sit, professione, & Sanctimonialia aptis, can. 24. dist. 25.* Deinde adducebatur ad Altare solemnium conventu, accensiq; candelis, cui tum Sacerdos ante veli impositionem dicebat: *Aspice filia, & intue, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui, ut concupiscas Rex decorem tuum.* Ad quæ verba simul tegebatur velo, tanquam castitatis, & verecundiæ testimonio, & omnis populus acclamabat, *Amen.*

30 Optatus Milevitanus *lib. 2. ad Parmenianum* indicat, virginibus mitras impositas fuisse. Videtur autem per mitras nihil aliud intelligere, quam velum. Preces tum super Virginem velatam dicebantur ex institutione D. Ambrosii *de Virginitate instit. c. 7.* Accurrebant denique ad velatam certatim matronæ Religiosæ, & nobiles oscula ejus petentes. Sunt hæc desumpta ex libro Ambrosii ad virginem lapsam, quæ prope modum extant apud Hieronymum sub titulo Epistolæ ad Matrem, & filiam. Ex Alcimo Avito Apparet, pluribus in locis Moniales christinate quoque inunctas fuisse.

Post plura secula habuit hoc Monasticæ vitæ genus cœtus Virginum, sive monialium aut Sanctimonialium. Ac testatur Gregorius Magnus *lib. 6. epist. 23.* suo tempore tria millia ancillarum Dei Romæ fuisse. Monialium autem in Benedictinorum familia Scholasticæ, Soror Benedicti, fundatrix fuisse perhibetur. Quemadmodum enim Benedictus virorum primus, ita Scholastica Virginum prima Congregationes suo tempore instituit, earumque regularem vitam certis legibus, & ordinibus adhibitis, inchoavit, Panthaleon. in Chron. Obligavit etiam Sanctimoniales ejus temporis ad Regulam Benedicti Synodus quædam Franciæ *tom. 2. Concil.*

De exercitiis autem, institutis, & consuetudinibus 32 Sanctimonialium illius temporis constitutum invenio à D. Gregorio Magno *ne Baptizatorum commatres fiant.* Quo decreto nimiam familiaritatem cum laicis, tam viris, quam mulieribus eis prohibere voluit. Deinde in Cabillonensi Synodo *cap. 59. præcipitur, ut Sanctimoniales in Monasterio constituta habeant studium in legendo, & in cantando, & in Psalmorum celebratione, sive oratione. Et horas canonicas, matutinam videlicet, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperinam, Completorium pariter celebrent. Et omnes, excepta quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, & omnibus diebus ad collationem veniant.*

Adelhelmus Durotellus, Malmesburgenfis Cœnobii 33 Abbas laudat hoc nomine sanctimoniales, quod sacris litteris incumbant, quod historias evolvant, variasque Patrum expositiones, & chronologias legant. in libro de virginitate 61. Cabillonensis Synodi sancitur, *non debere Sanctimoniales in propriis mansionibus, seu Cellis suis cum aliquibus masculis Clericis, sive laicis consanguineis sive extraneis bibere, sive comedere. Sed si quando id agendum sit, in auditorio agatur, & ubi auditorium desit, non fiat. Et cum nullo masculino eis colloquium habere liceat, nisi in auditorio, & ibi coram testibus.* Et *cap. 62.* statuitur: *Ut Sanctimoniales, nisi forte Abbatis pro aliqua sua necessitate incumbente, illas mittente, nequaquam de monasterio egrediantur. Hæc vero quæ famulos, aut famulas non habent, ad exercenda negotia ad portam Monasterii perveniant, & ibi coram Testibus negotia sua conficiant.* Similiter constitutum fuit in Concilio universalî Constantinopolitano *6. c. 46. Sanctimoniales extra Monasterium, ne progrediantur. Quod si necessitas hoc eas facere cogat, id faciant cum benedictione ejus, qua præst eis, tuncque non sola per se, sed cum aliquibus vetulis, & quæ in Monasterio prima sunt, exeant. Extra verò curandi venia non datur.*

In Synodo Aurelianensi quinta anno 552. habita *cap. 19. 34* sancitur, *ut illa puella qua vel propria voluntate Monasterium expetunt, vel à parentibus offeruntur, annum in ipsa veste, qua intraverunt permaneant. In iis verò Monasteriis, ubi non perpetuo tenentur inclusa, triennium in ea, qua intraverunt, veste permaneant, & postea secundum statuta Monasterii ipsius in loco, quo elegerint permanere, vestimenta religionis accipiant.*

Sanctimoniales fornicantes post tertiam verberationem in carcerem conjiciebantur, ibique cum pane, & aqua per annum penitentiam agebant, juxta Bonifacii Germanorum Apostoli, Decretum in Synodo factum Annorum 742.

In Concilio Sexto generali Constantinopolitano *cap. 36* 4. Sancitur. *Si quis Episcopus vel Presbyter, vel subdiaconus, vel lector, vel Cantor, vel ostiarius Monacham vitiarit, deponatur, Laicus vero segregatur.* In eodem Concilio *cap. 45.* præcipitur, *ne furtivè Monacha induantur sericis, aut aliis sumptuosis vestibus eo die, quo ingressæ sunt Monasterium.*

Consecrabantur autem, seu velo ornabantur ab Episcopo, in cujus erant Diocesi, non ab Abbatisa. Hoc enim fieri prohibet Patristica Synodus sub Ludovico, & Lothario celebrata *cap. 41. & 43.* Ritus autem consecrandi, velandi, & initiandi Moniales indicatur in veteri quadam

Agenda circa annum Domini 900. scripta. Primum vestimenta quibus deinceps nova nupta ordinanda erat, consecrabantur in Altari ab Episcopo. Post iis induebatur, solum velum Episcopus reservabat, Ipsa verò consecratis jam induta vestibus, duos utraque manu cereos tenens ardentes, ad altare accedebat, ibique sese prosternebat. Post lectum verò Evangelium Episcopus ipse hac orationis forma benedicebat.

38. Deus plasmator corporum, afflator animarum, qui nullam spernis aetatem, non sexum reprobas, non ullam conditionem gratia tua ducis indignam, sed omnium creator equalis, & redemptor, tu hanc famulam tuam, quam ex omni numero gregis bonus pastor eligere ad servandam coronam perpetuae Virginitatis, & castimonia dignatus es anima, tuo protectionis scuto circumtege, & ad omne opus virtutis, & gloria magis ornante sapientia preparato, ut vincens carnis illecebras, & illicita convivia recusans, insolubilem filii tui Domini nostri Jesu Christi copulam mereatur. Hinc petimus, Domine, arma suggeras, non carnalia, sed spiritus virtute potentiam tribuas, ut te muniente illius sensum, & membra, in ejus corpore non possit dominari peccatum, atque sub tua gratia vivere cupiens, nihil sibi malorum defensor, & inimicus honorum de hoc vase, jam tuo nomini consecrato, prevaleat vendicare. Omnem etiam genuinum calorem imber gratia celestis extinguat. Lumen verò perpetuae castitatis accendat, facies scandalis pudica non pateat, nec incautus occasionem tribuat negligentia delinquendi: sicque in ea causa Virginitatis, & ornata pariter, & armata fide integra, spe certa, charitate sincera, ut preparato animo ad continentiam virtus tanta praestetur, qua superet diabolica universa signimenta, atque contemners praesentia, futura sectetur, Jejunia carnalibus epulis praeferat, & lectiones sacras convivii, & potationibus anteponat, ut orationibus pasta, & eruditio nibus expiata; luminata vigiliis opus gratia virginalis exerceat. His virtutum armis hanc tuam famulam interius, exteriusque communiens, praesta ei inoffensum cursuum virginitatis implere per ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, qui tecum, & cum Spiritu Sancto vivit, & regnat in aeterna secula seculorum, Amen.

39. Et accepto velo consecrato, virginis capiti illud imponebat: Accipe, inquit, velum, Puella, quod perferas sine macula ante Tribunal Domini Nostri Jesu Christi, ipso auxiliante, cui est honor, & gloria in secula seculorum.

40. Eamque his consecrabat verbis: Domine Deus, qui humanam substantiam in primis hominibus diabolica fraude contaminatam, ita verbo tuo, per quod omnia facta sunt, reparas, ut eam non solum ad prima originis innocentiam revoces, sed etiam ad experientiam quorundam bonorum, qua in novo saeculo sunt habenda, perducas, & obstrictos adhuc conditione mortalium, eam ad similitudinem provehas Angelorum, respice, Domine, super hanc famulam tuam, qua in manu tua continentia sua propositum collocans, tibi devotionem suam offert, a quo ipsa vota sumpsit. Quando enim animus mortali carne circumdatus legitur natura, libertatem licentia, vim consuetudinis, & simulatos aetatis evinceret, nisi tu per liberum arbitrium hunc amorem virginitatis clementer accenderes? Tu hanc cupiditatem in ejus corde benignus avertere? Tu fortitudinem ministras? Offusa namque super omnes gentes gratia tua ex omni natione, qua est sub Caelo, in stellarum innumerabilem numerum novi Testam. haec dicitur adoptatis, inter ceteras virtutes, quas filii tuis, non ex sanguinibus, neque ad voluntatem carnis, sed de tuo spiritu genitis indidisti, etiam hoc donum in quaedam mentes de largitatis tua fonte defluxit, ut cum honorem nuptiarum nulla inderidita minuisent, ac si per sanctum nuptiarum initialis benedictio permaneret, existerent tamen sublimia res amare, qua in viri, ac mulieris copula fastidiunt connubium, concupiscerent, sacramentum, nec imitarentur, quod in nuptiis agitur, sed diligerent quod nuptiis praenoscitur. Agnovit Auctorem suum Beata Virginitas, &

amula integritatis Angelica, illius thalamo, illius cubiculo se donavit, qui sic perpetua Virginitatis est sponsus, quemadmodum perpetua Virginitas est sponsa. Implorantibus ergo auxilium tuum, Domine, praesta benedictionis tuae munimen, & regimen, ne hostis antiquus, qui excellentiora studia subtilioribus infestat insidiis, ad obscurandam perfectam continentiam palmam, per aliquam mentis serpat incuriam, & rapiat de proposito virginum, quod etiam moribus non esse nuptiarum. Sit in ea, Domine, per donum spiritus tui prudens modestia, sapiens benignitas, gravis lenitas, casta libertas. In charitate ferveat, & nihil extra te dilgat. Laudabiliter vivat, laudari non appetat. Te in sanctitate corporis, Te in anima sua puritate glorificet. Amore te timeat, amore tibi serviat. Tu ei honor sis, Tu gaudium, Tu voluptas, Tu in more solatium, Tu in ambiguitate consilium, Tu in injuria defensor, in tribulatione patientia, in paupertate abundantia, in jejunio cibum, in infirmitate medicum. In te habeat omnia, quem diligere appetit supra omnia, & quod est professus, custodiat, scrutatori pectorum non corpore placitura, sed mente. Transseat in numerum sapientium puellarum, ut celestem sponsum, accensis lampadibus, cum oleo preparationis expectet, ne turbata improviso Regis adventu, sed secuta cum lumine, & praecedentium choro latenter occurrat, ne excludatur cum stultis, regalem januam cum sapientibus virginibus introeat, & in Agni tui perpetuo comitatu probabilis mansura castitate permaneat.

Huic consecrationi tandem preces subijciebantur ad Deum pro perseverantia. Porro quemadmodum Monachi Abbates, sic Monachae, vel Sanctimoniales Abbatissas habuerunt. De harum verò negligentia Turonenfis tertia Synodus anno Domini 813, juxta Sigibertum habita ita conqueritur cap. 26. In Monasterio Puellarum multa inveniri possunt, qua emendatione indigent. Nam quaedam Abbatissarum negligentius quam oporteat, vivere dicuntur, & ob hoc earum vita, & conversatio a multis distamatur. Sed & talium actus subdanti familiarum imitari velle, credendum est. Vicius etiam, ac vestimenta, aliisque nonnulla necessaria, qua jure ab Abbatissis preparari debuerat, abstracta sibi eadem conqueruntur familia.

Unde in Cabillonensi Synodo anno 813, celebrata, 42 ob reformationem Abbatissarum hujusmodi canones editi sunt de officio illarum cap. 52. Monasterio Puellarum tales praefici debent foeminae, & Abbatisse creari, qua & se, & subditum gregem cum magna religione, & sanctitate custodire norint, & his, quibus praesunt, prodesse non desinant. Sed & se, & illas ita observent, ut pote vasa Sancta in ministerio Domini preparata. Talem enim se debet Abbatissa exhibere subditis in habitu, in veste, in omni convictu, ut eis ad caelestia regna pergentibus ducatum praebeat. Sciat etiam, se pro his, quas in regimine accepit, in conspectu Domini rationem reddaturam.

De eisdem cap. 14. sic habet: Abbatissa diligenter 43 habeat curam de Congregatione sibi commissa, & provident, ut in lectione, & in officio, & in psalmodiarum modulatione ipse sanctimoniales strenuas sint, & in omnibus operibus bonis illa eis ducatum praebeat, utpote pro animabus earum in conspectu Domini rationem redditura, & stipendia sanctimoniales praebeat necessaria, ne forte per indigentiam cibi, aut potus peccare compellantur.

Et cap. 54. Abbatissa cum viris Clericis, sive laicis 44 vis incompetentibus non loquatur, sed quicquid cum masculis Clericis, sive laicis de rebus necessariis peragere debet, a prima hora usque ad Vesperinam peragat, & hoc non cum singulis, sed coram pluribus.

Et rursus in cap. 56. praecipitur, ut a Vespera usque ad 45 primam, neque Abbatissa, neque aliqua sanctimoniales cum quibuslibet masculis ullum colloquium habeant, nisi forte talis fuerit occasio, quam evitare non possint, atque si necessitas incuberit, id coram Testibus faciant.

Abbatissam quoque adificare ea debere, aut restaurare, qua ad Sanctimoniales necessitatem pertinent.

46. De Abbatissis decrevit etiam Synodus apud Palatium Vernis habita anno 766. cap. 6. Ut nulla duo Monasteria habeat, nec extra Monasterium exeat, nisi necessitate cogente; Qua de re in Cabillonensi iterum Synodo hujusmodi quoque Canon extat: Abbatissa, qua in Civitate Monasterium habet, nequaquam de Monasterio egredietur, nisi per licentiam Episcopi sui, aut qui ejus vicem obtinet. Et si quando foras pergat, de Sanctimoniales, quas secum ducit, curam, & vigilantiam habeat, ut nulla eis detur peccandi licentia, sive occasio. Sed & cum pergat, in Monasterio talem vice sua constituere debet, qua de Sanctimoniales animabus curam, & vigilantiam habeat. Eadem habet canon. 30. Turonenfis Synodus.

47. In Synodo Foro-Julienfi cap. 12. Sancitum fuit, ut 47 nullo inquam tempore licentia sit Abbatisse, vel cuilibet Monacha Romam orationis gratia adire. Et Lullus, Episcopus Osvitames, Abbatissam excommunicavit, quod Virgines velatas sine suo consensu peregrinationes suscipere passa fuisset.

48. Non licebat autem Abbatissis manus imponere, ordinare sacerdotes, & Velare Virgines. Camque nonnullae Caroli Magni aetate hanc potestatem sibi arrogarent, prohibentur a Carolo in Constitutiombus suis, ubi etiam indicat, id contra morem Ecclesiae fieri, & monet Episcopos, ut interdiciant. In Parisiensi quoque Synodo sub Ludovico, & Lothario habita, praecipitur can. 41. & 43. ut Abbatisse, vel ceterae Sanctimoniales, vel viduae, vel virgines velent.

49. Divus Gregorius Magnus in Registro nullam omnino juvenulam, sed exagenariam tantum virginem ordinandam Abbatissam voluit, sicut etiam videre est in can. juvenulam 20. qu. 2.

50. Praeter haec a nobis haec tenus dicta, legenda sunt, qua de monialibus Sacrum Concilium Tridentinum, Constitutiones Apostolicae observari praecipunt, de quibus nos etiam alibi sparsim.

CONSULTATIO CIII.

De Confraternitatibus laicorum, earum origo, Progressus. De Canonissis. Quas functiones Capellani Confraternitatum in earum Ecclesiis peragere possint? Deque juri-bus parochialibus in earum Ecclesiis.

Confraternitates, sive fraternitates, societates, vel sodalitates, & Fratræ sunt mixtum quid ex Monachis, & laicis. Nam ut Laurentius Surius tom. 4. de vitis sanctorum indicat, multi devoti saeculares habitum, & regulam per omnia Religionum, sive ordinum Monachorum assumere saepe non valentes, & tamen societatem, sive participationem, & communionem orationis, & meriti Ordinis alicujus habere summopere expetentes, tunc sodalitates, sive Confraternitates instituunt, in quibus sub certis, non tamen rigidis observationibus, ac si in ipso ordine essent, in misericordia, aliarumque virtutum, ut sibi quidem pensandum habent, operibus, proficientes, Christo, & membris ejus pia exhibent obsequia, Magistri, qui his sodalitatibus praeficiuntur, stans diebus omnes laicos convocant ad ceremonias nonnullas celebrandas, ad orandum, pauperes alendos, ac similia peragenda. In supplicationibus publicis procedunt ordine, ut plurimum, facis, inloque contesti, sese flagello converberant in verae poenitentiae signum.

2. Originem harum fraternitatum Polydorus hb. 7. cap. 6. Ad Apostolos usque refert, atque extendit. Apostoli, inquit, statim ac Christus esse mortis effectus, officii memoriam Conventus facere, prout in Actis patet, ceperunt, ubi orando, consulendo, rem christianam propagandam mirum in modum curabant, non secus atque illi, qui eorum opera Religionem amplexi sunt postea facere, Teste Tertulliano in Apologet. qui cap. 39. ita scribit: Coimus in coetum, &

aggregationem, ut ad Deum quasi manum facta, precationibus ambiamus orantes. Haec vis Deo grata est. Oramus etiam pro peccatis, pro statu saeculi, pro rebus quiete. Coimus ad literarum divinarum commemorationem, si quid praesentium temporum qualitas, aut praemonere cogit, aut recognoscere, &c. Hoc Tertullianus Addit Polydorus: unde usus facile ad Posteros manasse videtur, ut profani quoque homines ceperint Apostolorum more divini cultus causa institere societates, sive ut ita dicam, fraternas charitatis Collegia, illisque magistris dare, qui statutis diebus reliquos socios convocarent ad ceremonias nonnullas celebrandas. Inde tot militum Ordines prodere. Duravit institutum, abiitque in varias societates, qua vulgo Confraternitates vocantur.

At institutum hoc multum distare videtur ab Apostolorum facto Collegium illi coetus fidelium, quibus Evangelium annunciarunt, cum quibus publice orant, sacramentis usi sunt, & pauperum rationem habuerunt. Ad haec fraternitate ea, qua inter omnes Christianos esse debet contenti fuerunt, de qua in catmine Graduum. Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum.

Rectius igitur illi sensisse videntur, qui fraternitates has a sodalitatibus Romanorum originem sumpsisse volunt. Cornelius Tacitus enim Sodales Sacerdotes Romulum inita cum Tito Societate, fecisse scribit; unde Titus Sodales. Et Suetonius sodales Augustales vocat, sicut apud Julium Capitolinum, Antonianus Sodales legitimus Plinius refert, Romulum instituisse Arvalium Collegium, sequae duodecimum appellari voluisse fratrem.

Originem verò apud Christianos harum fraternitatum ad Sanctum Bonifacium natione Anglum, & Germanorum Apostolum multi referunt, qui vixit circa annos Christi 730. Ab eo autem tempore, quo sodalitates istae esse ceperunt, longè, latèque sunt propagatae, inque varias societates, seu familias distinctae. Instituit etiam sodalitates talem Coelestinus, qui postea creatus fuit Pontifex Maximus, Surio Teste tom. 3. de Vir. Sancti. Est confraternitas, quam vocant Disciplinam Beatae Mariae Virginis, qua est Senis in domo hospitali de Scala. In hanc nulli admittuntur, nisi quorum fama integra, & bona existimatio, aut saltem esse censetur: ex hoc loco omnes ferè Italiae bene moratorum, sive disciplinatorum laicorum exercitationes, vel devotionis studia manasse volunt. Prodiertunt inde Joannes Columbini Jesuatorum Institutor primus, & ejus Socius Franciscus Petronius, itemque ordinis Montis Oliverii fundatores, & Vincentii de Petroniis, postea Carthusianus effectus, Andreas Gallerani, Bernardinus Senensis Albizefchi Instituti de obsevantia juxta aliquos in Minorum Ordine auctor, alique permulti, ut indicat Surius loco citato.

De Canonissis verò haec habeo. Cum Ludovicus Pius, 6. Caroli Magni filius, imperaret, in Concilio Provinciali Aquisgranensi anno tertio Imperii ejus habito Ordo Canoniarum saecularium constitutus est primò, teste Gobelino Persona in vita Meinulphi apud Surium tom. 5. de vir. Sancti. Sant autem quae continentiae quidem studium sectantur, absque tamen voti professione, & in Collegiis degunt, quibus etiam inde prodire, ac nubere licet.

Inter prima Monasteria pro Congregatione talium id numeratur, quod Meinulphus hic tempore Ludovici Primi Imperatoris extinxit. Tale etiam Collegium fuit Coxiense quod pro duodecim nobilibus puellis extructum est. Tale etiam fuit Lindovienfe Collegium.

In Comitibus sub Carolo V. & Ferdinando Primo Imperatoribus de harum Canonissarum reformatione promulgata quoque inter alia multa Constitutio his verbis circumferretur. Etiam si non habeant Canonisse, quam tamen decentissimum esse habere, mensam communem, sed suam quaque peculiarem, debent tamen commune habere dormitorium, ne pudicitia insidiatori Sathanae detur occasio ad incontinentium tentandam. Debent quoque a nimis exquisito, & procaci habitu abstinere, nec saecularibus comptis incedere vestibus exulta, sed in habitu modesto, mundo,

Es casto, ne sine earum Monasteria schola pudicitia, & virtutis, in quibus filianobilium discant non lascivire, non superbire, sed Deum timere, & orare. Pius affectus exercitio, ac moribus bonis, ubi voluerint nuptura in Domino. Talia autem Collegia, sicuti in his virgines ad liberariam vitam, famam suam in periculum adducant, per superiores, & Episcopos reformentur.

9 Canonissarum etiam frequens in Canonico iure fit mentio, & per singulos annos visitari iubentur. Summi tamen Pontifices protestantur, earum se Regulam non approbare De eisdem lib. 3. Clementin. tit. 10. cap. 2. ad hunc modum etiam precipitur: Illas mulieres, quae vulgo dicuntur Canonicae seculares Canonicam vitam ducunt, non renunciantes proprio, nec professionem aliquam facientes, per locorum Ordinarios, si exempta non fuerint, sua, si vero exempta fuerint, Apostolica auctoritate precipimus visitari, per hoc tamen non intendentes earum statum, Regulam, sive ordinem approbare.

10 De sodalitatibus multa non pluribus in locis scriptimus, nunc subjicimus hanc recentissimam Sacrae Rotae Romanae decisionem.

11 Taurinensium Jurium Parochialium, Veneris 28. Julii 1688.

12 Cum Confratres Beatae Mariae Gratiarum, & Sancti Antonii Abbatis Oppidi Paduacini agnoverint, non posse, servato juris ordine, & in iudicio subsistere exercitia aliquarum functionum in suis Oratoriis, seu Ecclesiis per suos Capellanos, ut missas, & Vesperas solemnes celebrare, confessiones audire, mortuos sepelire, Sacramenta ministrare, publicas ducere processiones per Parochiae limites, ac Novenas occasione Sanctissimi Sacramenti, peragere, illiusque expositiones publicae fidelium adorationi cum benedictione in praedictis novenis, ac aliis festivitatibus in praedictum Parochi Coradi Ceregiae, praetendentis ad ipsum haec omnia in sua Parochia privative spectare, dum semper contrarias reportaverunt sententias tam ab Archiepiscopo Taurinensi de anno 1665, & 1688. quam de anno 1654. ad Illustrissimo Nuncio Apostolica Taurinensi, in qua fuit denegata remissio causae ad dictum Archiepiscopum & confirmata inhibitione Confratres exercent controversas functiones.

13 Mutato idcirco consilio, obtinuerunt a Sanctissimo Breve Apostolicum, quo ipsis concedebatur facultas, ut Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in eorum Ecclesia, debitis tamen cum honore, & reverentia assidue, ac perpetuo asservare, illudque per Presbyteros ipsius Ecclesiae, ministrare facere liberè, & licite Summario Parochi num. 8. quod ab Archiepiscopo Taurinensi Iudice delegato fuit executioni demandatum, non citato, neque audito Parocho, a quo ipse appellavit, & commissa causa per breve Auditori Generali Nunciaturae reportavit sententiam revoctariam alterius Archiepiscopi cum mandato de manutenendo in exercitio functionum peragendarum per ipsum, vel alium de eius licentia Sacerdotem in Ecclesia Confraternitatis, item cum declaratione, quod Confraternitas non possit asservare Sanctissimum Sacramentum, non obstante dicto Breve dicto Summario n. 10.

14 Provocavit iterum ab hac sententia Auditorem Confraternitas, & causa mihi commissa: dubium proposui, cui esset dandum mandatum de manutenendo, & responsum dederunt domini, mandandam manutentionem Parocho in exercitio controversarum functionum, ipso tantum informante.

Et sic decidendi fuit ratio, quia Parochus habet fundatam intentionem ex assentia juris tam in Ecclesia Parochiali, quam intra fines totius Parochiae privative quoad omnes alios circa administrationem Sacramentorum & actionem oblationum funeralium, & exercitium omnium actuum, & iurium parochialium, c. dilectus de Capell. Monach. cap. 1. & 3. de sepult. cap. 2. de Paroch. Clemen. Dicitur. §. Verum de sepult. cap. Statuimus ut sedes 1. quest. 1. Barbof. de offic. Parochi part. 1. cap. 12. n. 2. Panimolo decis. 1. annot. 3. n. 2. decis. 2. num. 5. Rota decis. 124. a. num. 1. decis. 214. num. 6. & 7. part. 12. &

decis. 231. num. 2. part. 13. decis. 225. num. 1. par. 16. per quam rectè datur manutentio decis. 214. num. 6. & 7. par. 12. Panimolo decis. 1. annot. 9. num. 7.

Idcirco ratione sui officii, & ad conservanda iura sua potest prohibere Clericos, aliique Capellanis, ne in Oratoriis, sive Ecclesiis sitis intra limites Parochiae quaecumque de causa praesument sine sua praesentia, vel saltem consensu missas, sive votivas, sive alias privativam, vel in capto celebrare, Innoc. in cap. su. de cens. Zabarell. conf. 8. Baixo in prax. Eccles. part. 3. quest. 66. Lezen. tom. 2. quest. regu. cap. 15. nu. 22. & 29. Bordon. tom. 3. oper. moral. part. 2. resol. 72. n. 23. & Mantio. decis. 294.

Similiter interdicitur valet Confraternitatum Capellanis, ne in illarum Ecclesiis solemniter celebrent, confessiones audiant, Sacramenta ministrant, mortuos sepeliant, nec tolemnes pro illis missas, vel alia officia praefectibus cadaveribus, ibem fortasse tumulandis, sine expressa Ordinarii & Parochi licentia, Laur. de Franch. controuv. inter Episc. & Regular. q. 1. de erect. Confrat. in addit. n. 222. & 226. Barbof. de jur. Eccles. lib. 2. cap. 2. num. 105. & in collect. apof. decis. Confraternitas n. 17. Capon. discept. forens. tom. 4. discept. 276. n. 32. Jul. Lavor. var. elucubr. tom. 2. cap. 20. Pellizar. in man. Regu. tom. 2. tract. 8. cap. 20. sect. 6. n. 288. Bordon. ubi supra resol. 72. n. 22. quibus adtipularur Synodus Taurinensis tit. 12. de Sacrament. poenitent. §. 2. fol. 49. & de Confraternitatibus, seu sodalitat. laicor. §. 2. fol. 116. dicto Summario num. 10.

Sicuti Parochus rectè cogit Capellanos Confraternitatum, ut in suis Ecclesiis, seu Oratoriis diebus festis missam celebrent horis assignatis, & post missam Parochialem Nicol. canon. elucubr. lib. 3. tit. 41. n. 7. tom. 2. Gavant. in manual. Episcop. v. missa num. 21. & num. 5. Panimoll. decis. 5. annot. 1. n. 25. cum quibus pariter concordat Synodus Taurinensis dicto Summario num. 10.

Ac etiam licet Parocho prohibere, ne processiones Confraternitatum extendantur, & incedant per vias Parochiae, sed tantum muros Oratorii sive Ecclesiae circumire; nisi de licentia, consensu, aut cum Cruce Parochi, ut in Regularium Confraternitatibus pluries declarasse Sacram Congregationem, docent Gallus post tract. de restitu. in integr. in com. ad Constit. Urbani Octavi de praedict. Eccles. n. 172. Barbof. de potest. Paroch. part. 1. cap. 12. num. 13. Frances de Eccles. Cathedr. cap. 25. n. 353. Novat. in Summ. Bullar. part. 1. com. 104. n. 2. & lucern. Regular. v. Processiones num. 24. & 25. Nicol. canon. elucubr. lib. 1. tit. 31. de processio. n. 14. tom. 2. & neque super hoc deficit similiter Synodi Taurinensis dispositio d. summ. n. 11.

Insuper in Oratoriis Confratrum non potest retineri, nec exponi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, ut monet Sacra Congregatio Episcoporum interrogata, Gavant. in rubric. v. Confraternitas num. 21. Pignatelli tom. 4. consult. 84. neque Episcopi talem licentiam concedere possunt pro Ecclesiis non parochialibus, sed requiritur Sedis Apostolicae auctoritas, Barbof. in Concil. Trident. sess. 13. cap. 6. nu. 3. & in collect. c. 110. & dato quod Archiepiscopus Taurinensis in praedictis Oratoriis sex aliqua publica, & iusta causa expositionem concedat, fieri debet benedictio a Parocho, vel alio Sacerdote de eius licentia ut cavetur in Synodo sess. 13. §. 2.

Ultra juris assententiam, qua gaudet Parochus, reperitur etiam in quasi possessione exercendi omnes functiones controversas in Ecclesia Confraternitatis per se, vel per alium de eius licentia, ut probant Testes formiter examinati dicto Summario num. 13. de quo etiam testantur tres Sacerdotes ad instantiam Confraternitatis in partibus producti, qui contra contradicentem, & producentem plenè probant Rota decis. 73. n. 15. & 310. n. 10. & 409. n. 4. p. 19. Praesertim quia sunt informati & deponunt, & in iudicio manutentionis superabundant decis. 279. n. 4. & 5. post Polh. de manuten. & dec. 356. n. 5. p. 9. n. 2.

Concurrunt pariter observantia clienta ex licentia Archiepiscopi concedentis sub explicita conditione assententis Parochi,

Parochi, & haec subsequenti eisdem consensu, d. Summario num. 3. & 4. per quos actus, nedum Parochi jus laicum non fuit, verum sua iurisdictione confirmata remansit, Lotter. de re benef. lib. 1. q. 33. n. 74. Rota dec. 124. n. 5. p. 12. dec. 231. n. 3. & 4. part. 13. quique tribuunt sufficienti jus pro manutentione, & decis. 214. num. 2. 3. 4. p. 12. & dec. 231. n. 3. & 4. p. 13.

23 Non obstat indulgentiam Apostolicam impetratam a Confraternitate, quo ut supra dictum est, conceditur facultas servandi, & ministrandi sanctissimum Eucharistiae Sacramentum. Tum quia fuit obtemperatum, nulla facta de lite mentione, nec de sententia contrariis. Ideoque uti subrepticum, executionem non meretur, c. me lit. pend. cap. olim de re judic. Rota dec. 370. n. 4. p. 5. Rota de execut. lit. Apostolic. p. 1. c. 1. n. 14. p. 2. c. 2. n. 11. & 12. Rota dec. 2. n. 17. coram Gregorio. Tum quia Archiepiscopus malè processit ad illius executionem sine ulla causa cognitione & sine Parochi citatione, omnino necessaria, itante clausula, Constito tibi de narratis, quae facit executorem mixtum, Rota ubi supra p. 1. c. 4. n. 145. Ridul. p. 2. c. 5. n. 124. 135. Eoque magis quia colligitur ex tenore Brevis Papae nonnullis Parochum in nihilo praedictum, dum appositum clausulam, sine ullo iurium iuriam Parochialium praedictio, quae conservat in totum iura Parochi, Rot. dec. 124. n. 7. & 8. pag. 12. & dec. 231. n. 14. pag. 13.

CONSULTATIO CIV.

An & quatenus dimissio habitus regularis censenda sit temeraria? Quid de dimissione habitus ante sententiam nullitatis professionis? An veniunt ad contrarium sensu quando valet? Quando Regularis audiri possit, non resumpto habitu? Quid si sententia nullitatis professionis praetendatur nulla, tanquam lata non a Superiore loci emissa professionis? Quando sententia dicatur nulla? Temeritas dimissionis habitus in quo consistat? Testium Sacerdotum fides. Fratrum conjunctorum, amicorum testimonium an, quatenus, & quibus in causis admittatur? Dimissio habitus regularis quando licita, etiam ante sententiam nullitatis professionis? Quando permittendum Regulari, ut, resumpto habitu, & extra Monasterium causam nullitatis sua professionis coram suis Iudicibus deducat? Decretis Sacrae Congregationis Concilii quando fides sit adhibenda?

ET quidem dimissio habitus regularis post sententiam nullitatis professionis non censetur temeraria, sed tunc solum, si facta sit sine iusta causa. Ita tradunt communiter doctores, innixi decreto Sacri Concilii Trident. sess. 25. de regul. ibi; Quod si antea habitum spontè dimiserit; Unde si dimissio fiat post deductam causam nullitatis, ac post sententiam definitivam superioris Regularis, & Ordinarii non est temeraria. Cum enim Sacrum Concilium prohibeat, temerariamque decernat dimissionem habitus spontè factam antea, non prohibet, nec temerariam iudicat, sed potius permittit dimissionem, quae facta est postea, suscepto argumento a contrario sensu quod valet in verbis legis per Text. in l. 1. §. huius rei, ubi Doctores ff. de offic. ejus, ac Rotam dec. 185. n. 7. p. 1. rec. & in similibus terminis Navarr. conf. 26. n. 13. & conf. 73. n. 1. de regul.

2 Concurrente praecipue certioratione, & assensu Generalis Ordinis etiam extra Capitulum, totam Religionem representantis, ut in specie tradit Rota in Tolerana professionis 14. Novembris 1594. coram Pamphilio seniori per haec verba: Domini itererunt in resolutis coram R. P. D. meo Arrigono, quoad Joannes sit audiendus, etiam non reassumpto habitu. Quia cum illum dimiserit, prius discussa causa invaliditatis professionis, & praevia sententia lata per ordinarium Tolerantem cum interventu sui Superioris iuxta formam Concilii Tridentini, sess. 25. cap. 19. de regular. cui sententiae Religio acquievit, non potest hodie cogi ad illum reassumendum &c.

Non obstat appellatio &c. Quod quidem est separatim a dimissione habitus, cuius respectu sufficit, quod Religio acquieverit sententiae, agnoscendo nullitatem professionis, & dederit ei licentiam dimittendi habitum &c. Sic Rota.

Et in fortioribus quod sustineatur dimissio habitus facta ante sententiam de licentia Provincialis, quodque Regularis audiendus sit absque illius resumptione, declaravit Sacra Congregatio super Episcopis, & Regularibus Tullensi nullitatis professionis. Cum enim Sacrae Congregationi expositum esset, quod Pater Provincialis fratrum Praedicatorum Provinciae Lombardiae, capta in formatione super nullitate praetensa vujusdam professionis Catharinae Darneicourt, eadem communicata Episcopo Tullensi Ordinario, cum illius consensu, eandem Catharinam extra locum claustralem, Monasterium nuncupatum, in quo tunc reperiebatur, multis ab hinc annis dimiserit, cum autem nuper ipsa admitti vellet ad hereditatem sui Patrii, illius consanguinei eam admittere recusavit, & in iudicio nullitatis huiusmodi praetensa professionis eam audiri in iuribus suis non posse opposuerunt, nisi constitutum in dicto claustrali loco sub obedientia illius Superiorum in habitu regulari. Verum cum huiusmodi oppositio esset frivola, quandoquidem Religio non sit in causa, sed ab illius Superioribus ipsa fuit dimissa, supplicat ab hac Sacra Congregatione declarari, eam posse in iuribus suis audiri absque eo, quod revertatur ad dictum claustralem locum, Monasterium, ut praefertur, nuncupatum.

Sacra Congregatio, negotiis Episcoporum, & Regularium praeposita, attentis narratis, censuit, si SS. Dominus Noster annuerit, permittendum esse Oratrici, ut super praemissis audiat, etiam si ad Monasterium huiusmodi non redierit. Roma die 14. Martii 1631. Quod confirmavit Summus Pontifex, & approbavit Sacra Rota dec. 455. in fine & dec. 513. n. 7. & 3. coram Merlino.

Et in alio casu urgentiori dimissi habitus ipsa die pro latae sententiae nulliter, & attentatae post inhibitionem, ac remissionem causae ad Sacram Congregationem, ac intra decennium a iure datum ad appellandum, & post interpositam appellationem in Avenionensi sub anno 1658. pro D. Marchionissa Castellana, filia Marchionis de Ampus post maturam causae discussionem.

Ac ita ut non obstaret, si dicta sententia praetendatur nulla, tanquam lata ab aliis, quam a Superiori loci emissae professionis, & ab ejus Ordinario.

Nam in iure ista nullitas nullam habet substantiam. Quia Sacrum Concilium Tridentinum in cit. cap. 19. non statuit, quod causa nullitatis sit proponenda coram superiore Regulari, & Ordinario loci emissae professionis, sed simpliciter coram Superiore suo, & Ordinario, quod optime potest intelligi de Superiore, & Ordinario domicilii, in quo degit nulliter professus tempore propositae nullitatis ex late probatis a Barbofa in collectan. ad c. 8. Saeri Concilii sess. 23. de reform. ibi; Unusquisque autem a proprio Episcopo ordinatur firmans ibid. n. 28. ea intelligi de Episcopo loci, ubi Regularis ordinandus degit, quod repetit more suo in tract. de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 4. n. 60.

Quare licet sacra Congregatio Concilii deinde declaraverit verba d. c. 19. intelligi de superiore, & Ordinario loci emissae professionis, nihilominus sententia lata ab alio superiore, & ordinario, non propterea redargui potest de nullitate. Quia non est lata contra litteram legis, sed contra id, quod in lege scriptum non est, ut per Butr. conf. 27. nu. 1. Et ad summum praetendi posset contra dictae Congregationis, ac Doctorum opinionem, qui cum dicta declaratione sentiant. Quo in casu non inducitur nullitas ad notata in cap. 1. de Constit. ad quod Barbat. n. 142. & firmat Grat. conf. 77. n. 14. lib. 2. ac Rota dec. 12. n. 5. p. 2. divers. ubi speciatim asseritur quod defectus iurisdictionis, tunc inducit nullitatem, quando provenit ex certa & clara juris dispositione, secus vero quando ex communi opinione.

Praesertim autem, si sententia obtemperata fuerit a Religioso, qui

qui non est jurisperitus adeo, ut scire debuerit omnes declarationes Sacrae Congregationis, quemadmodum in simili considerat Navarr. conf. 23. n. 4. de Regal.

11 Quinimo, etiam si fuisset juris peritissimus, & declaratio, prout enunciatur à Doctoribus, fuisset in judicio producta, adhuc tamen potuisset de illa juridicè dubitari donec non esset producta in forma authentica cum subscriptione, ac sigillo Cardinalis Praefecti Sacrae Congregationis, juxta decretum ejusdem Sacrae Congregationis, quod hujusmodi est: Cum Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum sapienter, ac novissimè sub die 29. Aprilis 1621. inharendo Constitutioni fel. recordat. Pii Quarti, qua incipit: Benedictus Deus, decrevit Iudici librorum prohibitorum addenda esse omnes, & quascunque declarationes, interpretationes, seu decisiones sub nomine ejusdem Congregationis Concilii absque illius auctoritate impressas, & imprimendas, cumque ad illius notitiam pervenerit quam plures ex declarationibus, interpretationibus, seu decisionibus juxta contingentiam casuum, illorumque qualitates, & circumstantias, à se diversis temporibus factis secundum ea, quae proponebantur, fuisset alteratas, immutatas, diminutas, ac forsitan aliàs mentione Sacrae Congregationis nomine confictas, nulloque properea authentico sigillo munitas, istasque per Tribunalia tam in urbe, quam per orbem circumferri, ac imprimi, consideransque quantum detrimenti recipi possit, si aliqua fides illis adhiberetur, ex speciali Sanctissimi Domini Nostri Urbani Divina Providentia Pape Octavi jussu mandat, & praecipit, hujusmodi declarationibus tam impressis, & imprimendis, quam manuscriptis nullam fidem esse in Iudicis, vel extra à quoquam adhibendam, sed tantum illis, quae in authentica forma solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Praefecti, ac secretarii ejusdem Congregationis pro tempore existentium, munita fuerint. In quorum fidem hac propria manu subscripsimus, & sigilli nostri impressione communiti, ac typis mandari jussimus. Datum Rome die 2. Augusti 1631. Reverend. Cardinalis Ubaldinus, loco sigilli, Franciscus Paulinus Sacrae Congregationis Secretarius. Occasionem edendi hoc decretum Barbosa praebuit, tum in Collectaneis ad Sacrum Concilium Tridentinum, tum alibi, ubi multa apocrypha concessit, in quibus licet inveniantur aliqua veritas, propter tamen multa falsa, nulla est in eis canonica veritas.

12 Neque ad id applicatur, declaratio ejusdem Sacrae Congregationis Concilii in Taurinensi nullitatis professione sub anno 1655. nam in illo casu sententia verè nulla fuit, nec subsistebat, tanquam lata à solo Ordinario, & sic contra expressam mentem Sacri Concilii, requirentis copulativè Superiorem Regularem, & Ordinarium. In hoc autem casu mens Sacri Concilii non repugnat, dum non decernit expressè, quod Superior, & Ordinarius debeant esse loci emissae professionis. Ideoque non sumus in terminis dictae declarationis, atque adeo nec proinde sententia nulla est.

13 Idque comprobatur ex alia certa conclusione, quod licet sententia sit nulla, quando lata est contra expressam juris dispositionem, id tamen non procedit, quando lata est contra Extravagantem, ut probat Bartol. in l. Cum prolatis 32. n. 1. ff. de re judicat. Fulgos. in l. 2. C. quando provoc. non est necess. Felin. in cap. 1. num. 11. de re judic. ibique Abb. n. item 12. Gemin. in proem. Sexti decretal. §. sanè n. 4. & Fagnan. in c. Quoniam n. 3. de Constit.

14 Maxime autem, si non agatur de confirmando, nec de revocando dictam sententiam, sed tantum incidenter deducatur unà cum licentia, & permissione Patris Generalis effectum ostendendi, habitus dimissio rem non fuisse temerariam. Dum enim illam praecessit factum Superioris, qui discussio decreto Sacri Concilii, sententiam proculerat, nullam declarando professionem, ac liberando Regularem à jugo Religionis, eumque seculo restituyendo, neque ipsi obtulit jurisdictionis defectum, praecessit-

que monito ipsius Generalis, ejusque assensus, nulla penitus excitata difficultate circa jurisdictionis defectum utique dimittendo postea ipse Regularis habitum, temeritatem nullatenus incurrit, nec dolo id egit, sed bona fide, & justa credulitate, quod dimisso sibi liceret, dum etiam ita judicarent viri peritissimi. Ad effectum enim excludendi temeritatem, ac dolum quaelibet causa, etiam injusta sufficit, l. Igitur, §. Quia potest ff. de liberal. caus. & tradunt Honded. conf. 42. lib. 2. ac Buratt. decisio. 182. num. 25.

Ponderando praecipue, quod totum temeritatis fundamentum constituitur super spolio Religionis de facto exinde commissi. Hoc autem non intervenit, stante Patris Generalis assensu. Cessat enim ac remittitur spoliū ex consensu, nedum expresso, sed etiam tacito, ut per Posth. de substat. inspect. §. 8. n. 121. cum seqq. & sufficit consensus habentis legitimam administrationem. Seraph. dec. 135. num. 1. ac Rota divers. p. 2. decis. 93. & in Ravennatensi bonorum 7. Junii 1666. coram Eminentissimo Carpineo, §. Idque procedere.

Ac ita etiam, ut non obstat, quod hujusmodi assensus probetur ex jurata attestazione duorum Testium, quorum alter est frater germanus ipsius Regularis, si uterque sit Sacerdos integræ famæ, quo in casu alteruter sufficit. Quia ratione Sacerdotii habet vim Testimonii duorum, Menoch. consil. 92. n. 89. Capyc. Larr. dec. 12. n. 14. lib. 1. Barz. dec. 50. n. 3. Praecipue, si alter de facto proprio testetur, Mantic. dec. 325. n. 4. Merlin. dec. 867. num. 3. & in fortioribus, etiam si Sacerdos fuisset procurator in causa, Rota dec. 276. n. 19. p. 10. rec.

Et frater de jure admittitur ad testandum pro fratre in 17 causa civili, Glof. in l. Parentes, v. nec volentes C. de testib. ac de communi tradit Bartol. ibidem n. 4. Alberic. nu. 2. Lanfranc. de Oratio in cap. Quoniam nu. 348. de probatione. Mascard. eodem tit. conclus. 81. num. 1. Boff. de opposit. contra Testes n. 109. & Farinac. de Testib. quest. 54. nu. 112. Praecipue verò, si hæc depositio tendat ad innocentiam fratris, injustè notati de apostasia, quo in casu testimonium fratris admittitur, etiam in causa criminali Salic. in l. Parentes n. 2. C. de testib. Lanfranc. l. c. citat. num. 348. Et speciale insuper est, quod in hac materia admittantur attestaciones amicorum, affinium, & quorumcumque Consanguineorum, Ricc. dec. Cur. Neapol. p. 1. decis. 182. n. 3. & seqq.

Cæterum cessat quaelibet hæsitatio, ex quo licita est, 18 ac permilla, non autem prohibita, nec temeraria dimissio habitus, facta, etiam apud propositam nullitatem professionis, & ante obtentam sententiam, quando sit ex aliqua justa causa, & praesertim quando nulliter professus, volens nullitatem deducere, nequit eam proponere coram suo Superiore, & Ordinatio loci emissae professionis, ex quo alibi assignatus est. In hoc enim casu, si habitum dimittit, temeraria non dicitur ejus dimissio, ut in hac specie probat Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 37. nu. 3. Ricc. loc. cit. pag. 4. decis. 48. num. 8. & 9. & in prax. quovis. rev. for. Eccles. pag. 3. resolut. 320. numer. 2. Gratian. discept. 413. numer. 4. & 5. Pelliz. in man. Regul. tom. 1. tract. 3. capit. 5. sect. 2. numer. 40. qui cum aliis, posita conclusione, quod ex Tridentino dimittens habitum nullatenus audiendi debet, duas eidem adducunt limitationes. Alteram in locis allegatis quoties habitum dimittit ex aliqua justa causa, & sic abique temeritate, quæ tantummodo puniatur à Concilio. Alteram, quando temerè habitum dimittit, sed illum vult resumere, requirendo proinde habitus resumptionem in sola temeraria dimissione, ut per Sanchez d. disp. 37. nu. 4. Ricc. ea decis. 48. numer. 10. & 11. ac citata resolution. 320. numero 3. Gratian. ibidem numer. 6. & seqq. Pelliz. eodem num. 40.

Dum igitur temeraria non est habitus dimissio, 19 quamvis facta ante sententiam, quando subest aliqua justa causa, utique tantomagis firmandum est, non esse temerariam, quando non solum subest justa causa assigna-

assignationis in aliquo Monasterio, à quo Regularis non potest discedere, neque adire suam Superiorem, & Ordinarium loci emissae professionis, cum nec possit praemissis pluribus instantiis obtinere licentiam accedendi ad faciendas suas probationes, sed etiam praecesserit sententia, & assensus sui Generalis. Praecipue verò si accesserint vexationes, quas ipse in se injeisse passus fuerit in Religione, ut proinde S. Congregatio in hac re cum summa pietate, ac mitissimè procedere solet. Quod servavit in superius allegatis Tullentis, & Avenionensis.

CONSULTATIO CV.

Ex quibus praecipue secundum Capitulum Regularium readatur invalidum, & electio in eo facta sit irrita?

1 EX pluribus, praesertim autem, si introducta fuerit causa nullitatis primi Capituli coram S. Congregatione vel in S. Rota, vel in Tribunali Auditoris Camerae, à cujus sententia fuit appellatum; unde non poterit procedi ad aliam electionem, donec terminetur secunda instantia, ut cautum est in c. Consideravimus de elect. Et attestatum de facto praesumptum dicitur, quicquid sit post appellationem à sententia super electione, c. si postquam de elect. in 6. Seraph. dec. 598. n. 2. & seqq.

2 Si res deducta fuerit coram Judice delegato ad cognoscendum causam nullitatis primæ electionis, non autem ad novam electionem faciendam, Judex enim delegatus, etiam quando sua sententia transiit in judicium, & est exequibilis, non obstante appellatione, potest quidem eam exequi in quantum loquitur, sed si aliquid de novo debet fieri, non potest ab eo fieri, sed ad Judicem superiorem, cujus est causa appellationis, est committendum, Achil. dec. 4. n. 7. & seqq. de sent. excom. ac Pur. dec. 270. lib. 3.

3 Si celebraretur extra tempora à Constitutionibus Religionis statuta, in quo casu electio est nulla, ut per Avend. de exec. mand. Reg. p. 1. c. 19. n. 14. & nos alibi.

4 Si eligentes tempore electionis erant excommunicati c. fin. de cler. excommunicat. c. Constit. de appel. ubi Gl. verb. excom. aliique Canonistæ, Rot. dec. 5. post med. de concef. prob. in nov. ac Dec. conf. 522. n. 1.

5 Neque excusantur, si allegarent ignorantiam. Nam poena ista nullitatis electionis eis non praedicitur, sed electo, ut explicant Gl. in d. c. fin. v. scienter, Ostien. n. 5. Bur. n. 16. aliique communiter, & tradunt Blas. de elect. p. 2. c. 1. n. 1. Covar. in c. alma mater p. 1. §. 7. n. 3. Suar. de censur. disp. 13. n. 3. Avila p. 2. c. 6. disp. 5. dubit. 1. concl. 1. notab. 1. Alter. eod. arg. lib. 2. disp. 6. c. 2. Sayr. eod. tit. lib. 2. c. 16. n. 8. & Garzia de benef. p. 7. c. 13. n. 28. & seqq.

6 Quod procedit non solum in beneficiis, sed etiam in officiis, vel dignitatibus Ecclesiasticis temporalibus, jubentibus exercitium jurisdictionis, ut post alios taadit Garz. loc. cit. n. 22. ac 23. & de electione Regularis in Superiore loquitur Dec. d. conf. 522. n. 1.

7 Respectu electorum est nulla electio, si adfuerint electores notorie excommunicati. Mardagor. de elect. p. 1. c. 20. sub init. ac Dec. ibid. n. 1. passimque alii. Ac ita, ut eis non suffragetur absolutio Patris Generalis, confirmans electionem. Quia non suffragatur absolutio superveniens, sed requiritur specifica tempore electionis, vel ante electionem; unde superveniens non potest electionem nullam invalidare, ut in his terminis docent Navar. in man. c. 27. n. 11. Avila d. dub. 1. concl. 1. Covar. d. §. 7. n. 2. in 7. notab. Suar. ea disp. 13. n. 2. ac Rota coram Cassad. dec. 1. n. 8. de prob. & in Calagurritana beneficii coram Sacro post Marchel. p. 1. n. 57. l. 101.

8 Nam attenditur tempus electionis, non autem tempus confirmationis, c. Dadum de elect. ibique Abb. nu. 8. Calder. conf. 1. n. 3. de elect. Præterea non potest Pater Generalis absolvere à censura lata ob non partitionem ab Auditore Camerae Apostolicæ, qui est adeundus pro absolutione, juxta dispositionem, quod à sententia generali, lata Tom. X.

à jure, quilibet potest absolvere, si non est reserata, à sententia verò particulari, lata à Judice, nemo absolvere potest, nisi ipse Judex, vel ejus superior, ut per Theologos communiter cum Sancto Thoma in supplem. qn. 24. art. 1. in corp. & per Canonistas. Feder. de Sen. conf. 16. nu. 12. Covar. in d. c. alma mater p. 6. §. 12. n. 2. & seqq. Sayr. de censur. lib. 1. c. 7. n. 14. & seqq. Actumque erit de jurisdictione Ecclesiastica, si hujusmodi inobedientia, & contumacia tolerentur, ut adverteat can. relegantes 28. q. 5. & Rota dec. 404. n. 8. & 9. p. 5. rec.

CONSULTATIO CVI.

An vigore decreti Clementis VIII. in quo mandatur erectio Baldachini, quando Episcopo in Ecclesiis Regularium, etiam exemptis, Pontificalia exercent, vel Pontificalibus functionibus assistunt, in quo etiam ejusdem Episcopi conceditur facultas puniendi Regulares inobedientes censuris, ac poenis Ecclesiasticis, quod decretum integrè adducitur, possint Episcopi cogere Regulares ad sedendum in Scamno parato, & dimittendum Sedes lignearis, & in casu contraventionis eos punire censuris?

1 NEGATIVE censo respondendum. Constat id ex ipso decreto, in cujus proemio solum narratur, quod Episcopi fuerat controversia erectio baldachini in locis exemptis. Unde clarissimè patet, quod huic soli erectioni Summus Pontifex & S. Congregatio intendebant providere. Proemium enim declarat mentem, & voluntatem disponentis, Rota coram Greg. XV. dec. 531. n. 5. & coram Buratt. dec. 377. n. 3. & dec. 658. n. 6.

2 Ubi verò in dispositiva circa modum sedendi de solis Episcopi loquitur, sic ait, liceat eisdem Episcopis & c. erigi facere, atque sub eo sedere, & stare, quemadmodum in propriis & Cathedralibus eorum Ecclesiis stare, & sedere solent. Ex hoc autem discretivo loquendi modo planissimè sequitur, quod si aliquid circa Sedes Ministrorum, & celebrantium Regularium in eorum Ecclesiis Sac. Congregatio disponere voluisset, pari modo dixisset per regulam l. un. §. Sin autem C. de caduc. tollen.

3 Ut autem luculentius id demonstraretur, liceat, rem altius repetere. De jure communi in materia Episcoporum quoad loca exempta dicitur constituantur regulariter. Prima, quod Episcopi in locis exemptis suæ Diocesis possunt sine licentia exemptorum uti insignibus Pontificalibus, & exercere ea, quæ sunt honoris, & præminentiæ Episcopalis, & alia, quæ non habent mixturam jurisdictionis, vel officii. Secunda, quod Episcopi in hujusmodi locis exemptis non possunt exercere sine licentia exemptorum ea quæ sunt jurisdictionis contentiosæ, vel etiam voluntariæ, nec ea, quæ sapiunt Superioritatem, habentque mixturam jurisdictionis per Text. in Clem. Archiepiscopo, quæ est decretum Concilii Viennensis de privi. ubi Gloss. & Doctores communiter, & prosequitur Grat. discept. 467. n. 25. & in addit. ad decif. March. 113. n. 3. & seqq.

4 In vim primæ regulæ possunt Episcopi celebrare cum Pontificalibus, ac erigere Cathedram, sive solium cum Baldachino. Quia hæc concernunt merum honorem, & reverentiam dignitatis, Gambar. de auctor. legati lib. 2. §. Illud nosse n. 249. Ricc. in prax. resolut. 313. Grat. in citat. addit. n. 7. & in d. disc. n. 54.

5 In vim secundæ non possunt Episcopi celebrare facere ab aliis in sua præsentia cum Pontificalibus. Quia hoc esset exercere jurisdictionem auctoritativam, sed solum sine illis Grat. in d. addit. n. ult.

6 Prout generaliter non possunt jurisdictionem aliquam exercere, personis exemptis, vel privilegiatis molestiam inferre aliquod earum exemptioni, vel privilegio præjudicium irrogare, nec jus aliquod quomodolibet sibi acquirere, ut ait text. in d. Clem. Archiepiscopo in fin. de privi. Hæc res erat in his terminis satis de jure decisa. Verum quia nonnulli Regulares vano quarundam immunitatum

nitatum ac privilegiorum prætextu, sunt verba ipsa decreti Clementis, Episcopis in eorum Ecclesiis in Pontificalibus interessentibus, non modò renuebant in eis supra locum Episcopalis solii Baldachinum erigere, veidum id etiam iussu ipsorum Episcoporum curantes prohibere, & arcere auri fuerant. Supervenit Clemens VIII. & speciali decreto diligenter prospexit, posse Episcopos erigere Baldachinum, & impedientes Ecclesiasticis censuris, ac pœnis coerceri, ut per Ric. d. resol. 313. n. 1.

8 Ex his autem appetè resultat, quod Clemens VIII. in præfato decreto innovavit quidem id, quod erat Episcopis in materia honoris antea concessum, sed nihil de novo eis tribuere voluit in materia jurisdictionis, quo in casu prætextus immunitatis, & privilegiorum non fuisset vanus, quale illud vocat in suo decreto Summus Pontifex, sed verus, & renovando actum honoris dicitur concessisse actum jurisdictionis, quæ sanè inter se sunt omnino distincta, tanquam ea, quæ à diversis principiis dimanant.

9 Unde in specie, quod ex hoc decreto Clementis non possit dici concessa facultas instituenti processiones in dictis Ecclesiis, concedendi indulgentias, ac cætera humilissimi, docet Lezana in sum. q. regul. tom. 3. v. Baldachinum n. 4. ubi in fine subdit hanc rationem. Nam exemptis & privilegiatis non prædicatur in suo privilegio, nisi quatenus in illo exprimitur, & privilegiatus in aliquo non potest extendere suum privilegium ad aliud.

10 Quamvis igitur in hoc casu admittamus erectionem Baldachini, & coactionem adversus recusantes posse per Episcopum exerceri, quatenus Regulares non obtemperarent, ex hoc tamen inferri non potest, quod Episcopus eos cogere valeat ad servandum Cærimoniale Episcoporum, non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus in Regularium favorem militantibus. Nam id esset exercere jurisdictionem, quod Episcopis in locis exemptis, & contra exemptos non est permillum, & expressè contraveniunt decreto Concilii Viennensis in d. Clem. Archiepiscopo, verbis superius relatis.

11 At demus aliquando, sine tamen veritatis præjudicio quod Episcopi aliquo modo prætereendere possint à Regularibus observationem Cærimonialis Episcopalis, id tamen agere debent, conveniendo illos coram eorum Judicibus per regulam de qua Gratian. in d. disc. 467. n. 40. Ubi quod si Episcopus prohiberet de facto aliquid agere in locis exemptis, quod aliàs est ei permillum, non potest contra exemptos procedere, sed agere debet coram eorum superiore.

12 Nec obstant, quod Episcopi sint deputati executores Cærimonialis. Quia nec in Constit. 69. Clementis VIII. neque in Constitutione Innoc. X. quæ præmittitur eidem Cærimoniali, hoc legitur, nec quatenus legeretur permillum iis est, id agere per censuras. Censuræ enim ferri nequeunt in Regulares, nisi in casibus expressis à Constitutionibus Apostolicis, & S. Canonibus. Quia sunt exempti à jurisdictione Ordinariorum.

13 Potè exemptionem Regularium à jurisdictione Ordinariorum constare habuisse initium ex decreto Gregorii Magni, quod appellatur Constitutum S. Gregorii, edito in Concilio Romano sub anno 601. nonis Aprilis, in quo interfuerunt viginti Episcopi, præter Presbyteros, & Diaconos Cardinales. Illud ex Bibliotheca Vaticana recenset Binius inter alia Concilia, & ejusque integrum decretum refert Passerin. tom. 3. de stat. homin. q. 189. n. 10. in spec. 10. n. 974.

14 In illo autem hæc habentur: Neque audeat ibi, scilicet in Monachorum Cœnobio, cathedram collocare, scilicet Episcopus. vel quantumlibet potestatem haberet imperandi, nec aliquam ordinationem, quamvis levissimam faciendi, nisi ab Abbate loci fuerit rogatus, quatenus Monachi semper maneat in Abbatis suorum potestate, nullumque Monachum suo testimonio, vel concessione Abbatis in aliqua Ecclesia teneat, vel ad aliquam promoveat honorem. Quod autem per hujusmodi formam verbo-

rum concedatur plena exemptio à jurisdictione ordinaria Episcoporum, habetur expressè declaratum à Bonifacio VIII. in cap. si Papa de privileg. 6. & ex eo id annotarunt Sylvest. v. exempt. 5. Tabiena n. 3. D. Anton. p. 3. tit. 16. c. 9. §. 2. Sanch. lib. 6. conf. c. 9. n. 4. Lezana d. v. exemptio num. 6. Barbof. de offic. & potest. Episc. alleg. 123. nu. 12. Tambur. de jur. Abb. tom. 1. disp. 15. q. 5. n. 13. & Passer. loc. cit. n. 692.

Hinc Gratianus hac in re multipliciter erravit 18 q. 2. 15 Primò quia non expressit ex quo loco sumpserit can. quam necessarium, imò judicavit illum desumptum fuisse ex aliqua Divi Gregorii Epistola ad omnes Episcopos, cum tamen recentè in illo canone, habeantur in decreto illo Conciliari. Deinde quia non retulit ea omnia, quæ in dicto decreto continentur, & quæ maxime faciebant ad questionem, ibidem ab eo discussam. Et præcipuè omisit verba superius relata, quæ plenam exemptionem continent. Postremò quia nonnulla ex verbis relatis posuit in can. Luminoso, quem refert desumptum ex Epistola D. Gregorii ad Castorium Ariminensem, quæ habentur lib. 4. registr. epist. 43. in qua tamen epistola verba hæc nec audeat &c. minimè continentur, sed leguntur in dicto Conciliari decreto.

Auctoritate Gratiani plures decepti sunt, ut Barbof. 16 de offic. Episc. alleg. 105. n. 5. Tambur. loc. cit. q. 1. n. 5. Pax Jord. lib. 6. tit. 14. dicentes, can. quam necessarium, desumptum fuisse ex Epistola Divi Gregorii ad Episcopum Ravennatensem lib. 7. registr. indict. 1. epist. 18. & continere privilegium particulare, concessum Monasterio sanctorum Joannis, & Stephani, cum tamen Canon ille habeatur in citato S. Concilii Constituto. Ex titulo autem Gratiani dicitur desumptum ex Epistola D. Gregorii ad omnes Episcopos; univèrsaliter enim loquitur, quemadmodum Constitutum illud, unde in fine illius Universi Episcopi congregati dixerunt: libertati Monachorum congaudeamus, & qua nunc statuit Beatus d. vestra firmamus.

Deceptus fuit etiam Suarez tom. 4. de relig. tr. 8. lib. 2. c. 17. num. ultim. tradens in d. can. quam sit necessarium non concedi exemptionem à jurisdictione, negatque ex hoc exemptionem Regularium habuisse originem à sancto Gregorio. Aliter sanè dixisset si vidisset Concilium illud Romanum, continens formam plenæ exemptionis à jurisdictione in verbis supra relatis juxta declarationem Bonifacii VIII. in d. 2. si Papa de privilegiis in 6. & Doctores citatos.

Quare excusandi sunt Doctores, qui scribentes super 18 cap. Dilectus de offic. ordin. dixerunt Regulares de jure communi exemptos esse à lege Diocesana, non autem à lege jurisdictionis, Prætermisso enim, quod distinctio ista non est doctrinalis, ea non subsistit. Quia non datur lex Diocesana, quæ non sit jurisdictionis, neque lex jurisdictionis, quæ non sit Diocesana, de quo videantur ad d. cap. Butrius, Panormitanus, & Fagnanus. Excusandi inquam, quia in errorem induciti à Gratiano, & ex iis plures scripserunt ante Bonifacium VIII. declarantem verba illa: nec audeat &c. continere plenam exemptionem à jurisdictione. De hac re vide quæ alibi multis in locis scriptimus.

De jure itaque communi Episcopi possunt aliquando erigere baldachinum in Ecclesiis regularium. Per decretum autem Apostolicum editum die decima Junii 1603. à Clemente VIII. nihil de novo conceditur Episcopis, sed solum declaratur, quod possint censuris compellere Regulares, aliosque exemptos, nolentes assentiri, quod Episcopi, utantur baldachino in eorum Ecclesiis. Tenor autem decreti est hujusmodi.

Decet Episcopis pro eo, quo in Ecclesia Dei excellunt Dignitatis gradu, in quocunque suorum Diocesum loco, quovis eos ibi Pontificalia exercere, aut in Pontificalibus adesse, & assistere contingit. eam quam par est, reverentiam, & honorem, decoro cultu, & ornatu exhiberi. Quare non sine gravi animi dolore audivimus, nonnullos Regulares vano quarrundam immunitatum, & privilegiorum prætextu, Episcopis in eorum Ecclesiis in Pontificalibus interessentibus non

non modo venisse in eis supra locum Episcopalis solii Baldachinum erigere, verum etiam id iussu ipsorummet Episcoporum curantes, prohibere, & arcere ausos fuisse. Atque ideo S. Congregatio S. Romane Ecclesie Cardinalium, negotio, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, factò verbo cum SS. D. Nostro Clemente Papa VIII. ac Sanctissimis suis speciali, & expresso mandato, hoc præsentis decreto perpetuis futuris temporibus valituro, declarat, statuit, decernit, & mandat, ut de cetero Episcopi, ubi tam ex consuetudine, & privilegio, quam ex S. Canonum Constitutionibus, & Pontificalibus Romani præscripto, aut alio jure Pontificalia exercere, aut Pontificalibus paramentis cum mitra, vel etiam sola Cappa induti in quibusvis Regularium tam mendicantium, quam non mendicantium, & Monachorum etiam Casinensium, Clericorum, Presbyterorum, & cuiusvis alterius ordinis, Religionis, militia, societatis, aut Congregationis Ecclesiis interesse possint, ipsi Regulares, quoties opus fuerit, teneantur ibi, & debeant in loco ad solum Episcopi constituendum opportuno, & congruo baldachinum attollere. Eius autem id facere negligentibus, aut nolentibus, licet eisdem Episcopis illud asportari, & in quacunque earundem Regularium, aut alia quantumvis exempta Ecclesia, supra episcopale solium, seu Pontificalia faldistorum erigi facere, atque sub eo sedere, & stare quemadmodum in propriis, & Cathedralibus eorum Ecclesiis stare, & sedere solent, eo tamen dumtaxat tempore, quo Pontificales hujusmodi functiones exercerint, vel dum actus ipse, cui in Pontificalibus aderunt, peragunt. Si qui verò Regularium huic declarationi, statuto, decreto, & mandato inobedientes, & contumaces fuerint sciant se ab eisdem Episcopis ad id per censuras, & pœnas Ecclesiasticas hujus decreti virtute cogi, & compelli posse, aliisque pœnis tam spiritualibus, quam temporalibus arbitrio Summi Romani Pontificis subiacere, & obnoxios fore, non obstantibus &c. Roma 10. Junii 1603. Ita decreto suo S. Congregatio.

21 Non possunt tamen Episcopi in dictis Regularium Ecclesiis eas Pontificales functiones, quæ considerationem mixtam habent, istis invitis, exercere, ut ordines conferre, degradare, &c. Imo nec fortasse prædicare Diana p. 3. tr. 2. ref. 109. secus autem est in Ecclesiis Regularium, etiam exemptorum, si sint Parochiales Unde cum quæreretur in S. Congregatione Concilii, an Emeritensi Episcopus Brixianensis in Ecclesia Parochiali Monachorum exemptorum, possit administrare Sacramentum confirmationis, invitis ipsis Regularibus. Et quatenus possit, an contra eosdem Regulares impediens dictam administrationem valeat censuris procedere.

22 S. Congregatio, re pluries proposita, & maturè examinata, utraque Parte informante, affirmativè ad utramque dubitationem respondit 9. Junii 1657. arg. c. resp. 43. de sent. excom. Ubi ex concessione Baptismi tempore interdicti Papa interpretatus est, intelligi concessum etiam christina, quod ex Glossa est quasi quoddam complementum Baptismi. Sicut autem Episcopus, tamquam primus Parochus, posset proculdubio baptizare in Ecclesiis Parochialibus Regularium, ita etiam & christina conficere, illudque ministrare arg. c. Quoniam de sent. excom. in 6.

23 Id autem non debet extendi ad Vicarios Episcoporum, etiam absente Episcopo, ex declaratione Congregationis S. Rituum die 10. Julii 1621. quæ declaravit, non posse hujusmodi Vicarios, invitis Regularibus, erigere baldachinum, in eorum Ecclesiis.

CONSULTATIO CVII.

An, & quatenus per Constitutiones Pontificias censentur aliquando derogatæ exemptioni Regularium, qui immediatè Sedi Apostolica subjecti sunt?

24 A Sferendum est privilegio exemptionis aliisque Regularium privilegiis non derogari, nisi facta eorum expressa mentione. Unde licet per clausulas quan-

rumlibet universales, & efficaces, tam in jure, quam in aliis Constitutionibus Apostolicis decur alicui, etiam Episcopo plenissima administratorio gubernandi Diocesis, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, & committatur exactissima cura Divini Cultus, eisdemque imponatur cura pastoralis, tam Cleri, quam populi, hæc tamen intelliguntur, salvo jure exemptionis eorum, qui Sedi Apostolicæ immediatè subjecti sunt.

Cum enim interit eximentis, non amittere suam immediatam jurisdictionem, & quod sibi immediatè subditus, alii non subficiatur, Rota dec. 456. n. 13. par. 5. & dec. 461. n. 23. ejusdem par. & dec. 50. n. 5. par. 10. rec. Mandol. de signat. Grat. §. Exemptiones ab Episcopo. v. exemptus à jurisdictione, Sanchez lib. 4. moral. c. 39. Rodriq. tom. 3. qu. regul. 36. n. 5. ex hoc planè sequitur primò, non posse Regulares huic privilegio renunciare, ut decernitur appetè in e. cum tempore de arbitr. ubi Panormitan. nu. 2. qui ipsum docet in c. significasti nu. 8. & 9. de for. compet. & in c. 1. nu. 19. de re judicat. Castr. conf. 431. n. 3. Roman. conf. 300. n. 18. Surd. conf. 46. n. 25. Mantica decif. 237. n. 4. Ludovif. decif. 315. n. 23. Rota loc. cit. Et licet Gloss. fin. in d. cum tempore putaverit, exemptum posse renunciare exemptioni in sui præjudicium, id tamen meritò rejicit Panormitanus eo loco Quia jus exempti non potest separari à jure eximentis, Rota d. dec. 456. n. 11. & segg. & dec. 467. n. 24. par. 5. & decif. 50. n. 7. par. 10. rec. Quod maxime procedit in exempto, immediatè subjecto Sedi Apostolicæ c. ad audientiam de prescrip. ubi Panorm. n. 12. Felin. n. 13. ac Rota coram Seraphino. decif. 1024. n. 22. & 2.

Hinc est, quod huic privilegio exemptionis non derogatur per specialia rescripta, aut privilegia, quæ ad favorem cujuscunque emanant, nisi ejus facta speciali mentione. Et quidem nedum rescriptum rescripto, aut privilegium privilegio, sed neque lex privilegio derogat, non facta ejus mentione, Gloss. in c. 1. v. facti de Constit. in 6. ibique Archid. & Anch. Gemin. n. 16. Franc. n. 5. aliique.

Nec obstat, quod id non procedat in privilegiis notoriis, ac insertis in corpore juris, quibus facilius derogatur. Unde illis derogatur, si Pontifex disponit contrarium privilegio, etiam nulla facta ejus mentione, quia non potest præsumi involuntarium in Pontifice ex ignorantia, aut inconsideratione ejus, quod est insertum in corpore juris. estque jure notorium, sicut in eodem c. 1. de Constit. in 6. docent Gl. d. v. facti Gemin. nu. 12. Anch. Archid. & Franch. num. 5. Felin. in c. 1. n. 12. de rescript. & Fagnan. in c. nonnulli, ubi alii n. 18. & segg. eod. tit.

Nam id diluitur. Primò, quia non comprobatur, ubi Pontifex non disponit contra privilegium per viam legis, sed solum per viam rescripti, aut privilegii. Hoc enim modo, etiam si Pontifex rescribens apponat clausulam: non obstantibus privilegiis insertis in corpore juris. Quia præsumitur, quod Pontifex sub nomine privilegiorum intelligat, non inserta in corpore juris, quæ propriè sunt privilegia. Nam alias inserta in corpore juris jus commune faciunt; ideo cum derogatio sit strictè interpretationis, clausula: non obstantibus privilegiis, strictam accipit interpretationem, ut de solis privilegiis non insertis in corpore juris intelligatur, Felin. in d. c. nonnulli n. 12. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 36. n. 34. Suarez de legib. lib. 8. c. 14. n. 8. Poncius lib. 8. de matr. c. 19. n. 6. pluresque alii apud istos. Cæterum, quod rescriptum aut privilegium non deroget juri communi, arque adeo nec privilegiis insertis in corpore juris, quæ jus commune constituunt, est sententia communis, ut per Gloss. in c. 1. v. noscatur de constit. in 6. ubi Anch. n. 8. Jo. Monach. n. 1. Archid. n. 2. Panormit. in d. c. nonnulli n. 10. ibique Felin. n. 9. Fagnan. n. 29. & segg. Rota dec. 347. n. 3. tom. 2. par. 4. rec. & dec. 1. n. 1. & 2. coram Cæsar. de Grass. & decif. 308. nu. 4. lib. 3. coram Puteo, & dec. 122. n. 11. p. 1. divers. & dec. 761. n. 1. & 2. par. 2. rec.

Præcipuè verò ubi privilegium est munitum derogatoriis ad futuras dispositiones, ei non derogatur, nisi facta ejus

ejus specialis mentione; ut communiter tradunt Doctores, quod etiam comprobatur, ubi Pontifex de novo disponit per modum legis, ut nec priori legi deroget habenti derogatorias ad futura, nisi ejusdem legis fiat mentio d. c. nonnulli de rescript. ubi Panorm. num. 102. Felin. in c. ex parte de Cappellan. Monachor. & cap. unico de excessor. Pralat. in 6. Franch. in c. 1. n. 12. de Constitut. in 6. Nam aliter postea, quod rescriptum non valeat contra legem habentem derogatorias ad futura, probat diffusè Felin. in d. c. nonnulli n. 2. Et quod per rescriptum non derogetur privilegio habenti derogatorias ad futura rescripta, nisi fiat ejus mentio, imò quod non sufficiat clausula generalis: non obstantibus privilegiis tradiderunt Panormitan. in c. Cum instantia num. 5. de censib. Felin. in d. c. nonnulli num. 4. Card. in Clem. 1. de sepult. & conf. 53. Federic. de Sen. conf. 239. Casti. conf. 53. Palau. disp. 4. art. 3. punct. 21. §. 4. num. 4. Bonac. de legib. disp. 1. q. 3. punct. 8. num. 11.

Privilegia autem Regularium continent amplissimas derogatorias ad futuras dispositiones. Manifestum enim est ex c. cum ordine de rescript. Cistercienses Monachi hoc jus obtinere, ut nullo rescripto Papali contra eos impetrato teneantur nisi in eo fiat specialis mentio illius Ordinis. Constituitur, imò in ampliori forma privilegium habent Monachi Casinenses concessum ab Eugenio IV. Constituitur §. 21. in Bullar. Casinens. & Constituitur 61. per totam, & Constituitur 64. §. 2. & Constituitur 68. per tot. & Constituitur 75. num. 2. & à Leone X. Constituitur 129. §. 3. & 25. & à Paulo III. Constituitur 156. §. 8. & à Paulo V. Constituitur 266. in eodem Bullario. In Bullario item Ordinis Prædicatorum jussu Pauli IV. in authenticam formam redacto per Franciscum de Albericis, Auditorem Cameræ, habetur fol. 107. Constitutio specialis Eugenii IV. quæ incipit: Sacra Religio sinceritas, data 5. Idus Aprilis anno 1439. in qua eidem Ordini conceditur, ne privilegiis, indultis, gratiis, eidem Ordini concessis, aut concedendis per Sedis Apostolicæ literas præjudicetur, aut præjudicari possit, nisi in literis, privilegiis, facultatibus, & indultis ejusdem Ordinis, eisque fratum, domorum, &c. fiat expressa mentio. Hujus privilegii mentionem faciunt, Casarub. v. privilegia fratrum §. 6. lib. 4. controvers. §. 8. cap. 1. num. 22.

Pariter Paulus III. in Constit. 48. Decet debitum in Bullario Romano, data 15. Kal. Novembris anno 1540. §. 42. decernit quod concessa per eum in illa Constitutione ad favorem Societatis Jesu, præsertim exemptio à jurisdictione Episcopali §. 13. sub nulla revocatione, aut derogatione, limitatione, aut contraria dispositione comprehendantur. Præmonstratenses quoque Monachi, & Religio S. Antonii Viennensis haud dissimili gaudet privilegio, quod habetur in Constitutione Urbani VIII. mox citanda. Aliis etiam Ordinibus ipsum concessum fuisse legitur apud Casarub. v. privilegium, & Mirandam p. 2. q. 45. n. 6. Lezana eod. v. n. 21. & seg. Hujusmodi autem privilegia virtute privilegiis communicationis privilegiorum communia sunt omnibus regularibus, quia est concessum per verba generalissima, & amplissimas clausulas, ideoque comprehendit etiam quæ difficilè conceduntur, etiam præjudicialia, Rota dec. 3. n. 3. 4. & 5. p. 4. 10. 2. rec. & dec. 337. n. 13. & 14. & coram Royas dec. 327. n. 3. estque notandum, quod præfata privilegia, quæ inducunt formam servandam in futuris dispositionibus, ac derogationibus comprehendunt expressè futuras dispositiones, etiam ex certa scientia, & motu proprio emanatas.

Secundo, quia non procedit, quando privilegium contentum in corpore juris extra illud sæpissime per specialia rescripta emanatum, sæpius, ac sæpius confirmatum fuit. Tale enim privilegium, licet insertum in corpore juris non revocatur. Geminatio namq; ac multò magis multiplicatio rescriptorum Papæ super eadem re, operatur, ut confirmatio, licet data in forma communi, censetur data motu proprio, Tusch. tom. 4. concl. 28. n. 55.

Et rescriptum geminatum ex hoc continet virtutem clausulæ derogatoriæ, non obstantibus, & ex certa scientia, &c. ut per Felin. in d. c. nonnulli n. 14. Unde præcipue considerandum est, quod multiplex ejusdem rei concessio, ac reiterata ejusdem privilegii confirmatio est signum evidens, nedum certæ scientiæ in concedente, sed etiam deliberationis plenæ, ac firmæ voluntatis, l. si mulier, C. ad Velleian. C. si quis iratus 2. q. 3. ubi Gloss. v. iterare. Et ideo actus geminatus, multoque magis sæpius, ac sæpius multiplicatus est fortior, Felin. d. n. 14. Cum igitur Summi Pontifices privilegia Regularium, & præcipue privilegium exemptionis tot tantisque iteratis rescriptis concesserint, & concessum confirmaverint, non est verisimile, nec præsumi potest, quod illi velint derogari, si nullam illius mentionem faciant.

Et quidem hac in re cessabit omnis quæstio, si animadvertatur, quod ubi nova dispositio non habet clausulas derogatorias, attendi debet, an nova dispositio sit antiquiori contraria. Nam ut nova dispositio deroget priori, necessarium omnino est, quod sit illi contraria, l. Sed & posteriores, & l. non est novum, §. de leg. 1. 1. de const. in 6. ubi Gloss. v. priorem, Jo. Monach. n. 2. Archid. n. item 2. Anch. n. 7. Gemin. n. 5. Franch. num. etiam 5. Prob. ad Monach. n. pariter 5. Bart. in l. Omnis in 3. q. ff. de iust. & jur. Martinez p. 2. q. 97. dub. 1. concl. 1. Suar. de legib. lib. 5. c. 25. Aut igitur nova dispositio, per quam asseritur derogari privilegio exemptionis, est manifestè contraria eidem privilegio, & tunc locum respectivè habere debet superius dicta. Aut contrarietas non est manifesta, sed dubia, & tunc certum esse debet, quod privilegio non derogetur. Primo, quia quoad fieri potest, contrarietas in dispositionibus, ac legibus vitanda est, l. ubi repugnant, ff. de reg. jur. c. cum expediat, ibique Doctores de elect. in 6. Unde omnis rationalis interpretatio fieri debet, ut concilietur legum contrarietas. Sic enim juris regula est, quod derogatio est stricti juris, strictæque interpretationis, Rota dec. 23. n. 19. & dec. 384. nu. 39. par. 5. rec. & dec. 1582. n. 10. coram Pegna, & dec. 48. n. 18. coram Durano. Quare non censetur derogatum, nisi quod expressè deducitur, vel quod ex necessitate inferitur; Pegna loc. cit. num. 11.

Deinde quia privilegiatus virtute privilegii acquirit jus, & materia exemptionis acquirit libertatem à jurisdictione, ac subjectione Episcopali, & sic libertas hujusmodi est propria exempti, qui super illum habet, quasi dominium. At verò certi juris est, quod ita nova dispositio, ac præcipue novum rescriptum, aut privilegium interpretationem accipere debeat, ut non præjudicet Tertio. Princeps autem nunquam censetur derogare juri Tertii, Seraph. dec. 351. n. 7. Grat. conf. 158. n. 28. Maxime ubi præjudicium non est leve, Socc. jun. conf. 76. n. 105. lib. 1. quo stante, privilegium nullum dicitur Panorm. in c. penult. n. 8. de Cler. non residen. Anch. n. 3. Card. in 3. q. Propterea Doctores asserunt improprianda esse verba dispositionis Principis, ne contineant Tertii præjudicium, Felin. in c. causam qua n. 19. de refer. Jal. in l. fin. n. 21. ff. de constit. Rub. ad dec. 666. n. 70. p. 4. tom. 3. rec. Quæ interpretatio sumenda est, etiam si Princeps procedat motu proprio, Quia non censetur adimere jus tertii, sed illud præservare, ut post Parisium, Hondedeum, Ruinum, & alios firmat Rota in Rom. Dotis 14. Febr. 1642. coram Dunozet. Imò potius præsumenda est in Principe obliquo, vel quod rescriptum sit falsum, quam quod voluerit tollere jus tertio quæsitum, Panorm. in c. ex p. 2. n. 7. & fin. de offic. de leg. Menoch. de præsum. lib. 2. præsum. 9. n. 9. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Glo. 28. n. 10. Grat. disp. 730. n. 32. Adque maxime si revocatio privilegii inferat præjudicium immediate subjectioni ad Sedem Apostolicam.

Ubi igitur in nova dispositione deficiunt contrarietas manifesta ad privilegium, & clausulæ derogatoriæ, manifesti juris est, quod illa non derogat priori dispositioni in corpore juris contentæ, ac pluries per literas Apostolicas comprobatur.

C O N :

CONSULTATIO CVIII.

An Episcopus eligere possit Regularem in suum Vicarium generalem sine licentia ejus Superioris?
An Regulares in audiendis Sacris confessionibus dependant omnino à suis Superioribus?
Anve prædicare possint absque licentia suorum Superiorum?

Ad primum negativè. Nam Regularis non potest assumi in Vicarium, etiam ab Episcopo, sine licentia sui Superioris, ut habetur expressè definitum à S. Gregorio in suo Constituto, ibi: nullumque Monachum sine testimonio, vel confessione Abbatris in aliqua Ecclesia teneat, vel ad aliquem promoveat honorem. Nec hodie S. Congregatio super Episcopis, & Regularibus permittit, Regulares esse Episcoporum Vicarios ut testantur Lauret. de Franch. q. 122. n. 1. Peyrin. ad Constitut. 4. Sixti P. §. 10. n. 34. Præsertim Religionis mendicantis, sive strictioris non medicantis. Alii verò secundum aliquos possunt creari Vicarii, dummodò adit consensus suorum Superiorum, natalium defectu non laborent, habeantque cætera requisita. At dicta Sacra Congregatio id non probat. Tum quia non decet eos extra Claustra degere, nec possunt ex Constitutione 60. Clementis VIII. §. 19. Tum quia iustitiam à Jurisconsultis potius, quam à Theologis administrari convenit Ita scripsit Episcopo Caputaquensis 17. Decembris 1591. Nisi cum aliis requisitis habeant etiam licentiam Apostolicam degendi extra Claustra, ut in eadem Caputaquensis 17. Novembris 1593. Vel nisi sit Abbas, qui habeat jurisdictionem quasi Episcopalem in personas seculares, Hic namque potest deputate Vicarium Monachum Jurisperitum. Quòd si talem non habeat, debet tenere Vicarium Clericum secularem, Doctorem. Siquè id minus fieri possit, poterit assumere Vicarium Monachum non Doctorem, dando ei Doctorem pro Assessore sine cujus consilio nihil agere possit, quod requirit altioris indaginem. Eadem S. Congregatio 23. Decem. 1603. & in nullius Tramutola 2. Novem. 1605. quæ aliquando concessit licentiam assumendi Regulares in Vicariis Episcopales Monachos Coelestinos, & Dominicanos ut in Puteolana 3. Februarii 1593. & Vestana 15. Novembris 1606. Et Vicarius Patriarchæ Latini Constantinopolitani solet esse Regularis ex minoribus Observantibus ex eadem S. Congregatione 22. Decembris 1618.

Ad secundum Affirmativè. Quod aded verum est, ut Regularis approbatus ab Episcopo ad audiendum Sacras confessiones, nulla precedente licentia, sine approbatione sui Superioris, nulliter confessiones audiat. Nam O dinari non habent facultatem approbandi Regulares ad Sacras confessiones, nisi servata forma Clementinæ Dudum, §. statimur de sepultur. & tradunt Suarez tom. 3. de relig. tract. 10. lib. 9. cap. 2. Pasqualig ad Lauret. de Franch. part. 1. n. 442. & 1447. Cotton. lib. 2. controvers. 7. n. 83. Passerin. tom. 2. de stat. hom. q. 187. nu. 1. cap. 221. & sequent. qui n. 223. advertit, quod Regularis, invito Prælati suo, est incapax recipiendi jurisdictionem pro audiendis sacris confessionibus. Unde si Prælati regularis sit invitus, nulla est Episcopi approbatio, Fagundez ad præcept. Eccles. lib. 7. c. 2. nu. 32. Necessaria enim solum est Regulari ad secularium Sacras confessiones audiendum Episcopi approbatio in terminis d. Clem. dudum, & Sac. Concilii Tridentini sess. 23. c. 15. de reformat. Qua quidem habita, Regulares ab alio non dependent, cum ex jure non teneantur habere, nisi approbationem sui Superioris, & Episcopi.

Ad 3. Prohibentur Regulares concionari absque licentia suorum Superiorum ex Concilio Trident. sess. 5. c. 2. & tradunt Navar. in sum. c. 25. n. 141. & 143. Lezana in sum. tom. 1. cap. 20. n. 1. Barbo. de offic. Episcop. allegat. 76. n. 8. Pax. Jordan. lib. 6. tit. 1. n. 87. Aut à Spiritu Sancto p. 1. tract. 2. disp. 3. n. 141. Balleus v. Prædicator n. 4. Pas-

Tom. X.

ser. loc. cit. art. 1. n. 1034. Ac præter hujusmodi licentiam requiritur in Regulari pro prædicatione habenda in propria Ecclesia benedictio Episcopi, & pro aliena Ecclesia licentia Episcopi ex eodem S. Concilio Tridentino loco citato, & sess. 24. c. 4. de refor. De qua re nos alibi fusiùs.

CONSULTATIO CIX.

Iterum. Quomodo probetur, præsertim à Regularibus, fuisse paritum Brevibus, aut decretis Apostolicis?

Oterit id probari ex attestacionibus gravium virorum, præsertim in Curia existentium. Et quamvis ex Regula fides non faciat fidem, id tamen procedere non videtur, quando attestaciones sunt subscriptæ à viris egregiis, quibus credendum est per Textum in can. nobilissimus d. 97. Lap. alleg. 31. n. 3. Roman. conf. 59. nu. 6. Ut de attestacione Præpositi Theatinorum firmavit Rota dec. 325. num. 1. coram Mantica De attestacione extrajudiciali Rectoris Societatis Jesu in Avenionensi simulationis 9. Januarii 1635. coram Panzucolo, & decif. 594. n. 17. par. 5. tom. 2. rec. Præsertim, si attestacio est ejusdem personæ cui aliàs in re graviore fides adhibita fuit, juxta ea, quæ tradit Bald. in l. Si quis testibus nu. 1. Sitque plurium virorum. Nam attestaciones inter se coadjuvantur, & una ex altera robur accipit, ut tradit Rota in Melevitana Commendæ 3. Julii 1645. §. Sed his non obstantibus coram Bichio. Ac præcipue si Viri, qui id testantur degant in Curia. Ab iis enim faciliùs, clariùsque veritas haberi poterit, & operatur, ut libentius hujusmodi attestacionibus credatur. Rota in Aretina Commendæ coram Seraphino decif. 755. num. 3. & in auriensi præstimonii coram Pegna decif. 230. num. 2. typis Lugdunensibus.

Item nec videtur habere locum in Tribunali, quod procedit inspecta æquitate naturali, & quod potest judicare secundum conscientiam suam, Farinac. de testib. qu. 72. n. 59. ac segg. Nec quando contenta in dictis attestacionibus sunt verisimilia apud idem Tribunal, Farinac. loc. cit. nu. 70. & Add. ad Gregor. dec. 204. littera B. Neque in Sac. Congregatione super Episcopis, & Regularibus, quæ procedit extra Ordinem, ac sine processu, ut ait Lezan. in Summ. v. Congregatio nu. 5. ubi quod vigore Bullæ Sixti V. datur illi facultas decidendi controversias inter Regulares exortas sine forma judiciali, solumque in illa attenditur veritas, & æquitas, nec proceditur per apices juris. Quinimò, non existente lite, ac processu, Testes nulliter examinati sustentur ex Rota dec. 827. n. 4. coram Buratto.

Edque præsertim si Judex, à quo tanquam suspectus denegaverit acta causæ, ne transportati possent ad Sacram Congregationem, Quod probari pariter poterit ex attestacione, & præsumitur id fecisse ad instantiam partis adversæ, interesse habentis. Ex quo sequitur, quod eadem acta originalia habeantur pro productis, & non requiratur transportatio illorum, adhibeaturque fides cuicumque scripturæ informi, quæ aliàs non probaret, ut in specie tradit Rota coram Buratto decif. 416. num. 3. & segg.

Quinimò ex eo solum, quod Judex noluerit dare copiam actorum, ut haberi possent recursus ad Sedem Apostolicam sufficit ad faciendum probationem concludentem juramentum procuratoris instantis sine aliis attestacionibus. Nam quoties aliquis non exhibet illud, quod exhibere tenetur, statim juramento instantis per Text. in §. Si ad exhibendum, ubi Gloss. & Doctores Instum. de offic. Jud. & in hac specie scripturatum non adhibitarum probant adducta per Ridolph. in prax. par. 3. c. 2. num. 166. & segg.

Atque ita, ut non obstat, si dicatur, non fuisse paritum Brevibus, aut decretis voluntariis, sed coactè. Quia voluntaria paritio non requiritur, maxime in foro fori, & quan-

quando Judex illa executioni demandaverit. Imò in hoc casu potest haberi recursus ad superiores pro justitiæ complemento. Et quia paritio, etiam coacta, sufficit, cum voluntas, etiam coacta, voluntas sit, per Text. in §. per traditionem Instis. de rer. divis. Azor. in summ. C. lib. 2. tit. 20. n. 7.

6 Quod si aliqui fuerint excommunicati, ex quo parere noluerint, antequam deveniretur ad executionem ob contumaciam in non obediendo. Id dici non poterit, nisi contra illos, quos in specie probaretur fuisse personaliter, ac legitime citatos, ut per Rot. dec. 17. n. 2. & dec. 109. n. 2. coram Buratto, quorum respectu dari debet absolutio ad cautelam, cum reincidencia, ut audiantur. Respectu vero aliorum, qui vel non fuerint citati, vel se non opposuerint executioni, non est necessaria absolutio aliqua. Nam delictum unius alteri imputari non debet, & culpa suos debet tenere auctores, & non alios ex vulgari l. Quemadmodum, ff. de noxal. act. Nec ulterius contra eos progreditur, qui procal sunt à calumnia, Farinac. de delict. & pæn. q. 24. n. 1. & segg. ubi ampliatur etiam in Patre, qui non tenetur pro delicto filij, minufque delictum personæ potest præjudicare Ecclesiæ, vel Provinciæ, quominus justitiam suam exquirere, ac prosequi possit, c. pervenit de arbitr. Ec. quia de testam. & utrobique Glossa, & Doctores.

CONSULTATIO CX.

An ex quibus, maxime Provincialis, aliusve Superior Regularis suspendi possit ab officio, aut in eo redintegrari? Quid si ei renunciaverit? Quidve de cassatione ejus electionis, & de celebratione novi Capituli, & nova in eo ministrorum electione?

1 Rimò ex simonia, si de ea contra Provinciale sit inquirendum, quæ cum cadat super ipso officio Provincialatus, nampè ad illius confirmationem allequendam, interim debet ab eo suspendi, ad Text. in c. licet Hely §. qui vero de Simon. in can. quia 3. q. 2. & in l. 2. C. de arcov. Luc. de Penna in l. Judicem C. de dignit. Paris. de Petr. de synd. tit. de offic. synd. Etenim satis est suspicio criminis, ut ab administratione suspendi possit, Abb. in d. c. licet Hely n. 9. & 18. in fine. & in c. inter n. 1. de purgat. & in c. si Clerici n. 31. & 33. de judic. Jo. Andr. in c. 1. de accus. in 6. Foller. in pr. crim. can. c. 34. n. 17. & 25. & Farin. conf. crim. 25. n. 58. lib. 1.

2 Imò ex hoc solum, quod est conficiendus processus contra exercentem jurisdictionem, & subditos habentem debet omnino suspendi, ut liberè absque metu procedat, ut ex pluribus probat Grammat. conf. 10. num. 2. & segg. quem sequitur Lancello. de attent. par. 2. c. 5. n. 17. Unde si Prælati, & Officialis cum pleno jure suspendi potest ante formationem processus, multò magis poterit suspendi qui nondum est confirmatus. Nam jus ex sola electione est tenue, revocabile, & imperfectum, c. nihil est de elect. & c. qualiter, & c. cum duobus eod. tit.

3 Præsertim si ab hac suspensione sibi notificata non appellaverit, prout nec appellare poterit, saltem ad effectum suspensivum juxta peculiarem facultatem quorundam Generalium, ut Generalis S. Augustini concessam à Sixto IV. ac relatam à Sorbo. in compend. privit. v. Generalis num. 11. & 12. & à Barboia in c. ad nostram n. 3. & vot. 4. num. 68. lib. 1. qui etiam ex juris communis dispositione num. 61. & segg. ostendit, quod à similibus suspensionibus ab officio Provincialatus non datur appellatio suspensiva.

4 Nec hujusmodi suspensio poterit prætendi attentata ex appellatione, si appellatio fuerit interposita à persona non habente mandatum procuræ, nec concurrerit aliqua ratificatio, quo casu perinde est, ac si non fuisset interposita per Text. in l. Quoties ff. qui satisfac. cog. l. 1. §. de appellat. Rota decis. 627. n. 15. par. 3. rec. & plenè in Perulina bonorum 27. Julij 1651. coram Celso §. facultatis verò. Vel si fuerint interposita post decem dies Post eos enim non potest amplius appellari aub. hodie C. de

appell. l. 1. §. Quod in sententia ff. quando appell. ac Rota dec. 61. n. 1. & dec. 289. n. 47. par. 6. rec.

Vel si appellatio nunquam fuerit deducta ad notitiam Superioris Regularis. Unde rectè procedi poterit ad suspensionem abique ullo scrupulo attentatorum, per Text. in c. si duobus de appell. Specul. de appell. §. novissimè n. 2. Card. in Clem. 1. vers. sextus casus de segg. poss. & alios, quos refert, ac sequitur Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 36.

Suspensio igitur ab officio facta, donec causa terminetur excludit Provinciale, aliamve à redintegratione, quando causa criminalis nondum est terminata, imò nec instructa.

Præsertim si Provincialis spontè, ac liberè renunciaverit Provincialatui, licet ejus renunciatio non fuerit accepta à Superiore, si tamen facta fuerit ante confirmationem electionis juxta communem Doctorum distinctionem, secus si facta fuerit post confirmationem. Tunc enim sine Superioris acceptatione non valeret, atque ita procedunt Doctores contrarii. Facta autem ante confirmationem sine acceptatione superioris subsistit, ut per Gloss. in c. si electio, vel renunciatio de elect. in 6. ubi Gemin. n. 5. Franch. n. 3. Patif. de resignat. lib. 2. q. 1. n. 78. Rota dec. 6. n. 1. de elect. & dec. 8. n. 3. de jurepatr. ubi Doctores communiter.

Et non ostendatur, Provinciale recessisse à renunciatione. Quo casu, etiam si renunciatio indigeret acceptatione Superioris, adhuc tamen necesse est, ostendere renunciantem penituisse, & renunciationem revocasse; Unde nemo potest super hoc absque speciali mandato audiri, cum à solo animo renunciantis hæc mutatio voluntatis habenda sit per Gloss. in l. Idem Pomponius §. fin. ubi Bart & Angel. de rei vindicat. Alex. conf. 78. num. 14. lib. 5. Bald. conf. 27. lib. 2. Surd. conf. 281. n. 32. ac Rota decis. 145. num. 8. & 9.

Nec suffragaretur, si post renunciationem procederetur ad ulteriora in inquisitione, ac ipsemet suspensus appellaret à deputatione Regularis in Rectorem Provincie. Quoniam hæc sunt res penitus distinctæ, nempe renunciatio spontanea, & inquisitio ex officio facienda à Judice confirmatore adèd, ut etiam si renunciatio esset valida, non tamen impeditur, quin ipse Judex possit, ac debeat inquirere veritatem, & ad ulteriora procedere, ut in his terminis firmat Sigismund. à Bonon. de elect. par. 1. dub. 39. n. 8. & 10. & Barbof. de jur. Eccles. lib. 1. c. 19. num. 240. Et notandum est cum Miranda in prax. crim. can. q. 3. art. 1. in fine & cum Barbof. d. vot. 4. num. 63. quod modò minor causa requiritur, imò quod quæcumque sufficit, ubi agitur de officiis Regularibus, præsertim dum ante confirmationem non agitur de tollendo jure quæsto, ut ad rem ponderat Donat. tom. 2. tract. 7. de confirm. elect. q. 14. num. 5.

Non poterit ergo prætendi aliqua redintegratio ex 10 spolio, si renunciatio est valida. Imò & per eam renunciatis spontè cecidit à sua possessione, si quam habebat, Pont. de spol. lib. 3. c. 2. n. 19. Rota dec. 4. n. 1. de renunc. in nov. & Castad. dec. 4. n. 10.

Sententia pariter cassationis electionis Provincialis ita excludit ejus præsentem redintegrationem, si valida sit. Eritque valida si Judex confirmator, antequam ad illam deveniat, solum ex officio inquirat extrajudicialiter. Nam in causa confirmationis proceditur sine figura Judicii, ut decernitur expressè in c. indemnitas §. sanè de elect. in 6. per hæc verba: Sine strepitu Judicii, & figura per Superiorem inquiratur primitus, antequam confirmetur, vel etiam infirmetur. Et in Clem. ex jure de verb. signif. §. Demum, ubi Gloss. in §. not. advertit, in confirmatione Provincialis non procedi judicialiter; Unde quod sufficiat etiam habere causam extrajudicalem, ex eo, quia non agitur ad puniendum, sed ad excludendum, tradunt communiter Doctores in c. postquam de elect. & in c. de postulat. Prælat. Lavor. tom. 1. var. tit. 4. cap. 25. n. 39. Ba-

59 Bagnes de just. & jur. qu. 67. art. 2. in resp. ad 2. argum. Barbof. de jur. Eccles. lib. 1. c. 19. num. 255. qui ita in praxi servari testatur Donat. in prax. tom. 2. par. 3. tract. 9. q. 6. n. 2. & q. 9. n. 8. & 10. ac Rodriq. tom. 2. q. regul. 52. quem defendit Sigismund loc. cit. dub. 44. nu. 12. ubi invenitur in Mirandam, qui contrarium ostendit.

12 Idque præcipuè, si extet Constitutio particularis Ordinis, quæ statuat tempus decem dierum tantum à die petitionis confirmationis ad confirmandam, vel infirmandam electionem. Hoc enim casu non potest procedi, nisi per inquisitionem extrajudicalem, cum in tam brevi termino sit impossibile in partibus habere probationes judiciales, ac processum formalem conficere, electum examinare, aliasque facere ad terminum, &c. & servatis servandis de jure in judicio formali.

13 Ac ita ut ne possit quidem controversi validitas cassationis electionis ex eo, quod forsitan servata non fuerit forma præscripta à Sac. Congregatione, ut scilicet Pater Generalis processum conficeret, ac procederet ad pœnas, prout de jure. Nam cassatio electionis non est pœna, sed simplex exclusio. Satis est ergo, quod in cassatione procedatur, prout de jure. Quia rescriptum, etiam si non haberet clausulam, prout de jure adhuc tamen intelligitur, ut processus fieret super quibus de jure processus est faciendus, & quatenus de jure requiritur ad Text. in cap. causam quæ, ubique Abb. & Decian. in 1. notab. de rescript. Gloss. in canon. parvus v. Si verò 23. quest. 1. & egregiè Rota decis. 29. nu. 2. part. 1. rec. Nec modus procedendi super cassatione impedit modum procedendi super punitione. Idèdque nihil ageretur contra rescriptum, cum unus modus procedendi alium non impediatur, ex traditis à Fagnan. in cap. qualiter & quando num. 39. de accusat.

14 Secundò ex irregularitate propter homicidium commissum, etiam ante pubertatem, & absque dubio in undecimo, vel duodecimo ætatis anno, ut per Abb. in cap. exhibitum n. 2. de homicid. Gloss. in Clem. unic. v. infans eodem tit. Maiol. de irregularit. lib. 7. cap. 43. num. 1. Perez lib. 1. gloss. 1. parte 3. tit. 1. lib. 5. eod. Gavant. in aphor. Episcop. v. Irregularitas, Præpos. in 3. par. quest. 5. de irregular. dub. 10. n. 76. malè reclamante Joanne Sanchez in select. dub. 5. allegat. 1. Nam loquitur contra communem, ac tutiorem sententiam, nec rectè allegat Avilam, & Henriquez, qui id non asserunt, & opinio contraria videtur erronea, & communiter rejecta, cum solum infans, & minor septennio, qui non est doli capax irregularitatem in delicto non incurrat, sique aliquem occidat, ut in Clement. unic. de homicid. voluit. Et quod pueri grandisculi, etiam ante pubertatem, cum sint doli capaces, sint propter homicidium irregulares, nisi penitus vacent culpa, firmant communiter Doctores in exhibitum eodem tit. nominatim Abbas n. 2. dicens quod tenentes contrarium, loquuntur de infanti ætate, quæ quidquid videt, ignorat, idemque tradunt ibidem Felu in princip. ac Butr. nu. 5. & habetur in cap. 10. de delict. puer. ibique Ostens. nu. 5. ponens exemplum de puero cultrum projiciente, quo aliquis occiditur, dicitque ex hoc effici irregularis, & si animum occidendi non habuerit. Quod reperit in cap. 2. n. 2. in fine: Adducitque exemplum in puero decennii, qui est doli capax. Et de veteri sententia testatur Maiol. de irregularit. lib. 5. cap. 48. num. 11. inquiring verius, ac tutius esse, quod major septennio propter homicidium fiat irregularis, licet facilius obtineri solet dispensatio propter imperfectiorem consilii. Et post alios idem tenet Pelliz. in manual. regul. tom. 2. tract. 7. c. 5. sect. 1. q. 8. n. 11.

15 Irregularitas autem ex homicidio ita est impedimentum canonicum, ut electio subsequuta irrita sit, nec sit confirmanda, ut latè Navar. in manual. c. 27. n. 251. Castell. de elect. c. 11. num. 19. Passerin. eod. tract. c. 25. nu. 315. ubi fuscè probat, electionem de irregulari factam non esse ipso jure irritam, sed tamen cassandam.

16 Certumque est, irregularitatem, quæ ex delicto pro-

venit, nullatenus per professionem in Religione emissam tolli, cap. 2. de apost. ubi Gloss. v. Religiosus, Ostiens. n. 6. Butr. n. 13. Card. n. 2. in 5. oppos. Anchar. n. 4. in 1. oppos. Abb. nu. 6. Anan. in fin. & tradunt Sylvest. v. Irregularitas qu. ult. Navarr. comm. 2. de Regular. num. 60. Covarr. in Clem. si furiosus par. 1. §. 2. n. 6. de homicid. aliique communiter. Quinimò hæc irregularitas adèd regularem reddit inhabilem, ut ejus electio sit nulla ipso jure per cap. Si eo tempore de rescript. lib. 6. c. 15. quæ de sent. excommun. pariter in 6. Peyrin. de Prælat. q. 5. §. 3. nu. 44. & segg. & Barbof. de jur. Eccles. lib. 1. cap. 19. num. 24. & 29.

Neque mors occisi excusari poterit, quod non fuerit sequuta ex vulnere, sed ex defectu medicaminis, & culpa medici, nisi quando vulnus illatum non esset lethale, sed adèd leve, ut nullo, aut modico medicamine vulneratus posset liberè sanus evadere, ut declarat Henricus in summ. lib. 14. de irregul. cap. 1. num. 4. Covarr. eod. tit. par. 2. §. 2. nu. 9. dicens, quod aliàs considerabilis non est negligentia in medicamine, cum ipsum vulnus directè, ac per se mortem intulerit, & ad id optimè expendit Textum in c. exhibitum de homicid. voluit. in quo fuit considerata medicantis imperitia, & nihilominus omnes ibi concludunt, quod solus culpæ defectus in vulnerante aptus est excusare ab irregularitate. Et licet Castiopal. de censur. disp. 6. punct. 15. §. 5. videatur de hac opinione dubitare, se tamen declarat, quod illa tutò procedit, quoties vulnus fuit tale, ut proximum mortis causam præbuerit. Et in dubio concludit, quod mors subsequuta sit tribuenda vulneri, non autem intemperantiæ vulnerati, vel negligentie medici, maxime dum intra breve tempus contingit. Unde quod vulneratus obierit defectu medicaminis probari debet; alioquin ex præsumptione juris præsumitur, illum decessisse ex vulnere, si intra paucos dies decesserit, Farinac. in prax. p. 5. q. 127. nu. 24. ac Boer. decis. 323. nu. 1.

Minusque excusari poterit irregularitas, quod homicidium dicatur fuisse commissum ad propriam defensionem, vel quod per longi temporis spatium fuerit præscriptum, aut in eo fuerit dispensatum. Nam quod homicidium fuerit patratum ad propriam defensionem probari etiam debet, alioquin contrarium præsumitur, si non constiterit occisum offendisse, aut voluisse offendere occisorem aut si mortiferum vulnus dolo non fixerit. Ad irregularitatem autem incurrentiam satis est excedi moderamen inculpatæ tutelæ, c. significasti, ubi Gloss. & Doctores de homicid. Farin. q. 125. n. 418. & vulgò alii.

Præsertim autem si quis ob levem causam, ob temporarium scilicet reum conservationem, aliquem interfecerit, aut occasionem mortis præbuerit, irregularis efficitur per notatam in c. suscepimus de homicid. Navarr. in manual. c. 10. n. 30. Sylvest. v. excommun. 16. q. 1. Doctores verò tenentes contrarium, loquuntur in fure nocturno, aut latrone. Unde verior, ac tutior opinio est, quod sola bonorum defensio nullatenus excuset ab irregularitate, ut mordicus defendit Fagnan. in c. Interfucisti num. 17. & latius in c. suscepimus n. 12. de homicid.

Nec ulla potest allegari præscriptio, si novissimè pervenerit ad notitiam. Nam præscriptio incipit à die notitiæ, præsertim in delicto patrato in loco campestri, quod est difficilis probationis, juxta distinctionem relatam à Farinac. q. 10. n. 12. Minus etiam suffragaretur dispensatio Sacræ Penitentiarie, Nam illa restringitur ad forum internum tantum, ex his verbis, quæ in ea solent apponi: Ita quod hujusmodi absolutio, ac dispensatio in foro judiciali nullatenus suffragetur. Unde quoad forum externum hujusmodi dispensatio inefficax est ex defectu voluntatis Pontificis, ut in specie Navarr. de judic. conf. 4. n. 7. & multò minus suffragaretur dispensatio Superioris Regularis, ut per Navar. conf. 5. de privit. tom. 2. art. 7. Sanchez de matr. lib. 3. disp. 26. n. 17. & lib. 8. disp. 34. n. 4. & segg. Donat. in prax. tom. 2. tract. 5. de eligent. q. 19. n. 3. Minusque suffragari

gari potest dispensatio, quæ fit à superioribus ante electionem, ut probat Donat. *loc. cit. & tract. 4. q. 45.*

22. Quod si dicatur allegari posse aliam dispensationem præsumptam, quæ suffragetur etiam quoad forum exteriorem, responderetur, hanc præsumptionem cessare, si reus se restrinxerit ad dispensationem S. Penitentia, ut præclare quidem Rota in Gerundenf. beneficii 30. Aprilis 1640. §. *neq. potest* coram Tarraconensi, & in Romana subhaftationis de Alexiis 15. Maij 1648. §. *Quia enunciativa* coram Decano.

23. Nec requiritur sententia super crimine, sine qua irregularitas nullius considerationis est in foro exteriori; Nam id procedit ad effectum puniendi, secus autem ad incapacitatem ob irregularitatem, ut per Bonac. *de legib. disp. 3. q. 8. punct. fin.* Ricc. *in prax. par. 1. resol. 81.* Thefaur. *de penis Eccles. par. 1. cap. 29. Merol. tom. 2. de leg. disp. 4. c. 5. dub. 4.* Doctores verò, qui contra sententiam loquuntur de aliis criminibus, & ad alios effectus non autem de homicidio respectu irregularitatis, Dian. *part. 2. resol. 69.* & in hoc casu, in quo non proceditur judicialiter super confirmatione, satis est habere causam etiam non probatam ordine judiciali. Et quod etiam irregularitas occulta impediatur confirmationem electionis, docet Anan. ubi sic ait: *Nota, quod electus non debet tacere irregularitatem occultam, de elect. & post eum Castell. eodem tit. cap. 11. num. 19.* asserens, quod etiam si alius irregularitas non innotescat, tenetur irregularis omnino recusare confirmationem; Et quod irregularitas præbeat impedimentum, etiam si fuisset ab ipso impedito ignorata, probat Donat. *dit. tom. 2. de elig. tract. 5. quæst. 19. num. 2.*

24. Tertio castatio electionis comprobari potest ex transmissione magnæ pecuniarum summæ pro obtinenda confirmatione. Ex hoc enim plura insurgunt. Primum quod ipse paupertatem professus, non poterat peculium habere, nec de eo liberè disponere, cum respectu Religiosi includat proprietatem, quæ opponitur essentialiter voto paupertatis, per Text. *in can. non dicatis 12. q. 2. in c. quando de offic. Ordin. & in c. Monachi de stat. Monach. ubi Fagnan. n. 10. ac seqq.* non obiter tantum, sed ex professo rem hanc pertractat, & tam de jure communi, quam ex Concilio Tridentino, ac decreto Clementis VIII. & S. Congregationis super Episcopis, & Regularibus probat hujusmodi peculium esse illicitum, etiam ex licentia Superiorum Regularium.

25. Secundum si hanc pecuniarum summam transmiserit propter confirmationem obtinendam, idèdque intellexit etiam confirmationem extorquere per simoniam, quæ satis probatur præsumptionibus, & conjecturis, c. *per unum*, ibique Abb. & alii de *simon.* quod semper sequuta est Sacra Rota, ut testatur Spad. *conf. 111. nu. 1.* ubi plures adducit decisiones, idque, etiam si non fuerit effectum sortita, solùmque esset mentalis. Nam satis est, quod devenit ad actum exteriorem *cap. Tua, & cap. ult. de simon.* Barbol. *in collect. num. 4. & in d. cap. Tua nu. 5. Paris. de resignat. lib. 14. q. 7. nu. 35.* Et ex sola transmissione pecuniarum negari non potest quin deliquerit contra Constitutiones Bonifacii VIII. Gregorii XIII. Clementis VIII. de dat. & promiss. pro iustit. & gratia, sive de largit. numerum, quas refert Donat. *in prax. tom. 1. tract. 16.* Ricc. etiam *in prax. par. 4. resol. 81.* Suarez de *leg. lib. 5. c. 9. nu. 2.* Item contra Constitutionem Alex. VII. quam edidit super eodem argumento, in quibus præcisè præter alias pœnas §. 8. Constitutionis Clementis decernitur, quod contraveniens incapax in futurum ad quæcumque mania obtinenda existat, & privationem vocis activæ, & passivæ sine ullo Superioris decreto, aut ministerio ipso facto incurrat, sicuti optimè præ aliis hanc inhabilitatem absque alia sententia firmant Ricc. *in prax. loc. cit.* Sayr. *lib. 3. etiam. Reg. c. 9. n. 24. cum plurib. seqq.* Bonac. *tom. 2. de leg. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 2. nu. 9.* & Suarez *loc. cit.*

26. Non obaret, si non probaretur exactio pecuniarum.

Nam id potest quidem excusare ab incurfu pœnarum Constitutionum eum, cui pecuniæ missæ sunt, non autem mittentem, qui quoad se Constitutionibus contravenit, & ipso facto inhabilitatem contraxit, præsertim ad effectum confirmationis obtinendæ, quam pecunia emere intendat.

Quarto. Justitia cassationis electionis probaretur ex 27 recuribus habitis ad Curiam sæcularem, de quibus pariter constare debet, saltem per sumptum extractum à notario ex suis originalibus, & copiis authenticis, Cavaler. *dec. 529. n. 2.* ex quibus ipso jure incurritur in excommunicatione, c. *noverit, c. gravem de sentent. excomm. & in can. 16.* Bulla, quæ legitur publicè quotannis feria quinta Cœnæ Domini, ac ita, ut non suffragetur, quod recursus habuerit pro defendenda possessione. Ad hoc enim plenè, ac rectè respondet Rota in Iundenf. beneficii 5. Aprilis 1604. coram Pegna apud Marchef. *de commiss. par. 3. post §. 2. decis. 14. n. 6. & 8.* quæ est decisio magistralis in hac materia, & responder ad omnes decisiones, quæ contra nonnunquam allegantur. Unde non obstat, quod talis recursus fuerit habitus pro tuenda justitia possessionis, & pro remotione violentiis. Quoniam hic prætextus nullatenus comprobare poterit hujusmodi recursus, ut per Lezan *in Summ. v. exemptio Regularium n. 15.*

Notandum autem est, quod licet recursus ad Judices laicos inducat privationem ipso jure: Certum tamen est ad hujusmodi effectum requiri, quod præcedat sententia declaratoria super facto ipso recurfus, ut probant Sanchez, Castropalaus & alii, quos in specie simili recurfus refert, ac sequitur Rota *dec. 83. p. 7. rec. quæ est decisio 908. n. 6. & 7.* coram merlino: Unde ad hujusmodi effectum requiruntur probationes certæ, & concludentes, ut firmat Rota *dec. 309. n. 9. p. 7. rec.* Comprobaretur ex facto ipso, si recursus pluries habitus fuerit non pro simplici auxilio, sed super ipsa cognitione suspensionis ab officio Provincialatus ex decreto item Curia secularis, atque ex aliis, & sic absque dubio violatur Ecclesiastica libertas, ut tradit Rota *dec. 100. coram Pegna, præsertim si non appellaverit, nec recursus habuerit ad sedem Apostolicam, nisi postquam non potuerit aliquid obtinere à laico Tribunali.* Et in specie quod sic recurrentes sint ipso jure excommunicati, late probat Bellier *disquisit. Cleric. p. 1. de favor. Cleric. person. §. 2. num. 31.* ac plenissimè Farinac. *conf. 78. n. 6.* firmavit Rota *decis. 181. n. 1. decis. 281. post. 2. vol. conf. Farinac. & coram Cavaler. dec. 372. & 529. utrobique n. 1. & dec. 172. n. 3. par. 6. rec.*

Celebratio quoque novi Capituli, & electio novi Provincialis, qui reperitur in legitima possessione, obstatent præterea redintegrationi ita, ut depositus agi non possit, nisi illo vocato, & audito, ut ad partes disputando probat Donat. *de elect. tract. 7. qu. 14.* qui loquitur in electione à JUDGE confirmatore facta intra tempus, pro quo primus erat electus. Ergo multò magis si tempus, pro quo Provincialis depositus erat electus, expiravit, & illo expleto, fuerit habitum Capitulum Provinciale, ac electiones omnium officialium juxta Constitutiones Religionum, illaque fuerint approbatæ à Patre Generali. Unde non poterit tractari, ut dixi, de novi Provincialis amotione, nisi legitime citetur, atque audiat. Si enim hæc citatio est absolutè necessaria ad hoc, ut validè ferri possit sententia pro primo electo, etiam si secundus fuerit subrogatus in locum alterius, ac habeat jus dependenter à cassatione primæ electionis ex Donato *loc. cit.* utriq; longè major necessitas citandi possessorem insurgit, quando ipse non fuit electus ob cassationem primi, sed elapso tempore, quo præcedens Capitulum durabat, fuit unanimiter electus à Provincia juxta suas Constitutiones, legitime congregata, & confirmatus à Patre Generali, ex quo plenissimum jus fuerit assequutus, & pacificam possessionem, in qua merito est manutendus.

Et cum hodie Provincia maneat in summa quiete, prout præclarum testimonium de hoc præbere potest

potest concursus electio novi Provincialis, hæc pax summo perè turbaretur, si contingeret, Provinciale depositum redintegrationem obtinere cum spolio novi Provincialis legitimi possessoris. Quo in casu restituitio, etiam injustè spoliato, non conceditur, ut dixit Specular. *par. 6. de peis & possess. spol. §. Quoniam,* ubi inter plures casus, in quibus denegatur restituitio, primo loco recenset scandalum, & habetur in *c. litteras de restit. spol. ac probat Federic. de Sen. conf. 283. num. 2.* & post alios Pontan. *de spol. d. lib. 3. c. 2. n. 82.*

31. Nec poterit dubitari de validitate novi Capituli, si nullum prorsus adfuerit impedimentum, quominus suo tempore celebrari potuerit, ut si non adfuerit pendentia litis, minisque aliqua inhibito, quemadmodum necessarium fuisset, sed potius doceretur, quod lis cessaverat per liberam Provincialis renunciationem, ut ad rem hanc tradit Rota apud Castell. *dec. 4. nu. 3. de restit. spol. & coram Burat. dec. 82. n. 1.* nihil obstant defectu acceptationis Superioris. Nam ejus necessitas, ut supra dixi, potest quidem procedere in obtinente beneficium. cum enim sit legitimus Ecclesiæ sponsus, non potest ei renunciare sine Superioris auctoritate, ut in *c. si admonet, & in c. quod in dubiis de renunc. & in his terminis Rota in Anglonensi Archyepiscopatus 28. Junii 1654. §. Quia cum non sit in facultate beneficii coram Albergato, licet autem est, ubi nondum præcesserat Superioris confirmatio, quæ sola efficit, ut Prælati dicatur Ecclesiæ sponsus, ut rectè distinguit Donat. *in prax. tom. 2. tract. 7. de confirm. elect. q. 17. n. 7.**

32. Obstat etiam defectus mandati procurator. Cum enim per liberam renunciationem amiserit omne jus, & possessionem, quæ prius ei competere potuisset perpetuam deinde absque ipsius mandato speciali pereretur redintegratio, prout requirit mandatum speciale ad effectum acquirendæ, seu recuperandæ possessionis, per Text. *in l. Quemadmodum, ff. de acqu. possess. fusc. probat Posthum. de manu. observ. 55. n. 120.* Obstat etiam præterea redintegrationi libera litis renunciatio, per quam quis cadit à possessione facto proprio. Quo casu non competit remedium possessorum, ut firmat Rota *dec. 4. n. 1. de renunc. in nov. & apud Castell. dec. pariter 4. nu. 10. de restit. spol. & plenissimè in d. Anglonensi 23. Martii 650. §. ac proinde coram Conrado, in qua id ampliatur, etiam si renunciatio non processisset ex puro consensu, maturaque deliberatione, sed ex timore.*

CONSULTATIO CXI.

An Capitulum Regularium, cui præst. notoriè excommunicatus, sit validum? Quid si esset absolutus in forma Cancellaria Apostolica? Et quibus officiis ejusmodi excommunicatus sit privandus?

1. AD primum, Capitulum ejusmodi esse nullum. Nam notoriè excommunicatus per trinas sententias, ob non partitionem scilicet rei judicatæ, aut recursum ad Judices laicos, nullo modo esse potest Judex, nec aliquam jurisdictionem exercere, c. *ad probandum de re jud. can. audivimus 24. q. 1.* Innoc. *in c. adversus de immunit. Eccles. Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defectu jurisdict. deneg. nu. 61.* Mirand. *in manual. Prælat. q. 35. art. 8. concl. 4. tom. 2. Sayr. de censur. lib. 1. c. 5. nu. 31.*

2. Idque, non obstant forma Cancellariæ Apostolicæ per clausulam, *Te absolventes, &c.* Quia hujusmodi clausula nullo modo suffragatur infidelitatem, aut contumacibus rei judicatæ, ut expressè disponit *regula 66. Cancellaria, tit. de infordescensibus,* & firmavit Rota *decis. 1099. nu. 12.* coram Pegna, & *dec. 136. num. 41.* coram Merlino.

3. Ceterum certi juris est, quod excommunicatus non privatur beneficiis antea obtentis, neque ad illa retinenda redditur incapax, sed tantum privari potest, si postea in excommunicatione perseveret in contemptum clavium,

ut rescripsit Cælestinus III. *in cap. cum bona de etat. & qual. c. Pastoralis §. Verum de appell. & tradunt Bur. in c. postulatis,* ibique Zabarell. *n. 5. Abb. nu. 7. de Cler. excom. univ. cum aliis per Rot. dec. 906. nu. 3.* coram Merlino.

CONSULTATIO CXII.

An sit permissum Superioribus Regularium, etiam Generalibus, Provincias sua Religionis dividere, & unam alteri subicere? Quid si adesset beneplacitum Apostolicum, ejusque excessus? Circumstantia rei, an debeat Pontifici innotescere? Quando pro executione Brevis Apostolici requiratur citatio Partis?

NEGATIVE. Ita Rodriq. *tom. 1. q. regul. 23. art. 8.* ubi recitatur decretum Nicolai IV. pro directione Ordinis Minorum Sancti Francisci per hæc verba: *Statuit, & ordinavit, ac districte prohibuit, ne in Ordine Fratrum Minorum fiat divisio alicujus Provincia, vel novarum Provinciarum multiplicatio absque Romani Pontificis licentia speciali per ejus parentes licentia concedenda, faciente plenam, & expressam de hujusmodi statu, & ordinatione, ac inhibitione mentionem, decrevitque irritum, & inane, si secus in hac parte contigerit attentari.* Idipsum repetit *tom. 3. q. 43. art. 1.* sub initio, esseque hoc decretum conforme dispositioni juris monet *art. 8. in fine,* firmatque Donat. *tom. 4. tr. 12. q. 47.* nullatenus à Patre Generali hujusmodi translationem fieri posse. Quod probat ex Text. *in c. sicut univ. 8. de excess. Prælat. & c. Quoad translationem 4. de offic. legat. citaque pro hac sententia plures alios.*

Quod si Pater Generalis asserat, fuisse sibi commissam hanc facultatem per speciale Breve Apostolicum, debet id docere per Text. *in c. cum in jure de offic. & potest. Jud. deleg. & in Extrav. Injuncta de elect. ac l. unic. de mand. Princ.* & ita in terminis tradit donat. *loc. cit. q. 58.* præsertim ubi agitur de re, quæ merè non dependet ex ejus voluntate, & arbitrio.

Ac ita, ut non suffragaretur beneplacitum Apostolicum restrictum ad duos, vel tres Conventus, & Generalis excederet limites facultatis sibi tribuæ, augendo numerum. Quia tenetur sub pœna nullitatis actus servare omnino, ac diligentissimè formam suæ commissionis, c. *dilecta de rescript. Abb. conf. 41. in princ. par. 1.* & tradit Rota *decis. 614. n. 2. par. 1. rec. ac decis. 676. n. 5. p. 2. & 261. n. 12. par. 7.* & coram Merlino *decis. 701. n. 42.* aded ut excessus quidem minimè rei ratione individuitatis decreti causer nullitatem in omnibus, per Text. *in l. in hoc judicio,* ibique Gloss. *v. non valere, ff. famul. heredit. ac firmavit Rota coram Puteo decis. 315. nu. 2. & seqq. lib. 3.* in correctis, ac *dec. 221. n. 1. & dec. 315. n. 4. par. 2. divers. & coram Burat. dec. 169. n. 7. & dec. 286. n. 5. & decis. 337. n. 22.* & in Romana divisionis 10. Junii 1641. & in Viterbiensi fideicommissi, seu attentatorum 13. Maii 1644. coram Decano.

Etenim forma consistit in indivisibili *h. s. veritas C. de fideicom. & notant communiter Doctores, ac Rot. dec. 30. par. 1. rec.* Ac proinde dat esse proprium rei quam constituit, non solum in rebus physicis, sed etiam in moralibus, & in omni actu *l. Divus ff. de in integr. restit. & l. Mevius, ff. de cond. & demonstr. & Clem. 1. de reb. Eccl. non alien.* Idèdque non recipit aliquam variationem, sed debet in totum etiam secundum minimas partes, servari, etiam in civilibus *l. Cum hi §. Si Prætor ff. de transact. & l. Qui Roma §. Flavius ff. de verb. oblig.*

Eòque minus beneplacitum Apostolicum suffragari poterit, si Pontifici non innotuerit circumstantia notabilis, quod scilicet iidem Conventus sint aded distantes, ut nequeant saltem quotannis visitari. Id enim si fuisset ei significatum, vel non concessisset hanc facultatem, vel se reddidisset difficultiorem ad illam concedendum, ut in specie probat Garz. *de benef. parte 12. cap. 2. n. 118.* Surreptionem autem vitare ipso jure unionem Apostolicam

licam post Abbatem, Felinum, & alios tradit idem Garz loc. cit. num. 117.

Præsertim autem si concurrerit defectus citationis Patrum Provinciae, sine qua non poterit ullo modo deveniri ad executionem Brevis Apostolici, ut distinguendo inter executorem datum ad actum, qui non potest esse præjudicialis, & eum, qui potest esse, docet Abb. conf. 34. nu. 6. lib. 2. hysmans in secundo casu esse omnimodò vocandam partem, quæ potest lædi, & audiendas ejus exceptiones. Unde hanc citationem interesse habentium esse absolute necessariam in terminis divisionis, firmat Rota in Comensi dismembrationis 22. Junii 1648. §. Præterea deficit coram Contrado, ubi §. segq. ait, id procedere, quamvis agatur de executione Brevis, cum non idcirco potuit delegatus præmittere debitam causæ cognitionem, ac citationes interesse habentium. Quare Pius II. in quodam privilegio concessio Priori, & Conventui Sancti Benedicti Vallisoleiani uniendo aliqua Monasteria voluit, quod expressus eorumdem Monasteriorum ad id interveniret assensus, ut patet ex tenore dicti privilegii relati à Rodriq. tom. 3. q. 80. art. 1. Eoque magis est necessaria citatio, si interveniat contradictio Patris Provincialis cum protestatione, & instantia pro recursu quemadmodum fuit bene consideratum in d. Comensi cit. §. Præterea, sique non deficiat iusta contradicendi causa ob gravissima præjudicia, quæ non solum Provinciae, sed aliquando etiam toti Religioni ob hujusmodi uniones inferuntur.

CONSULTATIO CXIII.

Vigore sequentis indulgi, S. Congregatio Cardinalium negotiis Regularium præposita, auctoris narratis, benigne indulget, ut Orator, ubi saltem per quadraginta dies in dicta Religione, & præfato Conventu, licet non designato, sese probaverit, ad professionem emittendam, admitti valeat, servata in reliquis forma Apostolicarum, & Ordinis prædicti Constitutionum. Romæ die 10. Decembris 1695.

Orator habitum Regularem Romæ die 17. Novembris ejusdem anni jam sumperat, inde Neapolim petiit, & postea supplicavit S. Congregationi, & obtinuit, ut supra, ac subinde gratiam accepit Neapoli die 22. Decembris, ibique emisit professionem die 28. ejusdem Quaritur an hujusmodi professio sit valida?

Negative respondendum censeo. Patet enim Oratorem emisisse professionem, non expectato tyrocinii tempore per multos dies, sive inspiciamus tempus datæ, quæ fuit dicta die 10. Decembris, sive receptæ gratiæ, quæ fuit die 22. Et nihilominus ad nullitatem sufficit momentum, ut tradunt Doctores, quos alibi adduxi ac refert Barbof. ad c. 15. sess. 25. Concil. Trid. de Regul.

Nec puto verum, quod dies quadraginta sint computandi à primo die susceptionis habitus, nempe 17. Novembris. Tum quia rescriptum intelligitur juxta petita. In petitione autem, ne verbum quidem habetur de habitu Romæ suscepto, neque de tempore, quinimò excluditur, dum omisit narrare tempus, & habitum, & petiit ex integro licentiam peragendi Novitiatum in Conventu Neapolitano per quadraginta dies. Tum quia lex providet in futurum, & nunquam trahitur ad præterita, nisi expressè caveat l. leges, c. de legib. Burat. dec. 367. num. 11. Imò non currunt, nisi à die habitæ notitiæ dictæ gratiæ, quemadmodum dicitur de patronis respectu quadrimestris. Rota dec. 15. nu. 12. & dec. 221. par. 7. rec. Et quod attendatur tempus præsentatæ, non autem obtentæ gratiæ, docet Seraph. dec. 844. n. 2. & tempus præsentatæ, non autem obtentæ commissionis, ait Barbof. class. 46. n. 5. subductis tamen diebus itineris, ut per Addend. ad Ludovif. dec. 127. vers. declarata tertio.

Idque confirmatur. Nam gratia erat facultativa, & executio non pendebat à sola voluntate Oratoris, sed etiam aliorum contrahentium, ac proinde dies non poterant

currere, donec non perveniebant ad notitiam Patrum Conventus Neapolitani, In quo cupiebat ad professionem admitti, ad hoc, ut prius ostenderentur Oratori in quadraginta diebus jura Religionis quibus in omni circulo subjiciuntur Novitii, sicut dicimus de decreto, & dilatione Judicis, quæ non currit ante intimidationem.

Quod in hoc casu potiori jure admittendum est. Quia gratia S. Congregationis est exorbitans à jure illudque restringit. Et propterea omnis interpretatio facienda est contra se fundantem in illa, Burat. dec. 325. num. 2.

Non item puto verum, quod copula & posita in Indulto, scilicet per quadraginta dies in dicta Religione, & præfato Conventu sit alternativa. Primum, quia non tollit objectum, nempe dies computandos à die datæ, vel habitæ notitiæ. Deinde quia dicto & apposita præsertim inter genus Religionis, & speciem Conventus copulat, & requirit adimplementum utriusque termini, l. si quis ita stipulatus, ff. de verb. oblig. Rota dec. 167. n. 12. par. 5. & dec. 600. n. 3. par. 2. rec. Postremo quia ex lectione decreti diluitur objectio. Nam unico verbo uterque terminus regitur, & pari modo terminatur, ibi: In d. Religione, & in præfato Conventu se probaverit.

Et quidem ponderando verba Indulti, Constitutiones Pontificias, facultates, & morem S. Congregationis, ita rem hanc debemus interpretari. Verba, quia & copulat Constitutiones Clementis VIII. 60. §. 20. & Urbani VIII. Constitutione 5, quæ jubent, Novitiatum fieri in locis destinatis & reprobant factum per Regulares in aliis locis. Facultates S. Congregationis, quæ non se extendunt ad abrogationem dictarum Constitutionum propter clausulam sublatam, & decretum irritans Morem Sacræ Congregationis, quia dum ex indulgentia interdum designat loca, semper intelligit, ut totus Novitiatu peragatur, ibi, ad formam dictarum Constitutionum, aliis esset factio ipso derogare Constitutionibus, quod non facit, l. non dubium, c. de legibus. Eoque minus dum semel derogavit Concilio in d. c. 15. quod mandavit fieri per annum Novitiatum.

Quæ verò afferri possunt de tacita professione per declarationem habitus, per officia in Religione administrata, non obstant, si nondum elapsum fuerit quinquennium, & quatenus esset elapsum, irrita etiam esset hujusmodi professio uti carens quinque requisitis, de quibus Sanch. in decalog. lib. 5. c. 3. num. 14. & segq. qui nu. 13. monet post S. Concilium Tridentinum rarissimè contingere, ut validè quis tacitè profiteatur. Idemque post multas decisiones, ac declarationes Sacræ Congregationis Concilii, tradit Tamburin. de jur. Abbatif. dispnt. 6. quæst. 13. num. 6. ac segq.

CONSULTATIO CXIV.

De iusta Provinciarum Regularium divisione, earumque confusione evitanda. Quomodo dividenda? Justitia divisionis, ex quibus erui possit? Divisio Provinciarum, de quibus Provinciis intelligatur? Ex traditione proprii sigilli censentur distincta. Portiones quomodo assignanda? Confusio ratione Conventuum evitanda. De Divisione reali, & intellectuali. De Conventibus in una Provincia, vel Civitate pro partibus ejusdem Religionis, sed diversa nationis. Absurda, quæ ex hujusmodi confusione suboriuntur. Confirmatio in forma communi. Provinciarum divisio cur indulta? Ut una Provincia faciat unum corpus cum alia, quid requiratur. Quid si una Provincia haberet plura loca, quam alia? Quid si Commissarius ad dividendum Provincias deputatus excederet fines sue commissionis quomodo observanda? Ubi multa. Quid de concordia super divisione Provinciarum? Quæ requirantur, ut sit valida? Ad quam rem etiam multa?

Injustitia

Injustitia divisionis colligi potest ex confusione tam ratione Provinciarum in genere, & transitu de loco ad locum, quam etiam ratione Conventuum ejusdem loci. Confusio autem Provinciarum in genere est omnimodò irrationabilis. Quia cum agatur de divisione Provinciarum, non debeat adjudicari Conventus in una Provincia positi alteri Provincia. Ita enim statuunt. can. quicumque 16. sub initio q. 3. & Concilium Trident. sess. 14. c. 9. de reform. & tradunt Barbof. de potest. Episc. alleg. 231. num. 3. Hieronym. de Monte de finib. regund. c. 75. & 76. ipsaque suadet ratio servandæ æqualitatis, de qua Text. in l. Inter filius 11. C. de famil. heredit. Menoc. conf. 1087. n. 16. Paul. de Montepico conf. 15. n. 7. 15. & segq. Bardellion. conf. 58. n. 91.

Et quia divisio Provinciarum, vel intelligitur de Provinciis secularibus, quæ nationes constituunt, & vicissim ab aliis separantur, prout nomen Provinciae usurpato tradunt Cyn. in l. cum in longi temporis num. 1. libique Bald. num. 11. C. de prescript. long. temp. Barr. in Extravag. Qui sint rebelles v. Lombardia, Angelin. l. unic. numer. 5. C. de Metropolit. Berit. lib. 11. Hieronym. de Monte loc. cit. c. 4. num. 3. Vel saltem Provinciae pro ratione Archiepiscopatum debent disponi, ut proinde non possint Conventus positi intra limites unius Provinciae, & Archiepiscopatus alteri assignari.

Idque præcipue, si jam fuerint distinctæ Provinciae, & uniusque traditum proprium sigillum, quod est signum distinctæ jurisdictionis, quæ sine distincto, non secus, ac forma siæ materiæ, considerari non potest, Glof. & Doctores in c. 2. de fid. instrument. Mascard. de probat. concl. 1302. num. 44. & 45. Menoch. de prescript. lib. 3. præsumpt. 57. num. 3. & 4. Gratian. discept. 893. nu. 48. & segq. Hoping. de sigil. jur. c. 4. num. 51. & unaquæque uti inter se distincta semper receperit Regulares Conventus sitorum in sua Provincia per Gloss. in c. Quamvis v. uberiorem ubi Jo. Andr. & Butr. loc. cit. & Butr. in 6. Quod si nomen Provinciae ita collectivè ad omnes Civitates ipsius Provinciae, multò magis includit propriam Civitatem, à qua denominatur ipsa Provincia per d. Gloss. Jo. Andr. & Butr. loc. cit. & annuit Concilium Tridentinum sess. 25. c. 11. vers. exceptis de Regul. & Monial. Unde Provinciales non debent inviti propriam sedem, & suæ Provinciae principalem Conventum exteris concedere, ut in simili tradunt Curr. jun. conf. 129. n. 1. Cravet. conf. 201. n. 14. & 15. ac Menoch. conf. 1060. n. 101.

Conclusio autem ratione transitus de loco ad locum pariter improbat. Ut enim commodius membra subalterna cujusque Provinciae possint habere communicationem cum principali, & quasi Metropolitanano Conventu in quo Provincialis residet, non debet fieri divisio per factum, & interfectiones, sed Conventus contigui debent cuique Provinciae assignari, alioquin divisio esset contra æquitatem, l. ad officium 3. C. commun. divid. §. si familiae insit. de offic. Judic. l. Venditor. & l. ponit. §. fin. de act. empt. Petr. de Ubald. de duob. frat. part. 11. n. 80 Michalor. de fratribus c. 38. num. 26. Barz. dec. 100. Aded ut si unus habeat fundum proprium propè fundum dividendum, ipsi in illa parte debeat assignari portio, ad Text. in l. Quicumque 2. C. comm. agr. deser. Petr. de Ubald. & Michalor. loc. cit. Boer. dec. 46. num. 1. Bæz in tract. de decim. tit. c. 32. num. 6. Agota de part. p. 1. c. 1. n. 11. Morquech. de divis. bonorum lib. 4. c. 4. n. 16.

Nec confusio ratione Conventuum ejusdem loci potest sustineri. Quia non solum de jure in faciendis partitionibus res in uno, eodemque loco sitæ non pluribus, sed uni tantum sunt adjudicandæ, l. hac edictali, c. de sec. impet. l. si qua 7. C. famil. heredit. prout passim observatur in bonorum assignatione pro legitima, quæ licet debeat de substantia, tamen non de omnibus corporibus, sed in una re arbitrio boni viri solet præstari, ut bene perpendit Valafch. de partition. c. 22. n. 4. 20. ac segq. Ipsique Summi Pontifices decernunt, quod Provinciae

separantur, absque tamen ulla Conventuum, vel Domorum Regularium confusione.

Non enim congruit, quod in una, eademque Provincia, imò in eadem Civitate reperiantur duo Conventus ejusdem Religionis pro Patribus diversæ nationis. Id enim repugnat causæ finali divisionis Provinciarum, quæ eò tendit, ut duo Provinciales possint suis Conventibus unitis, & magis contiguè facilius præsestelliguè invigilare. Alioquin Regularis disciplina susdeque everteretur. Quia confusis domibus, oritur dubietas circa jurisdictionem in Religiosos, Novitii unius nationis, qui in aliena Provincia, tanquam in sua, professionem emittunt, agnita Provinciarum distinctione vix possunt se continere, quia ea de causa tentent à Religione egressi ambitus occasio præberetur iisdem Religiosis, qui ultra suos fines in aliena Provincia Conventus persequuntur. Excitatur temporalium quæstuum usurpatio, dycolici, & inobedientes habent quò refugiant, aliæque innumera nascuntur absurda, quæ cum fuerint considerata in casu simili, Sac. Congregatio super Episcopis, & Regularibus prohibuit Patribus Minimis Calabriae, ne in Civitate Neapolitana Conventum ædificarent in præjudicium Neapolitanorum.

Idque, etiam si nondum completus sit cujusque Provinciae numerus Conventuum, & jurisdictionis exercitium ad actum non sit deductum. Quia non propterea minus distinctæ sunt Provinciae. Non enim solum de jure datur divisio realis in corporalibus, & intellectualis in incorporalibus, prout est jurisdictio sed intellectualis etiam divisio potest fieri in rebus corporalibus re inter plures manente indivisa ut advertit Valafch. loc. cit. c. 27. num. 6.

Eoque magis si in statutis Religionis legatur Provinciarum indistinctio, etiam si illa confirmata sint in forma communi. Hoc enim sufficeret, quia sunt juri consentanea, ut per Rot. dec. 510. n. 9. part. 4. divers. Durand. dec. 36. n. 42. & coram Merlin. dec. 745. n. 23.

Quod autem sint juri consentanea ex eo deducitur, quod Provinciarum divisio inducta est ad evitandas confusiones, ut proinde à Dionysio Papa facta fuerit Parochiarum divisio ex S. Concilio Trident. sess. 14. c. 9. de reform. & in hac specie, quod justissimum sit statutum dividendi Provincias in Religionibus, quæ habent plures Conventus, latè comprobat Rodriq. tom. 3. q. reg. 43. art. 1. ad fin. Ut autem una Provincia faciat idem corpus cum alia necesse est, ut unio fiat per suppressionem tituli ac Provinciae unitæ, Gonzal. ad reg. 8. glof. 5. §. 7. n. 26. qui ab articulo beneficii infert ad causam profanam, & citat dictum Barr. in l. si convenit §. si fundam 20. ff. de pignor. act. dicentis Provinciam quandoque adjici Regno, vel Castrum, aut Villam accessorie adjici Comitatus, ita ut unum sit Regnum cum primo, & unus Comitatus, & tunc disponi secundum Regulas Regni, aut Comitatus cui accedit, eisdemque legibus, ac privilegiis gubernari. Quandoque unionem non fieri accessorie, sed per viam subjectionis, ut si Regno detur Comitatus, & tunc talem Comitatum disponi secundum leges suas, tradit Felin. in translata n. 6. de consuet. licet non loquatur ita clarè, ut Bartolus, & Gonzalez.

Nec obstat, si una Provincia haberet plura loca, si id proveniret ex eo, quod omnia essent intra suos fines. Melius enim est, quod una Provincia plures habeat Conventus, quam quod confundantur locorum fines, cum juxta eos, sicut antiquitus disponebantur divisiones Diocesium, ita hodie Provinciarum Regularium portiones disponi debent, Rodriq. loc. cit. & tom. 1. qu. 23. art. 8. Tholof. de benef. lib. 1. c. 4. n. 3. ac Lotter. de re benef. lib. 1. q. 10. num. 7. & 8.

Maximè autem si Commissarius ad dividendum Provincias deputatus excederet fines suæ delegationis, quam diligenter tenebatur observare, c. Cum dilecta de refer. c. Pisanis de restit. spol. Barr. in l. lecta n. 16. cum segq. ff. si certi

cert. pet. Surd. dec. 144. n. 17. divers. dec. 180. n. 1. p. 4. apud Fenzon. ad Stat. Urb. dec. 172. Greg. dec. 1. n. 1. Merlin. dec. 702. n. 42. & in rec. dec. 614. n. 2. par. 1. & dec. 676. n. 5. part. 2. & dec. 261. n. 12. p. 7. Et in similibus terminis divisionis factæ contra formam erectionis, firmavit Rota in Gerundenf administrationis 10. Martii 1638. coram Ghislerio.

12 Forma enim commissionis debet præcisè observari, quia est substantialis, ac proinde sanari nequit per confirmationem, c. *Penerabili de offic. judic. deleg. Bart. in l. Cum hi. §. Si prator in princ. ff. de transact. Aret. in l. 2. nu. 7. ff. de vulg. & pupill. ubi notat, quod quamvis cesset ratio, ob quam fuit inducta hujusmodi forma, non tamen cessat ejusdem observationis necessitas, Dec. in cap. de appell. n. 25. ac seqq. de appell. & probavit Rota in Valentina Baronie de Cortes 10. Martii & 19. Aprilis 1603. coram Ortembergo, & coram Gregorio XV. dec. 395. n. 7. & dec. 518. n. 2. coram Cavalerio, & dec. 612. num. 16. ac seq. coram Urgellensi, & dec. 225. n. 16. & seqq. & in rec. dec. 167. n. 9. par. 2.*

13 Quod sanè comprobaretur, si divisio non sit facta cum reservatione licentiæ, vel confirmationis Apostolicæ obtinendæ, ac ejus contemplatione, in quo casu tanquam conditionalis, quandocunque obtineretur confirmatio, esset purificata, & perfecta, & ex confirmatione vires assumeret, ut advertit Grat. *disc. 514. n. 3. ac Rota in Auximana bonorum 2. Junii 1695. coram Millino apud Marches. de commiss. tom. 1. fol. 877. sed fieri divisio post obtentam licentiam, non quidem simpliciter, sed per viam Commissionis, & sub certa forma deveniendi ad illam, quæ cum in ipsa divisione non servetur, ex subséquuta confirmatione robor assumere minime potest, obstante defectu præscriptæ formæ. Quia ubi potestas conceditur alicui, eam non habenti, sub certa forma, ea non servata, non tenet à principio quod agitur, neque exinde sanari potest, quando dicta forma respicit ordinem, cum sit substantialis, atque adeo præcisè servanda, ut censuit Rota in dicta Valentina Baronie & coram Urgellensi dec. 250. num. 14. & in rec. dec. 167. n. 9. par. 2. & d. dec. 261. num. 11. & seqq. part. 7.*

14 Atque adeo qui dictam formam ad amissum servari non curaverint, nequaquam divisionis, & gratiæ confirmatorie beneficio gaudere possunt, l. *Cum hi. §. Si Prator ff. de transact. Doctores in l. fm. §. fm. verò postquam adiverint, ibi, Nec legis nostre beneficio perfruantur, quam contemnendam esse censuerunt, C. de jur. delib. Clem. 1. ubi Doctores de reb. Eccl. Rota coram Urgellensi d. dec. 225. n. 4. & dec. 261. n. 6. & dec. 773. nu. 9. part. 3. rec. & in Bononiensi fideicommissi de Raudinis 9. Maii 1638. coram Decano, & dec. 131. nu. 6. & 7. & 14. Decembris 1637. coram Ghislerio, & d. dec. 261. n. 7. part. 7. rec. sæpèque alibi.*

15 Aut si Conventus aliquis ex sua fundatione fuerit assignatus suæ Provinciæ, unde non poterit alteri assignari contra voluntatem fundatoris, cum id sit commutatio legatorum piorum, soli Summo Pontifici reservata, Clem. quia contingit de relig. domib. Redoan. de reb. Eccl. non alien. rubr. 18. n. 78. cum seqq. Bero. conf. 49. n. 8. vol. 2. Genuesi. in praxi Archiep. cap. 19. n. 1. Monet. de commut. ult. volum. c. 5. col. 233. n. 206. quæ, ne legatis quidem à latere, solet impertiri, ut notant communiter Doctores in d. Clem. Genuesi, & Monet. loc. cit.

16 Et ita profectò, ut nec etiam suffragaretur aliqua concordia qua Superiores Religiosis de hujusmodi divisione consenserint. Provinciarum enim, & Conventuum Regularium divisio ad solum Summum Pontificem pertinet, ejusque est privativæ jurisdictionis, can. Felix 16. q. 1. can. de loco de consecr. d. 1. & in specie tradit Rodriq. d. tom. 1. q. 23. art. 8. & d. tom. 3. q. 43. art. 11.

17 Si careat beneplacito Apostolico, cujus defectus irritat quamcunque transactionem de re Ecclesiastica initam, Frederic. de Sen. conf. 93. n. 3. Craveri. conf. 323. nu. 1.

Redoan. loc. cit. c. 10. n. 12. & 18. Caputaq. dec. 106. p. 1. Rot. dec. 241. num. 10. p. 4. tom. 2. recent. coram Urgellensi dec. 459. in princ. & in Acernensi Vicarii 30. Maii 1650. §. *Quia Domini* coram Alex. VIII. etiam si agatur de transactione faciendâ inter personas Ecclesiasticas, Gratian. *disc. 674. num. 3. & 4. Rota dec. 277. num. 8. p. 4. tom. 2. recent. & in Cracoviensi decimarum 21. Maii 1644. coram Cardin. Ceiro, in Leodiensi decimarum 25. Junii 1649. §. Quoniam* coram Card. Corrado, & in dicta Acernensi Vicarii.

Si non fuerint vocati ii Patres, de quorum præjudicio agebatur, ut propterea non possit res inter alios acta, illis præjudicium inferre, l. 1. & tot. tit. C. res inter alios act. Tiraquell. eodem tractat. in princ. Berous conf. 76. num. 18. lib. 1. Pancirol. conf. 112. numer. 34. & conf. 173. num. 19. Surd. conf. 209. num. 9. ac Rota dec. 430. num. 1. part. 4. recent.

Si inita fuerit in causa propria, & ad propriam utilitatem, l. 1. ff. de auth. tut. Addeñad Gregor. dec. 473. n. 23. Millin. dec. 359. n. 1. Rota dec. 710. n. 2. p. 5. rec. & in Perusina bonorum de Baptifis 12. Decembris 1625. coram Pirovano & in Romana Cambii, seu pecuniarum 22. Junii 1639. §. non obstat coram Dunozerro.

Si Patres per vim, & metum concordiam iniverint. 20 Nam metus, imò sola metus suspicio, liberum consensum tollit Dec. conf. 490. num. 10. Bald. conf. 165. n. 6. Mascard. de probat. conclus. 1075. num. 17. Sanchez de watr. lib. 4. disp. 1. num. 17. Rota in Milevitana nullitatis professionis 13. Januarii 1653. §. *Uterius* coram Tarracoenf, in Romana transactionis 21. Junii 1635. coram Celso, & in Romana nullitatis professionis 14. Januarii 1656. coram Dunozerro. Unde hujusmodi transactiones per metum factæ irritantur à Rota juxta responsum Prætoris, *Metus causa gestum, ratum non habeo*, de quo J. C. in l. 1. ff. quod met. caus. l. interpositas, C. de transact. Roland. conf. 100. nu. 129. vol. 4. Mandel. conf. 745. nu. 2. Caphal. conf. 225. num. 9. Boer. dec. 100. num. 1. Rota dec. 172. num. 42. part. 7. & dec. 315. num. 10. part. 5. & dec. 115. nu. 16. par. 6. rec. Præva dec. 60. num. 6. & fusè pluribus relatis in d. Melevitana nullitatis professionis, & in dicta Romana transactionis passimque alibi.

Quod autem concurrerit verus metus, sufficiens ad irritandum concordiam probari poterit ex minis incussis à persona, quæ timere debet. Nam si minæ regulariter solent inducere justum metum Aret. conf. 24. n. 9. Grammat. dec. 5. n. 4. Rota dec. 403. nu. 12. coram Buratto, multò magis quando proveniunt à persona, quæ solet illas exequi, & quæ habet potestatem exequendi, Tunc enim in subditis semper præsumitur metus, Natt. conf. 106. num. 11. & 12. Surd. conf. 127. n. 25. Rota dec. 616. n. 3. p. 3. rec. Et quod factum in executionem regie provisionis, ac metu Regii consili dicatur justo metu factum, firmat Rota dec. 371. num. 15. coram Buratto.

Si accesserint plures, ac reiteratæ protestationes, quod nullo pacto intenderent sibi præjudicium inferre per quoscunque actus, quodque ad concordiam non deveniebant, nisi metu minarum. Ejusmodi enim protestationes ostendunt protestantium intentionem sibi præjudicium non inferendi, atque idcirco eorum jura remanent illæsa l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Bart. in l. non solum §. morte num. 23. ff. de oper. nov. nunc. Surd. conf. 385. n. 30. Rota dec. 387. num. 3. part. 7. rec. & in Senogallienf Salviani 3. Junii 1647. §. *Quia* coram Corrado, & in d. Romana nullitatis matrimonii §. *nec potest* coram Dunozerro.

Multòque magis si prius fuerit protestatum, quod transactio extorquebatur per vim, & metum. Hoc enim casu protestatio fundatur in veritate præsumpta, excludit calumniam ex parte protestantis, simulque metum includit, Mascard. de prob. d. concl. 105. nu. 11. Ubi quod protestatio antecedens subsequenti actus effectum impediât Rota dec. 203. num. 15. coram Buratto, & dec. 385. num. 22. & 27. coram

coram Pegna, & dec. 839. n. 4. coram Seraph. ubi quod protestatio consensum excludat, Greg. dec. 326. num. 9. & dec. 374. nu. 4. & 5. p. 2. vol. conf. Farinac. & dec. 242. nu. 2. & dec. 500. nu. 1. p. 3. rec. & in Melevitana antianianensis 1. Martii 1631. §. *Quoad narrata* coram Pirovano, & in Barenf, seu nullius pecuniaria 26. Maii 1645. §. *deciso* coram Cerro, & in Melevitana Præposituræ 5. Julii 1649. sub initio coram Bichio, & in dicta Romana transactionis coram Celso.

24 Sicque protestationes fuerint post actum reiteratæ. Nam ex subsequenti protestatione elicitur, actum fuisse coactum, Monoch. lib. 5. præsumpt. 4. n. 15. & præsumpt. 126. nu. 23. & ubi protestationes sunt factæ tam ante, quam post actum, nullatenus potest dubitari, quin verum, justumque metum præferant, ut in terminis Rota dict. dec. 205. coram Buratto nu. 16. & in dicta Romana transactionis coram Celso, & in dicta Romana nullitatis matrimonii §. *Nec potest* coram Dunozerro.

25 Possit autem nullitate concordia, certum est nullius esse roboris Breve Apostolicum, quo illa confirmaretur, Quia cum Pontifici nulla facta fuerit mentio de nullitate, confirmatio corrui defectu intentionis, etiam si facta fuerit ex certa scientia, cum regulariter confirmari non possit, quod ab initio non subsistit, ut pluribus relatis tradit Soccin. Jun. consil. 32. num. 40. & seqq. lib. 3. & Alexand. consil. 123. num. 18. Præsertim si non intervenierit mandatum speciale totius Religionis, quod ad obtinendam confirmationem requiritur, cap. *Nonnulli* §. *Cum autem*, ubi Gloss. v. *sine speciali mandato de rescript. Monet. de commutat. ultim. volum. cap. 6. nu. 399. & 407. Rota in Ferrariensi bonorum dec. 624. nu. 5. p. 1. rec.*

6 Nam si Pontifex scivisset, divisionem subsequente fuisse contra formam Commissionis cum confusione Conventuum, ac permutatione Provinciarum, vel non concessisset confirmationem, vel difficilius concessisset; Unde manifestum est subreptionis vitium, quod inhiat ipsam gratiam, cap. *Constitutus*, cap. *super literis*, cap. *postulanti*, & cap. *ad audientiam 2. de rescript. l. Præteritis*, C. de divers. rescript. Seraphin. dec. 601. nu. 2. & dec. 496. nu. 1. par. 5. & dec. 718. n. 6. par. 2. recent. & dec. 621. nu. 3. & seqq. par. 3. & dicta dec. 261. n. 8. par. 7. Confirmatio autem nihil de novo tribuit, neque à confirmante aliquid datur, sed corroboratur dumtaxat jus antea quæsitum, l. si donata, §. 1. ff. de donat. Bald. in l. ex placito num. 13. Cod. de rer. permut. Jal. in l. more major. num. 26. qui de privilegio loquitur sub num. 30. ff. de jurisdic. omni. Judic. Parisius conf. 19. nu. 45. vol. 1.

27 Et licet novum jus tribui possit ex confirmatione actus nulli, ac invalidi, facta ex certa scientia, & cum causæ cognitione juxta notata in cap. 1. de confirm. util. vel inutil. & in cap. veniens de rescript. atamen explorati juris est, quod sive roborat solum jus antiquum, sive novum inducat, neutro casu mutat indolem prioris concessionis, cum actus humanus non debeat trahi extra suam naturam, ut in terminis confirmationis actus, ait Bald. in l. nominatione num. 3. Cod. de appellat. ipsaque confirmatio dicitur convalescentia prioris entis, ut subdit Bald. loc. cit.

28 Ideòque, si subreptitiè obtineatur, nec executori, neque supplicanti jus tribuit, sed omni debet carere effectu, cap. *Cum literis*, ubi Felin. de rescript. Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 201. num. 24. Gregor. dec. 150. in princ. Merlin. dec. 906. num. 24. Rot. dec. 423. num. 7. par. 1. recent. & in terminis subreptitiæ confirmationis tradit Gloss. in cap. 3. v. *exorta in fin. de confirmat. util. val. inutil. Butr. in cap. 2. in 1. opposit. de pact. Soccin. Jun. consil. 32. num. 40. lib. 3. Rota dec. 370. num. 4. cum seqq. p. 5. & dec. 351. num. ultim. par. 6. recent. & in Gerundenf jurisdictionis 12. Maii 1645. §. *Nihil obstat* coram Tarracoenf. Ac ita, ut nihil operari possint clausulæ Brevi adjunctæ, nempe, *sublata*, *decretum irritans*, & quod de subreptione dici non possit. Quia sunt à principali gra-*

tia subreptitiæ dependentes, Rota dict. dec. 370. num. 7. par. 5. recent. & ubi Breve emanavit ad postulationem Partis, nullatenus impediunt, quominus dari possit de subreptione. Marches. de commiss. aperit. oris p. 2. §. num. 17. & 18. Pnt. dec. 208. lib. 2. & Rota dec. 228. nu. 4. par. 1. recent.

Minusque vitari poterit subreptio, si in Brevi confirmatorio sub generalibus verbis, & clausulis legatur, quorum tenores, &c. Et pro expressis, &c. ex quibus colligi potest, cuncta fuisse nota Pontifici confirmanti. Nam suppositis causis, numquam id admittunt in his, atque hujusmodi gratis tertio præjudicialibus, nisi ex dictis clausulis, ac tenore gratiæ pernecessè inferri possint ea, quæ speciatim non fuerunt expressa, ut declarat Felin. in cap. in nostra n. 15, ibique Abb. nu. 4. de rescript. Alex. conf. 94. nu. 3. & seqq. lib. 2. Oialch. dec. 142. nu. 16. & Grammat. dec. 86. nu. 18.

Idemque dicendum est, si Breve confirmatorium fuerit concessum à Pontifice ad relationem alicujus Congregationis: Si enim Pontifex fundasset suam Breve in dicta relatione, quam ex qualitate, ac numero deputatorum credidisset, vel credere debuisset, esse veram, Barz. dec. Bonon. 150. n. 3. non autem ex seipso hujusmodi causæ cognitionem adhibuisset. Alud enim est, quod Pontifex aliquid simpliciter disponat, vel declaret, aliud verò, quod ad aliorum relationem, cui expresse proficitur inhaerere. Tunc enim apparet, eum noluisse simpliciter, & absolute actum facere, sed voluisse illum dirigere à relatione sibi facta, quæ si deregatur erronea, patens est intentionis defectus, ut tradit Gemin. conf. 53. n. 14. quem sequitur Rota in Tullensi Monasterii 19. Januarii 1609. coram Sacrato, confirmata die 22. Maii ejusdem anni, quæ inter recentiores est dec. 224. par. 1.

Qui etiam tunc à dicta relatione potest provocari, si non uti à determinatione Pontificis, etiam quod Pontifex ipse confirmaverit, sed tanquam à declaratione eorum, quibus factum minus fideliter expositum, minus etiam verè iidem retulerunt Pontifici, Barz. d. dec. 150. Sacc. de appellat. q. 16. l. m. i. nu. 130. ubi in specie quod videtur magis appellari ad verum errorem relatoris, quam à determinatione Principis, & num. 44. dicens, gravamen, quod inferitur per mendacem relationem posse per appellationem reparari. Regulariter enim potius præsumitur, falsum Principis rescriptum, quam quod injustè, ac indebitè voluerit præjudicium alterius iuribus inferre, Abb. in cap. ex parte 2. de offic. delegat. Curt. Jun. conf. 170. num. 40. Surd. conf. 103. nu. 30. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 28. num. 10.

Et quamquam etiam Pontifex mandaret, quod opponi non posset de defectu intentionis, nihilominus fieri poterit, ut firmavit Rota coram Seraph. dec. 965. n. 11. & seqq. Hujusmodi enim defectus locum obtineret, si constiterit per probationes extrinsecas, Pontificem malè fuisse informatum, & appareret ex sua dispositione, Rota dec. 664. in princ. 2. rec. Seraph. dec. 398. & 965. n. 11. & seqq. Intellegendo siquidem non de defectu illius intentionis, quæ apparet extrinsecè in ejus confirmatione, fundata in falsis narrationibus, sed de illa sancta, & recta intentione, qua Pontifex non vult, nisi justum, nec unquam intendit tollere jus alteri quæsitum. Quod si scivisset, nullatenus talem confirmationem concessisset Quo in casu ignota Patre facti veritas fuit causa confirmationis, ac idèò nuncupatur defectus notitiæ antecedentis operæ. Unde fit, ut opera ipsa sit involuntaria, ut concludit Div. Thom. 1. 2. q. 6. art. ult. & Azor. instit. mor. lib. 1. cap. 12.

Consonantque verba Tex. in cap. quando de rescriptis, ubi Alexa. III. Archiepiscopo Ravennati hæc scribit, auto digna: *Si quando aliqua tua fraternitati dirigitur, qua animus tuum exasperare videntur, turbari non debes. Qualitatem negotii, pro quo tibi scribitur, diligenter considerans, aut mandatum nostrum reverenter adimpleas, aut per literas tuas, quare adimplere non possis, rationabilem causam præstans, quia patienter subsistebimus, si non feceris*

quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum. Ex quibus verbis experimentibus moderationem animi, quæ Principem maxime decet, concludunt Doctores communiter, quod dum agitur de præjudicio tertii mandati, debet expectari secunda jussio Principis non edocti de meritis causæ, Bald. *conf. 44. lib. 1. ibi, Quandoque Princeps mandat, aliquid præcipit ante causæ cognitionem, & tunc antequam fiat præceptum, debet cognosci de causa, & si contineretur in litteris Principis, quod non cognosceretur de causa, presumeretur, quod litteræ non emanassent de Principis conscientia.* Et Zabarell. *conf. 742. præsertim nu. 4. ac seqq.* invehitur contra Prælatos, qui non audent replicare Summo Pontifici, ac eum bene de veritate informare, ac interim supersedere in executione jussionem sola ad Constitut. Sabaudia, *tit. de interenat. gloss. 2. n. 21. & seqq.*

34. Exstatque ad id regula 18. Cancellariæ à Summis Pontificibus promulgata his verbis: *Ne per varias, quæ pro commissionibus, seu mandatis, & declarationibus habendis in causis, plerumque sunt, suggestiones, iustitia postponatur, idemque Sanctissimus Dominus decrevit, & declaravit sine intentionis foro, quod deinceps per quamcumque signaturam, sive concessionem, aut gratiam, vel litteras Apostolicas pro Commissionibus, seu mandatis, aut declarationibus hujusmodi, etiamsi motu proprio ex certa scientia, aut ejus ante missam licentiam à sanctitate sua manaverint, vel de ejus mandato faciendas, nulli jus sibi quaesitum quomodolibet tollatur.*

35. Quam sanè regulam procedere, nedum in Beneficialibus, sed etiam in prophanis, fitmat Gozadin. *confil. 41. num. 14.* Farinac. *confil. 202. in fine par. 3.* Seraph. *dec. 331. num. 10. & seqq. & decis. 398. & 1294. num. 2.* Mohedan. *decis. 7. num. 2. de restit. spoliat. ac Rota decis. 664. num. 3. & seqq. par. 2. recent.* Ac insuper locum sibi vindicare, sive jus procedat à dispositione juris communis, sive ex privilegio, sive ex contractu ita, ut sufficiat, adesse quodvis præjudicium, etiam nimitum, declaravit Rota *decis. 1. num. 6. & 7. de verbor. significat. coram Cæsare de Grassis, & coram Seraph. decis. 1271. n. 5. ibique Apostil. & decis. 1082.* & in eadem causa coram Orano relata per Rubeum *ad decis. Orani 289. lib. 2.* Necnon requirere specificam, & individuum derogationem, cum sit fundata in defectu intentionis Pontificis, Rota *d. dec. 1. nu. 11. Rub. in d. addit.* ubi refert alias decisiones, ac præcipuè Seraphini, Adde. ad Buratt. *decis. 576.* ubi ait nec sufficere clausulam, *Quorum tenores, &c.*

36. Et minus etiam obstat, si Breve confirmatorium divisionis contineret clausulam, quod suis plenariis effectibus sortiri debeat, non obstantibus quibuscumque appellationibus. Nam hæc clausula, illiusque efficacia referri potest tantummodo ad appellationes frivolas, non tamen excludit appellationes legitimas, Bart. *in l. 1. §. auct. sub. n. 13. ff. Quod vi, aut clam, Scacc. de appellat. q. 17. limit. 1. n. 93.* ubi de communi. Nec operatur, quando appellans ob metum non potuit comparere, & causam suam defendere, cap. ex parte 47. de appellat.

CONSULTATIO CXV.

Clarus, atque uberius de notorio, publico, manifesto, famoso, occulto. Ubi qualis notorietas requiratur ad obligationem vitandi percussores Clericorum juxta secundam illam exceptionem Concilii Constantiensis?

37. Scripsi alibi de hac re quid dixerunt Canonistæ, nunc quid dicant etiam Theologi. De significatione harum vocum agunt Panormitanus in cap. verba de cobab. Cleri. mul. & Sylvest. in summa & v. notorium quæst. 1. quorum opiniones diligenter aliàs examinavi. Et quamquam non desint magno nominis Theologi, rem hanc sedulo pertractantes, præsertim in ordine ad vitandum percussores notorios Clericorum, & licitam narrationem criminum, sive ex notorietate, sive ex fama publicorum, quique non pauca etiam de cent ad forum exteriorem judicialem pertinentia, nobis tamen in præsentia curandum est, ut

quoad fieri potest, prædictæ illa voces, clarius, ac expeditius explicentur.

Notorium igitur est duplex, juris, & facti. Notorium juris, etiam est duplex, improprie, ac proprie. Notorium juris improprie est id, quod dicit notorium ex præsumptione juris, hoc est, quod faciat solum evidentiam ex ordinatione juris, seu quod jus evidenter præsumit ex conjecturis ab ipso jure inductis. Notorium juris proprie est triplex. Vel per sententiam Judicis, vel per confessionem Rei in judicio, Vel per Testium depositionem in judicio.

Notorium facti, vel est facti permanentis, ut quod Basilica Sancti Petri sit in Vaticano, quasi res nota omnibus volentibus illam videre. Vel est facti transeuntis, & non redeuntis, ut si in foro, vel celebri platea eo tempore, quo multis innotescere potuit, cum sit notorium pro tunc, non autem pro nunc. Vel facti interpolati, ut cum quis paratus est mutare ad usuram.

Hoc itaque notorium facti sive permanentis, sive transeuntis, & non redeuntis, sive interpolati, dicitur notorium materialiter, id est ex parte ipsius facti præcisè, quod deinde redditur notorium formaliter, per numerum personarum, quæ factum evidenter norunt. Unde si factum sciatur evidenter à quatuor, vel quinque solum, etiam in Congregatione decem personarum, non dicitur notorium formaliter, sed solum materialiter.

Rursum loquendo de notorio facti formaliter, id est ratione numeri personarum, quæ norunt evidenter. Primum est notorium simpliciter, & absolute, quod tunc est, ut inferius dicam, quando decem evidenter factum sciatur in aliqua Civitate, sive isti decem sint ejusdem Parochiæ, Viciniæ, Collegii, ac domus, sive diversorum hujusmodi locorum.

Secundum est notorium secundum quid, ac respectivè, id est, quod evidenter scit major pars alicujus Congregationis personarum, quæ tamen pars sit infra decem, sed non sit infra decem congregatio ipsa. Unde sit, ut sex usque ad novem inclusive, sint major pars congregationis constantis ex decem, aut undecim, & sic de aliis partibus majoribus non pertingentibus ad decem respectu Congregationum suarum propriarum, respectu quarum ipsæ sunt partes majores, verbi gratia septem respectu Congregationis constantis ex tredecim, octo respectu constantis ex quatuordecim, aut quindecim, denique novem respectu constantis ex sexdecim, aut ex decem & septem.

Si novem personæ sciatur evidenter delictum commissum in Civitate, poterit quidem illud dici penè notorium, penè publicum, & etiam penè manifestum, non tamen notorium publicum, & manifestum simpliciter, neque secundum quid, Non simpliciter, Quia non sunt decem, qui sciunt evidenter. Non secundum quid, quia cum sint sparsim ex illa Civitate, non verò omnes ejusdem Parochiæ, aut viciniæ, ut supponitur, consequenter non sunt major pars propriæ suæ Congregationis, ac populi. Si itaque delictum notum sit evidenter novem tantum personis diversorum locorum in Civitate aliqua, poterit illud dici penè notorium, penè publicum, penè manifestum, non verò notorium, publicum, manifestum simpliciter, aut secundum quid, ut dictum est.

Publicum idem est, quod notorium juris, quod notorium facti formaliter, & quod famosum, fama nimirum vulgata ad multos, saltem apud decem.

Manifestum idem est, quod publicum, sed magis proprie est id, quod est famosum proprie, non verò famosum ex vanis populi vocibus.

Famosum proprie idem est, ac manifestum proprie, ut dictum est, quod famosum ita Panormitanus definit, ubi supra, cum dicit, famam proprie esse communem loquutionem ex vicinioribus conjecturis surgentem. Et Luffus, esse id, cujus fama ex sufficientibus indiciis orta ad multos pervenit, ut major pars Civitatis, vel Parochiæ,

Parochiæ, vel viciniæ illud norit. Adde etiam si solum ad decem talis fama pervenerit. Quia decem constitunt multitudinem, ac populum, ut constat ex jam dictis.

11. Denique occultum est id, quod neque est notorium juris, neque notorium facti formaliter, sive tale notorium sumatur simpliciter, & absolute, sive secundum quid; ac respectivè, neque est, id quod est publicum, vel manifestum, vel famosum. Breviter occultum, latè sumptum, negat omnia ista, nempe notorium juris, notorium facti, formaliter quocumque publicum, manifestum, famosum. Aliquando tamen occultum sumitur determinatè in uno alicujus generis occulto, verbi gratia pro occulto, quod opponitur contradictoriè notorio facti, &c.

12. Quoniam verò nos hic agimus præcipuè de notorio, & occulto in ordine ad secundam illam exceptionem Concilii Constantiensis de notorio Clerici percussore, de quo etiam alibi, idè explicatis adhuc dicendum est de notorio facti, formaliter sumpto, id est in ratione numeri personarum, quæ illud evidenter sciatur, & similiter de occulto, notorio hujusmodi contradictoriè opposito.

13. Notorium igitur hujusmodi formaliter sumptum non quidem ratione facti præcisè, sive permanentis, sive transeuntis, & non redeuntis, sive interpolati, sed ut dictum est, ratione numeri personarum, est duplex. Unum est notorium simpliciter, & absolute. Alterum notorium secundum quid, ac respectivè. Quæ duo satis nota sunt ex dictis.

14. Occultum, his notoriis contradictoriè oppositum, est etiam duplex, id est occultum simpliciter, & occultum secundum quid. Occultum simpliciter est id, quod negat utrumque notorium prædictum, cum neque sit notorium simpliciter & absolute, neque notorium secundum quid, ac respectivè. Atque ita occultum hujusmodi simpliciter, dicitur, esse id, quod vel quinque, vel paucioribus, vel nulli evidenter notum est.

15. Occultum verò secundum quid, illud erit, quod negat notorium simpliciter, & absolute, non tamen negat notorium secundum quid, ac respectivum, id est quando Testes, qui sciunt evidenter, non sunt decem, sed solum sunt major pars Congregationis, vel constantis ex decem, vel ex pluribus, dummodò hæc major pars non sint decem.

16. Videamus jam ex professo, quot personæ sufficiant, ut factum dicatur notorium simpliciter, & absolute, & non solum in adunatione hominum non valde magna, ut in viciniæ, Parochia, pago, &c. Sed etiam in multo majori, ut in Civitate, Provincia, &c.

17. Sylvest. in summa v. notorium quæst. 4. querit, utrum ad notorium facti requiratur notitia totius populi, aut majoris partis, aut certe notitia decem vitorum? Deinde responder, de hoc fuisse opiniones, quarum non requirit scientiam totius, vel majoris partis. Altera verò scientiam decem personarum.

18. Angelus pariter in summa eod. v. Notorium quæst. 1. querit, similiter quot hominum scientia requiratur ad faciendum notorium facti? Deinde eodem modo testatur, unam esse opinionem Glossæ 2. quæst. 1. de manifesto, quod sufficiat scientia decem hominum ad minus. Quam opinionem ita intelligit, ut nimirum, si viciniæ non habeat decem homines, seu personas, non possit oriri notorium. Si habeat decem personas solum, debeant omnes scire. Si denique habeat plures, debeant omnes scire, vel major pars, quæ non debeat esse minor decem personis.

19. Hæc opinio non ita facilè explicatur, dum ponit Angelus duos tantum illos casus. Primum quando viciniæ constat ex decem solum, & omnes sciunt. Secundo quando constat ex pluribus, hoc est ex undecim, duodecim, &c. usque ad decem, & novem inclusive, & omnes sciunt, vel major pars non minor decem. De tertio verò casu nihil dicit, quando scilicet viciniæ constat ex pluribus, quam ex decem, & novem; verbi gratia ex centum. In quo casu, si decem solum sciatur evidenter, cum non sciatur

omnes, neque major pars, videri possit, non esse notorium juxta intelligentiam ipsius. Quod nihilominus esset contra ipsum, qui ait, in illa opinione scientiam decem hominum sufficere ad esse notorium.

Sic itaque explicandus erit hic auctor in declaratione prædictæ opinionis. Primum dicendo, quod posuerit tantum duos illos casus, quia hæc ratione melius probaret intentum, nempe ad notorium scientiam decem personarum sufficere. Sic enim procedebat in casibus certioribus, ac facilioribus. Nam certius videbatur in illis reperiri notorium simpliciter, & absolute, in quibus vel totus populus scit, id est decem, ex quibus solum constat tota viciniæ, vel sit saltem major pars populi, quæ pars similiter sit decem personarum ad minus. Et hoc intendebat probare Angelus juxta illam opinionem, quam declarabat, quod scilicet sufficeret ad notorium scientiam decem personarum; ut propterea etiam affirmavit, novem non facere notorium.

Secundò explicari potest Angelus alio modo, dicendo scilicet, quod idè posuerit solum duos illos casus, quia in his propter varietatem opinionum posset aliqua major dubitatio oriri, an decem sufficiant ad notorium simpliciter, & absolute. Siquidem in viciniæ pauciorum, quam viginti, id est decem, & novem personarum, aut pauciorum usque ad decem inclusive, si solum decem sciatur, non apparet tam clarè absoluta notorietas facti, sicut quando in Civitate decem personæ sciatur, quæ cum sint sæpè ex diversis viciniis facilius divulgant factum per totam Urbem, quam illæ aliæ decem ejusdem viciniæ, quæ quasi quibusdam loci privati terminis coercentur, ne ita facilè factum alii remotioribus narrent.

Rosella autem dicit. *vers. notorium, ait, decem homines facere populum Gloss. 10. quæst. 11. & secundum Gloss. Ray. dicentem, quod si Parochia habeat mille Parochianos, & solum decem ex illis graves, & honesta persona de foraria Sacerdotis scandalizantur, dici possit, quod populus scandalizetur. Quia decem homines populum faciunt.*

Quamvis autem in hoc casu non ita expressè videatur probari notorietas facti, sed solum publicitas, nihilominus non parum confirmatur id, quod dicebamus, nempe decem homines, qui sciatur evidenter factum, sufficere ad notorium facti simpliciter. Id, quod etiam confirmari poterit ex Molina infra, quamvis ipse etiam loquatur potius de publicitate facti in ordine ad infamiam, sive ad licitam relationem criminum publicarum, quam de propria notorietate facti, de qua nunc est sermo in ordine ad sciendum, quando percussor Clerici sit notorius, & juxta decretum Concilii Constantiensis vitandus.

Adrianus in 4. de Euchar. ante ult. dub. §. Oritur quæstio, querit similiter, quot hominum scientia requiratur, ut aliquid dicatur notorium per facti evidentiam: Et responder, requiri scientiam evidentem totius viciniæ, vel ferè. Quia testimonium unius Parochiæ facit crimen notorium esse, sed ad minus, inquit, requiritur scientia decem. Quia ubi tot non fuerint, non faciunt Parochiam.

Nisi fallor, opinio Adriani talis est. Querit, quot hominum scientia requiratur, ut aliquid dicatur notorium per facti evidentiam, id est, notorium simpliciter, & absolute. Deinde responder, requiri scientiam evidentem totius viciniæ, vel ferè, id est viciniæ cujuscumque, seu viciniæ constantis ex quocumque numero vel decem, vel plurium personarum. Quia, inquit, testimonium unius Parochiæ facit crimen notorium esse, id est facit esse notorium simpliciter, & absolute, & non solum in illa Parochia, seu viciniæ, sed ad minus requiritur scientia decem, quia ubi tot non fuerint, non faciunt Parochiam, id est, ita requiritur scientia evidens totius viciniæ, vel ferè totius, quocumque numero constantis, ut ad minus sint decem, ut dictum est, qui sciatur evidenter, quocumque, inquam, numero constantis, scilicet supra

numerum novenarium, qui quidem numerus novenarius non constituit Parochiam, & per consequens, si solum novem sciant, non poterit tunc dici, quod testimonium unius Parochiae faciat crimen esse notorium simpliciter, & absolute.

26 Factum igitur ex Adriano, tunc dicitur esse simpliciter, & absolute notorium, quando illud noverint evidenter in una aliqua vicinia, seu Parochia, decem personarum contradistinctarum à delinquente, ut Testes delicti ipsius.

27 Similiter dicit Fagundez *par. 2. lib. 5. cap. 3. d. nu. 2.* notorium facti esse, id quod in praesentia multorum fit, ut in loco publico, verbi gratia, foro, in celebri Platea eo tempore, quo multis innotescere potuit, & nulla tergiversatione celari, vel quod majori parti viciniae passim ob oculos versatur, ut si quis in platea pugnet, vel jurgia miscat cum clamore, vel publice concubinam domi habet & domi filios alar, Existimo tamen hoc, quod est factum nulla posse tergiversatione, sive probabili ratione celari, esse quid consequens ad notorium simpliciter; hujusmodi autem notorium consistere praecise in hoc, quod decem evidenter noverint, ut Testes distincti ab ipso delinquente. Addit deinde ibidem Fagundez, ut aliquid dicatur notorium non opus esse ut sumatur in ordine ad totam Urbem, sed ut majori parti illius notum sit, sed sufficere, ut majori parti viciniae aut plateae, aut viciniae notum sit. Quod enim in Urbe fit, in vicinia, platea, aut vico fit.

28 Suarez tamen *tom. 5. de censur. disp. 9. sect. 2. num. 11.* docet, nullam certioram regulam assignari posse, quam prudens arbitrium ita, ut certus numerus definiti non possit, qui semper sit necessarius, sed modo majorem, modo minorem sufficere juxta adstantium qualitatem, auctoritatem, & alias circumstantias. Existimo, ut paulo ante notavi, qualitates, & circumstantias hujusmodi conferre quidem ad hoc, ut factum aliquod evidenter notum decem personis, nulla possit tergiversatione celari, sed non pertinere proprie, ac formaliter ad constituendum illud in ratione notorii.

29 Cum Suarez, & alii sentit Bonacina *de excomm. in com. disp. 2. q. 2. §. 1. num. 5.* ubi similiter respondet, id esse relinquendum iudicio vici prudentis, cum non idem numerus requiratur respectu omnium. Unde, inquit, delictum commissum coram decem non esset notorium respectu magna Civitatis, quamvis respectu Collegii, aut viciniae notorium sit.

30 Sayrus in *thesaur. c. 12. n. 19. notorium*, ait, dicitur, quod majori parti viciniae, aut Collegii, aut Oppiduli per Testes oculatos notum est. Præscientia pauciorum, quam sex, rem notoriam non reddit, sed neque sex, aut octo Testes vidisse in Civitate satis erit, ut factum dicatur notorium, & citat Henriquez.

31 Ex dictis habemus, quam sint obscuræ, ac diversæ auctororum opiniones de notorio facti, formaliter sumpto, in ratione numeri personarum. Ex quibus assero primo, opinionem Suarez, & aliorum, cum ipso sententiam, quod hoc relinquendum sit arbitrio prudentis, parum utilem esse, saltem in pluribus casibus, in quibus opus est statim operari cum recto dictamine rationis, verbi gratia in vitatione percussorum notoriorum Clerici,posito, quod ad obligationem eos vitandi non requiratur definitio iudicis. Nec loquor, quando definiendum esset in iudicio ad aliquos effectus, an hoc, vel illud factum esset notorium simpliciter. Quia tunc data majori temporis opportunitate, maturè adhiberi potest diligentia necessaria inquirendi veritatem.

32 Loquendo verò de casibus frequenter accidentibus, in quibus opus est subita definitione, quomodo poterit aliquis facile sibi persuadere huic, & nunc sufficientem ad esse numerum personarum talium, vel talium qualitatum ad constituendum notorium in hoc, vel suo loco, nisi prius sciat numerum habitantium in tali Urbe, aut loco, &c. Quod certe quam difficile ac operosum sit, nemo non videt. Hæc ergo opinio præbet occasionem non levem

scrupulorum, anxietatis, ac perturbationis conscientiarum timoratorum, præsertim contra intentum Concilii Constantiensis sub Martino V. & idè nullo modo placet.

Assero secundo, eisdem rationibus refutandam esse illam aliam opinionem requirentem totius, aut majoris partis populi scientiam.

Assero tertio, veram esse opinionem asserentem, sufficientem scientiam majoris partis cujuscumque Congregationis personarum non pauciorum, quam decem. Hanc asserentem sic explico. Quando Congregatio est decem personarum, vel plurium, tunc major pars sufficit ad notorium, præscindendo à notorio simpliciter, & à notorio secundum quid. Si pars major non est decem personarum in aliqua ex dictis Congregationibus, sufficit tantum ad notorium secundum quid, ac respectivum. Si verò pars major est decem personarum, tunc distinguendum est, vel delictum, verbi gratia, commissum est ab una ex illis decem coram reliquis novem, vel commissum est ab aliqua alia persona coram omnibus illis decem. Si primum tunc erit notorium secundum quid. Si secundum, erit notorium simpliciter, & absolute. Quin populus, qui in rigore est populus, & non solum pars populi, evidenter novit, cum in primo casu solum Testis sit pars populi.

Assero quarto. Ad notorium simpliciter, & absolute, requiri saltem decem Testes, qui evidenter factum sciant, & hos sufficere. Probatum primò ex opinionibus supra relatis. Deinde ex confutatione opinionum contrariorum, præsertim Suarez, dicentis, nullam certioram regulam assignari posse, præter prudens arbitrium, cum potius hæc regula incertissima sit, ac difficillima. Contra verò in nostra opinione facilius, ac expeditius assignatur quidam numerus personarum certior, & rationabilior, hoc est, populus decem personarum, qui sit testis per evidentiam facti. Postremò, quia sic magis abest periculum peccandi, scrupulorum, ac perturbationis conscientiarum timoratorum.

Dixi in asserione, requiri saltem decem, &c. Quia nonnulli aiunt, non semper talem numerum denarium esse ad notorium sufficientem. Verum possunt nihilominus ita explicari, ut in ordine ad aliquam specialem effectum requiratur notorium magis perfectum, seu quod sit notum evidenter pluribus, quam decem. Et tamen adhuc verum est, quod notorium simpliciter, & absolute (sumptum constituitur per evidentem scientiam decem personarum, ut constat ex jam dictis, probando conclusionem.

Qualis autem notorietas requiratur ad obligationem vitandi percussores Clericorum juxta secundam illam exceptionem Concilii Constantiensis, prima opinio est Suarez loco citato, quam brevius explicat Filiuc. *tract. 2. §. 3. de censur. cap. 4. q. 5. nu. 66.* ubi cum eodem Suarez querit, quis dicendus sit notorius percussor Clerici: Deinde responderet. Primo requiri, ut sit notorius notorietate facti, non juris, id est, non per sententiam, sed per evidentiam facti. Secundo, ut sit talis evidentia, ut non possit ulla tergiversatione celari, nec satis est, inquit, quod probari possit per duos Testes, quia id tantum efficit probabilitatem, non autem notorietatem, nec etiam satis est publica, infamia, quia hoc dicitur famosum tantum, non verò notorium, cum ad hoc requiratur, ut delictum sit commissum coram multis testibus, & deinde eorum testimonio ita factum sit publicum, ut non possit ulla tergiversatione celari. Tertio eum testium numerum requiri, & satis esse, qui prudentis arbitrio circumstantiis loci, & temporis consideratis, possit sufficere factum notorium.

Hoc tertium requisitum adhuc explicat magis Suarez *ibidem num. 12.* querens, an illi, qui vident delictum, teneantur vitare percussorem, antequam delictum magis publicum, sive notorium fiat? Deinde ait, posse probabiliter responderi, quod si taliter committatur delictum coram aliquibus, ut nihilominus moraliter censetur

secretum, & occultum, quia nimirum qui testes fuerunt, taciti creduntur, & sub secreto servatur delictum, in eo casu non teneatur ad vitandum hujusmodi delinquentem, etiam si, qui delictum viderunt. Quia nondum delictum notorium est, quod Extravagans illa requirit. At verò si delictum ita fiat coram aliquibus, ut ex modo, ac circumstantiis, quibus fit, moraliter censetur publice fieri, & statim, ac sine ulla mora divulgandum esse, etiam possit statim censeri moraliter notorium, & consequenter sic delinquens excommunicatus statim sit vitandus ab iis qui delictum viderunt. Quia quod parum distat, moraliter jam adesse censetur.

39 Secundò opinio est Fagundez *par. 1. lib. 2. cap. 5. numer. 11.* ubi advertit, non sufficere constantem famam, quæ publicè, aliquem fuisse publicum percussorem Clerici cum adhuc excusari possit remedio juris, dicendo quod non cognoverit, illum esse Clericum, quod fuerit ebrius, aut quod percussisset iustè, se defendendo, & possit tergiversatione celare, allegando in iudicio rumores falsitatem. Et ita concludit, non esse notorium Clerici percussorem, quandiu non constat, per iudicis sententiam, illum juris remedio non posse excusari.

40 Primò itaque requirit hic auctor, quod percussio sit notoria notorietate juris ut nullo juris remedio possit excusari. Notorium autem juris dicit esse illud, de quo constat per iudicem sententiam, latam in legitimo iudicio, vel per confessionem rei in iudicio, vel per legitimam Testium depositionem in eodem iudicio.

41 Secundo requirit, quod ea percussio nulla possit tergiversatione celari: Unde, inquit, *quomodo illa notoria sit, & patens multis, si tamen non sit notorium iis, qui illam viderunt, percussorem nullum habuisse legitimam excusationem, qua in eo facto à peccato excusaretur, adhuc non censetur vitandus*, citatque Sayr. *lib. 2. de censur. c. 12. num. 18.* Et cum dicit hoc loco Fagundez, percussorem hujusmodi non esse vitandum, quando non est notorium iis, qui viderunt, quod nulla adfuit legitima causa excusandi à peccato, videtur consequenter asserere, eum esse vitandum quando notorium est iis, qui viderunt, nullam talem legitimam causam excusandi à peccato defuisse.

42 His positis: non video, qua ratione superius dixerit, non sufficere constantem famam, quæ publicè, fuisse publicum percussorem Clerici, cum adhuc excusari possit remedio juris; dicendo quod non cognoverit, illum esse Clericum. Quare dicendo quod non cognoverit, illum esse Clericum, non est vitandus, quamvis ita dicendo non excusetur à peccato commisso, cum etiam si non cognoverit, illum esse Clericum adhuc peccavit. Ac proinde non videtur coherentè postea asserere eum percussorem esse vitandum, quando constat legitimum causam excusandi à peccato adfuisse. Potest enim tunc constare nullam talem legitimam causam adfuisse, quando se excusaret, dicendo, quod non cognoverit esse Clericum. Ergo tunc esset, & non esset vitandus. Esset quidem vitandus, quia etiam si diceret, quod non cognoverit esse Clericum adhuc non excusaretur à peccato, cum injustè, ut suppono, percussisset hominem. Item non esset vitandus, quia talem causam legitimam, ut Fagundez existimat; asserret, dicendo videlicet, quod non cognoverit esse Clericum.

43 Deinde ita ipse concludit, *opus esse, ut constet percussorem nullam habuisse causam percutiendi, ut evitetur. Nam si potest, inquit, probabilitate aliqua allegare veram causam, qua à peccato excusatur, quandiu non constituit, non ita esse, non erit vitandus. Hoc autem constare non potest nisi per iudicis sententiam, & citat eundem Sayrum, ubi supra, Suarez. de censur. disp. 1. sect. 2. num. 13. Avilam eod. tract. par. 6. dub. 4. §. Tertio sequitur.* Denique n. 15. ait, *quandiu percussio non est notoria notorietate facti, & juris simul, percussorem non esse vitandum. Nam quomodo sit notoria facta ita, ut factum illud nulla tergiversatione ce-*

lari possit, adhuc poterit remedio juris excusari. Oportet, ergo, ut utraque notorietas concurrat, quia raro contingit percussorem Clerici ita esse notorium facti, ut non possit aliquo juris remedio probabilitate aliqua excusari.

Sayrus autem *eo lib. 2. c. 12. nu. 18. §. Quarto infertur.* ait, 44 solum excommunicatum notorium ob Clerici percussorem, ante denunciationem tum privatam, tum publicè vitandum esse duobus concurrentibus. Primum est, si adè manifestè constet, aliquem in eam excommunicationem incidisse, ut nullo modo celari possit. Secundum est, ut notorium etiam sit, percussorem nullo juris remedio, aut ratione excusare se posse, quominus in excommunicationem incidit.

At ipse non intelligo duo hæc requisita à Sayro. Si enim, ut dicitur in primo requisito, adè manifestè constet, aliquem in eam excommunicationem incidisse, ut nullo modo celari possit, hoc ipso notorium est ei, qui obligari videretur ad vitandum percussorem, nullo juris remedio, aut ratione excusare se posse, quominus in excommunicationem incidit. Nam si posset se aliquo juris remedio, aut ratione excusare, non constaret ipsi manifestè percussorem in excommunicationem incidisse. Ergo superfluum est secundum requisitum.

Puto tamen ita intelligendum esse quod ibi dicit, ut 46 nimirum primo requiratur, debere adè manifestè constare, percussorem in excommunicationem incidisse, ut nullo modo celari possit, id est ex parte ipsius facti, seu percussoris Clerici ut sic præcisè; non verò simpliciter, & absolute, nisi addatu secundum requisitum, quod scilicet talis percussor nullo juris remedio, aut ratione possit se excusare. Et idè fortassis Sayrus poluit tale exemplum, dicens: *Unde, licet notorium sit, Petrum percussisse Clericum, si tamen notorium etiam non sit, Petrus nullam excusationem pro se habere, vitari non debet, antequam citatus denunciatur excommunicatus.* Quia verò hæc duo raro concurrunt, siquidem, ut ait Gabr. in 4. disp. 18. qu. 3. art. 1. notab. 3. vix in aliquo tanta poterit esse facti evidentia, idè raro sic excommunicatum ante denunciationem vitare tenemur.

Antequam definiamus, quid in hac questione dicendum sit, ponderanda sunt verba Concilii, dum ab illo indulto in favorem animarum edito excipit notorium Clerici percussorem: *Salvo si quem*, ait Concilium Constantiense, *pro sacrilega manuum injectione in Clericum, sententiam latam à Canone adè notoriè constituit incurrisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo suffragio excusari.* Suarez *ubi sup. n. 12.* aliquantè diversis verbis recitat hanc eandem exceptionem Concilii, ubi sic: *Aut si aliquem ita notoriè in sententiam Canonis constituit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari, id est si quem adè notoriè constituit in sententiam canonis incidisse, iungendum verbum notoriè cum verbo constituit.* Sed ego existimo non esse veram opinionem Suarez, & Concilium esse ita explicandum, ut verbum, *notoriè* jungatur cum verbis, *sententiam latam à Canone incurrisse*, id est, *salvo, si quem adè notoriè*, sententiam Canonis incurrisse constituit.

Aitque ibi Suarez verba illa Extravagantis non requirere, ut delictum absolute sit notorium, sed ut notoriè constet, delinquentem incidisse in sententiam Canonis. Et idè proponens hanc dubitationem, an scilicet videntes Clerici percussorem teneantur percussorem vitare, antequam fiat magis notorium? Respondet, quamvis delictum illud non sit notorium simpliciter, & respectu omnium, esse tamen notorium iis, qui viderunt, ac per consequens id esse satis, ut respectu aliorum excommunicatus ille vitandus sit.

Contrarium puto, esse verius, hoc est hujusmodi videntes percussorem Clerici, nisi sint saltem de eam contradistincti à delinquente, non teneri ad vitandum. Quod igitur spectat ad sententiam, ac interpretationem Suarez sic arguo. Et primò suppono Suarez per verbum, *notoriè* intelligere notorium immediate, vel mediate, ut patet ex dubitatione, quam proposuit. An videntes teneantur

vitare, antequam fiat magis notorium. Præterea in respon-
sione ait, *quamvis delictum illud, non sit notorium sim-*
pliciter, & respectu omnium, est tamen notorium iis, qui
viderunt. Igitur per notorium intelligit id, quod est no-
tum alicui per sensum, sive immediatè, sive mediante fi-
da relatione, vel scilicet prudenter dubitari de veritate
non possit, quamvis id delictum non sit notorium imme-
diatè multis.

50 His positis sic arguo. Nostra interpretatio magis con-
venit cum intentione Concilii, quam illa Suarez. Quod
sic probò. Si enim *notoriè* jungatur cum verbo *consti-*
tuere, videtur esse potius contra intentum Concilii exci-
pientis ab illo indulto, in favorem animarum edito, per-
cussorem Clerici notorium. Intendit enim Concilium,
hoc suum indultum esse amplissimum ita, ut exceptio
hujusmodi percussioni accipiatur adèd limitatè, ut val-
dè parum diminuat amplitudinem indulti illius genera-
lis, quod probè fit, si *notoriè* jungatur non cum verbo *con-*
stituere, sed cum verbis *in sententiam Canonis incidere*.

51 Et patet. Quia si cum his verbis jungatur, limitatur ex-
ceptio ita, ut non dicatur tam amplè, quod scilicet vitan-
dus sit percussor Clerici, quandocumque notoriè consti-
terit, sive notum fuerit immediatè, vel mediatè, cum in
sententiam Canonis incidisse, sed dicatur cum tali limi-
tatione, idest quando notum fuerit certò moraliter per-
cussorem notoriè incidisse in sententiam Canonis, hoc
est coram multis.

52 Jam verò ad propositam questionem respondeamus,
qualis scilicet notorietas requiratur ad obligationem vi-
tandi percussorem Clericorum juxta exceptionem Con-
cilii. Et dico primò, requiri saltem decem Testes, scien-
tes per evidentiam facti, & contradistinctos ab ipso de-
linquentes. Probatur. Nam, & si lex de vitando tali percus-
sore, edita sit in favorem Ordinis Ecclesiastici, est nihilo-
minus exceptio ab indulto maximè favorabili animabus.
Atque adèd quàm minimè potest, derogare debet tali indul-
to, cum præsertim sit lex pœnalis, & quidem non solum
respectu delinquentium sed etiam aliorum innocentium,
qui tam severè obligantur ad abstinendum à communi-
catione cum hujusmodi notoriis Clericorum percussori-
bus. Ac proinde lex ista quoad fieri commodè potest, re-
stringenda est potius, quàm amplianda. Hoc autem ait, si
dicamus, fideles obligari ad vitandum, quando adest no-
torietas delicti quæ sit notorietas simpliciter, & absolu-
tè, seu quæ sit propriè secundùm quid, ac respectivè.

53 Unde Bonacina de *excomm. in comm. disp. 2. quest. 1.*
§. 1. num. 5. ait, delictum commissum coram decem, non
esse notorium respectu magnæ Civitatis, quamvis respec-
tu Collegii, aut viciniae notorium sit. Et Avila plus ad-
dit *par. 2. cap. 6. disp. 2. dub. 2.* quod nimirum non sit noto-
rius plus Clerici percussor in magna Civitate ille, qui
percussit coram decem vel duodecim, benè tamen in Op-
pido parvo, & in vicinia illius magnæ Civitatis.

54 Rogabis, an decem istæ personæ, ad hoc, ut percussio
sit notoria simpliciter, debeant esse ex diversis domibus,
vicinis, &c. an verò satis sit, sint ex vicinia eadem om-
nes, aut eadem domo, &c.

55 Respondeo, sive sint ex eadem, sive ex diversis, suffice-
re ad notorium simpliciter, & requisitum ad obligatio-
nem vitandi percussorem Clerici. Nam auctores requi-
rentes decem personas, loquuntur absque illa distinctio-
ne, & absolute requirunt saltem decem, ut ex dictis col-
ligitur. Et confirmatur. Quia si alio modo requirerentur
hujusmodi decem testes, sæpè esset impossibilis noticia
circa Testes requisitos, ac sufficientes, ad hoc, ut dicerem-
us obligari ad tales percussores vitandos, ut ex se patet,
& ex his, quæ contra Suarez jam diximus,

56 Dices fortasè, si hoc modo debeat sumi notorietas
simpliciter, & absolute, sequitur, quod si supponatur, ut
probabilis opinio, quæ dicit aliquando in aliqua Civi-
tate requiri plures, quam decem ad notorium, debeat
etiam dici tunc non obligari fideles ad vitandum percus-
sorem Clerici notum tantùm decem testibus per eviden-

tiam facti. Respondeo, concedendo sequelam propter
rationem hæctenus assignatam.

Restat, ut dicamus de alio requisito à Concilio, nem-
pè, ut nulla tergiversatione celari possit, nec aliquo juris
suffragio excusari. Deinde de notitia hujusmodi delicti,
quam debeat habere is, qui obligandus sit ad talem no-
torium percussorem vitandum.

Dico secundò. Ultra notorietatem prædictam, requi-
ritur ut factum non possit aliqua tergiversatione ce-
lari, nec aliquo juris suffragio excusari, ut retulimus
ex verbis Concilii, idest, ut percussio hominis, atque
hominis Clerici, nulla tergiversatione celari possit, qua-
tenus percussor benè novit, illum esse Clericum. Rur-
sus, ut nullo possit remedio juris excusari, idest non
possit excusari ab Excommunicatione Canonis incurfa.
Si ergo verba Concilii ita intelligantur, benè apparet
qua ratione hæc duo non significant omninò idem, sed
diversa, nempe certitudinem percussoris injuriôsæ in
hominem Clericum, & certitudinem incurfæ excommu-
nicationis.

Ideoque rectè Suarez illo *tom. 5. de censur. disp. 9. sect. 59*
2. num. 3. inquit, illa verba, *neque aliquo juris suffragio ex-*
cusari, intelligenda esse de probabili suffragio, & ita ap-
parente, ut constituat rem dubiam, ut si alleget, se via
defensionis percussisse, quod ait, præsumi potius debet,
quamdiu oppositum non constat. Deinde addit, *similiter,*
si constanter neget percussorem esse Clericum, & ex circum-
stantiis, & qualitate personarum id reddatur verisimile,
aut saltem oppositum reddatur incertum, & probatur ex
sine Concilii intendenti tollere dubia, ideoque fecisse illam
exceptionem de percussore in casu certo, non verò dubio.
Quandiu ergo non est certum, & inambiatum percussor
non est talis, qualis esse debet, ut vitetur. Postea conclu-
dit: *Quacunque ratione excusatio probabilis sit, aut proba-*
bile ingerat dubium, non erit casus, in quo vitandus sit.

Maximè placet hæc doctrina Suarez, nisi quod illud
additum, *Similiter si constanter neget percussor, esse Cle-*
ricum, pertinet potius ad priorem illam certitudinem, qua
certū esse debet, quod percussor sciens, ac volens percus-
serit, non tantùm hominè, sed etiam hominem Clericum.

Nunc de notitia, quam habere quis debet, ut obligetur
vitare Clerici percussorem. Suarez ubi supra *num. 11.* ait,
necessarium esse, quod tale delictum factum sit coram mul-
tis, & deinde, ut ex eorum testimonio ita factum sit publi-
cum, ut nulla tergiversatione possit celari.

Deinde quærens, quantus testium numerus ad hujusmo-
di notorietatem facti requiratur, ait, ut supra etiam nota-
vimus, nullam certiore regulam assignari posse, quam
prudenter arbitrii, nullamque certum numerum Testium
designari posse, qui semper necessarius sit, sed juxta eorum
qualitatem, & auctoritatem, & cum alias circumstantias
interdum majorem, interdum minorem sufficerè. Idem-
que dicendum esse de publica notitia talis facti ex hujus-
modi Testium relatione. Non enim oportet, ut res ubi-
que divulgata sit, aut in tota Civitate, vel Oppido sed in
magna ejus parte juxta prudentis arbitrium. Quasi dicat
Suarez, si attendamus ad ejus verba præcisè, ultra no-
torietatem facti, requiri etiam ejusdem publicationem,
& quidem talem, ut nullus tergiversationi locus sit.

Idemque habet Filiucius *tract. 13. §. 3. de censur. c. illo. 63*
4. §. 5. n. 6. in epilogo ejusdem *cap. 4.* ubi ait eum dici no-
torium percussorem Clerici, qui per evidentiam facti ita
percussit, ut nulla tergiversatione celari possit, ideoque
requiri, ut delictum coram multis Testibus factum sit, ac
deinde ex eorum testimonio factum sit publicum. Simi-
liter dixerat idem Filiucius *n. 7. ejusdem §. 5.* de notitia de-
nunciationis ad hoc, ut obliget ad vitandum excommu-
nicatum, *Debet enim, inquit, notitia esse talis, ut ex parte*
judicis sit actioe aliqua publicè usitata ad res juridicè
promulgandas manifestata. Ex parte verò aliorum debet,
vel per testimonia digna fide, vel per publicam famam in
eorum notitiam evenire, denunciationem esse factam. Non
debet autem notitia ex fama esse dubia, sed moraliter certa.
Cæterum

64 Cæterum si velint ambo, ad hoc, ut adest obligatio vi-
tandi respectu omnium requiri publicationem, sive de-
nunciationis excommunicati, sive in nostro casu excom-
municationis incurfæ ob notoriam Clerici percussorem,
si hoc, inquam, velint non repugno, si verò velint pub-
licationem hujusmodi requiri, ut aliquis obligetur ita,
ut his non maneat obligatus ad vitandum, nisi facta sit
communis ea publicatio, & non sufficiat notitia moraliter
certa, quam ipse habeat, quantumvis non sit facta com-
munis publicatio respectu aliorum, si inquam, hoc se-
cundum velint, ipsis non assentior, cum non sit negan-
dum, quod teneatur, quis vitare percussorem Clerici no-
torium quem nulla probabilis tergiversatio facti, vel ju-
ris celare, aut excusare potest, si solus totum id novit per
relationem habitam ab aliquo, vel aliquibus fide dignis
ita ut dubitare de veritate non possit, quamvis ratò id
possit contingere, ut certò adeo constet moraliter sine
sententia Judicis.

65 Dico igitur tertio. Si detur aliquando iste casus, ut
alicui constet per testimonium fide omnino dignum ita,
ut nulla probabili ratione dubitare queat, tum de percus-
sione hominis Clerici, tum de incurfa excommunicatione,
dabitur obligatio in illo ad vitandum. Quod tamen
ut dictum est, raro continget.

66 Unde dico quarto regulariter loquendo, requiri senten-
tiam Judicis, declarantem, sive denunciantem excom-
municationem incurfam, ut sic constare possit iis, qui
talem percussorem vitare tenentur, vel immediatè per
ipsam denunciationem, vel mediatè per certam relatio-
nem. Quando enim non concurrunt omnia requisita
ad hoc, ut percussor Clerici sit vitandus, remanet iste
comprehensus in illo generali, ac favorabili indulto
Concilii, & per consequens non vitandus: Quare ait Fa-
gundez, quem supra citavimus, quandiu percussio non
est notoria notorietate facti, & simul, percussorem non
esse vitandum. Sayrus similiter, ubi supra, inquit, quamvis
notorium sit, Petrum percussisse Clericum, si tamen no-
torium etiam non sit, Petrum nullam excusationem pro
se habere, vitari non debet, antequam citatus denunci-
etur excommunicatus.

67 Plura alia, quæ nos hic examinare non possumus, do-
cet loco citato Sayrus, qui *n. 21.* infert ea, quæ de vitan-
do, aut non vitando excommunicato dixit, locum etiam
habere in aliis censuris, ac sententiis à jure vel ab homi-
ne latis. Primo ut suspensus & interdictus vitandus sit
in his, quæ per censuram eis prohibita sunt, ubi is pro-
tali denunciatus fuerit, & talem non vitans in officiis
divinis, aut in actibus deputatis suis ordinibus, aut in
Sacramentis, peccat mortaliter, si talis suspensus fuerit
ab officiis divinis, aut Sacramentorum administratione
vel receptione, & sic suspensus denunciatus, & citat
Navarrum *in man. cap. 27. n. 163.*

68 Quamobrem non approbat Sayrus id, quod ait Hen-
riqu. *lib. 3. de excommunic. cap. 5. §. 5.* quod scilicet scanda-
lo secluso, non peccat mortaliter is, qui à denunciato
suspenso audit Missam, aut simul cum illo missæ, & aliis
divinis officiis interest, si illum nullo modo induxit, cum
nullo jure probetur præceptum hoc inquam, non appro-
bat Sayrus cum Navaro *in cap. 1. §. Laboret n. 17. Quia*
Extravagans ad evitanda eodem modo disponit de ex-
communicatis, suspensis, & interdictis vitandis post de-
nunciationem, Bonacina etiam de *excomm. in comm. 1. q. 2.*
§. 1. num. 8. loquens de suspensio, vel interdicto, vel ir-
regulari vitando, similiter ait, illum dici, qui denun-
ciatus est suspensus, vel interdictus vel irregularis.

69 Addit Sayrus ibidem, cum sic suspensus à divinis licitè
participari in humanis, cum humana illi non sint prohibi-
ta. Imo eum, qui cum illo participat in divinis, non incur-
tere censuram aliquam, cum nullo jure id exprimat.

70 Secundò infert Sayrus, quod sicut excommunicatus
denunciatus caret usu jurisdictionis, ita etiam suspensus
à Sacramentorum administratione, & denunciatus vali-
dè absolvere non potest.

Tom. X.

Tertio infert, quod sicut excommunicatus notorius, 71
excepto Clerici percussore, non privatur jurisdictione
nec in humanis, aut divinis vitandus est ante denunciatio-
nem ab eo, qui scit illum excommunicatum, ita neque
suspensus, aut interdictus, etiam notorius in humanis
aut divinis vitandus est, antequam denunciatur.

Et quartò, quod sicut excommunicatus, etiam nomi-
natus, & specialiter ante denunciationem Parochiano pe-
tenti Sacramenta ministrare potest, & validè absolvere,
etiam absque peccato, dummodo conteratur, ita etiam
suspensus, aut interdictus, si denunciatus publicè, &
nominatus non sit, subditis petentibus Sacramenta, li-
cité, ac validè ministrare potest, nec ministrando peccat
aut irregularitatem incurrit.

CONSULTATIO CXVI.

An, & quatenus jurisdictione, ac jura, etiam Episcopalia
prescribi possint? Et quid de jurisdictione Episcopi visi-
tandi suos subditos.

Iurisdictionem, ac jura etiam Episcopalia posse con-
suetudine legitime præscripta à non Episcopis acqui-
ri, manifestum est ex *cap. auditis de prescript. ibi, Præ-*
deatur in eis Episcopalis jus legitime præscriptis, & ex c.
Cum olim eod. tit. ac utrobique Gloss. & Doctores, & ex c.
Cum persona, ubi Doctores de priv. in 6. & nominatim
Innocent. n. 2. traduntque Panormit. in dist. cap. auditis. &
in cap. Cæterum num. 3. de judiciis & cap. super eo, m. d. de
paroch. Gemin. in cap. statutum §. Cum vero num. 3. de re-
script. in 6. ac Rota decif. nu. 1. de prescript. & decif. 207.
num. 6. p. 2. divers. & decif. 394. nu. 2. p. 1. recent. Seraphin.
decif. 455. num. 1. & 2. Gregor. XV. decif. 282. nu. 7. Gra-
tian. discept. 212. num. 13. Bellef. disquisition. Cleric. p. 131.
Iurisdictione Abbat. S. Michaelis de Cus. §. unic. ubi latè
probat, inferiores Episcopis posse præscribere contra
Episcopos exemptionem, ac omnia jura ad utramque le-
gem sive jurisdictionis, sive diocesanam pertinentia, &
quidem non tantum cumulativè, sed etiam privatè.

Et sanè duo sunt, quæ jurisdictionem tribuere possunt,
privilegium, & consuetudo, Rota *decif. 577. num. 10 &*
decif. 584. num. 34. p. 5. recent. Et propterea quod consue-
tudo possit præscribere jurisdictionem Episcopi, etiam in
Ecclesiis Cathedralibus regularibus, docet Corr. *cons. 93.*
num. 5. & firmat Rota decif. 69. num. 2. p. 1. recent. Quod
multo magis verum est de consuetudine immemorabili,
pluribus seculis præscripta, qualis est, quod inferiores ha-
beant jurisdictionem in suos subditos privatè Episco-
pos. Hujusmodi enim consuetudo hanc jurisdictionem
eis tribuere potuit, *can. conqueilus 9. §. 3. cap. Irrefragabili*
§. 1. cap. dilectus in princip. de offic. Ordin. c. Cum contin-
gat. de for. compet. Rota d. decif. 527. num. 9. Eo magis,
quod immemorabilis, & privilegium pari passu incedunt
Rota *dec. 604. n. 2. p. 2. & decif. 379. n. 5. p. 5. recent. Pegna*
decif. 158. num. 5. Habetque vim cujuscumque tituli, ac
juxta causæ, Seraphin. *decif. 303. nu. 4. & decif. 707. nu. 3.*
Vnde per eam acquiritur jurisdictio, etiam in loco exi-
stente intra Diocesium Episcopalem, Rota *decif. 24. num.*
26. p. 1. 0. Et similis consuetudo cognoscendi causas in præ-
judicium Episcopi non fuit abrogata per Sacrum Con-
cilium Tridentinum *sess. 24. cap. 20. de reformat. ut ex de-*
creto ejus Sacræ Congregationis in Placentina Archidia-
conatus 10. Martii 1575. annotavit Seraph. decif. 585. Imme-
morabilis enim præbet titulum ac jus, Pegna *decif. 50.*
63. num. 2. & decif. 128. num. 2.

Non obstant Textus in *c. Irrefragabili de offic. ordin.*
& in cap. Cum ex officio de prescript. Caputaquen. decif.
306. p. 1. num. 5. & 6. ac Post. de manuen. observat. 44.
num. 36. Nam loquuntur de prescriptione correctionis,
seu visitationis, sive reformationis; sive etiam procura-
tionis, Episcopo visitanti debitæ, sive de exercitio
jurisdictionis, jurisdictione manente, ac supposita, ut
patet ex illis verbis *de cap. Irrefragabili: Decernimus, ut*
executionem ipsorum, scilicet correctionis, & reformationis,

ulla consuetudo, vel appellatio valeat impedire. Aliud enim est correctio, ac reformatio; aliud jus corrigendi, & reformandi, Primum supponit jurisdictionem permanentem, si legitime sit, & non potest praescribi consuetudine, quia non potest impediri, quominus superior habens jus corrigendi, ac reformandi non corrigat, neque reformet. Id enim est contra jus naturale, ac divinum, contra quod non valet consuetudo, & idcirco a subditis adversus Praelatum suum obedientiam non exhibere nunquam praescribitur, cap. licet de praescript. At jus corrigendi contra Episcopum praescribi potest, & alteri acquirit. Sic subditi, licet non possint praescribere, ut a nullo corrigantur, vel quod nullus habeat jus illos corrigendi, possunt tamen praescribere, ut jus illos corrigendi alteri competat.

Id probatur ex eodem cap. Irrefragabili, ubi haec habentur: *Excessus tamen Canonorum Cathedralis Ecclesiae, qui consueverunt corrigi per Capitulum, per ipsum in illis Ecclesiis, quae talem hactenus consuetudinem habuerunt, ad communionem, seu iussionem Episcopi corrigantur.* Ex his clarissime liquet, quod Capitulum contra Episcopum potuit consuetudine acquirere jus corrigendi Canonicos. Non ab simile habetur ex d. cap. cum ex officio per haec verba: *Cum contra procuratorem, vel a ratione visitationis debetur praescribi nequiverit, quemadmodum nec contra visitationem ipsam, & si alius contra eum praescribere possit utramque.* Ex quibus, licet procuratio non possit praescribi, jus tamen visitandi, & sic habendi procuratorem, potest auferri ab Archiepiscopo, & ab alio praescribi.

Certum igitur est quod iura Episcopalia praescribi possunt, etiam a subditis, quilibet consuetudine non possint obtinere, ne ulli subsint, vel si subsint Episcopo, ne ab Episcopo corrigantur, aut reformentur, aut visitentur, possunt tamen consuetudine assequi ut subsint alii, non autem Episcopo, vel ut sint immediatè sub cura Sedis Apostolicae, ut probat Oldrad. conf. 172. num. 5. & conf. 254. n. 1. Et haec consuetudo est rationabilis. Nam est approbata a iura, ut diximus imò de qua est lex. Quia cum consuetudo sit lex non scripta, illa consuetudo est rationabilis, quae habet condiciones iuxta legis, Gemin. in cap. 1. de consuet. in 6. Butr. in cap. fin. de consuet. Sylvest. v. consuetudo q. 1. n. 2. Tabien. eodem v. n. 5. Sor. de iust. lib. 1. q. 7. ar. 2. Sanchez de matrim. lib. 7. diff. 4. num. 41. Suarez de legib. lib. 7. cap. 6. n. 17. Gabr. Martinez p. 2. q. 97. n. 3. dub. 2. Martinez de Prado cap. 3. quaest. 14. n. 12. & Fermosin. in rubric. de consuet. q. 1. n. 7. Vide quae alibi pluribus in locis hac de re diximus.

CONSULTATIO CXVII.

An, quatenus, quam Eminentissimi Cardinales in Ecclesiis suis Titularibus habeant jurisdictionem Episcopalem, vel quasi Episcopalem: Quam in rem animadvertit.

Edidit hac de re disceptationem Eminentissimus Cardinalis Albitius, seculi nostri alter Scævola, typis Romanis excusam sub anno 1668. in qua paucis ferè omnia, quae ad hanc jurisdictionem pertinent, completitur. Quoniam autem illa non est omnibus obvia, ideo huc eam adducere operae pretium censuimus, ac restringimus. Ea haec est. Domus fidelium in Sacrorum usum conversae, quas nos Ecclesias dicimus, a maioribus nostris Tituli apellabantur, sive quia in earum consecratione, & erectione Crux ponebatur in Titulum, ut censebat Baronius tom. 2. ad annum 112. num. 5. & 6. & in notis ad Martyrologium die 16. Iulii v. Titulus, Bimius in vita Evaristi vers. Hic titulus, quo ex more emanarunt Constitutiones, ne quis aedificaret Ecclesiam, nisi prius Civitatis Episcopus veniret, & ibi Crucem figat, ut patet ex Concilio Aurelianensi registrato in can. nemo 9. de consecr. dist. 1. & in l. Decernimus C. de Sacros. Eccles. & in auct. Ut nullus tit. 17. in capit. franc. lib. 5. cap. 239. & in Rituali Romano de divin. offic. cap. de aedific. Eccles. Sive

quia ad fores Ecclesiarum in honorem Martyrum erectarum Vela quaedam suspendebantur, in quibus depingebatur ipsius Martyris imago, aut nomen quae Tituli dicebantur, ut ex Gregorio Turonensi lib. 4. mirac. B. Martini, & ex S. Paulino Natal. 6. qui sic canit:

Qui plura tegentis
Vela ferant foribus, seu pura splendida lino
Sive coloratis textum fucata figuris
Hi leves Titulos lento poliant argento
Sanctaque praefixis obducant limina lamnis.

Quae vela Divus Ambrosius Cortinas Regias appellat lib. 5. epist. 33. Sive quia in aedibus in honorem sanctorum erectis affigebantur Tabellae, quaedam cum inscriptione nominis illius Sancti, quo aedes Deo erat dedicata, quae tituli vocabantur, desumpta nomenclatura a fiscalibus Titulis, de quibus in l. si quando 2. C. de bon. vac. lib. 10. Cum enim bona vacantia fisco incorporanda essent, huiusmodi incorporatio per Tabellae, sive Tituli impositionem fiebat, quae non nisi a fisco poterat apponi, ut in C. ut nemo privatus Titulos, & in l. 1. Cod. de navib. non excons. l. 10. ex Cassiodoro l. 4. epist. 14. & l. 5. epist. 6. & l. 9. epist. 18. ex Symmacho lib. 2. epist. 27. & lib. 5. epist. 54.

Idem Imperator Justinianus in Novel. 28. cap. 5. vetuit, ne aliquis Titulum imponat praedictis, vel alienis aedibus; Siquidem hoc solummodo Episcopi proprium est, & Regiarum domorum tam nostrarum, quam Praesentissimae Augustae. Si vero sub alterius appellatione Tabulas, sive Titulos impositos depravaverit cum ipsas proventus detrahet, quam eum, qui illas affixerit, per vestigabit &c. Quod repetit in Novel. 29. seu Auct. de Praetore Paphlagonia cap. 4. §. Certè, & Novel. 30. sive de Praetore Capadociae cap. 8. in fine. Concordant Textus in l. 2. C. ut nemo privatus Titulos, & in l. fin. ff. quod vi, aut clam. In illo enim statuitur, ne quis Vela Regia suspendere, vel Titulum audeat. In isto autem habetur, si ad januam meam Tabulas affixeris.

Sive denique quia cum domus fidelium in Sanctorum hominum memoriam aedificarentur, memoria illa Titulus vocabatur, desumpto argumento à Sacris literis. Nam lib. 2. Reg. cap. 18. habetur: *Porro Absalon erexit sibi, cum adhuc viveret, Titulum, qui est in valle Regis. Dixerat enim non habeo filium, & hoc est monumentum nominis mei, vocavitque Titulum nomine suo.* Sic etiam Jacob Genes. cap. 18. lapidem, quem supposuit capiti suo, cum in lomnis vidit scalam, erexit in Titulum.

Utunque sit Ecclesiarum in honorem Sanctorum aedificatae ab initio nascentis Ecclesiae Tituli vocati sunt. Sic ex Prudentio de hymno 5. de S. Vincentio.

Iam nunc & ora extenso,
Ne sic sepulchrum funeris.
Quod plebs gregalis excolat,
Tuumque sigat Martyris.
Ex Hymno 12. Parte alia Titulum Pauli via servat Ostiensis.

Et istius sunt sententiae, ultra Baronium loco citato, 5 Honuphris Panvinus de septem urbis Eccles. cap. 2. in princip. Azor. instit. moral. tom. 2. lib. 4. cap. 1. Nacler. de Monach. divin. Eccles. & secular. tom. 1. p. 2. lib. 4. Martin. Rota lib. singul. cap. 10. in finem, & de die natali cap. 22. Iuret. ad Symmach. epist. 23. Amaya ad l. si vacantia a n. 3. Cod. de bon. vac. lib. 10. Io. Ferrand. Anicien. in disquisit. Reliquiaria lib. 1. c. 6. art. 2. Et hoc nomen Tituli à tutando derivasse, eo quod ubi essent aedificatae Tabulae pro suo vendicarent, atque tuerentur, voluit Cuiacius, Iuretus, & alii citati ab Amaya d. l. si vacantia n. 6. Quod tamen non placet Iulio Caesari Scaligero lib. 1. poet. cap. 9. quem referunt Ludovic. a Cerda lib. 3. Enead. vers. 545. Theodor. Hepping. in tract. de insignis c. 22. §. 1. n. 15. Nam credidit Scaliger verbum Tituli derivare à verbo graeco Timè, quod honorem significat, ut idem sit honor, ac Titulus.

Ex ex his assentire non possum Ciaconio in vita Sancti Higinii Papae in discursu de orig. Cardinal. quem sequutus est Calsius de veter. Sacr. Christian. ritib. cap. 83. & novissime Passerin. de statib. & offic. homin. tom. 1. qu. 185.

num. 20. existimantibus, Titulos nil aliud esse, quam redditus, vel proventus ex villis, praediis, feudis, aut agris à piis, sive viris, sive feminis ad alendos Ecclesiae ministros relicti, & hinc error esse Titulos Equitii, Vestinae, Pammachii, Lucinae, Iulii, Callisti, Damasi, Pastoris Eudoxiae, Emiliae, Crescentiae, Fasciole, Tygridae.

Nam nomen Tituli non bonis, & redditibus applicatum fuit, sed aedibus, & Ecclesiis ad divinum Cultum destinatis, ut colligitur ex Baronio in notis ad Martyrolog. die 19. Iulii, ubi de titulo Vestinae, & die 26. Iulii, ubi de Titulo Pastoris, & die 1. Augusti, ubi de Titulo Eudoxiae, & de Titulo Equitii Damasi in Sylvestro haec habet: *Hic facti in Urbe Roma Ecclesiam in praedio cuiusdam Presbyteri sui, qui vocabatur, Equitius, quam Titulum Romanum consuevit iuxta Themas Diocletianas, qui usque in hodiernum diem appellatur Titulus Equitii, Et de Titulo Vestinae Anastas. in Innoc. primo, eodem tempore dedicavit Basilicam Sanctorum Gervasii, & Protasii. Et infra: Titulum Romanum constituit. Et opinione Ciaconii reprobat Victorellus ad eundem Ciacon. loc. cit. verb. Tituli autem p. 46. dum ait, Evaristus Pontifex, dum Titulus in urbe aedificavit, nullum de redditibus mentionem fecit.*

Verum est, quod successivis temporibus praedia Clericis assignata ad usum n. & Ecclesiae relicta Tituli nomine vocata sunt, ut apparet ex l. b. 1. feud. tit. 6. §. 1. ibi: *Si Episcopus vel Abbas, vel Abbatissa, vel Dominus Plebis feudum de heredi de rebus Ecclesiarum, quae eis subiecta sunt, & Tituli vocantur. Quod nomen transfusum est ab Ecclesiis ad bona, ut ex nostris notat Calvin. in lexicon jur. v. Tituli, ubi quod Tituli primum erant certae sedes Clericis attributae, in quibus munus suum exercebant; postea vero eo nomine praedia iis ad victum, cultumque assignata.*

Et hoc etiam prius tradidit Quintanaduegnas lib. 3. Ecclesiast. in explicat. Canon. 4. Concilii Chalcedon. n. 13. Nam hoc tituli Verbum ponimus in certo quadam loco, & sede certa, quae in Ecclesia Clericis attributa erat, ut munus suum exercebant, quo nomine praedia etiam his ad victum, cultumque assignabantur.

Hinc orti sunt postea Tituli ordinationum, de quibus in d. cap. 4. Concilii Chalcedon. registr. in can. neminem 70. dist. Non enim antiquus admittebatur quis in Clerum, nisi qui certe Ecclesiae esset adscriptus, Petr. Gregor. in instit. rei benef. cap. 8. nu. 3. Tondut. quaest. Canon. p. 2. cap. 1. §. 11. n. 2. Unde ejus Ecclesiae, & Tituli dicebatur, in cuius albo erat descriptus, Baronius ad annum 112. n. 4. §. 6. Bimius ad vit. Evaristi vers. Hic Titulus.

Nec cum Casilio possum sentire, qui loco superius citato existimat, quod si redditus Ecclesiarum essent opulenti, non unus, sed duo, ac plures singulis Titulis praeficiebantur. Licet enim verum sit, plures Presbyteros uni Titulo fuisse additos, & ex eodem Titulo plures denominari, ut constat ex subscriptoribus Concilii Romani primi sub Symmacho, cui subscribere plures Presbyteri ejusdem Tituli, & Synodi Romanae sub Gregorio Magno, de qua lib. 4. epistolatum iudem Gegorii in dist. 13. cap. 88. cui subscribere Presbyteri S. Balbinæ tres, S. Damasi duo, sanctorum Apostolorum tres. Non tamen evenit propter reddituum opulentiam, sed quia fidelium crescente numero, oportuit crescere ministris in Titulis, qui Sacramenta ministrarent, ut ait Card. Turrecrem. in summ. de Ecclesiis lib. 1. cap. 83. vers. Quod vero.

Porrò huiusmodi Tituli ab Evaristo fuerunt in Urbe Presbyteris assignati, ut ex libro Pontificali Damasi Papae ex Anastasio Bibliothecario in ejus Vita, & Baronio ad annum 112. num. 6. Sed quia in urbe fidelium numerus crescebat in dies, Fabianus Pontifex constituit in ea septem Diaconos per septem Urbis Regiones, qui Regionarii sunt dicti, & ex Michael Medina l. de continent. allerit Vaquez in 3. p. disput. 3. 6. num. 79. Quod innuit Sixtus V. in Bulla qua praefinivit Titulos Cardinalium, quae incipit: *Religiosa in 2. tom. Bullarii novi Constit. 55. in pr.* Et propterea Concilii, & decretis Pontificum subsciebant Diaconi, cum nomine Regionum, ut patet in

decretis Symmachi, quibus ita scripti reperuntur, nempè.

Cyprianus Diaconus Sanctae Romanae Ecclesiae Regionis primae subscriptus, & consensit.
Anastasius Diaconus Regionis primae subscriptus.
Ioannes Diaconus Regionis secundae subscriptus.
Tertullius Regionis quarta subscriptus.

Porrò officium Presbyterorum, qui dictis Titulis adscripti erant, fuit administrare Christi fidelibus Sacramenta, & ad instar Parochorum animarum curam gerere, Panuinus de septem urbis Eccles. cap. 2. Baron. ad ann. 112. num. 5. & 6. Azor. instit. moral. tom. 2. lib. 4. cap. 1. q. 4. Petrus Andr. Gamma in repet. extravag. Iulii II. de Simoniaca Papa electione n. 127.

Officium vero Diaconorum Regionum non erat, ut assisterent Pontifici ut statuit Evaristus, sed ut Christianam Religionem propagarent, & conserarent, Vasquez dist. dist. 136. n. 79. & expressè Sixtus V. praecitata Constitut. in principio. Assignatus postea tractu temporis Diaconis Ecclesiis Regionum, non cum nomine Regionis decretis, seu Conciliis Summorum Pontificum subscribere, sed cum nomine Ecclesiae sibi assignatae, non tanquam Tituli qui solum Ecclesiis presbyteralibus datus erat, sed tanquam Diaconia. Qui mos usque ad haec tempora servatur. Talis enim est Diaconorum subscriptio.

Ego N. Sanctae Mariae in via lata Diaconus Cardinalis.
Ego N. S. Eustachii Diaconus Cardinalis.

Crescente vero dignitate Cardinalium, quia functionibus Papae assistebant, crevit & in Titulis auctoritas. Ideo non ut simplices Parochi, seu Plebani, sed pinguiori jure administrarunt, ut notat Felin in cap. his, quae de major. & obed. in princ. Ioan. Andr. in cap. Dilatus n. & ibi Host. num. 3. Abb. num. 12. de Capell. Monach. non sublata illis obligatione residendi in dictis Titulis ita ut Leo IV. & non III. ut in decretali; Anastasium Presbyterum Cardinalem S. Marcelli, cum suum Titulum deseruisset, & monitus residere neglexisset, à dignitate deposuit, ut constat ex cap. ex gestis de Cleric. non resident. ubi Abb. & ceteri Ragnan. ibid. num. 40. cujus depositionis historiam late profequitur Cardinalis Baronius ad annum 833. num. 45. ubi num. 55. sententiam depositionis apposuit, & ex nostris Lothar. de re benef. lib. 3. q. 27. & 53. Macedo in tract. de clavib. lib. 4. tr. 5. o. 8. qui camdem Leonis IV. historiam refert.

Hoc autem pinguius jus, quod habent Cardinales in suis Titulis declaravit Bonifacius VIII. Ioanni Monacho Cardinali, & ejus Vicecancellario, ut ipse testatur in c. unic. de major. & obed. in 6. Dicit enim Ioan. Monach. quod Papa sibi respondit, quod Cardinales in suis Ecclesiis habent jus Episcopale, quod dictum referunt, & sequuntur plerique ex Doctoribus infra citandis, & praesertim Ioan. Andr. in d. cap. unic. numer. 3. Martino. Laudens de Cardinal. q. 60. in princip. Cassan. ad consuetud. Burgund. tit. de Iustices rubr. 1. §. 4. pag. 136. Redina in prompt. recept. sent. tit. 18. de Card. num. 5.

Et quamvis huiusmodi dictum, tanquam incertum, non approbetur à Suarez de relig. tom. 2. tract. de vot. lib. 6. cap. 10. num. 10. & à Sanchez. id summ. lib. 4. cap. 38. num. 2. Nihilominus, tanquam certissimum habendum est, non solum quia sic sentiunt quotquot super hac materia scripserunt, sed quia Paulus IV. in sua Constitutione, quae incipit, *Cum venerabilis* in Bullario novo tom. 1. Constit. 5. sic declaravit, & statuit, ibi: *Ac diversa Alma urbis nostra Parochialibus Ecclesiis pro eorum Cardinalatus Titulo sive denominationis praesentantur, & in eis Episcopalem jurisdictionem habeant.* Quam jurisdictionem agnovit etiam ipsemet Suarez, & Sanchez locis infra citandis.

Statuenda est igitur, tanquam certissima, & indubitata conclusio, quod Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum jurisdictionem Episcopalem habent, quae desumitur à sententia Honorii III. registrata in cap. his, quae de major. & obed. ubi Abb. n. 1. dicit.

dicit, & tenementis, quod Cardinales habent in Titulo suo, & in Ecclesiis subiectis Titulo jurisdictionem Episcopalem, Felu. ibidem in princ. dicit ex mente Imolæ in Clemen. ne Romani de elect. quod Cardinales in suis Titulis habentur loco Episcoporum quoad jurisdictionem, & quoad Episcopalia, si sunt Episcopi, Ioannes Andreas ibidem num. 11. ait: in suis Ecclesiis habent Cardinales ius Episcopale. His consentiunt Bellamer. num. 11. in fin. Cardin. in 5. oppos. & R.P.D. Fagnanus n. 15. ibi: Quinid nota Cardinales in suo Titulo, & in Ecclesiis Titulo subiectis habere Episcopalem jurisdictionem. Et subjungit: Hic est Textus, qui ad hoc consuevit quotidie allegari & non reperitur alibi, quem omnes extollunt.

20 Et hanc sententiam sequuntur Doctores tam antiqui, quam moderni, nempe Cardinal. in Clemen. ne Romani §. Irritum num. 4. de elect. Abb. in cap. dilectus de Capell. Monach. Roman. in serm. habito in Concilio Basl. registr. in fine suor. Consil. num. 19. Iacobat. de Concil. lib. 6. art. 12. num. 11. Falcon. de reservat. q. 2. princip. 10. Villadieg. de origin. Cardinal. num. 7. Manfred. de Cardinal. dec. 106. Paris. de resignat. lib. 2. q. 12. num. 10. Alban. de Cardin. q. 46. Mandos. ad reg. 7. Cancell. q. 2. Grillenzon. conf. 63. num. 1. Germon. de Indult. Cardin. §. Tam ratione nu. 10. Leo in thesaur. for. Eccles. p. 2. cap. 1. num. 17. Azor. Inst. moral. tom. 2. lib. 4. cap. 3. q. 3. Squill. de privi. Cleric. cap. 2. num. 2. Rub. in aphor. Episcop. v. Cardinalis, Tullchus lit. C. conclus. 100. nu. 49. qui subjungit. Imò Cardinales, etiam non Episcopi, in Ecclesiis sui Tituli utuntur pleno jure Episcopali, Alter. de censur. disp. 17. lib. 5. cap. 1. Lothar. de re benef. lib. 1. q. 1. §. 8. num. 50. §. lib. 6. q. 2. num. 7. & eodem lib. q. 1. §. 3. num. 11. Barbof. in tr. jur. univ. Eccles. lib. 1. cap. 4. n. 33. §. in c. his qua de major. §. obed. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 5. num. 440. Diana p. 5. tract. 2. resol. 12. Pilaia de off. §. 5. num. 9. lib. 1. D. dae. Frances. in Pastoral. externo tr. 3. q. 2. num. 11. Gabriel à Sancto Vincentio de censur. disp. 9. q. 7. num. 117. Scipio Redina in prompt. jur. tom. 1. tit. 11. n. 5. ubi latè Petr. Andr. Gamma in d. Extravag. Iunii II. nu. 126. Franc. Matchel. dec. 1286. num. 4. tom. 2. inferens ex hoc, quod debent postulati secundum Abbatem in cap. fin. de postul. Pralat. Victorel. in vit. S. Higinii de orig. S. Rom. Eccles. Cardinalium, Bottiglier. de success. ab intest. tit. de renunc. success. cap. 2. n. 2. Merol. in theol. moral. disp. 1. de volunt. §. involunt. diff. 5. c. 525.

21 Et quamvis nonnulli ex prædictis Doctoribus dicant, Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum habere jurisdictionem non Episcopalem, sed quasi Episcopalem, quod etiam asserit Sixtus V. in cit. Constitut. 55. in princ. Hoc tamen intelligendum est, non habere ex sua natura jurisdictionem Episcopalem, qui non sunt Episcopi. Non enim habent isti ea, quæ sunt ordinis, ut conferre Sacramentum confirmationis, & Ordines sacros, habent tamen ea, quæ sunt jurisdictionis, ut benè distinguit Moneta de confer. cap. 5. n. 34.

22 Hinc declaranda est opinio Cardinalis Bellarmini, dum in tom. 2. Controvers. lib. 1. cap. 16. de Cleric. vers. pari ratione dicit, quod Presbyteri, & Diaconi Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum sunt veluti Parochi, Episcopo subiecti, & nihil possunt, nisi quantum eis Episcopus permisit, cujus opinionem sequatur Gironda de Episcop. lib. 1. disp. 2. cap. 5. num. 3. Sebastian. Cæsar de Ecclesiast. hierarch. p. 1. disp. 2. nu. 9. Zachar. Bover. tom. 2. demonstr. Symbol. ver. & fals. Relig. art. 4. Symb. 6. de Card. success. Valquez in 3. p. disp. 2. 42. q. 2.

23 Ut scilicet intelligatur de antiquo statu, & jurisdictione ante tempora Bonifacii Octavi, & sententiam Honorii III. in d. cap. his qua de major. §. obed. Aliàs si eorum opinio ad nostra tempora mandaretur, esse non solum contra juris communis dispositionem, sed etiam contra Constitutiones Summorum Pontificum Pauli IV. & Sixti V. & diplomata eorumdem Titularium. Nam de jure communi Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum possunt exercere ea, quæ non possunt Parochi, nempe ex-

communicare, suspendere, instituire, ut dicit supra citati Doctores, & præsertim Zabarell. in d. cap. his, qua in fin. & Felin. in princ. Nam Plebani in suis Ecclesiis non habent ita pingue jus, sicut habent Cardinales in suis Titulis, Archidiacon. in can. nullus 16. q. 7. num. 5. Præposit. in can. 1. dist. 21. num. 6. Et opinionem hanc Boverii, & aliorum benè reprobatur Victor. in addit. ad Ciacon. in vita S. Higinii de origine S.R.E. Cardinalium, vers. Zacharias.

Et hoc jus Episcopale, seu quasi, non solum habent Cardinales Presbyteri in dictis Ecclesiis suorum Titulorum, sed etiam Cardinales Diaconi in suis Diaconiis. Paris. de resign. d. lib. 2. q. 12. n. 10. Barbof. d. tr. jur. univ. cap. 4. n. 33. Quod etiam statuit Sixtus V. dicta sua Constitut. 55. & ex ea R.P.D. Fagnanus d. c. his, qua n. 18. §. 19.

Et hoc procedit siue Tituli, vel Diaconiæ sint Clericorum secularium, siue Regularium, cum Sixtus V. in dicta sua Constitutione pariformiter loquatur de Ecclesiis secularibus, & Regularibus, & Summi Pontifices in diplomatibus Titulorum Ecclesiis Regulares plenariè subjiciant Cardinalibus ut cuique legenti patet, & videbimus infra.

Hic sic firmatis. Primò inferitur, Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum posse promulgare, & ferre leges obligantes in conscientia, Castropal. tom. 1. tract. 3. disput. 1. punct. 23. n. 12. Acugna in cap. 1. dist. 2. nu. 4. Alii à Diana d. p. 5. tr. 2. resol. 7. Baldel. tom. 1. Theol. de potest. legistat. q. 50. §. 7. Suarez de legib. lib. 4. cap. 5. n. 4. Cotton. contr. celebr. lib. 3. de Cler. contr. §. cap. 3. n. 55.

Secundò inferitur, Cardinales in prædictis Ecclesiis habere jus corrigendi, excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententiam ferendi, d. cap. his, qua de major. §. obed. & ibi Canonista, R.P.D. Fagnanus ibidem n. 19. & in cap. ne pro dilatione nu. 4. de penit. & remiss. ubi quod habent auctoritatem cetera faciendi, quæ sunt jurisdictionis Episcopalis, Germon. de indult. Cardinal. §. Tam ratione n. 18. Barb. d. cap. 4. n. 38. Alios adducit Diana d. p. 3. tr. 2. resol. 12. Cotton. loc. cit. n. 55.

Tertiò inferitur, Cardinales in præfatis Ecclesiis habere jus visitandi, sicut habent Episcopi in suis Diocesis, Felin. in d. cap. his, qua in princ. Pavin. de visitation. par. 2. q. 2. n. 26. Fagnan. loc. cit. num. 20. Sunt enim dictæ Ecclesiæ quasi eorum parve Dioceses intra fines Episcopatus Romani, Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 5. n. 452. Cotton. loc. cit. n. 55.

Quod expressè concessum fuit, imò mandatum à Concilio Basiliens. sess. 23. & repetitum in Concilio Lateranensi sub Leone X. ut apparet ex sua Constitutione 7. in ordine in 1. tom. Bullar. nov. in qua cavetur, quod Cardinales, si præfentes sint in Curia personaliter, si verò absentes per Vicarium idoneum semel saltem singulis annis visitent Clericos, & populos Ecclesiarum Titulo suo subiectarum, cum diligentia inquirent circa cultum Divinum, & bona dictarum Ecclesiarum, moreque in primis, & vitam Clericorum, & Parochianorum solerter explorent. Quod refert Fuchsus de visit. lib. 1. cap. 2. n. 5. Visitatio autem fit per Cardinalem adhibito ad minus uno ex Regularibus dicto Titulo inservientibus juxta Text. in cap. debent Superioribus suis in Extravagant. inter communi. de offic. Iudic. Ordin. & ibi Barbof. in Summ. idem de Canon. §. dignit. cap. 1. n. 17.

Quartò inferitur, Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum habere jus instituendi, & destituendi cap. quere tam de elect. ibi: à Cardinali Sancta Susanna, cui dicta Ecclesia, tanquam Cappella suo Titulo in spiritualibus est subiecta, canonice fuerat instituta. Et sic docet Innocent. in cap. dilectus n. 4. de Cappel. Monach. dicens institutionem, & destitutionem spectare ad Cardinales in suis Titulis, Felin. in d. c. his, qua in princ. Mandos. d. reg. 7. q. 3. n. 5. Germon. de Indult. Card. §. Tam ratione n. 19. Barbof. d. cap. 4. n. 36. Fagnan. d. cap. his, qua n. 21.

Ideo possunt conferre Beneficia sita in dictis Ecclesiis, Felin. d. cap. his qua n. 1. Sarnen. reg. de trien. q. 31. num. 16. Barbof.

Barbof. d. cap. 4. num. 36. & ex Pavinio Fagnan. loc. cit. 22. Grillenzon. conf. 63. per tot. Sive sint Canonicatus, siue Prabende, siue Beneficia, curam animarum habentia, siue non. Azor. inst. moral. d. cap. 3. q. 2. Nam Sixtus IV. Testibus Felino, Azoro, & Fagnano, Barbosa locis superius citatis, concessit privilegium Cardinalibus, ut conferre possint omnia beneficia sita in Ecclesiis, quas ratione Tituli, vel Commendationis, vel administrationis habent, non obstantibus expectativis, & reservationibus, nisi vagentur in Curia, & Summus Pontifex dicta beneficia, nisi de expresso Ordinarii, vel Commendatarii consensu conferre non debeat.

32 Quæ facultas non cadit sub revocatione Indultorum Cardinalium circa collationem beneficiorum facta à Gregorio XIV. & Paulo V. In eorum decretis prædicti Pontifices declarant nihil velle innovare circa collationem beneficiorum, quæ ad Cardinales spectant ratione Ecclesiarum Titularium, ut patet ex decreto, siue Constitutione Gregorii Decimiquarti in 2. volum. Bullarii novi sub num. 19. & in Constitutione Quinti Bullar. nov. tom. 3. Constitut. 58.

33 Advertendum tamen est, quod hujusmodi facultate possunt uti Cardinales dummodo sint præfentes in Curia, Gonzal. ad reg. 8. Cancellaria gles. 13. nu. 20. Tondut. quest. benef. p. 2. cap. 3. §. 8. n. 8.

34 An autem possint dici Cardinales præfentes in Curia ad hunc effectum, si motam trahant in districtu Urbis, non tamen ultra duas dietas, scio in materia optionis Decanus Sacri Collegii fuisse resolutum, & competere optionem Cardin. si abent ab Urbe duas dietas, ut tempore Clementis VII. die 26. Septembris 1533. accidit in persone Cardinalis Senensis, qui cum abesset ab urbe per duas dietas, admittit fuit ad optionem Decanatus vacantis per obitum Cardinalis de Monte, non obstante contradictione Cardinalis Trancensis, qui cum esset præfens in Curia, præredebatur optionem ad se spectare.

35 Ita etiam fuit observatum sub Paulo V. in persona Cardinalis Giojose, quicum moraretur in Abbatia Sublacensi, optavit abhominis Decanatum vacantem per obitum Cardinalis Panelli, quos casus refert Cherubinus in addit. ad Constitutionem Pauli Quarti in ordine 5. in tom. 2. Bullarii.

36 Advertendum secundo, quod licet Cardinalis Titularis habeat juris assententiam in collatione Beneficiorum existentium in Ecclesia sui Tituli, vel Commendæ, illa tamen non sufficit, ut ei possit concedi mandatum de manutendo, si probetur alium esse in qu. si possessio conferendi eadem beneficia, ut resolvit Rota dec. 423. n. 3. par. 1. recent. & post eam Diana dist. tract. 2. resol. 97. num. 27.

37 Advertendum tertio, quod facultas conferendi hujusmodi beneficia, intelligitur secundum qualitates beneficiorum. Quia si beneficia sint libere collationis, liberè poterunt conferre. Si verò sint subiecta Iuripatronatus, & Iuri præsentandi, habebunt tantum institutionem, seu confirmationem, can. decernimus, can. pia menti. 18. q. 7. Gilof. in cap. quancum de elect. in 6. & in c. querelam eod. tit. Grillenzon. d. conf. 63. n. 7. & 8. qui n. 9. subjungit, quod si patroni discordent in presentando, Cardinales, sicut Episcopi provident Ecclesiis, c. si vero, & c. quibusdam de Iurepatr.

38 E contrario poterunt beneficiatos destituere, hoc est deponere, ut ex Mandosio, Gomez, & Parisio, tenent Barbof. d. cap. 4. num. 36. Grillenzon. d. conf. 63. n. 2. Paris. de resign. benef. lib. 7. q. 10. num. 11. & q. 14. nu. 5. Imò in destituendo minor solemnitas requiritur, quam in instituendo, Gonzal. ad reg. 8. glos. 7. n. 12. Barbof. in cap. 1. de Capel. Monach. n. 6.

39 Quinto inferitur ad Cardinales Titulares curam animarum Parochiarum suorum Titulis subiectorum spectare. Sunt enim suæ oves, & de eis in districto Dei iudicio rationem reddaturi sunt, ut benè loquitur Concilio Basiliens. sess. 23. & asserit Gratian. d. discept. 98. n. 76.

Aversa q. 16. de ministro Sacram. Paris. sect. 7. pag. 789. ubi quod Cardinales ratione tituli suorum Ecclesiarum, in Urbe habent curam, & regimen animarum, suntque superiores Parochis. Et propterea si sint Sacerdotes, possunt audire confessiones subditorum, Aversa loc. cit.

Possunt interesse Matrimonii, & aliis interessendi licentiam concedere, Azor. lib. 4. cap. 3. nu. 7 Sanchez lib. 3. de Matrimon. q. 28. num. 7. Bossi. Ronce eodem tract. lib. 5. cap. 10. Guttier. eodem tr. cap. 66. num. 9. Boss. eod. tr. cap. 4. §. 23. num. 61.

Et denique omnia, quæ ad Parochum spectant, poterunt per se, vel per Vicarium exercere, Gratian. d. discept. 298. n. 77. Cotton. loc. cit. n. 55.

32 Sexto inferitur, posse Cardinales in præfatis Ecclesiis uti insignibus Pontificalibus, & solemnem benedictionem impartiri more Episcoporum, licet Episcopi non sint, Hostien. & Io. Andr. in cap. 1. de supplen. neglig. Prælat. Felin. in cap. inter Monasterium num. 2. de re iudic. Monet. de conservat. cap. 5. n. 24. Barbof. d. cap. 4. numer. 35. Cotton. loc. cit. Fagnan. in d. cap. ne pro dilatione n. 4. 2. ubi allegat Extravagantem Clementis VII. quæ incipit: Sanctissimus in Christo Pater, Bottiglier. loc. cit. n. 8.

33 Sed quia Doctores in hoc numero allegati, loquuntur de Presbyteris Cardinalibus, meritò dubitari potest, an hujusmodi benedicendi solemniter privilegium competat Cardinali Diacono in sua Diaconia?

Et quod non compezat, suaderi potest ex eo, quod inter officia, quæ Diaconis assignata sunt, non commemoratur solemniter benedictio. Si enim ad Ecclesiam Apostolorum aspiciamus, munus eorum erat, oblationes colligere etiam opes Ecclesiæ administrare, ut colligitur ex Act. Apostolor. cap. 6. ex serm. Sancti Leonis Papæ de Sancto Laurentio. Sequentibus verò temporibus, officium eorum fuit, Sacerdoti sacrificanti assistere, ac ministrare populo, Eucharistiam distribuere, Evangelium legere, baptizare, prædicare publicos poenitentes reconciliare, de quibus latè Cardinalis Bellarmin. lib. 1. de Cler. cap. 13. vers. Sextus ordo Diaconorum, usque ad finem Marchini de Sacram. ordin. tr. 2. p. 7. de Diaconatu cap. 3. per tot. Fermo. sin. ad rubr. de offic. Archid. q. 1. à n. 6.

34 Hodie verò nonnulla ex iis abrogata sunt, Nam à Concilio Nicæno registrat. in can. pervenit. 1. dist. 93. potestas distribuendi Sacram Eucharistiam sublata est Diaconis.

35 Similiter sublato usu, & potestate à fidelibus communicandi sub utraque specie, etiam facultas dispensandi Populo Sanguinem Christi à Diaconis sublata est. Quamvis aliquis usus ejus in Pontificio Sacello persistat, quia dum Pontifex solemniter celebrat post datam Pacem, ad sedem suam pergit, & tunc Diaconus post sumptionem corporis, consecratum Calicem ei propinandum porrigit.

36 Pariter, & si Diaconi in Ecclesiis primordiis ob Sacerdotum inopiam, & credentium copiam solemniter sæpe baptizare solebant, nunc autem ob Sacerdotum numerum usus iste in Ecclesia Dei sublatus fuit, in tantum, quod si hodie Diaconus solemniter baptizaret, irregularitatem non effugeret, Navar. lib. 5. conf. 1. §. 2. de Cler. ordin. ministr. Henricus de Sacramen. Baptism. lib. 2. cap. 29. num. 2. Vgolin. de offic. Episcop. cap. 15. §. 6. num. 6. & alii, quos refert Marchin. loc. citat. nu. 15. Quamvis ille nu. 16. dicat, tunc efficit irregularem, si baptizet solemniter sine jussu Sacerdotis, secus si ex Sacerdotis delegatione opinionem tamen Navarri, & aliorum tenet Fermo. sin. loc. cit. n. 16.

37 Sublata est etiam Diaconis potestas præfessendi opibus Ecclesiæ, & elemosynis fidelium, easque à fidelibus colligendi, & collectas inter pauperes distribuendi. Quia cum tanto officio intumesceret adversus Presbyteros, & inique infollescere, & ob id reprehensi à Sancto Cypriano lib. 3. epist. 9. à S. Hieronymo epist. 55. ad Evangelium, & à Sancto Bernardo, 4. conf. 1. ad Eugen. & prius à Sancto Augustino q. 101. in lib. quest. utriusque Testam. ideo sublata fuit illis hæc potestas, Marchin. loc. cit. num. 26.

nu. 26. Bimius ad Vitam Anastasii I. *vers. Constituit*. Cum ergo inter officia, & munia Diaconorum non legatur potestas benedicendi solemniter, non est cur ea Cardinalibus Diaconis concedatur.

49 Secundò quia potestas benedicendi solemniter competit ratione Ordinis, ut vult Glossa in *can. Ecce v. benedicere d. 95. Archid. in can. Denique d. 21. & ibidem*, etiam Turcremat. Et quidem ordinis Sacerdotalis, ut notat Isaac Habertus in *Pontifical. Græcor. ad part. 11. Liturgia Ordinum in dissertat. de ritu benedicendi cap. 6. in fin.* Et propterea in *cap. 28. lib. 8. Constit. Apostol.* dicitur, Diaconus non benedicit, neque benedictionem dat, accipit verò ab Episcopo, & Presbytero, quem locum interpretatur Gretserus de benedictione *lib. 1. cap. 7.*

50 Tertio quia quicquid sit de benedictione, quæ datur à Sacerdotibus in fine Missæ, quam privatam appellat ex nostris Præpos. in *diss. can. Ecce dist. 95. & minorem collector Apostolicarum Constitutionum lib. 3. cap. 10.* Certè quod attinet ad solemnem benedictionem, quæ datur, incipiendo ab illis verbis. *Sit nomen Domini benedictum &c.* solus Episcopus illam dat, non Sacerdos, neque Diaconus, Gloss. in *d. can. Ecce v. benedicere*, & ibi Præpos. *vers. Alia est benedictio non privata, sed solennis*, cui videtur favere Concilium Agathense celebratum ann. 506. *can. 30.* ubi: *Benedictionem in Ecclesia super plebem fundere Presbytero penitus non licebit*, solemnem scilicet benedictionem interpretatur Isaac Habertus *loc. cit. pag. mihi 190.*

51 Et quod solis Episcopis competat jus benedicendi solemniter, non autem Sacerdotibus, vel Diaconis, tenet Gloss. in *cap. Abbates v. si Abbas de privi. in 6. Sylvest. in summ. v. benedictio in princip.* & alii Summistæ in *d. v. Doctores in d. c. abbates, Vgolin. de offic. Episcop. cap. 32. §. 2. Barbof. eodem tit. alleg. 72. n. 63. & 66. Ferdinand Pæz in repetit. *Can. Missas de consecr. dist. 1. num. 124.* Sanchez *lib. 7. consil. moral. cap. 1. dub. 17. nu. 10. Quart de benedict. Eccles. tit. 1. dub. 5.* Quocirca si Sacerdos, & Diaconus solemniter benedicerent cum illis verbis: *Sit nomen Domini benedictum*, irregularitatem non effugerent, ut ex *can. ministrare*, juncta Gloss. 26. *quæst. 6.* notat Maiol. de *irregular. lib. 4. cap. 13. n. 4.**

52 Quarto quia si usus invaluit in Urbe, ut Cardinales Diaconi, dum assistunt Missæ decantate in suis Diaconiis, non fundant solemnem benedictionem, ut testati sunt mihi Magistri Cæremoniarum.

53 Cæterum, his non obstantibus, intrepidè sentio, Cardinales Diaconos habere potestatem solemniter benedicendi populo in suis Diaconiis, non quidem jure proprio, sed ex Apostolico privilegio. Cum enim Cardinales Diaconi in suis Diaconiis habeant jura Episcopalia, vel quasi, ut latè firmavi supra, non est dubitandum, quin stante hujusmodi privilegio, possint solemniter benedicere, ut præter allegatos tenent Fagnan. in *cap. ne pro dilatione de penit. & remiss. num. 42.* ubi nulla facta distinctione inter Presbyteros, & Diaconos, ait, quod cum Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum habeant facultatem corrigendi, censuras Ecclesiasticas fulminandi, & cætera faciendi, quæ sunt jurisdictionis Episcopalis, conferunt minores Ordines, utuntur Episcopalis insigniis, & benedicunt solemniter, licet non habeant consecrationem aliquam, sed nudos ordines sacros, lacobat. de *Concil. lib. 10. nu. 204. vers. Item aliud privilegium*, dicit, quod Cardinalis, etiam si non sit Episcopus, potest facere solemnem benedictionem.

Idem voluit Pater Diana *p. 5. tr. 2. resolut. 12. ibi: Possunt Pontificii insignibus uti, & benedictionis solemnem ritum more Episcoporum exercere, etiam si Episcopi non sint.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 4. cap. 3. q. 2. in fine*, ibi: *& benedicendi solemnem ritum more Episcoporum*, Frangos. de *regim. Reipub. p. 2. lib. 6. dist. 15. §. 2. num. 2.* ubi dicit, quod possunt solemniter benedicere instar Episcoporum, quamvis Episcopi non sint, Sebalt. Cæsar. de *Eccles. Hierarch. p. 1. dist. 2. de Curia. §. 5. n. 8.* ubi ait, possunt etiam non Episcopi solemniter benedicere. Plures autem possent adduci

ex allegatis supra, sed in puncto, quod Cardinales Diaconi solemnem benedictionem largiri possunt, tenet S. Anton. in *summ. 3. par. tit. 14. c. 16. §. 9.* & post eum Hieron. Manfred. de *Cardinalit. de Sacr. Collegio dec. 88.* ubi habet hæc verba: *Cardinalis non Episcopus solemnem benedictionem largiri potest, quia Presbyter Cardinalis, vel Diaconus, etiam si nullum Sacerdotis Ordinem receperit, tamen solemniter benedicit, & notant Canonistæ in cap. licet de elect. & in ca. in nomine Domini 23. d. cum aliis ibi per eum allegatis, & Manfredum sequitur Cohelus de notit. Card. c. 7. de Card. Diac. ibi: Et Cardinalem Diaconum.*

Ratio autem potissima est, quia qui jura Episcopalia, vel quasi Episcopalia habet, solemnem benedictionem impartiri potest, ut constat ex *cap. Abbates de privi. in 6. ubi Canonistæ, Rodrig. quæ regul. q. 18. ar. 1. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 20. q. 7. Tambur. de jur. Abb. tom. 2. dist. 2. q. 7. cum aliis per Barbof. ad d. cap. Abbates n. 3. & de potest. Episcop. alleg. 3. n. 3.*

Qui Textus licet loquatur de Abbatibus, habet tamen locum in aliis Prælatibus, etiam inferioribus, habentibus jura Episcopalia ex privilegio, ut notat Gloss. in *d. c. Abbates v. Abbates & ibid. Archid. vers. eis Abbatibus*, ubi dicit, quod non est vis, quod Textus loquatur de Abbatibus, nam idem dicendum est de his, qui super hoc privilegiati sunt, sicut sunt plures inferiores, quia eadem est ratio, Anchar. *ibid. n. 1.* ubi dicit, quod Glossa intelligit de Præpositis, & aliis inferioribus Prælatibus, Præpositus in *can. licet 95. dist. ubi dicit, quod licet benedictio solemnem in forma, Sit nomen Domini benedictum &c.* non possit dari, nisi ab Episcopo, nihilominus potest dari ab inferiori Episcopo, si habeat ex privilegio, Pax Iordan. *tom. 1. lib. 5. tit. 15. num. 18.* Et de Archipresbytero Carpi dicit Ciartin. *controv. for. cap. 67. m. 13. & 14.* Et si hoc privilegium competit inferiori Prælati ab Abbate, habenti jura Episcopalia, vel quasi, multò magis competere debet Cardinali Diacono, qui major est Episcopo.

Non obstant modò in contrarium adducta. Non primum, quod inter officia, & ministeria Diaconatus non connumeretur facultas benedicendi solemniter. Quia cum Cardinalis Diaconus non habeat istud jus benedicendi ex natura & officio ipsius Diaconatus, sed ex privilegio, mirum non est, si inter ejus ordinaria ministeria, & officia non connumeretur, quemadmodum dicimus de Sacerdote, inter cujus ministeria, & officia non connumeratur ministratio chrisimatis, quæ ad solum Episcopum jure ordinario spectat, ut statuit Concilium Florentinum sub Eugenio IV. & Tridentinum in *can. 3. Sacram. Confirmat.* Et tamen ex privilegio Summi Pontificis potest chrisima ministrare, ut de magis communi tenent innumeri relati à Barbofa *ibid. d. can. 3. de Sacram. confirmat.* quibus addo Basilium Pontium de *confirmat. par. 4. cap. 3. per rot. Verricel. de Apostol. mission. tit. 7. q. 12. n. 2.* ubi infiniti novissimè, Fermosin. qui & multos alios allegat de *offic. & Sacr. Eccles. tom. 2. de Sacram. confirmat. q. 7. nu. 12.*

Non obstat secundum, quod scilicet facultas benedicendi solemniter competat ratione Ordinis Episcopalis, vel Sacerdotalis. Quia hæc facultas ab ordine non dependet, sed à jurisdictione ut notat egregiè Præposit. in *can. Ecce 95. dist. ubi dicit, quod talis benedictio solemnem non est ordinis, sed jurisdictionis Episcopalis, & reddit rationem, quia si esset Ordinis Episcopalis, non concederetur inferiori. Et per eamdem rationem idem tenet Villadiego de legato q. 6. m. 8. Gratianus post Abbat. & Cardinal. *disceptat. 467. n. 66. Ciartin. d. cap. 67. nu. 13.* Fagnan. in *cap. ne pro dilatione n. 42. de penit. & remiss.* Sed quamvis esset Ordinis, ejus tamen exercitium est jurisdictionis, ut notat Præposit. in *can. deniq. 21. dist.* & non est taliter annexa Ordini Episcopali, ut non possit inferiori Episcopo concedi, ut constat ex *c. Abbates de privi. in 6.**

Præterea aliqua benedictio etiam solemnem in Ecclesiis non denegatur Ordini Diaconali, cum benedictio Cærei Paschalis publicè Diacono concedatur, ut notat Gavanti. in *Rebr. Adssal. p. 4. tit. 10. sect. 7.* & post eum Hallier.

de *ordin. hierarch. lib. 3. sect. 2. cap. 2. art. 3. §. 3.* Saltem ne mandato Sacerdotis, ipsoque præsentem, ut notat Andri. du Saulay in *panoplia Sacerdot. part. 2. lib. 2. de muner. benedicendi art. 9.*

59 Conceditur etiam ei, quod est commune Episcopo, & Sacerdoti, ut in recitatione Horarum canonicarum dicat verba ista: *Domine vobiscum*, quæ salutationis populi, & benedictionis rationem obtinet, ut notat idem Hallier. *loc. cit.* Et ratio esse potest, quia ut inquit D. Thomas 3. p. 1. q. 82. art. 3. ad primum, Diaconus, tanquam propinquus Ordini Sacerdoti participat aliquod de ejus officio, & D. Thomam sequitur Averfa q. 10. de *ministr. Euch. sect. 3. vers. 4.* & Card. de Lugo de *Sacram. Euch. dist. 18. n. 7.*

60 Ad locum Constitutionum Apostolicarum respondet Hallier. *loc. cit.* ut debeat intelligi, quod Diaconus non benedicat propria auctoritate, sed ministerialiter accepta ab Episcopo, vel Presbytero. Nam sicuti Diaconi ab aliis consecrata ministrare possunt, ita & benedictionem Episcopi, vel Sacerdotis nunciare, & tanquam ministri Superiorum Ordinum proferre possunt.

61 Ex his tollitur ceterum obiectum, quod facultas benedicendi solemniter, sit solus ordinis Episcopalis. Quia non solum privilegio, sed consuetudine etiam ab inferioribus a. quiri potest, ut notat Isaac Habertus in *Pontifical. Eccles. Græca ad part. 11. Liturgia Ordinis, de ritu benedicendi*, ubi habet, quod in Ecclesia Parisiensis Præbyteri, etiam Parochiales solemnem benedictionem post Missarum celebrationem iidem omnino verbis, quibus Episcopus, triplicique consignatione populo benedicunt, ubi subdit, quod in Ecclesia Græca nullum discrimen est inter benedictionem solemnem, quam dat Episcopus, & illam, quam dat Sacerdos. Nam in Liturgia Sæctorum Basilii, & Chyloftomi Presbyter iidem verbis populo benedicunt, quibus Episcopus.

62 Non obstat quod sic usus in Urbe invaluerit. Quia hoc venire potuerit ex eo, quia non consideratum fuit privilegium à Summis Pontificibus concessum Cardinalibus Diaconis, qui tamen usus non per hoc potest illud aufere, sicuti videmus, quod Cardinalibus Diaconis conceditur à jure privilegium deferendi compages, hoc est Sandalia, & mappulas, ut notant Canonistæ in *can. nonnulli §. Compages, & in can. illud 93. dist. 82.* & præsertim Præposit. & Turcremat. Joann. Darts *dist. 96. de re. Gratian.* Quæ Sandalia omnino restitui debent, ut tam in ministrando Summo Pontifici, quam in funere iis ut possunt, quia illis competunt ratione dignitatis amplissima Cardinalatus, de quibus latè idem Sauffay in *panopl. Episcop. lib. 7. cap. 9.*

63 Septimò inferitur posse Cardinales in dictis Ecclesiis suis subditis, & familiaribus primam tonsuram, & minores ordines conferre, Hostien. & Joan. Andr. in *d. cap. 1. de suppl. neglig. Prælat. idem Jo. Andr. in cap. Cum contingat de arat. & qual. & in d. cap. ne pro dilatione nu. 4. 2. Maria obser. 12. nu. 40. post Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 20. nu. 3. Lezana in summ. v. Cardinalis nu. 5. Bottiglier. *loc. cit. Jacobat. de Concil. lib. 1. art. 12. Laudens. de Cardinal. qu. 20. Rota decis. 75. num. 10. p. 1. divers.* multos alios refert Barbof. *d. cap. 4. num. 40.* ubi reprobatur Azor. & German. de hujusmodi facultate dubitantes, Fagnan. in *d. cap. his, que n. 25.* & in *c. Cum contingat de arat. & qual. Monet. de conservat. d. cap. 5. num. 35.* dummodo tamen sint Sacerdotes, aliàs secus per ea, quæ notantur in *can. quoniam dist. 69. Fagnan. d. cap. his, que n. 35. in fine.**

64 Et quamvis Sanchez *tom. 3. consil. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 19. num. 21.* dicat Concilium Tridentinum *cap. 10. sess. 3. de reformat.* sustulisse hujusmodi privilegium Cardinalibus, quia illud habent ex consuetudine, ut ait idem Sanchez *ibid. nu. 4.* Machet. de *Sacram. Ordinis. p. 2. de legit. Ordin. ministr. cap. 19. n. 1.* Consuetudinem verò etiam immemorabilem fuisse super hoc à Concilio sublata.

65 Ejus tamen opinio non est amplectenda. Quia nec Concilium *d. cap. 10.* loquitur de Cardinalibus, sed de Abbatibus. Et quatenus comprehenderet Cardinales

præservat facultatem conferendi primam tonsuram, & ordines minores suis subditis. Hinc est quod Doctores qui post Concilium scripserunt, quos longa serie enumerat Diana *d. p. 5. tract. 2. resolut. 5.* de hujusmodi privilegio mentionem faciunt, de revocatione verò nullum verbum. Et in puncto hoc privilegium Cardinalibus Titularibus non esse revocatum à Concilio, tenet Bonacin. de *suspens. n. part. dist. 3. q. 1. punct. 11. num. 4. novissimè Fermosin. ad Rubr. & tit. de tempor. ordin. q. 5. num. 19. & 20.* ubi plures Allegat, Lezana *loc. cit. num. 4.* ubi dicit contraria consuetudine hoc esse introductum, quæ dat potestatem, vel arguit illam habere à Papa, Bottiglier. *loc. cit.* qui plures Doctores allegat, & dicit in Cardinalibus Presbyteris contrarium procedere.

Rursus quæstionem hanc, an scilicet Cardinalis in Ecclesia sui Tituli possit conferre primam tonsuram, & ordines minores subditis, examinat Diana in *p. 8. tract. 1. resol. 33.* adversus Adrian. in *4. de Sacramen. Confirmat. art. 3. §. 2. princ.* & concludit ad favorem Cardinalium, quem sequitur Fermosin. *loc. cit. q. 4. num. 5.* ubi responderet ad contraria.

Octavò inferitur, posse Cardinales cum suorum Titulorum subditis dispensare in omnibus casibus, in quibus possunt Episcopi dispensare de jure, ut vult Didacus Antonius Frances in *pastoral. interno tr. 3. qu. 2. n. 11.*

Et licet Sanchez in *summ. lib. 4. cap. 18. num. 2.* Et an te eum Suarez de *releg. tom. 2. lib. 6. cap. 10. num. 16.* dicant, Cardinales in suis Titulis non posse dispensare in voto, eorum tamen opinio minimè vera est. Quia illis in locis negant, vel saltem dubitant de jurisdictione Episcopali, seu quasi, Cardinalium in dictis Titulis, quam tamen alibi fatentur, nempe Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 28. num. 7.* & Suarez de *legib. lib. 4. cap. 5. num. 4.* vel intelligenda est, ut non possint dispensare in his, quæ conceduntur Episcopo contemplatione propriæ Diocesis, secus tamen in his, quæ possunt Episcopi in vim jurisdictionis Episcopalis, ut bene distinguit Moneta de *commut. d. cap. 5. num. 452. & 453.* & post eum Diana *d. tr. 2. resol. 58.* Didacus Frances. *loc. cit. n. 13.* Et posse relaxare juramenta, dicit Meroll. *disp. 1. de volunt. & involunt. disp. 5. numer. 525.* licet Billot. de *absolut. à juram. lib. 1. cap. 7.* asserat, quod ex communi observantia in Romana Curia non dispensant, quia à præsentia majoris Prælati nempe Summi Pontificis, & Majoris Pœnitentiarii impediuntur. Sed hæc ratio nihil valet, quia de honestate Cardinales cessant à dispensatione, & relaxatione à juramento non autem ex necessitate.

Hinc deducitur, non posse Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum uti facultate concessa Episcopis à Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 6. de reform.* dispensandi in irregularitatibus occultis, præterquam homicidii voluntarii, licet enim enim Henricus in *sum. lib. 6. cap. 26. §. 1.* & alii plures, quos citat Barbof. *ad d. cap. 6. vers. Contra* teneant, illam facultatem competere etiam Prælatibus habentibus jurisdictionem, quasi Episcopalem; contrarium tamen putant verius Atag. *2. 2. q. 88. art. 21.* & alii citati ab eodem Barbofa adducto loco *n. 7.* Et ita fuisse decisum à Sacra Congregatione Concilii refert Garz. de *benef. p. 7. c. 11. n. 13. & 17.* & eam declarationem refert Armendar. ad *leg. Navar. lib. 1. tit. 18. leg. 7. de irregul. n. 10.* & Fagnan. in *d. cap. his, que n. 16.* ubi ait, quod Gregorius XIII. dixit, se nolle, ut ea, quæ concessa sunt Episcopis à Concilio Tridentino, competant Cardinalibus in suis Titulis, & latius in *d. cap. ne pro dilatione n. 42.* ubi refert, sic declarationem Gregorius XIII. approbavit, & in *c. dilectus n. 27. de temp. ordin.* ubi quod in reliquis salva manet jurisdictione Cardinalium in suis Titulis.

Et ratio esse potest, quia cum hæc facultas sit jure speciali, & exorbitante à jure communi, concessa Episcopis intelligi debet de verè Episcopis, & non de illis, qui non sunt Episcopi, Fagnan. in *d. c. his que n. 16.* & in *d. cap. ne pro dilatione nu. 42.* & in terminis, Cardinales non posse uti

hac facultate in suis Titulis, tenet Didacus Frances in pastoral interno loc. cit. n. 13. Tolet. in summ. lib. 1. cap. 89. n. 5. Baldel. de fid. & infidel. lib. 1. disp. 48. num. 24. Monet. de commutat. d. cap. 5. n. 453. quamvis dicat contrariam opinionem in favore Cardinalium defendi posse, quod etiam tenet Diana d. tr. 2. resol. 59. vers. verum liceat mihi. Quae opinio non est certe improbabilis, cum hac facultas concessa sit Episcopis contemplatione Diocesis, ut volunt Sanchi, & Henrici. ab eodem Diana citati. At ut supra diximus, Ecclesiae Cardinalium Romae sunt veluti eorum Dioceses. Ergo non videtur deneganda Cardinalibus in suis Titulis hujusmodi facultas.

71 Non dicitur inferri, posse Cardinales in Ecclesiis praedictis Indulgentias centum dierum concedere, cum id habeant a consuetudine, etiam quod non sint Episcopi, Navar. de Jubil. not. 21. Du Vallius de indulg. p. 2. q. 1. unic. art. 9. Cotton d. controv. 8. cap. 3. n. 55. Lavor. de Indulgen. p. 2. c. 11. n. 15.

72 Decimo inferri, seclusa Summi Pontificis prohibitione, seu reservatione, posse Cardinales in praedictis Ecclesiis ultimas commutare voluntates, Monet. d. cap. 5. num. 440. Diana d. tr. 2. resol. 57. Cotton. loc. cit. Et derogare fideicommissis ad eam Ecclesiam spectantibus, Monet. d. tr. cap. 9. conclus. 22. num. 634. Diana loc. cit. resol. 61. Cotton loc. cit. num. 55. Lezana in summ. tom. 3. v. Cardinalis num. 8. in fine.

73 Multo magis posse disponere de legatis relictis Ecclesiae sui Tituli, quia tam vigore Bullae Sixti V. quam diplomatum Titularium concessa est illis cura, & regimen honorum, tam spiritualium, quam temporalium dicti Tituli, quorum appellatione veniunt praedicta legata, Pasqualig. in select. qu. moral. jurid. qu. 127. n. 10. qui tamen male distinguit inter Titulos antiquos, & noviter erectos a Sixto V. Nam in antiquis dicitur curam, & administrationem legatorum spectare ad Titularem, in novis vero ad eos, ad quos ante erectionem cura, & administratio dictorum legatorum spectabat, ex quo erectio novorum Titulorum facta fuit cum clausula sine alicujus praedictio. Quia non bene advertit, vir alioqui doctus, clausulam illam intelligi de praedictio non expresso, Oldrad. conf. 330. Paris. conf. 70. num. 12. lib. 1. Rota decif. 192. p. 1. rec. & melius ad piopolitum dec. 720. num. 6. p. 3. rec. Ideo cum cura, & regimen rerum spiritualium, & temporalium Titulorum noviter erectorum fuerit demandata Cardinalibus Titularibus, illa clausula, sine praedictio, non praeservat hoc praedictio expressum. Non enim cura, & regimen dictarum rerum potest esse penes Cardinales, si remanere debet penes alium. Debet ergo verificari in casu nostro expresso, verbi gratia, si in dicta Ecclesia essent Capellae de Jurepatronatus, quarum patronis non censetur factum praedictio ut bene Grillenzon. d. conf. 63. per tot.

74 Undecimo inferri, Cardinales a subditis suorum Titulorum posse exigere charitativum subsidium, Remig. Gond. de charit. subfid. qu. 21. Diana, qui alios refert d. tr. 2. resol. 55. Cotton. loc. cit. Lezana loc. cit. Ventriglia in prax. lib. 2. annot. 25. §. 1. n. 20. Cassan. loc. cit. pag. 136. vers. Item etiam die, quod Cardinales.

75 Duodecimo inferri, posse Cardinalem Titularem Ecclesiae Collegiatae saltem unum Canonicum ad sui servitium, sive obsequium tenere, ut puta pro Capellano, secretario &c. ut consuluit Navar. conf. 2. de Cler. non resid. per tot. quem sequitur Lotter. de re benef. lib. 3. q. 27. n. 184. qui extendit etiam ad duos Canonicos, qui Canonicus lucubrat fructus suae praebendae, non autem distributiones quotidianas, ut consuluit idem Navar. d. conf. 2.

76 Haec omnia cum possint Cardinales exercere per se ipsos, poterunt etiam exercere per eorum Vicarios. Nam certum est, posse in eorum Titulis Vicarium deputare, ut colligitur ex dicta Constit. Leonis X. in ordin. 7. in 1. tom. Bullar. novi. Quod dixit Abbas in d. cap. his, quae n. 1. Bursat. conf. 107. n. 7. vol. 1. Fasc. de visit. cap. 2. n. 5. lib. 1. Sbroz. de offic. vicar. lib. 1. qu. 3. num. 23. Barbof. d. cap. 4. num. 39.

novissimè Carolus Pellegrin. in prax. vicar. p. 1. sect. 1. sub sect. 1. num. 8. vers. Quarto loco.

An autem in Titulis Regularium possint deputare in Vicarium unum ex praedictis Regularibus, videbimus infra.

Et cum jurisdictione, quam habent Cardinales in praedictis Ecclesiis suorum Titulorum, sit ordinaria, ut notat Innoc. in cap. dilectus v. de jure communi de Capell. Monach. Zabarell. in Clem. ne Romani §. Irritum q. 3. de elect. Felin. in d. cap. his, quae in princip. Rota decif. 28. n. 20. par. 6. recent. Fragol. de regimin. Reipub. tom. 1. q. 5. disp. 13. n. 67. & in jure fundata, late est interpretanda, ad tradita per Cassad. decif. 8. num. 6. de prab. Caputaqu. dec. 88. n. 6. p. 2. in teaminis Moneta d. cap. 5. num. 442. Et propterea non expirat, sede vacante, dicit Cardin. in Clem. ne Romani §. Irritum q. 3. de elect. Fagnan. in c. cum olim n. 68. de major. & obed. qui subjungit n. 84. quam tamen, jurisdictionem, non per se ipsos, dum manent in Conclavi, sed per suos Vicarios, & ministros exercere possunt.

Non obstat, quod si haec omnia de jure procedant, 79 contrarium tamen de consuetudine servari. Huic enim motivo plures adaptantur responsiones, Et primo cum jurisdictione Cardinalis Titularis sit jurisdictione Episcopalis nulla consuetudo introduci potest, quae praeter impedimentum exercitio praedictae jurisdictionis, c. Irrefragabili de offic. ordin. c. Cum ex officio de praescript. Caputaqu. dec. 306. p. 1. n. 5. & 6. Poth. de manu. obser. 4. n. 36.

Secundo, quod cum assera consuetudo sit contra utilitatem Ecclesiae, valere non debet, cap. 1. de consuet. & ibi Glof. & Abbas, Rota dec. 265. num. 14. p. 1. recent. tom. 1. Imò verò contra nervum Ecclesiasticae disciplinae, tanquam irrationabilis est rejicienda, ut potè a jure improbata, Rota d. dec. 265. n. 23. Et praeterea cum jurisdictione Cardinalis Titularis pendeat ferè ab auctoritate visitandi Ecclesiam sui Tituli, cum jus visitandi sit publicum auctoritate, & utilitate nunquam praescribi potest d. c. cum ex officio de praescript. Fagnan. in c. Venerabili num. 23. de censib. Nec consuetudo in hoc est toleranda, can. nos consuetudinem dist. 12. Innoc. in d. c. venerabili num. 6. Fagnan. ibidem n. 23. in fine.

Tertio cum plures ex actibus jurisdictionalibus subpranarratis sint facultativi, adversus eos consuetudo aliqua introduci non potest, Verall. dec. 306. n. 7. p. 1. Rota coram Penia dec. 734. n. 6.

Quarto negatur, adesse hujusmodi consuetudinem, quia 81 in dies Cardinales in suis Titulis exercent actus jurisdictionales. Nam, & conferunt beneficia vacantia & solemnem benedictionem impertiunt, ut notum est. Certum est autem exercitium unius actus jurisdictionalis conservare jurisdictionem in omnibus aliis actibus, Doctores in d. cap. dilectus de Capell. Monach. & praeterea Innoc. n. 3. Jo. Andr. n. 8. Butr. n. 15. Boich. n. 11. Felin. in cap. auditis n. 19. in 3. declarat. de praescript. Menoch. de retention. remed. 3. n. 158. & pluries resolvit Rota, ut in decisionibus allegatis a Barbofa in d. c. dilectus n. 6. & rursus dec. 24. n. 35. p. 10. rec. ubi dicitur, quod pro conservatione universalis jurisdictionis sufficit Episcopo etiam minimum illius actum exercuisse, & ibi plures aliae allegantur decisiones. Ad retinendum enim usum privilegii sufficit illius usus respectu alicujus rei, vel actus, Seraph. dec. 1043. n. 4. Adden. ad dec. 557. Gregorii XV. n. 9. Pegna dec. 734. n. 12. & 13. & prius dec. 11. n. 8.

Hinc propterea cautè legendus est Mandosius in reg. 87. 7. Cancell. q. 12. n. 7. qui cum ex speculatore, & Alvarotto dixisset, Cardinales ratione suorum Titulorum posse audire causas concernentes suam Ecclesiam Titularem, & Ecclesias suo titulo subjectas, quod etiam voluit Manfred. de Cardinal. c. 9. vers. Habent enim, ubi quod Cardinales in suis Titulis habent absolutam jurisdictionem potestatem civilium contractuum, actionum, atque obligationum, jurium, possessionum suorum Titulorum, ac ceterorum, quae ab hujusmodi Ecclesiis pendent, sequuntur Paris. de resign. d. lib. 7. q. 12. n. 11. Barbof. d. cap. 4. n. 37. d. c. his, quae num. 7.

Subjungit,

84 Subjungit, quod talis jurisdictione non est usu recepta vel tempore succedente evanuit. Quia si conservata fuit per exercitium aliorum actuum jurisdictionalium, evanescere non potuit, saltem de jure. Imò modernis temporibus hanc Cardinalium jurisdictionem agnovisse Summum san. mem. Pontificem Urbanum VIII. ex eo apparet, cum in sua Constitutione moderatoria facultatum S. R. E. Cardinalium Archiepiscoporum, ac Protectorum & Titularium Ecclesiarum, & locorum piorum Urbis, quae Constitutio, ut in appendice novissima ad Bullarium Romanum Viterbi impressum anno 1639. & in ordine 158. limitando facultates Cardinalium Archiepiscoporum S. Joannis in Laterano, S. Petri, & S. Mariae Majoris, ac Cardinalium Protectorum Monasteriorum, ac aliorum locorum piorum, eisdem limitationes voluit servari a Cardinalibus Titularibus. Ex quo datur intelligi, non obstante praetensa consuetudine, Summum Pontificem agnovisse etiam his temporibus Cardinales habere jurisdictionem in causis Ecclesiarum suorum Titulorum, & illis subditorum.

85 Sed quatenus adesset consuetudo illa, sublata fuit non solum per Constitutionem Sixti V. sed in specie per diplomata collationis Titulorum, in quibus habentur haec verba: *Ac eandem Ecclesiam regere, & gubernare, prout alii Praesbyteri Cardinales, qui illi pro tempore praesuerunt, regere, & gubernare poterunt, sive etiam debuerunt.* Ex quibus verbis clarè patet Summos Pontifices voluisse tollere ea omnia, quae ex negligentia antecessorum emarare potuerunt, Rota decif. 240. n. 4. p. 4. d. vers. & dec. 332. num. 26. p. 10. rec. Ubi, quod per novam concessionem omnia praecedentia reviviscunt, & in pristinum statum redeuntur, à quibusvis antea actis praedictis vindicata, Cui Constitutioni, & diplomatis annexum est decretum irritans, quod tollit omnem praescriptionem, & consuetudinem, & omnem usum, vel contrarium usum, Gabr. de claus. concl. 3. n. 40. Gonzal. ad reg. 8. glof. 67. n. 50. cum aliis per Barb. claus. 40. n. 30. & 35. Rot. in pluribus decisionibus relatis in dec. 20. n. 24. p. 9. & dec. 337. n. 22. p. 10. rec. & alibi saepe.

86 Nullum ergo fundamentum fieri potest in assera consuetudine, sed dicendum est, omnia privilegia Cardinalium in Ecclesiis suorum Titulorum inconcussa, & inlibata manere, quibus si ipsi non utantur, cum ferè omnia tendant ad divinum cultum reparandum, & augendum, & in utilitatem Ecclesiarum sint concessa, vereor, ne strictam de ommissis rationem Deo omnipotenti reddere teneantur.

87 Firmata sic jurisdictione Eminentissimorum Dominorum Cardinalium in Ecclesiis suorum Titulorum, videndum est, quam jurisdictionem habeant in Monachos, & alios Regulares degentes in Monasteriis, dictis Titulis annexis & inservientes eisdem Ecclesiis Titularibus.

88 Mandosius in d. reg. 7. Cancellaria q. 2. n. 10. in fine, dicit, advertendum esse, quod cum aliqui ex Titulis Cardinalium sint Monasteria, satis dubitabile videtur decidere, quam potestatem in his Titulis, Monasteriis, & Monachis habeant, & ut ipse dicebat Titularem Sancti Eusebii Ordinis Caeselinorum, quorum ille erat advocatus, non habere jurisdictionem super Monachos Sancti Eusebii, & Religionis hujusmodi, aliàs essent plura capita, videlicet P. Abbas Generalis, & Cardinalis Titularis, quorum uterque in solidum & principaliter haberet jurisdictionem, quod non est dicendum. Mandosii doctrinam referunt Azor. d. cap. 3. q. 7. vers. Quare aliquis, Moneta de commut. ultim. volunt. d. cap. 5. n. 443. Diana d. tr. 2. resol. 60. novissimè eam sequitur Cotton. controv. celebr. lib. 3. de Cleric. controv. 8. cap. 3. num. 56. Lezana in summ. tom. 3. v. Cardinalis num. 2. qui ait, non videre, quod in Ecclesiis Titularibus, quales sunt Sanctorum Sylvestri, & Martini in Montibus, S. Chrysegoni, & S. Mariae Transpontinae Cardinales exercent aliquod jus, quod idem credit de aliis Monasteriis.

89 Augetur difficultas ex d. cap. dilectus de Capell. Monach. ibi: *Cum autem Monasterium Monialium fuerit, &* Tom. X.

generaliter in urbe servetur, ut nullum Monasterium sit Titulo subjectum. Ex quo textu infert Nicolius Lucubrat. utriusque juris tom. 2. lib. 1. tit. 33. pag. 76. quod Cardinalis Titularis non habeat auctoritatem super Regulares, licet habeat domicilium in Ecclesia sui Tituli.

Sed si haec res metienda sit à jure communi non incongruè dici potest, quod cum sint Monachi, & Regulares, qui morantur, & deserviunt Ecclesiis Titularibus Cardinalium, & instat se habeant Canonicorum Ecclesiae Cathedralis, & Collegiatae, ut tradunt Doctores in cap. causam 1. de judic. & ibi Hostien. n. r. Jo. Andr. n. 3. Abb. antiq. n. 2. Bellam. n. 11. Butr. n. 4. & 8. Dec. n. 38. Panor. n. 8. Gratian. discept. 270. n. 19. Saravia de adjunct. q. 12. n. 18. Michael Francel. de Eccles. Cathedr. cap. 31. n. 17. Omnem jurisdictionem Cardinalis Titularis habeat in eos, exceptis iis, quae regularem observantiam concernunt cap. 1. ne sede vacante. Glof. in cap. nullum ver. Regularis de elect. in 6. & ibi Anchar. n. 3. Jo. Andr. n. 3. in Glof. ult. Gemin. n. 7. in Glof. fin. & ita resolvit Rota in Montis Regalis jurisdictionis coram bonae memoriae Coccino, quae est dec. 157. in ejus impressis & decif. 69. p. 1. rec. Barbof. de Canon. & dignit. cap. 1. n. 12.

Quae jurisdictione competit Cardinali privative quoad Superiorem Religionis, & non cumulative, Abb. in d. cap. causam de judic. n. 10. Franch. in d. cap. nullum n. 3. de elect. in 6. Mich. Frances d. cap. 31. n. 56. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 18. n. 18. & pluries resolvit Rotam dicit Gratian. d. cap. 170. n. 11. & praesertim in Montis Regalis jurisdictionis, quae est decisio 121. p. 1. rec. Valenz. conf. 43. n. 5. & 12. vol. 1. Barbof. loc. cit. n. 27.

Neque obstat auctoritas Mandosii d. regul. 7. q. 2. in fine, 92 quia eius auctoritas non est tanti faciendae, quanti eam aestimant Domini de Severolis in suis allegationibus. Nam Rota decif. 43. v. 9. par. 1. recent. eum vocat Doctorem, qui nimium se involvit, nec considerat ea, quae faciunt ad rem, sicuti in casu nostro non consideravit. Voluit enim nimirum indulgere Monachis S. Eusebii suis Clientibus. Non enim ratio per eum adducta subsistit, cum non sit monstrum, quod in una Ecclesia duo sint capita diversis tamen respectibus, ut consideravit Rota in dictis decisionibus Montis Regalis Jurisdictionis 69. & 121. p. 1. recent. & ex Textu in l. fin. ff. de jurisdic. omni. Judic. voluit Saravia de adjunct. quaest. 12. n. 29. Et propterea illius opinio declaranda est, ut Cardinales Titularis nullam habeat jurisdictionem in Monachos in iis, quae respiciunt regularem observantiam, secus tamen in aliis concernentibus servitium Ecclesiae Titularis, ut voluit Azor. d. lib. 4. cap. 3. vers. quare aliquis in fine Mandosium reprobat Cohel. notit. Cardinalat. cap. 6. privit. 4. lit. A. vers. verum pace tanti viri.

Neque obstat text. in d. c. dilectus de Capell. Monach. 93 Quia huic Textui plures applicantur responsiones. Primo, ut non habeat locum in Cardinali Titulari, sicut non habet locum in Episcopo, ut notat Glof. in d. c. dilectus in v. Titulus, sed tantummodo procedit in Titulo simplicis Plebani.

Secundo responderetur, Textum loqui de Monasteriis 94 Monialium, ut aperte habetur, ibi: *Cum enim Monasterium Monialium fuerit*, in quibus jus instituendi non pertinet ad simplicem Plebanum, ut notat ibi Anchar. n. 24. vers. vel dic. Anan. n. 13. vers. est speciale, Abb. n. 12. vers. nec obstat, sed melius omnium Butrius n. 2.

Neque obstat verbum nullum quod est universale, & 95 apertum comprehendere omne Monasterium tam virorum, quam mulierum. Quia hujusmodi dictio non est semper universalis negativa, ut patet ex Textu, juncta Glossa in c. 1. de capit. Conrad. & in can. Abbas, ibi nulla Ecclesia subijciantur 18. q. 2. & tradunt Abb. in cap. fin. n. 35. de praescript. Cened. singul. 76. n. 2. relatus per Barbof. dist. 229. num. 5. sufficit enim quod illa dictio possit verificari in aliquo, ut sentit Abb. loc. cit.

Tertio responderetur, illum Textum debere intelligi circa 96 ea, quae concernunt regularem observantiam, arg. Textus in can. V 2 in can.

in can. nullam 18. 7. 2. ubi & si Summus Pontifex omnimodam jurisdictionem tribuat Abbati, non egreditur tamen ea, quae respiciunt regularem observantiam, ut tenet Valenzuela conf. 43. a. n. 17. usque ad 30. Rota decis. 15. num. 11. p. 1. recent.

97 Uterius non obstat, quod ea, quae dicta sunt de Regularibus inservientibus Ecclesiae seculari non procedant, nisi, quando Ecclesiae sunt Cathedrales, vel Collegiatae. Nam limitatio à nullo auctore legitur probata. Etenim ratio, quare subsunt Monachi Episcopo in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata est, quia Episcopus in illis Ecclesiis est loco Abbatis, ut in illa Montis Regalis jurisdictionis decis. 157. n. 1. coram Cocino. Quae ratio militat in Cardinali Titulari, quia in Ecclesia sui Tituli est loco superioris Religiosorum, ei inservientium.

98 Non enim est differentia inter Episcopum, & Cardinalem Titularem, sed sufficit, quod Religiosi sint Cardinali pleno jure subiecti, ut notat Glossa in cap. volentes, verb. nisi illi Monachi de priv. in 6. Campani. in divers. jur. rubr. 12. cap. 13. n. 116.

99 Non enim Cathedralitas, vel Collegium faciunt, ut Monachi, qui inserviunt, tanquam Canonici in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis distinguantur ab aliis, qui inserviunt Ecclesiis inferioribus, Ordinario subiectis, Trullus de Canonic. regular. lib. 5. cap. 2. relatus à Rodriq. quae est regul. tom. 1. q. 1. art. 3. vers. magnam autem.

100 Sed idem in omnibus Ecclesiis servari debet, cum in materia jurisdictionis Episcopi nulla deest differentia inter Canonicos Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, & Religiosos inservientes aliis Ecclesiis, ut patet ex Textu in cap. sanè de Regular. Et ita notantur in terminis Savavia de adjunct. qu. 12. nu. 19. Franc. de Eccles. Cathedr. cap. 31. nu. 52. & haec secundum dispositionem juris communis. Sed quia in casu, de quo agitur res definienda est juxta Constitutiones Apostolicas indubitanter tenendum est, Cardinales Titulares omnimodam jurisdictionem habere in Monachos, sive Regulares, qui inserviunt Ecclesiis suorum Titulorum.

101 Nam omisso privilegio Joannis Octavi, de quo meminit Baronius ad annum 882. quod refert etiam Cohel. in not. Cardinalat. cap. 6. priv. 14. clata sunt verba Constitutionis Sixti V. de qua supra. Nam, postquam ille Summus Pontifex exiit, ac praefinivit Ecclesias Titulares Cardinalium, nulla ut dictum est, facta distinctione inter Ecclesias Seculares, & Regulares in §. Sic igitur ait, Sic igitur ipsi Cardinales, quibus hujusmodi Ecclesiarum regimen, cura, & administratio pro tempore commissa erunt, eas in spiritualibus, & temporalibus sollicitè, fideliter, & prudenter regant, & gubernent, ac juxta Constitutionem pia memoria Leonis Pape X. Praedecessoris nostri in Concilio Lateranensi novissimè celebrato editam, frequenter visitent, circa cultum divinum invigilent, mores, & vitam Cleri, & populi ei subiecti diligenter explorent, eosque ad rectè, & honestè vivendum paterno moneant affectu, bonorum, ac temporalium, reddituum curam gerant.

102 Et non est dubium, quin appellatione Cleri veniant etiam Regulares, can. Cleros 21. dist. can. duo sunt genera 12. q. 1. Paul. de Eleazar. in Clem. 1. de elect. Abb. in cap. 1. de juram. calumn. in ult. notab. Joan. Baptist. Cacialup. inter Consil. Zabarell. conf. 4. nu. 20. Marc. Ant. lib. 1. resol. fin. cas. 50. vers. primò, Tambur. de jur. Abb. dist. 25. qu. 1. num. 225. & 226.

103 Sed clarissima sunt verba inserta diplomatibus Titulorum, in quibus habetur: Tibi pro tuo Cardinalatus Titulo concedimus, & assignamus &c. Teque illi in Presbyterium Cardinale praesimus, curam, & regimen, & administrationem ipsius Ecclesiae Tibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, ita quod liceat tibi regimini, & administrationis ejusdem Ecclesiae, ac membrorum, jurium, & pertinentiarum hujusmodi possessionem, sive quasi, per te, vel per alium, sive alios propria auctoritate liberè apprehendere, & de illorum fructibus, redditibus, & proventus, & emolumentis universis disponere,

& ordinare, ac eandem Ecclesiam regere, & gubernare, prout alii Presbyteri Cardinales, qui illi pro tempore praesuerunt, de illis disponere, & ordinare, ac eandem Ecclesiam regere, & gubernare poterunt, seu etiam debuerunt. Quocirca circumspectioni tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus curam, & administrationem praedictam sic exercere studeas sollicitè, fideliter, & prudenter, quod dicta Ecclesia Gubernatori provido, & fructuoso administratori gaudeat se commissam, Tuque vultus exinde apud nos non immerito commendari. De superiori, & Conventui dicta Ecclesia, aliisque illius ratione Tibi subditis personis, ut Tibi pareant, & obediant, alioquin sententiam, sive poenam, quam ritè vuleris, seu statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, usque ad condignam satisfactionem insolubiliter observari.

Ex quibus verbis apparet luce meridiana clarius, Cardinales non solum in Ecclesiam regularem Titularem, sed etiam in Conventum, & illius superiorem, omnem auctoritatem habere. Cui enim commissum est regimen, metum, & mixtum imperium tributum esse censetur argumentum. Textus in l. un. in princ. ibi: Regimentis Reipublicae in Imperatorem translati ff. de offic. Praetor. Paul. de Castr. conf. 187. n. 2. vol. 2. Borell. de magistrat. lib. 1. cap. 1. nu. 155. & 156.

Praeterea quia Summus Pontifex utitur verbo plenarie, quod omnem jurisdictionem, & in quocunque comprehendit, Innocent. in cap. Praeaevis super plenarie de offic. delegat. Paul. de Castr. d. conf. 187. n. 1. vers. maximè.

Et Superiorem, & Conventum (subditos facit Cardinali Titulari, aequiparando eos aliis subditis. Nam dictio, aliis, relata ad personas, facit illas ejusdem qualitatis, Roman. conf. 485. n. 5. Barbat. conf. 33. n. 26. vol. 2. cum aliis Barbof. dist. 26. n. 1. & 3.

Daque illi expressam facultatem in Conventum, & 107 Superiorem, si ei non pareant, tanquam in rebelles procedendi, eosque puniendi, quae facultas ex jurisdictione dimanat, Doctores in l. Omnes populi ff. de justit. & jur. & in l. 1. ff. si quis, & iustitiam non obtemper. & ibi Cagnol. nu. 46. Jaf. nu. 17. Dec. in cap. qua in Ecclesiarum n. 12. de Constit. Roland. conf. 99. n. 3. vol. 4.

Quae tanto magis locum habere debent, cum ex ista 108 subiectione res reducatur ad terminos juris communis, secundum quod Monachi, & Regulares erant subiecti Episcopis, cap. quod persona de privileg. in 6. cap. cum contingat. & ibi Doctores de for. compet. can. 1. 18. q. 2. cum aliis per Rotam dec. 15. a. n. 2. usque ad 7. p. 1. rec. Tambur. de jur. Abb. dist. 16. q. 2. per 101.

Et propterea hujusmodi privilegium late est interpretandum, Rota decis. 400. num. 33. part. 9. recent. tom. 2. Nec possunt conqueri Monachi, vel Regulares, etiam si ab eo sentiant damnum, Gloss. in l. si unus §. patens ne peteret ff. de pact. can. ab exordio 35. dist. Rota cit. decis. 400. n. 42.

Sed quia supra dictum est, quod ea, quae potest exercere Cardinalis Titularis pro seipsum, potest etiam exercere per Vicarium, quæri potest, an Cardinalis possit deputare in Vicarium unum ex Religiosis Conventus, qui deserviunt Ecclesiis Titulari.

Et proculdubio dicendum est, posse. Quia Regularis 111 non prohibetur esse Vicarius Episcopi, cum id nullo jure contradicatur, Abb. in cap. fin. de Cleric. agrot. Cardinal. in Clem. 2. nu. 17. q. 16. de rescript. & ibi Imol. num. 25. Anchar. n. 9. Rebuff. in prax. benef. tit. de Vicar. Episcop. n. 30. Navarrus, & alii relati à Stroz. de Vicar. Episc. lib. 1. q. 38. n. 4. Sanchez ad praecip. decalog. lib. 6. cap. 15. c. 3. Pelliz. de regular. tr. 8. cap. 6. sect. 4. n. 247. Tambur. de jur. Abbat. tom. 3. lib. 9. q. 5. n. 7. cum aliis per eum allegatis.

Et quamvis nonnulli limitent in Regulari ex ordine 112 Mendicantium, ducti ex Clem. 1. §. Ad Prioratus de Regul. Limitatio tamen non est admittenda. Quia Clementina solum prohibet, ne Mendicantes, qui ad non Mendicantes transierint, possint assumi ad Dignitates, non

autem loquitur de puris Mendicantibus, ut bene Sanchez loc. citat. n. 88. in sine, & Pelliz. loc. cit. Acunna in can. si quis alterius distincti. 38. num. 17. ubi reprobatur contrarium tenentes.

113 Nec isto casu erit necessarius consensus, sive licentia Superioris Religionis. Quia cum Cardinalis Titularis habeat superioritatem in Regulares, qui inserviunt titulo, ut supra dictum est, sufficit illius deputatio, cum circa hoc non sunt exempti, Gloss. in can. Cum Pastoris 2. q. 1. Dominic. in cap. si Religiosi in sin. de elect. in 6. & ibi Franch. n. 3. Sanch. ad praecip. d. lib. 6. cap. 13. n. 91. in fin. & num. 99. praesertim quia Regularis iste non avocatur à Claustro, nec ei judicia forensia committuntur.

114 Quae est causa, quare Mendicantes non assumuntur in Vicarium, ut dicit Rebuff. loc. cit. n. 32. sed solum committuntur ea, quae spectant ad cultum divinum, & praeficiuntur ad alia spiritualia in Ecclesia Titulari, & Conventuali peragenda, Barbof. in cap. 1. de Cappel. Monach. n. 2.

115 Imò debet Cardinalis Vicarium Regularem in dicta Ecclesia sui Tituli deputare, cum Ecclesia sit Regularis, cum non debeant homines diversae professionis in eodem officio locari, can. in nova 16. q. 7. ne ex dispari observantia in eodem loco scandalum generetur, cap. Deus, qui de vit. & honestat. Cleric. cap. cum causam. & cap. Cum in magistrum de elect. cap. intelleximus de etat. & qualitat. Clem. 1. de elect. Caldein. conf. 28. de regulat. Dec. conf. 640. ubi quod habens beneficium regulare, positò, quod possit deservire per substitutum, talis substitutus debet esse Regularis, & eum sequitur Cravett. conf. 96. nu. ult. late Rota, quae loquitur in Sacrista dec. 238. coram Corcino.

116 Sufficiens poterit Cardinalis Titularis deputare Parochum in dicta Ecclesia Cum enim cura animarum penes ipsum resident, illam per Vicarium movibilem exercere poterit, Oldrad. conf. 67. in princip. Gonzal. ad reg. §. glof. 6. n. 67. ubi de Episcopo alaguriano, apud quem cura totius Diocesis residet per Clericos deputatos curam exerceri mandatur, Cassidor. dec. 11. de prob. Seraph. decis. 942. in prin. Rota dec. 17. n. 1. p. 1. divers. de prob. 240. p. 3. cum aliis per Gonzal. d. glof. 6. nu. 68.

117 Et talis deputatus non appellatur Parochus, sed Coadjutor Episcopi in officio curae, cap. fin. de offic. Archidiacon. Imol. in Clem. fin. n. 14. de privileg. Caputaq. decis. 240. p. 3. cum aliis per Gonzal. d. glof. 6. nu. 68.

118 Et ratio est, quia una Ecclesia non potest habere duos sponsores, Quoniam de offic. ordinar. cap. Cum non ignarus de prob. Rota in pluribus decis. relatis à Tondut. resolut. benefic. cap. 1. n. 1.

119 Neque intrat dispositio Textus in can. sanè 16. q. 2. & in cap. 1. de Cappel. Monach. quibus statuitur, quod in Ecclesiis curatis regularibus Episcopus deputet Parochum de consilio Superioris Regularis. Quia illi Textus procedunt vel quando Ecclesia est de iure patronatus Regularium, ut notat Abb. in d. cap. 1. n. 6. Vel quando Ecclesia est unita Monasterio, vel quando spectat pleno jure ad Monasterium, ut declaravit Rota coram Durano dec. 92. n. 19. Barbof. vot. decis. lib. 2. vot. 50. n. 27. Secus autem si spectet pleno jure ad Cardinalem Titularem.

120 Sed, quatenus observanda esset dispositio dictorum Textuum, nihilominus Cardinalis Titularis habet liberam deputationem dicti Vicarii: Quia, & si debeat requirere consilium Superioris Regularis, non tamen tenetur illud sequi, l. Cum pater 79. §. Quando, & ibi Bartol. ff. de legat. 2. cap. cum olim de arbit. Et ideo deputatione spectat ad solum Cardinalem, Rota decisio: 79. de rescript. Put. decis. 494. lib. 2. in correctio. Anania, & Butrius in dist. cap. 1. num. 5. & Abb. n. 3. de Cappel. Monach. Gonzal. ad reg. 8. glof. 96. num. 23. & 24. Barbof. d. vot. 50. num. 24. & 25.

121 Ita ut talis Regularis sic deputatus non poterit amoveri à Superiori Regulari. Quia cum institutio spectet ad Cardinalem, ita etiam deservit, ut dicit expressè idem Textus in dist. cap. 1. ibi: Ut ex solius Episcopi arbitrio cum ordinato, quam depositio, & totius vitae pen-

deat conservatio, & ibi Gloss. in v. solius, & omnes Canonista, Barbof. loc. cit. num. 25.

Poterit etiam Sacristam, Concionatorem, Confessarios, & alios Ecclesiae ministros deputare, cum ad Cardinalem Titularem ea omnia spectent, quae tendunt ad Cultum divinum, & ad salutem animarum procurandam cap. Cum inter cetera §. praecipimus de offic. Ordin. Sylvest. in sum. v. Episcopus num. 11. Tabien. eod. v. num. 17. Merlin. decis. 743. num. 1.

An autem Vicarius, Parochus, & alii supradicti Ministri sint exempti ab obedientia sui Praelati, Doctores omnes transeunt cum distinctione. Aut Ecclesia nullatenus subicitur Praelatis Monasterii, tunc illi Religiosi eximuntur ab obedientia Praelati, & remanent subiecti Episcopo, qui deinceps erit eorum Abbas.

Aut Ecclesia subicitur Praelatis Religionis quoad solatia temporalia, & tunc eximuntur ab obedientia, quoad spiritualia.

Si verò eis erit subiecta, quoad spiritualia, erunt 122 exempti quoad temporalia.

Si verò sit subiecta Praelato regulari, quoad omnia, 126 pariter Ministri erunt in omnibus Praelato Regulari subiecti. Sic habetur in can. In Parochia 16. q. 1. & can. sane ead. cap. 2. Henric. Boic. in cap. quod Dei honorem num. 8. de si. Monach. & ibi Hostiens. nu. 9. Jo. Andr. num. 14. Card. n. 5. q. 2. Summis ferè omnes, quos adducit Sanchez ad praecip. lib. 6. cap. 6. n. 56. Pelliz. de regular. tr. 8. cap. 4. sect. 4. num. 115.

127 Finito tamen officio, tenentur redire ad obedientiam Praelati si sint in Monasterio, & ad Monasterium, si ea exerceant extra Monasterium, Sic Sanchez loc. cit. num. 36. in sine.

Supereff ultimò, & non quidem levis difficultas, an 128 Summi Pontifices in collatione Titulorum eximant Ecclesias praedictorum Titulorum à jurisdictione Praelatorum regularium?

Sciendum est exemptiones nullis esse alligatas for- 129 mulis, sed quovis verborum modo, & genere concedi posse, cap. si Papa §. licet autem de privileg. in 6. cap. 1. §. declarationem de verbor. signific. in 6. Cocchier. de jurisdic. in exempt. p. 1. q. 9. in princip.

Inter alias formulas concedendi exemptionem illa est, 130 quando concessa est pleno jure Abb. in d. cap. Cum inter cetera n. 3. Gloss. in cap. Cum & plantare v. pleno jure, ubi Abb. num. 5. de privileg. Host. in cap. Quoniam ead. ric. & ibi Abb. n. 3. Cochier. late d. p. 1. q. 9. n. 6. 7. & 8. plures Barbof. d. cap. quoniam n. 2. de offic. ordin.

Tunc dicitur facta exemptio pleno jure, quando Pa- 131 pa concedit facultatem in spiritualibus, & temporalibus, Gloss. in d. cap. Quoniam v. utroque jure, & in d. cap. cum & plantare §. In Ecclesiis §. pleno jure, ubi Zabarella. num. 1. Burr. num. 26. Dec. num. 12. & 16. Barbof. in d. cap. Quoniam nu. 2. & de potest. Episc. alleg. 88. n. 15. Fagnan. in cap. tua n. 7. de Cler. non residen.

Cardinalibus autem non solum Papa concessit aucto- 132 ritatem in spiritualibus, & temporalibus in eorum Ecclesiis Titularibus, verum, & ipsas plenarie illis subiecit. Quare de exemptione à superioritate Monachorum, & Regularium non est dubitandum. Sed quia nulla est adeo ampla potestas, quae onera admixta non habeat, addam hic obligationes & onera, quae habent Cardinales erga Ecclesias suorum Titulorum.

Et primò offert se Concilium Basiliense, quod in sess. 23. 133 hæc habet: Pro conservandis Cardinalium Titulis, quarum aliqui tam in divino cultu, quam in edificiis, ministrum, prob dolor in opprobrium Sedis Apostolicae, & in ipsorum Cardinalium, collapsi sunt, statuit hæc sacra Synodus, ut de redditibus, & proventus Terrarum Romanae Ecclesiae, quarum medietas juxta Constitutionem Nicolai Papae ad Cardinales, ut praedictum est, pertinet decima pars ejus, quod spectat ad quemlibet Cardinalium proprio titulo singularis annis applicetur, & nihilominus vel in vita, vel in morte tantum proprio Titulo quilibet Cardinalis relinquatur.

unde communiter, (alias commodè) una persona sustentari possit. Quod si non fuerit tam pro hoc, quam pro dicta decima parte, bona omnia ipsius Cardinalis obligata sint usque ad debitam satisfactionem, & ad executionem huius oneramus primum Cardinalem illius ordinis, de quo ille defunctus erat. Visitet per se quilibet Cardinalis presens in Curia, absens vero per Vicarium idoneum singulis annis Titulum suum, Clericosque, & Populum Ecclesiarum subiectarum, & cum diligentia inquirat, & salubriter provideat super Cultu divino, bonisque ipsarum Ecclesiarum, ac vita, & moribus Clericorum, & Parochianorum, de quibus cum sua sint oves, in districto Dei iudicio rationem reddurus est, & tam quoad tempus visitandi, quam quoad alia servet, que instituta sunt in decreto nostro de Concilio Synodalibus.

135 Addamus & Concilium Lateranense sub Leone X. sess. 9. quod aliqua in parte reformavit decretum Concilii Basiliensis. Tituli sui loca, si presentes in Curia fuerint, personaliter; si vero absentes per Vicarium idoneum semel saltem singulis annis visitent Clericos, & populos Ecclesiarum Titulo suo subiectarum, cum diligentia inquirant, vigilentque circa divinum cultum, & bona dictarum Ecclesiarum, moreque in primis, & vitam Clericorum, & Parochianorum solerter explorent, eosque omnes, & singulos ad rectè, & honestè vivendam paternè affectu. Pro augmento autem Divini Cultus, & salute anime sua quilibet Cardinalis vel in vita donec, vel in moris articulo relinquat suo Titulo quantum sit satis ad Presbyterum annuo commodè ibi sustentandam, vel si Ecclesia indigeat reparatione, vel alia subventione tantum illi relinquat, vel donec, quantum conscientia sua videbitur.

136 Tertio loco accedat Constitutio Sixti V. de praefinitione Titulorum & Diaconiarum pro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus, in qua §. 12. haec habentur: Sic igitur ipsi Cardinales, quibus huiusmodi Ecclesiarum regimen, cura, & administratio pro tempore commissa erunt, eas in spiritualibus, & temporalibus sollicitè, & fideliter, & prudenter regant, & gubernent, ac iuxta Constitutionem praememoratae Leonis Papa X. Praedecessoris nostri in Concilio Lateranensi novissime celebrato, editam, frequenter visitent, circa Cultum divinum invigilent, mores, ac vitam Cleri, & Populi eis subiecti diligentè explorent, eosque ad rectè, & honestè vivendam paternè affectu, honorum, ac temporalium reddituum curam gerant. Sic ad Dei gloriam, & fidelis populi edificationem pia, & magnifica structura, & fabrica suas quisque Ecclesias instaurare studeant, & exornare, & tam in vita, quam in mortis articulo pro Divini cultus augmento, & salute animarum suarum ad congruè sustentandam aliquem Presbyterum, qui tibi in Divinis inferviat, seu aliam erga ipsas Ecclesias si reparatione indigeant, vel alia subventionem de bonis sibi à Deo cultis, prout cuique pro modo facultatum conscientia dederit, munificos se exhibeant, & liberales, ut earundem Ecclesiarum decora, & ornamenta tantorum Praesulum respondant dignitati, ac ipse Ecclesiae tam sublimibus personis gaudeant se commissas, & eorum amplitudine illustratas. Idemque Cardinales exinde ipsius Sanctae Romanae Ecclesiae cuius nobilissima membra sunt, maj. status, sua pietate, sollicitudine, & prudentia in dies magis extollant, & reverentiam omnium gentium erga illa exemplis bonorum operum insigniter augeant, ac demique propter aeternam retributionis praemia digna quoque laudum praecantia à nobis & Apostolica Sede valeant promereri.

137 Denique inferam hic exemplar diplomatis, quo à Summis Pontificibus conferuntur tituli Presbyteris Cardinalibus, ut omnibus pateat, qua auctoritate sint suffulti.

138 Innocentius Episcopus, servus servorum Dei Dilecto filio Francisco Tituli, Sanctae Mariae in via nuncupata, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Albizi nuncupato, salutem, & Apostolicam benedictionem. Decet Romanum Pontificem, quem Pastor ille Coelestis potestatis plenitudine sibi tradita Ecclesiae praesule universis, de sin-

gularum praesertim Almae Urbis Ecclesiarum statu sollicitudinem recogitare, & fidem tuam, quam ad Cardinalatum honorum, & una secum universalis Ecclesia onera participantur pro tempore assumit, eorumque personas condignis honoribus sublimare. Quapropter earum regimen pro eorum Cardinalatum Titulis eis interduum committit, ut per illorum prudentiam circumspiciam Ecclesia ipsa praeservetur auxilio, ac felicius in spiritualibus, & temporalibus, adjuvante Deo, proficiant incrementis. Cum itaque non aliàs Te ob grandium virtutum merita, quibus personam tuam illarum largitor Altissimus insignivis de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, atque de Apostolica potestatis plenitudine in eiusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyterum Cardinalem ad assistendum nobis in regimine eiusdem universalis Ecclesiae Apostolica auctoritate duxerimus assumendum, & Ecclesia S. Mariae in Via, qua Titulus Presbyteri Cardinalis existit, certo, quem praesentibus haberi volumus pro expresso, modo vacaverit, & vacet ad presens. Nos cupientes Te, prout juris, & rationis existit proprio Cardinalatus Titulo decorare, Ecclesiam praedictam, ut praesentur vacanciam, cum omnibus, & singulis illius membris, iuribus, & pertinentiis universis Tibi pro tui Cardinalatus Titulo de simili consilio dicta auctoritate concedimus, & assignamus, teque illi in Presbyterum Cardinalem praesentibus, curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesiae Tibi in spiritualibus, & Temporalibus plenariè committendo. Itaque liceat Tibi regimini, & administrationi eiusdem Ecclesiae, ac membrorum, iurium, & pertinentiarum huiusmodi possessionem, seu quasi per Te, vel alium, seu alios propria auctoritate liberè apprehendere, & de illorum fructibus, redditibus, & proventibus, ac emolumentis universis, disponere, & ordinare, ac eandem Ecclesiam regere, & gubernare, prout alii Presbyteri Cardinales, qui illi pro tempore praesuerunt, de illis disponere, ac eandem Ecclesiam regere, & gubernare poterunt, seu etiam debuerunt. Quocirca circumspiciam tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus curam, & administrationem praedictas sic exercere studeas sollicitè, fideliter, & prudenter, qua dicta Ecclesia Governatori provideo, & fructuoso Administrationi gaudeat se commissam. Tuus valeas deinde apud nos non immeritò commendari, ac Superiori, & Conventui dictae Ecclesiae, aliisque illius ratione Tibi subditis personis, ut Tibi pareant, & obediant: alioquin sententiam, sine poenam, quam rite tuleris, seu stateris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Et insuper ut statum tuum iuxta Cardinalatus sublimitatem decencius tenere, & expensarum onera, qua Te iugiter de necessitate subire oportet, facilius perferre valeas, motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro se nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate tecum, ut etiam, postquam in vim praefectionis praedictae pacificam possessionem, seu quasi regimini, & administrationi dictae Ecclesiae, ac illius honorum, seu majoris partis eorum affectus fueris, omnia, & singula monasteria, etiam Conventualia, Prioratus & Conventuales Praeceptorias, Praeposituras, Praepositorias, caeteraque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum militiarum, & Hospitalium etiam S. Joannis Hierosolymitani, regularia quolibet de quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in Titulum, Commendam, administrationem, ut aliàs quomodolibet obtinens, ac in quibus, & ad qua jus Tibi quomodolibet competit, quaecunque quomodocunque, & qualiacunque sint, ut prius, quoad vixeris, retinere, ac quaecunque pensiones annuas Tibi super quibusvis fructibus, redditibus, & proventibus Ecclesiasticis, ac eorum loco fructuum ipsorum Apostolica Tibi auctoritate servatum, & assignatum reservatas, & assignatas, ac una illos, & illas transferendi, ac de rebus, & bonis tuis testandi, nec non beneficia, & officia quaecunque conferendi, aliisque facultatibus, & indulgiis Tibi concessis, ut prius, quoad vixeris, percipere, exigere,

gere, & levare, ac in tuos usus, & utilitatem convertere liberè, & licitè valeas, nostra quatenus opus sit de exprimendo vero anno valore beneficiorum per promotos ad Ecclesiarum regimina obtentorum in dispensationibus tibi concedendis super illorum retentione, alioquin illis non valeant, aliisque constitutionibus, & ordinationibus, ac etiam quatenus opus sit, dicta Ecclesia etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, caeterisque contrariis nequaquam obstantibus, Apostolica auctoritate earundem tenore praesentium de speciali dono gratia dispensamus, decernentes propterea, Monasteria, Prioratus, Praeceptorias, aliisque beneficia per Te obtenta huiusmodi non vacare, pensionesque, & fructuum reservationes praedictas non cessare, ac transferendi, testandi, conferendi, aliisque facultates, & indulgia huiusmodi non expirare. Irritum quoque, ac inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem, quod propterea in Monasteriis, & Prioratibus Conventualibus huiusmodi divinus cultus, ac solitus Monachorum, seu Canoniorum, ac etiam ministrorum numerus nullatenus minuat, aliisque beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, & animarum cura, si qua illis imminet, nullatenus negligatur, sed eorum, & dilectorum filiorum conventuum, Monasteriorum, & Prioratum Conventualium huiusmodi congrua supportentur onera consueta. Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio, decimo Kalendas Aprilis Pontificatus nostri anno decimo.

139 Haec Pontifex Innocentius, & Cardinalis Albizius, cuius disceptatio, doctrina, eruditio, argumentis, ordine, claritate talis est, ut non cedat Summorum Canonitatum, & legitimum consilii, & nihilominus contra Albizium quoad jurisdictionem Cardinalium in Monachos, alioque Regulares, degentes in Monasteriis quae titulus sunt annexa, & inservientes Ecclesiae Titularibus, pugnarunt clarissimi viri Nicolaus Severolus, & Marcellus ejus filius, Julius Fagnanus, magni quidem Jurisconsulti, quorum maxima est apud Romanam Tribunalia iudicandis causis auctoritas, ac etiam Patris Generalis, & Procuratoris Generalis Ordinis fratrum servorum, quorum argumenta plenè, ac aptè idem Cardinalis suo peculiari scripto, typis edito luculenter diluit, extatque in hac causa res iudicata pro Monachis, & Regularibus. Nos autem jurisdictionem quasi Episcopalem, quum Eminentiissimi Cardinales habent in suis Ecclesiis Titularibus, ita etiam cum Albizio declaramus.

140 Certum liquidum est, Gregorium Decimum Tertium declarasse, nolle se in ea, quae in sacro Concilio Tridentino concessa sunt Episcopis, competant Eminentiissimis Titularibus. Quia licet habeant in multis jurisdictionem Episcopalem, non tamen sunt Episcopi. Hujus declarationis testes sunt Cardinalis Tolteus in sum. lib. 1. cap. 89. n. 5. Buldell. theol. moral. tom. 2. lib. 2. disp. 48. n. 24. Fagnan. in cap. his, qua nu. 16. de major. & obed. & in cap. ne pro dilectione nu. 42. de poenit. & remiss. ac Nicol. elucubr. jur. lib. 1. tit. 33. n. 6.

141 Rationes multae sunt, caeteraque graves, praecipue verd haec sunt. Primum quia ex jurisdictione quasi Episcopali non inferitur ad ea, quae speciali jure, maxime vero ad ea, quae solum ex delegatione etiam generali concessa sunt. Regula enim generalis est, quod, qui succedunt Episcopo in jurisdictione ordinata, etiam plenissima, non ideo succedunt in Episcopali jurisdictione quoad ea, quae speciatim sunt Episcopo concessa, ut Episcopo, vel ei sunt delegata, vel quatenus electa est industria persona, aut specata fuit Episcopalis dignitas. Atque hinc est, ut, quoad haec, Capitulum, sede vacante, non succedat in Episcopali jurisdictione, quamvis aliàs certum sit, illud succederet, sede vacante, in jurisdictione Episcopi, ut per Panormit in cap. scriptum de elect. & in cap. verum de for. compet. & in cap. his, qua de major. & obed. Prob.

ad Monach. de supplend. neglig. Pralat. num. 7. Fagnan. in cap. Cum olim num. 43. & 46. de major. & obed. ubi numer. 54. quod non succedat in jurisdictione delegata, etiam ex generali jurisdictione sedis Apostolicae, & nu. 55. quod in Capitulum, sede vacante, non transeunt quae pertinent ad Episcopum, tamquam sedis Apostolicae delegatum ex vi Concilii Tridentini. Haec eadem docent Sylvest. v. Capitulum §. 2. Selu. de benef. lib. 3. cap. 66. num. 3. Paris. de resignat. lib. 7. q. 23. num. 24. Suar. de censur. disp. 7. sect. 2. num. 4. Passerin. tom. 2. de stat. homin. quae. 187. art. 1. num. 301. & sequens. Multò minus igitur haec tranfire ad Eminentiissimos Titulares declaravit Gregorius XIII.

Deinde quia in concessione generali non comprehenduntur specialia, quae superior non est verisimile concessurus, cap. cum in generali de offic. vicar. num. 6. & cap. si Episcopus de poenit. & remiss. cap. in generali de reg. jur. patiter in 6. ut proinde Gemin. ad d. cap. cum in generali num. 2. dicat, quod genus non comprehendit Speciem, quando adduci potest aliqua causa, ob quam species aliqua non comprehendatur. Quod etiam notant Glos. in cap. pia de exception. in 6. Et propterea vicario Episcopi ex mandato generali nec cognoscere causas criminales, nec conferre beneficia, nec alia plura competunt, cap. 2. & 3. de Offic. Vicar. in 6. ubi hoc in ipsum tradunt Archid. Jo. Andr. Anchar. Butr. Gemin. & Franch. Ex hac igitur generali ratione, quod Eminentiissimi Titulares habeant jurisdictionem quasi Episcopalem, non potest colligi, quod iis competunt ea specialia, quae sacrum Concilium Tridentinum speciatim concessit Episcopis, & quidem nec proprie ut ordinariis, neque ut sedis Apostolicae delegatis, qualis est omnis illa jurisdicatio, quae quoad Curam animarum à Concilio, & à novis Constitutionibus Apostolicis concessa est Episcopis in Regulares exemptos.

His accedit, quod licet Praelati non Episcopi, habent jurisdictionem Episcopalem, si simul habeant Territorium proprium quod nullius sit Diocesis, & Episcopo non subiectum, sed ab ejus jurisdictione plenè exemptum, aliquando veniant nomine Episcopi, & in specie comprehendantur sub decreto Sacri Concilii Tridentini sess. 25. cap. 11. de regul. per quod Monasteria, quae habent annexam curam animarum secularium, quoad hanc curam, subduntur visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diocesi sunt sita, ut per Rotam in Piscen jurisdictionis coram Cypro 5. Maii 1589. & in eadem 20. Octobris 1593. coram Pegna, & 15. Junii 1590. coram Plato, traditque Pass. 10. 3. de stat. hom. q. 189. n. 10. inspect. 10. n. 693. Quod tamen neque id universaliter verum est, quia huiusmodi Praelati non veniunt sub eo nomine Episcopi in Constitutione Gregorii XV. quae incipit. Inscrutabili de exemp. privileg. nec illis competit facultas ibi tributa, & delegata Episcopi, corrigendi Regulares delinquentes in administratione Sacramentorum personis secularibus, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii in declarationibus post praefatam Constitutionem Gregorianam.

Nihilominus Praelati non Episcopi, quamvis in multis habeant quasi Episcopalem jurisdictionem, si tamen non habeant Territorium proprium ab Episcopi jurisdictione plenè exemptum, nec habeant subditos ab eadem Episcopi jurisdictione plenè exemptos, in Concilio, in jure communi, in Constitutionibus Apostolicis non veniunt nomine Episcopi, vel Ordinarii, praesertim in illis casibus, in quibus à Concilio Tridentino datur Episcopis facultas in Regulares, quoad ea, quae concernunt curam animarum secularium. Ut enim aliquis dicatur habere Territorium proprium, quod sit nullius Diocesis, ac sibi plenè subiectum, ac ipse dici possit illius Territorii Ordinarius, necesse è omnino est, ut habeat jurisdictionem, & Clerum, & populum, excluso Episcopo, Glos. in Clem. 1. §. Volumus v. Diocesani de for. compet. Gemin. in cap. 2. de constit. in 6. ibique Anchar. nu. 10. Fagnan. in cap. significasti num. 17. de offic. Oran. Ubi igitur Territorium est de Diocesi Episcopi, ejus

intervallum excludit inadvertentiam, probant Doctores communiter, ac præ aliis Sayr. loc. cit. lib. 3. cap. 27. num. 23. & post alios Castropol. ibid. num. 14.

10 In casu autem, quo Canonicus percussor debeat conferre aliquod beneficium Ecclesiasticum, sive ad illud aliquem præsentare, & prætentatur expectari lapsus sex mensium, qui per Concilium Lateranense sunt præfixi ad conferendum, sive præsentandum, ac interim posse istum obtinere absolutionem, Responderetur, quod id procedere posset, si ipse percussor esset collator independenti ad Capitulum, secus autem dum jus conferendi omnino residet apud Capitulum. Quia non ideo collatio definit spectare omnino ad Capitulum, quod Canonicus Turnarius representat, ut eximie tradit Gloss. in cap. ult. de præbend. in 6. ac ibi Doctores communiter. Quo in casu expectandus non est lapsus sex mensium, sed Capitulum potest, ut sibi libuerit, conferre ad nominationem capicis, & habilis, qui tempore vacationis existit in turno.

CONSULTATIO CXXI.

An Vicarius Capitularis possit indicare processiones publicas sine consensu Capituli, & minari censuras, & penas Canonice, processibus non interessentibus. Et quatenus negativè. An saltem possit ens indicare sine consilio Capituli, ac minari censuras, & penas, ut supra?

1 AD primum, quoad utramque partem affirmativè puto respondendum. Habet enim Vicarius Capitularis fundatam intentionem in exercitio ordinariæ jurisdictionis, eadem prorsus sibi ratione, qua ipsi Episcopo competentis, Gloss. in cap. Romana v. generaliter, ibique Doctores de appell. in 6. in cap. tua v. Vicarii de offic. Vic. Covar. præct. quæst. cap. 4. num. 87. & variar. quæst. lib. 3. cap. 20. num. 4. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 29. q. 29. num. 1. Sbroz. de offic. & potest. Vicar. quæst. 55. num. 9. ubi alii quamplures, & Garz. de benefic. par. 5. capit. 8. num. 21. Quod procedit etiam in Vicario simpliciter Capitulari, Sede vacante, Garz. loc. cit. num. 22. ibique alii.

2 Unde in terminis primæ partis dubii, an scilicet possit Vicarius Capitularis indicare processiones publicas, & præscribere quo, ac quomodo sint dirigendæ, cum hoc jus privativè quoad alios residet apud Ordinarium ex mente Sacræ Congregationis Concilii in Elborensi 14. Januarii 1617. teste Barbosa de univer. jur. Eccles. cap. 43. num. 161. & seqq. Non obstantè, quod Capitulum, vel alii essent in quasi possessione contraria, & non obstante etiam immemorabili consuetudine, & Congregatione Sacrorum Rituum in Camertina 24. Augusti 1619. quam refert idem Barbof. loc. cit. n. 163.

3 Eademque prorsus jurisdictio indicendi publicas processiones, illasque ad evitanda scandala potius per hanc, quam per aliam viam dirigendi, residet, absente Episcopo in Vicario Generali, cum consilio tamen Capituli, non autem consensu, ac eodem modo, quo posset Episcopus, si præsens esset, testatur idem Barbof. ex eadem Congregatione in Vigiliensi 28. Septembris 1630.

4 Quod verò ad secundam dubii partem perspicua sunt verba Sacri Concilii Tridentini sess. 25. cap. 13. de Regular. scilicet, Exempti autem omnes tam Clerici secularis, quam Regulares quicumque etiam Monachi, ad publicas processiones vocati accedere compellantur. Ideoq; Vicarius potest nedum minari censuras, & penas, etiam extraordinarias Canonice ad publicam processionem accedere recusantibus, verum, & illas, exequi, Ricc. in collect. decif. 892. ad med. Barbof. in collect. ad Concil. loc. cit. Sbroz. ibidem qu. 182. n. 1. & seqq. ve aliàs Ordinarius haberet jurisdictionem absque coactione Ecclesiastica, qualis est censura.

5 Ad secundum non potest Vicarius Capitularis processiones publicas, sive generales indicare, Capitulo non requisito, ac sine ejus consilio, atque adeò nec præcipere, ut Canonici eis inter sint sub pœna pecuniaria, & censu-

rum. Nam in Sacri Concilii Tridentini cap. 6. sess. 24. de reform. statuitur, quod Episcopus habeat primam Sedem, & locum, quem sibi elegerit in processionibus, ejuisque si præcipere omnium rerum agendum auctoritas, consuetudine immemorabili etiam non obstat.

Et quidquid sit, an possit in totum Capitulum præscribere jus indicendi processiones, prout posse, consuluit Valenzuol. consi. l. 134. à num. 3. tom. 2. Id planè certum est, quod neque Episcopus, neque Vicarius potest illas indicare sine consilio Capituli. Quia facultas indicendi illis competit cum eodem consilio, non autem liberè juxta plures declarationes Sacræ Congregationis, relatas à Valenzuola loc. cit. à n. 22. ac Ricc. dec. Cur. Neapolit. 379. à num. 3. par. 4. & à Barbofa super Concil. ead. sess. 24. c. 13. à n. 41. & in summ. Apost. decif. collect. 605. à nu. 3. ac de offic. & potest. Episcop. allegat. 23. à nu. 4.

Ac proinde præceptum hujusmodi revocandum est. Quia indictio ipsa sine consilio Capituli, irrita est, habeturque ac si non esset facta, ut probat idem Valenzuol. ibidem, num. 45. cum seqq. qui à num. 59. declarat idem esse ad hunc effectum consilium, & consensum, cum unus, aut alter debeat antecedenter peti, ac intervenire, & sine eo Vicarius non debet, neque potest præcipere sub pœna excommunicationis, & pecuniaria, ut prosequitur à num. 69.

Porro consilium Capituli intelligi de privatis, non autem de publicis processionibus, declaravit Sacra Congregat. Concilii, quæ etiam declaravit intelligi de processionibus, quæ sunt in Civitate. Quia Episcopus non tenetur requirere consilium Capituli Cathedralis in discernendis, ac dirigendis processionibus Oppidi suæ Diocesis, ut in Elneni pro Oppido Perpiniani sub anno 1596.

CONSULTATIO CXXII.

Iterum, An excommunicatio sit actus irretactabilis?

1 N egativè alibi respondi, ac probavi actum irretactabilem, dici solummodò illum, qui post executionem factam ad primævum statum reduci non potest, qualis est abscissio membri, tortura, carceratio, ac cætera hujusmodi, ut per Alexand. in l. 4. §. Condemnatum num. 10. ac Jal. num. 24. ff. de re judic. Cum autem per absolutionem præsertim in gradu appellationis, sive alio modo obtentam, quis injustè excommunicatus, restituatur in statum pristinum, sequitur, ut excommunicatio appellari non possit actus irretactabilis.

Nec obstat, quod interim excommunicatus privetur suffragiis Ecclesiæ, quæ per absolutionem non recuperat. Etenim, aut justè excommunicatur, & tunc conquiri non potest de amissione suffragiorum, quia justè patitur, & mens Sacrorum Canonum est providere injustitiæ, non autem impedire justitiam.

Aut excommunicatur injustè, & interim non amittit suffragia generalia Ecclesiæ, neq; interiorem Sanctorum communionem, Navarr. in man. cap. 27. num. 3. ibi, nisi in foro exteriori, quia non admittit communionem, quæ omnino est interior, neque suffragia generalia, quæ Ecclesia, & ejus Ministri faciunt. Quod sequitur Valer. de differ. utriusque for. v. sententia differ. 3. num. 2. Quia excommunicatio injusta non privat apud Deum, neque in foro interiori, sed solummodò in exteriori ad tollendum scandala, quæ ex publico contemptu censurarum possent otiri, Gloss. in cap. Romana v. irrevitit de sentent. excomm. in 6. & latius per Navarr. loc. cit. & Valer. ibidem. ac verb. Excommunicatio n. 1. & 7. ubi addit, quod ex illius observatione in foro exteriori nullum damnum anima patitur quia præcepto Sacramentorum, & communio fidelium, quæ excommunicatus interim gaudere potuisset compenatur merito patientiæ, ac obedientiæ.

At nihilominus, re diligenter etiam, atque etiam pœnita, nunc asserto, excommunicationem esse actum irretactabilem, quia continet gravamen irreparabile, ut in specie loquuntur Barbofa, qui plures constipat in collect. lib.

CONSULTATIO CXXIII.

An jus visitandi Diocesim competat Capitulo, Sede Episcopali vacante?

lib. 2. tit. 28. cap. 70. num. 19. Quarta in summ. Bullar. v. Archiepiscopi auctoritas lit. R. apud quem extat declaratio Sacræ Congregationis super Episcopis per hæc verba Cum à gravamine, quod per definitivam reparari nequit, ut indebita carcerationis, vel torture, aut excommunicationis, etiam comminate, appellatur.

4 Non obstat, quod à sententia excommunicationis possit quoadcumque retractari, atque adeò quod sit actus irretactabilis ex Alter. de censur. tom. 1. disp. 6. de causis excommunic. lib. 3. cap. 1. lit. C. Nam inde non sequitur, nec fieri potest, quod pars gravata per sententiam excommunicationis, executioni demandatam, non patiatur illud præjudicium, & cruciatum, à quibus per absolutionem sublevare minimè potest, ut in his terminis firmat Rodriquez quæst. regul. in prax. crimin. cap. 4. tit. 27. de appell. num. 3.

5 Doctores autem, qui contra solent allegari, non aiunt, quod excommunicatio non sit actus irretactabilis, sed quod sit vinculum dissolubile, & quod possit tolli quoadcumque. Imò Alter loc. cit. firmat, quod excommunicatio est pœna, quæ secum trahit plurimam damna, & incommoda spiritalia, & temporalia, quibus non tantum anima, sed etiam corpus vexatur, ac torquetur; Unde meritò vocatur pœna maxima, & summa inter omnes pœnas.

6 Nec locum habere potest in foro Ecclesiastico, quod actus irretactabilis tunc dicatur, quando agitur de morte hominis, vel de alicujus membri mutilatione. Nam Jure Ecclesiastico non exequitur pœnam mortis, aut mutilationis. Quare sicuti in foro Ecclesiastico nulla major pœna dari potest excommunicatione, can. corripiantur. 4. q. 3. ita omnis interpretatio facienda est, ut excommunicatio recenseatur inter actus irretactabiles.

7 Eoque præcipuè, si à Sacra Congregatione super Episcopis prohiberetur Episcopo, ne contra Canonicos, vel Beneficiarios, & eorum quælibet, ad actus irretactabiles, etiam carcerationis, procedat, ponderandò, quod nullus actus irretactabilis, præter excommunicationem assignari potest, nisi præcedente carceratione.

8 Unde, dum Sacra Congregatio prohiberet, etiam carcerationem, & sine ista non potest dari alius actus irretactabilis, nisi excommunicationis, necessariò dicens, est, in dicta prohibitione, eam comprehendendi, eo præsertim si emanaret ad instantiam Canonicorum, aut Beneficiarios, & ad consulendum eorum securitati, ob carcerationes, & censuras, ad quas Episcopus contra illos procederet, & sic accipi debet interpretatio juxta supplicationem, Rota coram Crescentio decif. 8. de præbend. & coram Buratt. d. 226. num. 8. Quod quidem in interpretatione decretorum maximè attenditur, Rota coram Caputa q. dec. 75. n. 6. part. 1. coram Gregorio decif. 108. nu. 11. coram Cavalero dec. 255. n. 8. & coram Alexandro VIII. decif. 155. n. 5. passimque alibi.

9 Quare si post ejusmodi prohibitionem Episcopus proferret sententiam excommunicationis, illa est attentata, atque irrita ex defectu jurisdictionis, tanquam prolata contra formam decreti Sacræ Congregationis, Felin. in c. Cum dilecta col. 1. de rescript. Gratian. discapt. 100. num. 42. ac seqq. & Rota in Foroliviensi pecuniaria 20. Maii 1596. coram Litta apud Marchef. de commiss. part. 3. fol. 44. Quo in casu, ut deinceps provideatur indemnitati Canonicorum, aut Beneficiarios prohiberi poterit, etiam sub censuris Episcopo, vel ejus Vicario, ne tam in causis mortis, quam movendis contra ipsos procedat, nisi cum Adjuncto. Quod si executioni non demandaretur, nullatenus excusari poterunt ab attentatis, cap. tibi, qui de rescript. in 6. Cassador. decif. 2. numer. 6. de rescript. ffel. alioquin sequerentur absurda perniciosa exempli, quod scilicet auctoritas Sacræ Congregationis, ejusque decreta contemnantur, & accipiant interpretationem ad nutum Judicis inferioris. Quod sanè non est permittendum.

ET affirmativè respondeo. Ita omnes, excepto Fufcho de visit. lib. 1. cap. 2. num. 20. Hanc opinionem affirmativam præ aliis sequuntur Quaranta in suo Bullario Capitulum, Sede vacante, Azor. institut. mor. lib. 3. cap. 35. q. 14. & seqq. Barbofa de potest. Episc. allegat. 73. nu. 24. Pavin. de potest. Capital. Sede vacante q. 1. num. 45. Simanch. de Catholic. institut. tit. 25. num. 6. ac Ricc. in praxi rerum for. Eccles. decif. 609. Sequuta etiam est Sacra Congregatio Concilii, ut in pluribus declarationibus apud Barbof. de canon. & dignit. cap. 42. n. 68. & ad Concilium sess. 24. c. 3. n. 6. de reform. & Sacra Rota, ut in Pampilonensi jure visitandi coram Merlino, & in Burgenfi jure visitandi 1. Julii 1598. coram Orano tenoris sequentis.

Pampilonensi. Pro Capitulo Ecclesiæ Cathedralis responsum fuit, scilicet ipsum Capitulum, Sede Episcopali vacante habere intentionem fundatam in jure visitandi universam Diocesim, ac omnia, & singula membra, ac proinde etiam Clerum de Guipuzeta ea ratione, quia dum Ecclesia Cathedralis sua viduata est sponso, quæ ad jurisdictionem spectant, in ipsam transeunt Capitulum, cap. Cum olim, ubi Abb. n. 2. Feder. de Sen. cons. 18. n. 2. Navarr. cons. 49. n. 2. de temp. ordin. & cons. 7. n. 1. de sit. Presbyt. Rebuff. in prax. 3. tit. de devolut. n. 58. part. 1. Paris. de resig. q. 23. n. 17. & 28. lib. 8. Molin. de just. & jur. tract. 5. disp. 11. n. 5. Rota divers. dec. 1. n. 13. part. 2. & inter recent. dec. 326. n. 2. part. 1. & dec. 623. n. 4. pag. 2.

Visitatio autem Diocesis, ut potè quæ versatur, nedum ad accessum per unamquamque, si id commodè peragi potest, Ecclesiam, sed etiam in perquisitione rationum, & reformatione morum tam Cleri, quam Populi, bonos tuendo, & pravos corrigendo, aliter exercendo, ut in cap. 1. de cens. in 6. & in Sacro Concilio Tridentino sess. 24. cap. 3. cum sit actus præcipuè ad jurisdictionem perti-nens, cap. conquerrone de offic. Ordin. in 6. cap. 1. §. fin. de cens. Rota divers. decif. 196. num. 2. part. 2. & apud Cardin. Seraph. decif. 475. num. 1. & decif. 615. num. 2. & decif. 1004. num. 4. & apud Mantice. decif. 316. apud Sanctæ memoriæ Gregorium, decif. 4. num. 4. & decif. 104. nu. 2. & inter recent. decif. 168. num. 2. & decif. 346. numer. 2. & decif. 394. n. 4. par. 1. sequitur, ut defuncto Episcopo, Capitulum succedat in hoc jure jurisdictionali, & proinde munus visitationis obire possit eodem modo, quo poterat Episcopus. Et in puncto, quod, Episcopali Sede vacante, facultas visitandi Diocesim residet penes Capitulum, dixerunt Abb. cap. cum olim sub num. 2. ubi etiam Bald. num. 1. de major. & obed. Franchus post Imolam, & Geminianum in cap. 1. num. 5. Archid. in cap. Si Episcopus num. 2. de supplen. neglig. Pralat. in 6. Federic. de Sen. cons. 40. num. 1. Rebuff. in prax. tit. de devolut. numer. 65. Azor. institut. moral. lib. 3. cap. 37. q. 14. part. 2. Rota in recent. decif. 346. num. 2. part. 1. & aliàs fuit dictum in Burgenfi procuratorium 10. Martii 1597. coram Orano, & in Tudensi jurisdictionis 28. Novembris 1607. coram Sacrao.

In Burgenfi autem coram Orano ita Sacra Rota, Domini, circumscriptis privilegiis Abbatum Ordinis Sancti Benedicti, censuerunt, Capitulum Ecclesiæ Burgenfis, Sede Episcopali vacante, fundatam habere intentionem super jure visitandi, & exigendi procuraciones debitas ratione visitationis. Quia, ut inquit Gloss. in Clem. 1. §. Propter quod in v. Capituli de heret. Cum de jure communi Episcopus possit visitare, & procuraciones recipere loc. cit. de offic. Ordin. visitatio autem sit actus jurisdictionis, in qua succedit Capitulum, Sede vacante, cap. bis, quæ de major. & obed. cap. Cum olim eodem tit. sequitur, quod eo casu, Capitulum visitationis manus exercere

cere possit, & procuraciones, quæ in ejus sequelam veniunt recipere; Archidiacon. in cap. Si Episcopus num. 2. de supplen. neglig. Pralat. lib. 2. Abb. num. 2. vers. & limita, Cardin. in Clem. 1. nu. 17. ubi Vital. n. 178. de heret. Gemin. in cap. 1. de major. & obed. nu. 4. & 5. & post eum Franch. num. 5. ubi refert Joan. de Imol. dicere, hanc opinionem veriore, Federic. de Sen. conf. 16. num. 2. vers. undecimo quæro cum allegatis. Hanc verò potestatem visitandi, Sede vacante, nedum Capitulum habet respectu generalis visitationis; qua visitari consuevit Civitas, vel Diocesis, sed etiam respectu particularis, quæ potest institui contra certas personas, suborta præcedente diffamatione, Bonif. in Clem. 1. num. 177. & segg. Vel quando datur quasi Sedis Episcopalis vacatio, ut potè Episcopo ab hostibus, Paganis, Schismaticis, vel Hæreticis capto, cap. Si Episc. de supplen. neglig. Pralat. in 6. & ita conclusum, &c.

5 Hæc Sacra Rota. Nec obstant, quæ adducit Faschus loc. cit. Nam ad illud, quod Capitulum, Sede vacante, non succedat in voluntaria Episcopi jurisdictione, & quod jus visitandi sit jurisdictionis voluntariæ, respondeo, jus visitandi non ad voluntariam, sed contentiosam jurisdictionem pertinere, quia redditur in invitum, & subditi illam impedire nequeunt, & superior visitare tenetur cap. Sopita 14. de cons. can. relata in fin. 10. q. 1. & in specie Abb. in cap. cum olim num. 2. de major. & obed.

6 Ad illud verò, quod successori notabilem in modum præjudicetur, respondeo, id negando. Quia potius successor ab onere sublevarur. Nec expectandus tardus, ac ferus nimis successor, ut mores subditorum corrigantur; sed servandum est tempus pro visitatione à Concilio Tridentino statutum Reipsa monita adhuc recordor carminum nostri Ovidii lib. 1. de remed. amor.

Principis obsta, sero medicina paratur,
Cum mala per longæ invaluere moras.
Vidi ego quod fuerat primo sanabile vulnus,
Dilatatum longæ damna tulisse moras.

CONSULTATIO CXXIV.

An, & quatenus exemptio à jurisdictione Ordinarii concedenda sit, etiam tunc Capitulo, aliisque. Quænam sint lites affectatæ, calumniosæ, iniustæ? Quænam sævitia ad id requiratur? Alia.

Exemptionis petende causa legitima videtur rationabilis suspicio atrocis sævitie tyrannicæ adhibite contra Capitulum, de qua plures actus deduci debent. Vel causa litium jamdiu accretimè versantium, præsertim si respiciant jurisdictionem, nullo precio æstimabilem juxta l. Julian. §. non enim, ff. sig. omiff. caus. test. Gonzal. super reg. 8. Cancellar. §. 4. proem. num. 29. Cavaler. decis. 612. num. 61. Et quidem respectu sævitie passim concedi tradunt Roland. conf. 18. num. 8. & conf. 40. num. 32. lib. 4. Lotther. de re benefic. lib. 1. q. 24. nu. 32. Guidopap. dec. 62. ubi Adden. v. atrociter, Cassad. decis. ult. num. 4. de privil. Rota decis. 280. num. 5. part. 5. recent. & decis. 238. numer. 29. part. 7. Et propter lites animadvertunt Staphil. de liter. instit. tit. de rescript. in for. Breviis §. Indultum nu. 10. Patif. de resignat. lib. 7. q. 11. nu. 7. Gabr. de judic. concl. 4. num. 31. Caputaq. decis. 612. n. 4. part. 2. ac Rota dist. decis. 280. nu. 3. & 6. ubi testatur de stylo Signaturæ, & Sacræ Congregationis. Saltem verò dari poterit Adjunctus, quoad actus irretractabiles, sicut facillimè ob solum fumum suspensionis consuevit hoc indulgeri ex traditis à Staphil. loc. cit. in cap. utrum autem valeat n. 2. Mandol. de Commiss. super Commiss. deput. Adjunct. Marchel. eod. tract. part. 2. §. 2. tit. de Iudic. suspic. num. 40.

2 Hæc clara sunt, verumtamen, ut clariora reddantur præter alibi à nobis dicta pro subditis, hæc addimus pro superioribus. Aut petitur exemptio à jurisdictione ob lites, quæ ad versus Ordinarium à subditis promoventur aut ex eo quod Ordinarius in exercenda jurisdictione malè se gerat.

Si primum exemptio non est concedenda. Quia nimis à jure abhorret, subditos à jurisdictione superioris eximere propter lites, & idèd signaturam, ubi sola proponatur formido sævitie propter lites, lacerare preces exemptionem petentis, vel ad summum, si deur aliquis vehementis fumus consuevisse rescribere Judici controversiam civilis, ut confitido de sævitia, inhibeat, testatur Lotther. loc. cit. num. 30. cum segg. & ante eum Mendos. in tract. de inhib. quæst. 104. sub num. 4.

Multoque magis neganda videtur, ubi ratio præteriti temporis admonet plures lites promotas, & quidem magni momenti Ordinarium æquo animo sustulisse, & maxime si lites recentes sint affectatæ, calumniosæ, ac iniustæ, Marches. de commiss. avoc. caus. à nu. 71. Nam si indiffinitè, atque promiscuè ob causam litium daretur exemptio, facillè subditus procuraret lites contra Superiorem, ut exemptionem obtineret, easque diutius pro viribus consereret, ac protraheret. Quod non esse ferendum, firmat Rota decis. 6. de præben. num. 5. coram Cassadoro.

Suntque lites affectatæ, & calumniosæ, si per plures sententias, sive decisiones Rotales fuerint definitæ. Rota decis. 7. num. 2. de dol. & contum. coram Cassador. Vel si absque ullo fundamento juris exciterent, Lotther. loc. cit. lib. 2. q. 20. n. 96. Bisign. decis. 2. de rer. permitt. Quo in casu in nulla profus habentur consideratione, ac si non adessent, Rota d. decis. 7. de dol. & contum. & decis. 2. num. 2. de rer. permitt. ibique Adden. sub lit. A. v. lites motis. Et sufficeret, quod ante hac plures calumniosæ lites fuerint excitatæ, Decian. conf. 10. num. 41. & 42. vol. 1. Novarr. de gravam. vassal. pral. 7. numero 9. tom. 1. Maitrill. decis. 263. num. 15. lib. 3.

Si autem secundum, debet doceri Ordinarium tyrannicè se gessisse, & tunc neque deveniendum est ad exemptionem, nisi præcedente monitione, ut Ordinarius se corrigat, vel ut instituat novum Vicarium, qui meliùs se gerat, Roland. conf. 40. lib. 32. nu. 4. cum aliis per Lotther. d. q. 24. num. 31. Nec docetur sævitia, si ve probatur ex simplici carceratione, sed requiritur carceratio iniusta, & atrox, ut per Guidop. d. decis. 62. num. 2. ibique Adden. Vivian. decis. 447. num. 17.

Quare petentes eximi ab Ordinarii jurisdictione nullo pacto id debent obtinere, nisi subsistente legitima causa, ut firmatur in l. nunc. C. si quacumque prædictus potest §. 1. ibique Doctores, Faber. in l. offic. ff. de offic. Proconsul. & legat. Rosenthal. de feud. cap. 10. §. 85. litera A. Petr. de potest. Princ. p. cap. 8. num. 84. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 3. fol. 289. num. 1. & segg. Schrader. de feud. tom. 2. part. 9. cap. 6. num. 61. & segg. & ex causis iniustis, Felin. in cap. Cum non liceat in princip. de rescript. Anton. de Pret. in chyp. Pastor. cap. 4. n. 4. Roman. conf. 37. num. 1. Giurb. conf. 66. num. 25. Maitrill. d. decis. 263. num. 11. lib. 2. ac in specie sævitie, requiritur sævitia maxima per modum tyrannicum, Lotther. d. q. 24. n. 39. Rota decis. 280. num. 3. & 8. part. 5. recent.

Unde sævitia non probaretur, si fuerint carceribus mancipati nonnulli Canonici, quia sibi arrogarunt jurisdictionem privandi aliquos Canonicis distributionibus, quam cum non haberent commiserunt delictum gravissimum pœna dignum, Bellug. in spec. Princip. rubr. 22. n. 15. Guidopap. q. 423. post num. 2. Farinac. q. 114. nu. 6. & segg. ubi de Magistratu excedente limites suæ jurisdictionis, Maitrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 2. num. 20. cum segg. In his enim concursus singulorum, vel majoris partis omnino requiritur ex dispositione juris communis in l. Item si nuu §. 1. l. in tres, l. sicut ff. de arb. l. duo ex tribus, ff. de re judic. l. Cum Magistratus, C. quando provoc. non est necesse, Ludovic. à Saravia de jurisdic. Adjunct. qu. 31. num. 19.

Neque probaretur ex intrusione Canonici in carceres pro sumenda criminis alicujus informatione, si recusaret, tanquam testis crimen depouere. Hoc enim casu poterit arbitrio Judicis in carceribus retineri, Farinac. quæst. 74. num.

num. 41. & segg. Clarumque est, quod Testes, sive Clerici, sive laici possint compelli, etiam testimonia per Judicem Ecclesiasticum ad perhibendum testimonium veritatis coram eo, juxta cap. 1. cap. super eo, cap. pervenit 1. & 2. cap. Cæterum, cap. cum contra de testib. cogen. ubi Pontifex testificari recusantibus beneficii Ecclesiastici privationem, & excommunicationis sententiam minatur, sive in causa civili, sive in criminali juxta veriore opinionem Ostiens. in cap. dilectorum eodem tit. quæ est usu recepta, ut testatur Foller. in prax. canon. v. testibus, Clar. in §. fin. num. 19. Farinac. q. 78. num. 116. Genuens. in prax. Curia Archiepisc. Neapol. c. 9. nu. 1. Guazin. defens. 14. cap. 11. num. 1. & 23. Idque, etiam si quis teneretur juramento non revelandi delictum, cum certum sit ad crimen detegendum, testem, non obstante juramento, compelli posse, d. cap. pervenit. Juramentum enim non obligat in illicitis, Oldrad. conf. 259. num. 9. Gutier. de jurament. par. 1. cap. 38. num. 14. & Guazin loc. cit. ubi quod non tenet juramentum de non revelando, quando id, quod revelari queritur, est delictum.

10 Atque hæc, & hujusmodi alia relinquuntur prudenti Judicis arbitrio ad pendendam sævitiam, ac lites propositas, an atroces, an calumniosæ, an fuitiles, an iniustæ sint. Porrò causa exemptionis remittenda est ad Rotam, si in ea lites pendean inter partes, ut per Mandos. in dist. tract. de inhib. qu. 104. num. 9. ac ita rescriptum legitur apud Achill. decis. 16. nu. 1. de privileg. Et consuevit Sacra Congregatio articulum exemptionis ad illam remittere, ut servatum fuit in Gerundet. si exemptionis in dec. 108. part. 5. recent. & ad stipulantur tradita de observatione signaturæ, per Lotther. lib. 1. q. 24. nu. 42. Eòque magis cum pro ipsius legitima decisione requiratur ordo judicarius, ut ex Constitutione 74. Sixti V. ibi, Causas item, & controversias, &c. præter cas, quæ Concilio Tridentino interpretacionem exigunt, vel ordinem judicarium re ipsa requirunt, examinent. Et generatim respondendum est, non esse locum petite exemptioni, cum iniustis de causis petatur, Roman. conf. 37. nu. 1. ibique Adden. v. rescript. & Felin. in cap. cum non liceat in princip. de rescript.

CONSULTATIO CXXV.

In Synodo Diocesana decernitur, quod ille Archiepiscopus cum suis Capitulo, & Clero, qui esset antiquior in possessione Archiepiscopatus, qualibet contradictione cessante, præferatur. Huic Constitutioni tam Episcopus, quam dicti Archiepiscopi, atque Canonici utriusque Capituli suis propriis, & aliorum Canonicoꝝ absentium nominibus se subscripserunt, & in actis dictæ Synodi referri voluerunt. Quæro, an hujusmodi Constitutio justinetur, ut obliget successores ex eo, quod non sit confirmata à Sede Apostolica?

1 Respondeo, sustineri, ac obligare successores. Siquidem dictus Archiepiscopus antiquior habet intentionem fundatam in præfata Constitutione Synodali, quæ præsumitur usu recepta, nisi contractum probetur, Cardinalis Mantica loquens de Constitutione Synodali, præferente antiquiorem decis. 115. num. 2. Constitutiones enim Synodales ligant omnes existentes intra Diocesim, Seraph. decis. 813. num. 2. prout in durioribus, quod similes Constitutiones attendi debeant, non autem jus commune, tradit Gonzal. ad reg. 8. Cancellaria gloss. §. 1. num. 18. Buratt. decis. 852. num. 3. & 4. Concurrere maxime observantia nedum præsumptiva, sed etiam vera, & positiva, resultante ex præcedentis observatis, & subséquitis ad favorem illius, qui pro tempore erat antiquior,

2 Idque præsertim, si non solum à dicta Constitutione non fuerit appellatum, nec reclamatum, prout per annum à prima illius publicatione appellari potuisset, Rota decis. 107. num. 23. sed fuerit de communi Partium consensu accepta, & approbata, necnon demandata executio.

tioni, ex quo, attenta observantia cum cursu annorum triginta à tempore dictæ Constitutionis, subintrat præsumptio confirmationis Apostolicæ, Rota decis. 107. nu. 24. part. 7. recent.

Quinimò cum dicta Constitutio emanata pro remotione litibus, & controversiis, ut in illa exprimitur, sapiat naturam transactionis, subintrat doctrina, quod Constitutio, quæ transit in contractum, non potest amplius renunciari in præjudicium eorum, quibus est ex illa jus quæsitum, ut in hac specie tradit Cardinalis Cavalerius decis. 45. num. 2.

His accedit, quod hæc Constitutio non potest redargui de injuria. Etenim alternando antiquiorem Archiepiscopum pro tempore existentem unius, vel alterius dictarum Ecclesiarum, neuter potest dici læsus, ut in his ferè terminis ait Rota dec. 36. num. 1. coram Seraphino, novumque non est, quod inter Ecclesias pro evitandis scandalis, litibus, & controversiis admittantur hujusmodi turni ex Gonzal. loc. cit. §. 4. proem. num. 31. & gloss. 45. nu. 43. ac 56.

Nec agitur de subijciendo alteri unam ex dictis Dignitatibus, & Ecclesiis, sed de modo conveniendi, ac sedendi in Synodo, quo in casu ad effectum obligandi successores, nequidem requiritur auctoritas Superioris, Rota coram Seraph. d. decis. 36. & latius in Conferina præcedentis 6. Junii 1618. coram Dunozerro, cujus hæc est decisio.

Lite mota ab anno 1550. &c. Hoc posito visum fuit Dominis, Rectores, & Parochianos Sancti Gregorii non satis justificasse injuriam concordie, aut læsionem, ex eo, quod asserunt, transactionem inter Patres initam super re purè Ecclesiastica sine confirmatione Sedis Apostolicæ, non sustineri ad hoc, ut liget successores, cap. veniens de transact. Caputaq. decis. 165. num. 1. part. 5. Idque, eo magis, quia hæc materia præeminentiæ censetur magni præjudicii, Put. decis. 449. nu. 4. lib. 2. & decis. 6. lib. 3.

Responsum enim fuit, non fuisse tractum super tali subjectione unius Ecclesiæ alteri, sed super modo incedendi, & conveniendi in processibus, quo casu non requiritur Superioris auctoritas, ut ligentur successores per Textum expressum in cap. fin. de pact. in 6. & ibi Doctores, & præcipuè Franch. num. 2. vers. ultimo nota, ubi decisum fuit, similes concordias, etiam sine Sedis Apostolicæ, ac superiorum licentia factas, inviolabiliter esse servandas, dummodo sint licite, & honeste, quia talia pacta non disponunt de alienatione jurium, aut subjectione Ecclesiæ, sed modum adhibent honestæ administrationi d. cap. fin. & in simili controversia respondit Rota coram Seraphino decis. 36. per eos, sic Rota.

Præterea cum dicta Constitutio emanaverit inter Archiepiscopos, & eorum Capitula, valida est, etiam si ex ea læderetur valida ex dictis Ecclesiis, Gemin. conf. 129. num. 2. Præcipuè verò, si concurrat præscriptio quadragenaria cum titulo dictæ Constitutionis, quæ etiam inter Ecclesias omnem remouet difficultatem, Cravetta. conf. 10. num. 10.

CONSULTATIO CXXVI.

An, & quatenus congrua Parochialis semel assignata, sit augenda? Et ad quæ onera teneatur Vicarius Parochialis perennis?

1 Ad primum. Regula certa est, quod congrua semel assignata non est augenda. Ita Gregor. decis. 429. num. 2. ibique Additionator cum aliis decis. 48. nu. 2. part. 13. & in Barchinonensi Congruæ decis. 218. nu. 6. coram Cardinali Mathæio par. 18. recent.

Limitatio autem, quando est ita tenuis, ut Vicarius mendicare cogatur, ultra quod comprobari id debet ex probatione reddituum, saltè per decennium, computato anno sterili cum fertili ex Rota decis. 189. num. 4. part. 1.

diversis & coram Bichio decis. 152. nu. 21. & super excre-

7 Ad secundum. Et juris conclusio, quod Vicarius per-

8 Hinc populus instare poterit, quod Rector principalis

9 Et certe sicut Episcopus solus tenetur refarcire suam

10 Tenetur item ipse Rector refarcire domum habitatio-

An, & quatenus legatum dotis pro Moniali à T. sta-

D Eberi puella extraneæ, statuendum puto. Prædi-

Atque adeo præferenda est, tanquam à Testatore præ-

Hæc autem prædilectio desumenda est ex conjecturis,

iniquitatis, altera lenitatis criminis subiecta est. Iocrates

Ex Patribus Sanctus Ambrosius plerumque ait, amici

Ex legumlatoribus autem sunt, qui pluris existimant

Ἡ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀγάπης καὶ ἐπιεικείας εἶδος,

Latinè autem, Si quis forsitan amicus sit, gratiusque, bonusque

Et hæc quoque ex eo sulciuntur, quod licet id, quod

Quinimò sunt, qui tradant, quod amicitia superat

ibi, quod licet appellatione filiorum non veniant filii

Ut jam mirum non sit, quod plerique censuerunt,

Si pater puellæ extræ assiduo conversabatur cum Te-

Si Testator patri ejusdem puellæ opimum legatum re-

Si dicta puella extera fuerit à Testatore levata è Sacro

Si speciali nominatione dicta puella extera fuerit à

Curt. jun. *conf.* 161. n. 4. Cravet. *conf.* 77. n. 12. & *conf.* 809. n. 15. *versus* dilectio plane, & affectio vehementior ex nominatione speciali arguitur, Menoch. d. *presumpt.* 16. n. 4. ac fuscè Fular. de *substat.* d. q. 468. n. 13. & post alios Simon de *Pre. de interpret. ult. vol. d. lib. 1. fol. 65. n. 19. & lib. 3. fol. 336. n. 4. vers.* Item magna nominati in specie, quam in genere, Castill. *lib. 3. c. 5. n. 25.* Quæ dilectio comprobaretur, si Testator huiusmodi legatum dotis voluerit in codicillis illud extendi ad filias nascituras sui amici. Ex hac enim reiteratione, ac geminatione dispositionis resultat vehementis affectionis præsumptio juxta celebrem Textum in l. *Balista. ff. ad Trebell.* Bursat. *conf.* 180. n. 43. *Surd. conf.* 73. n. 64. ac Rota *decis* 568. n. 2. par. 1. & *decis* 377. n. 3. par. 4. *recens. lib. 2.*

13 Si electores, & exequutores testamentarii prætulere in dicto legato dictam puellam extrinsecam consanguineis Testatoris, tanquam specialiter nominatam, & magis dilectam, quod valde attendendum est, cum ad exequutores spectet testatoris voluntatem declarare, Bald. *consil.* 467. n. 2. *lib. 1. & consil.* 259. *lib. 4.* cum aliis per Mantice. *de conjectur. lib. 2. tit. 1. n. 20.* Simon de *Pre. lib. 1. fol. 9. n. 16. & solut. 7. fol. 9. n. 16. & solut. 7. fol. 21. ac Rota decis* 365. n. 2. par. 5. *recens.*

14 Atque hæc conjecturæ, non quidem seorsim, sed conjunctim considerandæ sunt ita, ut una alteram coadjuvet, & vicissim roborata testatoris mentem demonstrant, Rota *decis* 6. n. 32. par. 5. & *decis* 310. n. 48. par. 6. & *decis* 69. n. 62. & *seqq. par. 2. recens.*

15 Ac ita, ut non obitaret, quod ista præcederent ubi res esset integra, non autem si facta fuerit electio, in qua puella externa fuit postposita consanguineis, præsertim si dicta puella non haberet legitimam ætatem, ad quam, cum pervenerit, non potest electio retractari, cum consanguineis jus sit quæsitum, Spin. *in spec. testam. gloss. 4. n. 70. & seqq.* Gonzal. *ad reg. 8. glof. 5. in princip. n. 127.* Gratian. *ad decis. March.* 598. n. 3. & 4. cum aliis.

16 Nam, præterquam quod Spinus, Gonzal, & Gratianus, prout etiam Perez, à Spino allegatus *lib. 1. ordin. tit. 6. lib. 1.* loquuntur expressè, quando Capellania fuit assignata, sive ad eam præsentatus fuit institutus, & actus perfectè consummatus. Unde quod sufficiat, qualitatem Sacerdotii intervenire tempore collationis, tradunt Ceval. q. 693. n. 20. Guttier. *conf.* 1. n. 15. Valenzuol. *conf.* 25. n. 13. dicentes, quod per electionem fuit jus quæsitum, moti ex eo, quod illud tolli non potest. Unde requiritur, quod venerit tempus electionis, prout requiritur, quod venerit tempus successionis, quando queritur de habilitate Molin. *de primogenit. lib. 1. cap. 13. n. 37.* Cavalier. *loc. cit. numer. 1.* Et proinde ex ipsa electione constet ex retractu hæreditatis non extitisse pecunias sufficientes pro dicto legato, sequitur electionem habere tractum successivum, & fuisse collatam in tempus futurum, quo introitus sufficienter, Rota *decis* 213. n. 4. par. 2. *divers.* Marefcott. *lib. 1. var. cap. 45. n. 7. & 8.* Rota in Viterbiensi Castroium 23. Maii 1635. coram Cocchino, adeo, ut sufficiat qualitatem adesse secundum tempus verbi, *lin delictis. §. 2. ff. de noxal.* Cravet. *conf.* 212. n. 7. Rota coram Buratt. *dec.* 12. n. 4. Et tempore, quo persona potest, ac debet admitti, *cap. ei, cui de praben. tit. 6. Guttier. d. conf. 1. n. 15.* Ex quo attenditur tempus, quo dispositio sumit effectum, *l. cum, qui ff. de iurisdic. omni. judic. cum aliis per Menoch. præsumpt.* 201. n. 9. *lib. 4. & Giovagn. resp.* 78. n. 8. *lib. 1.*

17 Quare si puella externa compleverit ætatem duodecim annorum, erit habilis ad habitum Monachalem suscipiendum ex dispositione Concilii Tridentini *sess. 25. de regular. cap. 17.* juxta declarationem ejus Sacra Congregationis, solumque à Concilio exigitur ætas sexdecim annorum ad profitendum, non autem ad habitum regularis susceptionem, ad quam sufficit ætas duodecim annorum. Habilitas enim requiritur tempore electionis ex Buratto in allegata *decis. n. 8. & 9.* atque adeo illa in admissione erit præferenda, ex quo testator voluit, electio-

nem fieri tempore, quo dos esset in promptu, & eveniret casus eligendi: Unde tempus adjectum electioni dicitur esse de forma, & specificè, atque ad litteram est adimplendum, *amb. qua supplicatio,* ubi Doctores *C. de precib. Imper. offer.* Decian. *resp.* 77. n. 16. *lib. 4. Castil. de conse. ult. volunt. cap. 45. n. 37. cum seqq. ubi n. 43. & 44.* quod tempus determinato modo prolatum alterius temporis non recipit functionem post Bald. & Seraphin. *de privileg. juram privileg.* 74. n. 57. *Altograd. conf.* 46. n. 43. & *seqq.* ubi quod tempus formam inducit, quæ mutari non potest, alias per mutationem qualitatis temporis mutaretur substantia dispositionis.

Adeo, ut ipsa electio supplantativa habentium jus eligendi, veniente casu, non sit attendenda, vel intelligatur, rebus sic stantibus, non superveniente ante casum habilitate puellæ extrinsecæ, *l. Cum quis in princ. ff. de solut. l. Quod servitus. ff. de condit. ob caus. Tiraquelan l. si unquam in præf. n. 167.* Honded. *conf.* 111. n. 50. *lib. 2. & Gurd. decis.* 45. n. 17. Et in specie, quando nominatio fit ante casum, non tribuere jus nominato, quia dicitur inutiliter, & ante tempus fieri, tradit *Surdus conf.* 264. n. 34. quem sequitur Rota in Gienensi Capellaniz 23. Martii 1620. coram Innocentio Decimo, quæ fuit confirmata mente Junii ejusdem anni coram eodem, ubi quod propterea potest revocari per Textum in *l. si unum ex familia sub initio. ff. de legat. 1. Crot. consil.* 11. n. 36. ubi alii. Ut enim electio sit valida, debet fieri juxta mensuram præscriptam, nec sustinetur, quando executor excedit fines sui mandati, & abutitur potestate sibi tradita, ut per Mantice. *de conjectur. lib. 3. tit. 1. n. 8.* & per Rot. in Romana dotium de Matthæis 17. Decembris 1584. coram Bubalo, & in Romana electionis coram Buratto *decis.* 129. n. 2. Nam in Testamentis voluntas Testatoris dominatur *l. in conditionibus. ff. de condit. & demonstrat. §. disponunt, auct. de nupt. & l. Cum questio in fin. Cod. de leg. Mantice. de conjectur. lib. 3. tit. 3. n. 3. ac Peregr. de fideicom. art. 40. n. 45.*

Quæ quidem voluntas post obitum Testatoris, necessitate elicienda est ex conjecturis, *l. licet. Imperator. ff. de legat. 1. l. Cum jurium, Cod. de fideicom. Rota par. 2. recens. dec.* 703. n. 1. Et illæ non solum desumuntur ex serie testamenti, Rota *decis. n. n. par. 1. recens.* sed etiam ex dictis, & gestis antea, & post testamentum, *Ruin. conf.* 92. n. 5. *lib. 2. Soccin. jun. conf.* 32. n. 12. *lib. 4. cum adductis à Surdo conf.* 412. n. 66.

His accedit, quod si amittenda esset prælatio consanguineorum Testatoris usque ad quintum gradum, inanis esset vocatio puellæ extrinsecæ. Est autem sumenda omnis possibilis interpretatio, ne dispositio reddatur inanis, Curt. jun. *conf.* 2. n. 9. & *conf.* 129. n. 37. *lib. 3. Cravet. conf.* 135. n. 25. ac Fular. *de substat. q. 320. n. 18.*

CONSULTATIO CXXVIII.

An Sacra Religio Hierosolymitana privilegium habeat, ne cause ab Insula Melitensi avocentur? Quid si ageretur de Regalibus, ac de bonis pyratum capto à Christianis? Quid si Magistratus, ut aiunt, dell' Armamento, nolit cognoscere causas, easque remittat ad Judices, ut vocant Castellania? Potestas Tribunalis Armamenti. A remissione cause, an detur appellatio? Castellania Tribunal quale? Cause fiscales ubi agitando?

RESPONDEO cause omnes activæ, & passivæ inter Clericos seculares, sive Regulares, aut inter ipsos, & laicos, debent in quacumque instantia cognosci, ac terminari usque ad tertiam sententiam definitivam per Judices Melitæ à Magno Magistro deputatos, atque adeo remittendæ sunt ad Curiam Melitensem, rejectis commissionibus Partium. Nam Religio Hierosolymitana gaudet privilegio, ne causæ ab Insula Melitensi avocentur. Illud concessit Martinus Quintus, alii- que Romani Pontifices, præcipuè Pius Quartus in

sua Constitutione nona §. 1. 8. & 56. & refertur à Crefcentio *decis.* 16. propè medium *tit. de privilegiis.* Cùmque huiusmodi privilegium sit à Sede Apostolica concessum ex causa onerosa belli sacri contra hostes christianæ fidei, observandum est, nec Pontifices solent ei derogare, ut latissimè firmat Decian. *conf.* 51. n. 45. & *seqq. lib. 3.*

2 Præsertim autem, si agatur de regalibus, ut si bona sint pyratum, capta à christianis sine conflictu bellico, quo in casu bona spectant ad Principem, non admittes, Franch. *decis.* 268. n. 3. Castill. *decis.* 107. n. 60. & fuisse decisum ita, ut amplius non dubitetur in Regno Neapolitano, tradit Fulvius Constant. in *l. 1. n. 135. C. de Class. lib. 11.*

3 Ac ita, ut non obstat, si Magistratus Armamenti nolit cognoscere huiusmodi causas, sed eas remittat ad Judices Castellania. Nam à remissione causæ non datur appellatio, Rota *decis.* 1. *de offic. deleg. in novis.*

4 Et remissio esset iustissima. Quia licet Tribunal Armamenti habeat facultatem cognoscendi causas inter privatos ratione artis pyratice, secus autem est in casu, quo prætenditur à fisco Magni Magistris non potuisse christianos bona pyratum prædari, sed ad ipsum pertinere navigia, sive exploratoria, sive ab hostibus relicta, & sine ulla pugna occupata. Hoc enim casu ob interesse fisci coram Judicibus fiscalibus causâ tractanda est, sive is reus sit, sive actor *l. 2. Cod. si adversus fiscum, l. 2. & l. fin. Cod. ubi causa fiscales, Bald. in l. cum eorum n. 7. Cod. de sent. & interl. alicque communiter.* Etiam in tertia instantia, nec potest ad Curiam trahi, *dicit. l. 2. & dicit. l. fin. ac l. 3. C. de bon. vacan. Fatinac. par. 1. fragm. v. Fiscus n. 180. & seqq.* ac ita disponitur etiam in dicta Constitutione Pii IV. §. 1. & 56. & regulariter nec causæ fiscales alterius Principis ad Curiam trahi, & committi in Rota, quæ solum causas civiles cognoscit inter privatas personas, non autem principaliter de crimine, sicut nec de causis fiscalibus, quæ habent suos particulares Judices, coram quibus debent terminari.

5 Neque ii possunt allegari suspecti ratione commodi, sive interesse Religionis. Nam huiusmodi prætextus contra Judices fiscales nil penitus relevare docet quotidiana praxis, ac etiam theoretica, quæ sancitur in *l. si quis adversus, Cod. ubi causa fiscales,* ibique Doctores.

6 Ac ita etiam, ut non obstat, quod Castellania sit Tribunal laicum, si agatur de interesse fisci, & lis sit introducta contra laicos. Quo in casu debet sive Clericus, sive eques Hierosolymitanus adire Tribunal competentis reo, atque adeo Tribunal laicum, ut disponitur in *cap. si Clericus laicum de for. comp.*

7 Ac præterea si agatur de crimine ex spolio vi armata secuto contra primum occupatorem, & sic de pena *l. Si quis in tantum, Cod. unde vi, Fatinac. de furt. q. 175. n. 1. & 45.* quæ pena habet locum, etiam si spoliator credat id jure proprio facere potuisset, *Abb. conf.* 100. n. 4. par. 1. *Fatinac. d. q. 175. n. 54. & seqq.*

CONSULTATIO CXXIX.

An, & quatenus Vicario Apostolico debeatur integrum salarium, quomodo inferriat per substitutum?

1 Affirmativè cenfeo respondendum. Nam ut ei debeat integrum salarium satis est, quod inferriat per substitutum, dum incriminatus alius Vicarius non fuerit deputatus, nec Episcopus duplici onere salarii prægravatus, etiam si nulliter facta fuisset substitutio juxta notata in *l. Titio 36. ubi bartol. n. 2. ff. ad municip. Bald. in l. non dubium. §. n. 25. ff. de legib. & alibi.* Et tunc Vicarius substitutus non dicitur verus Vicarius, sed vicesgerens, aut Locumtenens, Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 43. q. 3.*

2 Quinimò, etiam si nullo modo alium substituisset, si tamen abfuerit ex licentia, aut jussu vocatus à Superiore, adhuc pariter ei debetur integrum salarium, Tom. X.

dum abest licito commætu, Caphal. *consil.* 71. n. 12. *lib. 1. Ronchag. in l. nemo est n. 29. & seqq. ff. de dubius reis, Gratian. decis.* March. 200. & *discept.* 166. n. 1. *Amat. decis.* 52. *Novar. de elect. & variat. for. lib. 2. q. 35. n. 13.*

Cessatque difficultas, si substitutio valde facta fuerit vigore Brevis Apostolici Vicario concedentis facultatem substituendi in casu necessitatis, quem casum evenisse, licet conditionalem non cogitur probare, prout cogeretur persona privata, fundans se in eventu conditionis, in quibus terminis loquuntur plures Auctores. Quando quidem standum est Judicis assertioni, quod venerit casus necessitatis subdelegandi absque alia probatione; ut ex veriori, & magis communi sententia, rejectis contrariis, testatur Menoch. *conf.* 17. n. 11. *lib. 1. & de arbit. lib. 1. q. 76. n. 16.* Et in terminis de subdelegante ob causam absentie tradit Barbofi. in *collec. jur. canon. cap. 3. n. 3. de offic. deleg.*

Et quatenus cogeretur necessariam absentiam probare, liquidissimè illa probaretur ex Superioris jussu. Jussa enim Principis, & Superioris necessariam inducunt absentiam, Gratian. *disceptat.* 868. *numer. 14.* prout etiam munus datum à Principe pro Republica *l. 1. C. quibus ex caus. major. Ronchag. in d. l. nemo est numer. 3. ubi, multos constipat.*

Nec refragatur, quod necessitas non possit dici magna, & præcisâ, si alius æquè idoneus poterat à Superiore deputari. Nam, licet hoc verum sit, quoad Superiorem, qui utique multos alios poterat æquè idoneos invenire, non id comprobatur quoad Vicarium præcipuè vocatum. Nam quoad ipsum necessitas dicitur ugens, ac præcisâ eo ipso, quod à Superiore fuit vocatus, prout est in Canonico, qui factus fuit à suo Episcopo Vicarius. Nam licet ad id munus obeundum plures alios æquè idoneos potuissent invenire, nihilominus quoad ipsum legitimè à servitio Ecclesiæ dicitur abesse, ac durante officio etiam in absentia fructus lucratur, & Garz. *de benefic. part. 3. cap. 2. n. 357.* Rota *decis.* 133. n. 16. coram Durano. Idemque est, si Canonicus inserviret Episcopo, & si aliorum Canonicorum servitio æquè benè uti posset, Garz. *d. c. 2. n. 345 & seqq.*

Minus refragatur, quod necessitas ad hunc effectum consideratur tantum in casu infirmitatis, vel rationabilis absentie ad modicum tempus, ut per Seraph. *decis.* 1033. n. 2. & alios apud Garz. *loc. cit. p. 5. c. 8. n. 150.* Nam jì loquuntur in Vicario electo ab Episcopo, habente, vel non habente facultatem substituendi, non autem in Vicario Apostolico, habente in suo Brevis huiusmodi facultatem. Vicarius enim Apostolicus, qui habet substituendi facultatem, longè majorem, & ampliorem habet in substituendo facultatem, quam Vicarius ab Episcopo constitutus, cum ille dicatur à Summo Pontifice delegatus ad universitatem causarum, hic verò ab inferiore, ut rectè Paris. *consil.* 80. n. 22. *lib. 4. & Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 31. n. 1. & 5.* Gratian. *discept.* 106. n. 29. ac 30. & *discept.* 111. n. 56. ubi quod Vicarius Episcopi, à Papa constitutus, habet omnes qualitates, quæ ipsi Episcopo insunt, & propterea sit æqualiter honorandus, & *num. seqq.* differentiam inter unum, & alterum latissimè prolequitur.

Cum autem ex jure communi in absentia necessaria, & privilegiata non respiciatur ad longum, vel modicum tempus, sed ad durationem officii, & legitimam absentie causam, ut ait Textus in *l. Sicuti 38. §. i. in d. d. ff. ex quib. caus. major. idèd substituendi facultas, à Papa concessa, regulari non debet à modico tempore, sicuti in illa ab Episcopo concessa, sed à duratione causæ substituendi, & absentie juxta terminos juris communis.*

CONSULTATIO CXXX.

Quomodo pacto Episcopi olim eligebantur? An sit jus divini, ut Populus in Episcopo eligendo suffragium ferat?

Quomodo aliqua Civitas cognoscatur esse Germanica, atque adeo quod illius Capitulum Ecclesiasticum gaudens privilegio eligendi suum Episcopum? Electio Episcopi ex jure antiquo, ad quos pertinebat, & nunc pertinet? Ubi aliqua de investituris Episcopatum.

AD primum. Certum omnino est, Apostolos auctoritate accepta à Christo Domino in sui locum Episcopos elegerunt, & creasse. Nam singuli eorum idoneos præfecerunt Ecclesiarum Pastores, qui ex Urbano II. in *can. quorum vices dist. 63.* dicuntur Apostolorum locum tenere. Deinde verò primis Episcopis, quod creaverunt Apostoli, vita functis, totum jus eligendi, & creandi Episcopos ad Romanum Pontificem pertinuit, tanquam ad Successorem Petri, cui data est à Christo summa potestas in totam Ecclesiam. Et hoc est, quod ait Nicolaus II. scribens Mediolanensibus per Petrum Damianum Legatum suum. in *can. omnes d. 22. Omnes sive Patriarchii cujuslibet apices, sive Metropolitani primatus, aut Episcopatum Cathedralis, vel Ecclesiarum cujuslibet Ordinis dignitates instituit Romana Ecclesia.*

At verò primis illis Ecclesie temporibus post Apostolos, expressio, vel tacito Romanorum Pontificum consensu electiones Episcoporum fiebant. Nam scientibus, & non repugnantibus, nec aliud statuentibus Romanis Pontificibus, cum jure possent, Clerici cujusque Ecclesie Cathedralis in unum simul convenientes unum quemdam in Episcopum nominabant, designabant, eligebant.

In hac porro nominatione, designatione, & electione non semper idem mos, & usus est retentus. Aliquando enim Clerus simul, & Populus nominabant, designabant, eligebant, & offerrebat ex Cypriano *epist. 2. ad Antonianum lib. 4. in can. factus 7. q. 1.* Ex Gelasio Papa ad Philippum, & Geruntinum Episcopos in *can. plebs Dyrentis*, ex Stephano Papa ad Romanum, ex Nicolao Papa ad Joannem Ravennates Archiepiscopos, & Pelagio Papa ad Julianum Episcopum Grumentinum *dist. 65.* Aliquando populus quidem petebat, ac postulabat Episcopum, Clerus verò eligebat ex Leone Papa ad Rusticum Narbonensem Episcopum *epist. 90. alias 92. cap. 1. in can. Nulla d. 62.* Aliquando & ipse populus non solum petebat, sed etiam nominabat, & designabat, Clerus verò eligebat *dist. can. nulla.* Aliquando etiam Episcopus sibi adiutorem adscivit, quem postea successorem nominavit, vel morti vicinus Episcopum in sui locum successurum designavit ex Joanne Tertio ad Episcopos Germanie, & Gallie *epistola unica cap. 2. in can. Si Petrus 8. quest. 1.* & ex S. Augustino *epist. 111.* Aliquando Clerici eligebant, populus verò nominabat, & Principis requirebat assensus ex Divo Gregorio ad Joannem Episcopum primæ Justinianæ Illyricæ *lib. 4. epist. 15. sive cap. 59. in can. Quia igitur ex eodem ad Joannem Subdiaconum epist. 30. sive cap. 69. lib. 2. indict. 11. in can. Quanto.* Ex Pelagio Papa ad Laurentium Episcopum Centumcellensem in *can. principali*, ex Leone Quarto ad Lotharium, & Ludovicum Augustos in *can. Reatina*, & ad Ritam Comitissam in *can. Nobis*, & ex Stephano Papa ad Guidonem Comitum in *can. lectio dist. 63. ex Innocentio III. in cap. Quod sicut de elect.*

Tandem canonica est sanctio decretum, ut soli Clerici Episcopum eligerent, laicis penitus exclusis ex Hadriano Secundo in octava Synodo Constantinopolitana sub ipso celebrata in *can. Nullus*, ex eodem in eadem Synodo *act. 1. in can. Hadrianus*, ex Concilio Laodicensi *cap. 13. in cap. non est*, ex Concilio Martini Papæ *cap. 1. in cap. non licet dist. 63.* ex Gregorio Septimo in generali Synodo *cap. 1. & 2. & lib. 6. regest. ejusdem in can. Si quis deinceps 16. quest. 7.*

Ad extremum tota Episcopum eligendi facultas ad Canonicorum Collegium redacta, & devoluta est ita, ut soli Canonici, exclusis non solum laicis, sed etiam cæteris Ecclesie Clericis, quamvis beneficiariis, Episcopum

eligerent, quæ lex, & consuetudo in Ecclesia duravit per Germaniam, Galliam, Angliam, Poloniam, Italiam, & Hispaniam, quæ postea lex, Romanorum Pontificum auctoritate est abrogata, & jus nominandi, designandi, offerendi, ac præsentandi Episcopos datum est imperatoribus, Regibus, atque Principibus eorumdem Romanorum Pontificum nutu, & assensu. Unde nunc Hispanie Reges Episcopos nominant, designant, eligunt, & offerunt Romano Pontifici, ut eos in Ecclesiis instituat. Idem jus habent Reges Gallie, ac Polonie, solum per Germaniam vetus consuetudo in Ecclesiis servatur, in quibus Canonicorum Collegium Episcopum nominat, designat, & eligit, electus verò Romani Pontificis auctoritate confirmatur.

Nec itaque inficiamus veterem ritum, ac morem Episcopos eligendi, quo plebe præsentate, imò & ipsius suffragis aliquando eligebantur. Nam in Africa illum morem esse observatum constat ex electione Eradii successoris Sancti Augustini, de quo extat epistola ejus 150. In Græca ætate Sancti Chrysostomi ex libro ejus 3. de Sacerdotio. In Hispaniis ex *epist. Sancti Cypriani ad Clerum ac Plebs in Hispania constantes*, de Basilide, & Martiale, quæ est *epist. 68.* & ex Sancto Isidoro *lib. 2. de offic. Ecclesiast.* In Galliis ex *epist. Celestini Papæ Romæ quoque ex epist. 87. Sancti Leonis.*

Quæ quidem eligendi Episcopi ratio usque ad Sanctum Gregorium Magnum, ut constat ex ejus epistolis, imò & ad Caroli Magni, & Ludovici Pii Imperatorum usque tempora perduravit. Hi enim cum novis Regnum, atque Imperium legibus stabilirent, & confirmarent, in hunc modum de Episcoporum electione sanxerunt, teste Sigonio *lib. 4. de Regno Italia; Sacrorum Canonum non ignari, ut Dei nomini Sancta Dei Ecclesia suo liberius possit honorare, assensum Ecclesiastico Ordini præbent, ut Episcopi per electionem Cleri, & Populi secundum statuta Canonum de propria diocesi, remota personarum, & munerum acceptione, ob vita meritum, & sapientia donum eligantur, ut exemplo, & verbo sibi subjectis usquequaque prodesse valeant.* Ex quibus perspicitur, Carolum Magnum aut non habuisse unquam jus eligendi Episcopos, aut si habuit, id juris habuisse privilegio Romani Pontificis, & eo privilegio postea sua sponte cessisse.

Extat canon Concilii Toletani in *can. qui in aliqua dist. 51.* in hæc verba: *Sed nec ille deinceps Sacerdos erit, quem nec Clerus, nec populus propria civitatis eligit, & can. nulla dist. 72.* ex decreto Leonis Papæ dicitur: *Nulla ratio sinit, ut inter Episcopos habeantur, qui nec à Clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, can. Hadrianus dist. 63.* habetur, Hadrianum Pontificem Carolo Regi tradidisse jus, & potestatem eligendi Episcopos, & Archiepiscopos per singulas provincias, ipsi subjectas ita, ut nisi ab eo laudarentur, & instituerentur, à nemine sacrentur, quam Episcopi institutionem, investituram vocarunt, eamque annulo dato, & porrecto baculo perfici voluerunt. Idem jus concessit Leo VIII. Othoni I. Imperatori, ut habetur in *can. in Synodo d. dist. 63.* An autem hæc duo decreta, ut Gratianus citavit, veritatem habeant, sunt qui dubitant. Meo tamen judicio cum ea decreta sumptis ex Sigiberto Monacho, qui in hac re deceptus est, hic Gratianum decepit.

Porro concessum est jus nominandi, vel petendi Episcopum plebi, ne, invitis ovibus pastor traderetur, & ut probaretur eorum testimonio, quibus dabatur, & ut magis amaretur, & coleretur ab his, quorum precibus, & votis fuerat postulatus, Carolo, & Ludovico, ac Othoni primo Regibus tributum est jus Episcopos nominandi, ad lites, & diffidia Clericorum, & populorum tollenda.

Præterea constat ex Gratiano *dist. 63.* per aliquot Canones, & ex Concilio Laodicensi *can. 12. & 13.* & ex Græcis Synodis à Martino Bracharensi Præfule collectis *can. 1. & 2.* & ex citata Sancti Leonis epistola, electionem Episcoporum ad plebem minimè pertinere. Leo enim singulorum in electione officia distinguit, requirit vota civium,

civium, testimonia populorum, electionem Clericorum, electio per subscriptionem, nominatio verò, postulat, vel designatio voce tantummodo fieri solebat, & Henricus Quartus Imperator sibi usurpaverat jus eligendi Episcopos, & Archiepiscopos; At Leo Nonus, & Gregorius Septimus ejusmodi jus Ecclesie restituerunt, ut scilicet Clerus, & Populus Episcopos nominarent, & eligerent legibus sanxere. Idem constituerunt Alexander Secundus ante Gregorium Septimum, & Paschalis Secundus post eundem Gregorium, teste Sigonio *lib. 7. de Regno Italia.*

Tandem electio Episcoporum à tempore Gregorii Septimi devoluta est, aut revocata ad Clerum, deinde ad Collegia Canonicorum, eaque consuetudo, ut constat ex decretis Innocentii Quarti Gregorii Decimi Nicolai Tertii, & Bonifacii Octavi de *elect. in 6.* duravit multis seculis, imò usque ad Clementem Quintum, ut patet ex ejus Constitutionibus in Concilio Viennensi editis de *elect. in Clementinis.* Postea verò datum est Romanorum Pontificum auctoritate Regibus, tanquam Ecclesiarum patronis, jus nominandi, designandi, & offerendi Episcopos, ab ipso Romano Episcopo instituendos. Ex quo factum est, ut Episcopi Regum, & Principum aulam, & Curiam sequantur. Testibus item Innocentio in *d. cap. quod sicut de elect. cap. super his de accusat. & Abbate in cap. 1. de elect. & cap. cum inter eodem tit.* Princeps debet certior fieri de morte Prælati, antequam ad electionem procedatur.

Ad secundum Hæretici contendunt, juris esse divini idque colligere conantur ex quibusdam sacrarum litterarum locis, & ex Sancti Cypriani, & quorundam aliorum, Patrum testimoniis. Sed constans, & vera est omnium Catholicorum sententia, jus eligendi Episcopum nequaquam esse à Christo Domino Plebi datum, liberum tamen Ecclesie reliquissimè, ut ipsa quod magis expedire judicaret, in hac parte decerneret. Quare Ecclesie in hac re postea pro varietate temporum, personarum, & rerum varium morem servavit. Quibusdam enim Principibus, bene de Republica Christiana meritis, privilegium dedit, ut ipsi Episcopos nominarent, designarent, quo quia illi paulatim abuti cœperunt, meritò illud amiserunt. Sic etiam aliquando permisit, ut populus unà cum Clero Episcopum nominaret, & eligeret, quod tamen jus deinde ob varia incommoda jure est abrogatum, Non igitur divini juris est, ut populus, vel nominet, vel postulet, vel designet, vel eligat, vel offerat, sed totum hoc est in libera Ecclesie potestate, & arbitrato relictum.

Nec refragatur Sanctus Cyprianus *epist. 68.* inquit; *Diligenter de traditione divina, & Apostolica observatione observandum esse, & tenendum, quod apud nos quoque, & ferè per Provincias universas tenetur, ut ad ordinationes ritò celebrandas ad eam plebem, cui Præpositus ordinatur, Episcopi eisdem Provincia proximi quinque conveniant, & Episcopos eligatur, plebe presente, quæ singulorum vitam plenissimè novit, & uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit.* Idque colligit Cyprianus tum ex electionibus in veteri testamento factis, tum etiam ex his, quæ in novo memorantur. Nam *Act. 1.* sic est Matthias in Iudæ locum Apostoli substitutus, & Paulus, ac Barnabas in Evangelium Dei segregati, imò etiam septem Diaconi electi, *Act. 6.*

Nam ex his omnibus colligitur tantummodo id factum fuisse, non tamen jure divino sic fieri oportere. Nec enim quidquid Christus, vel Apostoli fecerunt, id fieri ab aliis jussurunt. Et cum ait Cyprianus, id traditione divina esse servandum, nomine traditionis non jus intelligit, sed ritum, & morem, qui factò ipso ad tempus servatus est, tum in veteri Hebræorum populo, tum etiam initio Apostolicæ Ecclesie surgentis.

Ad tertium. Ante Regulas Cancellariæ Apostolicæ spectasse electionem Episcopi ad Canonicos constat ex *cap. bona memoria 23. cap. Cum Wintonensis 25. cap. dilect.*

titu 32. cap. ne pro defectu 4. & cap. in veteri 52. de elect. & cap. cupientes 16. cap. Si eo tempore 45. eodem tit. in 6. Et in Germania, ut diximus, adhuc perdurat hujusmodi dispositio, & de Ecclesia Bisuntina testatur Cardinalis Tufchus v. *Bisuntina Civitas concl. 99.*

Regula igitur Cancellariæ reservans omnes Ecclesias Cathedralis, videtur non habere locum in hujusmodi Ecclesiis, cum concordatum fuerit cum Imperatore, ac Principibus inclyte Nationis Germanicæ, & Nicolao Quinto ex ejus Constitutione prima §. 3. ut in *Metropolitans, & Cathedralibus fiant electiones Canonice, & sic ubi vigent concordata, cessat virtus dictæ Regulæ, Brander. ad eadem concordata q. 6. n. 2. Cochier. ad d. reg. num. 2. ac Rot. decis. 250. num. 5. par. 7.*

Quod autem aliqua Civitas, saltem quoad Episcopatum, sub sit Concordatis, liquere potest ex eo, si Episcopus habeat jus sedendi in Comitibus Imperialibus, ut Princeps Imperii, seu tradunt non pauci, & ex descriptione Germaniæ, ac Rumelino ad Auream Bullam, ubi de Civitate Bisuntina, prout etiam Dux Burgundia intervenit, uti Princeps Imperii ex *Gail. de arrest. cap. 6. num. 11. & Bisuntium ex hoc esse Civitatem Imperialem, ait Borrel. de præstant. Regis Catholici cap. 46. num. 383.*

Atque ita, ut non relevet, quod beneficia alicujus Civitatis prætendantur subjecta reservationibus. Nam quidquid sit de hac re, id non videtur obstare. Quia cum Episcopus sit Imperii Princeps, & in Comitibus Imperialibus locum habeat, uti pars Germanicæ Nationis, poterit gaudere hujusmodi prærogativa licet loca, quæ non sunt subjecta Imperio, non gaudeant, ut scitè ratiocinatur Ioannes Vvamortius *c. 255. n. 10. post in it.* & in una, eademque diocesi potest esse, quod serventur concordata quoad loca Imperio subjecta, & quoad ea, quæ sunt extra Germaniam non serventur, ut fusi tradit Zypens *lib. 3. tit. de præben. consult. 6.* ubi signatè *col. pen. post. med.* advertit, non esse inconveniens, ut concordata serventur in capite, non autem in membris ex differentia ista, quatenus sint de corpore Imperii Germanicæ, vel extra illud.

Probatque observatio, an & in quantum accepta fuerint concordata, ut optime admonet idem Zypens *lib. 3. jur. Pontific. tit. de in sit. n. 11.* & Paulus Christianus *decis. 358. num. 16. lib. 1.* Est etque observatio clarissima, si Episcopus à principio concordatorum semper fuerit electus à Canonicis.

Nec obstaret, quod aliquæ provisiones factæ sint à Summis Pontificibus, nisi probetur, quod factæ non sint in casibus exceptis à concordatis, ut per mortem Cardinalium, qui est casus exceptus in dicta Constitutione Nicolai §. 2. in casu nullitatis electionis, ut fuit provisio de Ecclesia Bisuntina tempore Urbani VIII. qui pariter est casus exceptus §. 3. nec non per viam coadjutorie cum consensu Capituli, quo casu non mutatur status, etiam si esset simpliciter facta provisio. Quia semper intelligitur sub tacita conditione, quatenus non dissentiat Capitulum, Dec. *cons. 126. num. 4.* Rota coram Verello *decis. 189. n. 2. par. 3.* Est enim trita conclusio, quod provisiones Pontificis statum non mutant, Seraph. *decis. 799. num. 3.* cum aliis apud Merlin. *decis. 61. numer. 7. & decis. 421. num. 2. par. 4. recent.*

CONSULTATIO CXXXI.

An Episcopo excommunicato, vel Archiepiscopo, qui habet jura Episcopalia, possit aliquis eligi in Vicarium Capitularum?

Hæc questio videtur decidi Glossa in *c. 1. v. ipsius de off. Vicarii in 6.* ubi expressè tradit, Episcopo excommunicato, jurisdictionem devolvi ad Summum Pontificem. Hanc opinionem tenet etiam Sylvest. in *sum. v. Vicarius n. 4.* pro qua citatur Textus in *cap. 1. de supplen. neglig. Prælat. in 6.* At revera in eo textu solum disponitur, non devolvi jurisdictionem ad Archiepiscopum. Ex hoc enim non restè inferitur, devolvi ad Summum

Pontificem, cum possit dici, quod devolvatur ad Capitulum.

Melius cenfeo probari opinionem Glossæ per Textum in cap. Si Episcopus de supplen. neglig. Pralat. in 6. ubi, licet statuatur, quod Episcopo capto à Paganis, vel à Schismaticis, jurisdictionio non devolvatur ad Archiepiscopum, sed ad Capitulum, additur tamen, donec per Sedem Apostolicam, cujus interest, sunt verba Textus, Ecclesiæ providere necessitatibus, super hoc per ipsum Capitulum, quam citò poterit consulendam, aliud contigerit ordinari. Vnde patet, quod mens hujus textus est, ut Capitulum non succedat in jurisdictione, nisi per modum provisionis, ne, donec Pontifex sit certior factus, & provideat, Ecclesia sine Rectore permaneat.

Ex paritate rationis id ipsum puto esse dicendum in casu excommunicationis, quo tempore dicitur Ecclesia quasi vacans, ut per Ostiens. in summ. lib. 3. ne Sed. vac. aliq. in nov. num. 2. Sicut etiam dicitur in casu Textus, dum Episcopus est captivus, Gloss. ibidem vers. Sed Capitulum, & in utroque casu jurisdictionio Episcopi impedita, non abdicata, aut extincta remanet.

Constitutio id auctoritate Ostiensis in d. cap. 1. n. 18. de supplen. neglig. Pralat. ubi facitur, nullam esse rationem, cur Episcopo excommunicato jurisdictionio non debeat devolvi ad Archiepiscopum, nisi solâ Pontificis voluntas, aliter situerentis.

CONSULTATIO CXXXII.

An, & quatenus Collegium mulierum emittentium votum castitatis, & obedientie, consecratur licitum? Quid si fuerit ab Episcopo visitatum? Quid si fuerit concessa indulgentia? Earum dotes quatenus sint eis egruentibus restituenda? Quid si Collegii Constitutiones decernant, quod hujusmodi mulieribus deficientibus, dos acquiratur Collegio? Alia in hanc rem non pauca.

Cenfeo Collegium hujusmodi esse illicitum, & nulliter erectum tam ex dispositione juris communis, quam ex Constitutionibus Apostolicis. Vnde mulieres, quæ illud ingrediuntur, non obligantur votis, & juramentis in illo perseverare, nullaque alia obligatione tenentur, ut per Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 4. n. 11. & 14. Suarez de relig. tom. 3. lib. 2. cap. 16. n. 15. & seqq. ac n. 22. cum duobus aliis, ac Pelliz. in manual. Regular. tom. 1. tract. 1. cap. 2. n. 16.

Quod autem hujusmodi Collegia sint illicita ex dispositione juris communis, probatur, quia licet in l. 1. ff. de colleg. illic. permittantur illa, quæ sunt Religionis causa, ex quo Textu hujusmodi Collegia defendit Cyriac. contr. 504. n. 36. hæc tamen dispositio juris civilis est correctæ à jure canonico, vigore cujus hodie prohibentur fieri quicumque ordines, & quicumque Congregationes, sive Collegia tam virosum, quam mulierum prætextu Religionis, ut advertit Abb. in cap. fin. num. 2. de Relig. dom. quem commendat Suarez loc. cit. n. 13. Et generatim quod hujusmodi Collegia, Congregationes, & instituta sunt absolutè prohibita, nisi à Summo Pontifice approbentur, tenet Abbas in cap. nullus num. 11. de for. competent. & consil. 55. num. 1. lib. 1. ac firmant Lessius, Pellizzarius ibidem, & Pasqualig. in addit. ad Laurent. de Franch. de contr. inter Episcop. & Regular. par. 2. numer. 2. Theaur. in prax. par. 2. v. Religiosi cap. 4. ac Suarez d. numer. 22. ubi reprobat Cardinalem, & Felinum.

Ratio autem id prohibendi fuit nimia confusio, ac periculum, quod oriebatur ex varia, & multiplici institutione Religionum, quæ sanè ratio aquè militat in Ordinibus, & Collegiis, si non approbentur à Sede Apostolica. Nam possent facile ab eis errores admitti, & fideles decipi; ac institui modus aliquis vivendi saluti animarum noxius, & Ecclesiæ perniciosus. Quod eruitur ex dist. cap. fin. de relig. domib. & ex cap. unie. eodem tit. in 6. ubi Pontifex non solum prohibet Religiones, sed etiam Ordines,

quod nomen latius patet, ut proinde non solum comprehendat Religiones, sed etiam Congregationes, & Collegia, licetè alioquin verum statum religionum non habeant, ut ponderat Suar. d. n. 22. & 23. Pelliz. d. num. 16. estque expressum in Clem. 1. de relig. domib. ubi Ioannes XXII. damnat quasdam mulieres, quæ similem Congregationem facere præsumperant.

Quare hodie ad hujusmodi Collegiorum erectionem, non solum ex dispositione Sacri Concilii Tridentini requiritur Ordinarii licentia in scriptis, quæ constare debet, ut per Laurent. de Franch. loc. cit. num. 510. Rotam in Toletana manutentionis 7. Februarii 1656. coram Meltio §. sed nullitas, & in Romana hæreditatis 28. Aprilis 1659. coram eodem §. hinc cessat, ubi in his terminis ait, quod qui præsupponit, nihil disponit circa præsuppositum. Vnde ad hunc effectum non relevat, quod Episcopus fuerit declaratus protector Collegii, nec quod illud visitaverit, nec quod exploraverit puelliarum voluntates, quodque receperit earum renunciations. Nam sunt actus præsuppositivi erectionis, qui circa illam disponunt. Et quod ex visitatione facta per Episcopum, non inferatur ad approbationem, & perit Text. in cap. fin. vers. illas quoque de stat. Monach. Nec creditur asserenti, quod in erectione intercesserit beneplacitum Apostolicum ore tenus concessum. Quia in materia, quæ solet expediti per Breve, standum non est assertioni juxta l. prohibendum, Cod. de jur. fisco. l. probatorias, Cod. de divers. offic. lib. 12. ac l. unie. Cod. de mand. Princip. ibique Bart. n. 1. & Bald. num. etiam 1.

Sed etiam requiritur copulativè licentia Sedis Apostolicæ, ita ut non sufficiat una sine alia, ut tradunt Doctores magis communiter, præcipuè Rodriguez tom. 1. quest. regul. 35. art. 7. Ricc. dec. Cur. Archiepisc. Neapol. p. 4. dec. 168. Campanil. in divers. jur. canon. n. 12. cap. 13. n. 80. qui reprobat Sorbium, & alios, contrarium assertentes, Barbof. de potest. Episc. alleg. 28. num. 4. & in collect. ad Concil. Trident. Lezana in summ. quest. regul. par. 1. cap. 9. num. 1. Tambur. de jur. Abbatis. disp. 33. q. 1. n. 6. & de jur. Abbat. tom. 3. disp. 5. q. 1. n. 3. Novat. in singular. nov. juris Pontif. concl. 1. alias 10. & seqq. Pelliz. in man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 7. sect. 2. n. 92.

Ac ita etiam sapientiè declaravit S. Congregat. Concilii, & super Episc. & Regular. servatque in praxi Curia Romana, & rejecta dec. 745. p. 2. rec. firmat Rota in Cracoviensi foundationis Monasterii 19. April. 1649. & 20. Junii 1650. coram Celfo, & in Casaraugustana foundationis Conventus 18. Martii 1657. coram Bevilacqua, & 12. Novembr. ejusdem anni coram Meltio, & in Toletana manutentionis 7. Febr. 1656. & in Romana hæreditatis 28. April. 1659. coram eodem, & 4. Februarii 1658. coram Cerro.

Nam Concilium Tridentinum nihil aliud decernit, nisi quod de cætero similia loca non erigantur sine licentia Episcopi, quæ verba, cum nullam contineant taxativam, quod illa sufficiat, neque sint incompatibilia cum licentia Summi Pontificis, utique non potest censeri derogatum dispositioni Sacrorum Canonum, qui illam requirunt, cum ad hunc effectum necesse sit, quod lex posterior contineat expressam abrogationem legis anterioris aut aliquid incompatibile cum ea contineat, alias nunquam dispositio legis prioris extinguitur juxta doctrinam Felini in c. 1. n. 19. de constit. & in terminis respondet Rota in Januensi privilegiorum 24. Januarii 1648. coram Royas nec subsistit, & in dicta Cracoviensi foundationis Monasterii 1649. & in dicta Casaraugustana. §. neque obstat. Quæ ratio non fuit perpensa recentioribus, qui contrariam opinionem sequuti sunt.

His accedit alia ratio, quod Urbanus VIII. in sua Constitutione 25. in qua annotavit Constitutiones Clementis VIII. & Gregorii XV. prohibet fundari nova Monasteria, Collegia, & domus, nisi de expressa Ordinarii licentia, & servata in omnibus, ac per omnia Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini forma, nec non Prædecessorum Pontificum Constitutionibus, Ex quibus verbis patet,

patet, ipsam omnino voluisse concursam licentiæ Pontificis, requisitæ à Sacris Canonibus, & licentiæ Ordinarii, requisitæ à Concilio Tridentino dum Sacrorum Canonum & Sacri Concilii Tridentini formam servari mandat, ut notat etiam Lezana tom. 4. qu. regul. v. Monasteria num. 4. Pelliz. in manual. tom. 2. sect. 2. numer. 89. & 92. & eque Rota in citata Casaraugustana §. Et aperit coram Bevilacqua, & coram Meltio neque ex 10. & in d. Cracoviensi coram Celfo.

Ex hæc autem Constitutione tollitur difficultas, an hujusmodi Collegia comprehendantur in prohibitione Urbani. Nam in illa prohibetur fundario non solum Monasteriorum, sed etiam Collegiorum, & quorumcumque Ordinum, & Institutorum, aperteque id constat ex Bulla suppressionis omnium Congregationum Iesuistarum edita ab eodem Urbano sub anno 1630. in qua supprimit & extinguit omnes Congregationes mulierum, quæ sub nomine Iesuistarum Collegia, & Domos instituerant, & exererant, prohibetur in futurum erigi, liberans omnes à vinculo cujuscumque voti, & juramenti, & à quacunque alia obligatione, illisque concedens facultatem discedendi cum suis bonis, ac de illis disponendi etiam inter vivos, & transmittendi ad hæredes ad intestato, non obstantibus votis, & juramenti. Quæ quidem Constitutio cum sit munta clausula sublata, & decreto irritante, impedit, ne possit aliter judicari, Rota decif. 180. num. 2. part. 2. recent. & decif. 62. num. 7. & 8. par. 6. & decif. 107. num. 5. par. 9. tom. 1. & in Casaraugustana coram Bevilacqua & in d. Cracoviensi coram Celfo.

Nec dubitari potest, quin dicta Constitutio comprehendat etiam Italiam, cum Urbanus VIII. in præmio profiteatur, se ruoveri ex hujusmodi Congregationibus, etiam in Italia erectis, ibi: In nonnullis Italia, & Ultramarinis partibus. Et quamvis dicat aliàs mandasse Nuncio interiori Germaniæ, ut provideret, non tamen ad illam se restringit, sed loquitur etiam de aliis Ordinariis ibi: Apostolica Sedis in partibus inferioribus Germaniæ Nuncio, & nonnullis locorum ordinariis. Et in fine indistinctè mandat, d. Constitutionem executioni demandari ab omnibus quilibet existentibus, ibi: Quocirca venerabilibus fratribus, ac dilectis filiis nostris, & Apostolica Sedis Nunciis, necnon Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis ubilibet existentibus per Apostolica scripta mandamus, ut sciam &c. Quæ verba peripetua sunt, & cum ratio sit generalis, restringi non potest, imò extendit legem ad omnes casus sub ratione comprehensos, Cephal. conf. 96. n. 26. Mascard. de general. interpr. concl. 5. num. 27. & in his terminis Suarez d. cap. 16. n. 22. & 23.

Non obstat Cyriac. d. contr. 504. Nam loquitur cum suppositione, quod erectio Collegii sit valida, & loquitur de dote applicanda Collegi per mortem naturalem mulieris ingressæ. Quare si mulieres ex Collegio nulliter erecto, se transferunt ad Monasterium, validè erectum, pro emittenda professione in ord. ne religioso, ac regulari, non impediuntur transferre secum bona sua, maxime attenta Constitutione Urbani id concedentis: Nam Pontifex id facere potest, etiam quando egrediuntur è primo Monasterio, in quo validam professionem emiserant; ergo multò magis quando non emittitur professio, vel illa est nulla, & invalida, ut in hoc casu ex cumulatè per Capyc. Latr. decif. 193. num. 7. & 8. p. 2. Neque in hoc casu locus esse potest questioni multum agitata, an monialis ab uno ad aliud Monasterium translata, recuperet dotem, in qua magis communiter negant Doctores, ut legere est apud Tambur. de jur. Abb. disp. 21. qu. 7. Donat. tom. 3. tract. 4. qu. 19. §. quo nos etiam tom. 1. Ea potissimum ratione, quia dos datur sub conditione professionis. Vnde ea sequuta irrevocabiliter acquiritur Monasterio, quæ ratio cessat in hoc casu, cum non dato Monasterio validè fundato, nequit dari professio legitima. Aliàs enim sequeretur hoc absurdum, quod hujusmodi mulieres quæ non tenentur in Collegio perseverare, vo-

luntq; perfectiorem vitam eligere in Monasterio Sanctimonialium, ut Urbanus Octavus suader, non possunt id exequi, cum Monasterium non debeat eas recipere sine dote, ut de transeunte ait Barbof. de jur. Eccl. l. 1. n. 44. n. 76.

Minus obstat Constitutio hujusmodi Collegii. Quia non obligant, etiam si consideretur Collegium, uti laicale. Quia Constitutiones Collegii laicalis ligant solum, quatenus aliquis in Collegio manet, non autem postquam discedit, & in eo amplius nolit permanere, ut per Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 4. n. 11. Pelliz. loc. cit. tom. 1. tract. 1. cap. 1. n. 10.

Idque etiam Constitutio dicat, quod deficiente aliqua Virgine, dos remaneat apud Collegium. Nam hæc Constitutio non obligaret, si facta non sit à Collegio licito, neq; à Sede Apostolica approbata, & casu deficientiæ intelligitur de obitu per textum in l. qui duos §. 1. ff. de man. num. testam. & probat Mantic. de constit. lib. 11. tit. 6. n. 1. subestque ratio quod ita solum Constitutio fuerit intellecta, cum dotes dentur respectivè ad alimenta, quæ à loco recipiuntur. Vnde si virgo è loco egreditur, prout egredi potest, dum ex jam dictis non est adstricta votis, par est, quod suam recuperet dotem, cessante causa, quæ secundum Cyriacum d. contr. 504. n. 51. est, ut Collegium toto tempore vitæ Virginis eam alat.

Minus etiam obstat, quod Constitutio Urbani, requisitens copulativè beneplacitum Apostolicum & approbationem Ordinarii, loquatur solum de Monasteriis regularibus, ideoque non sint trahenda ad hunc casum. Nam verba illa §. 1. nova Monasteria, Collegia, Domus, sunt apta ad comprehendendum etiam hujusmodi Congregationes, ut in specie, quod sub illis comprehendantur etiam Congregationes Seculares post Navarium, & Cespedem, probat Donat. in praxi tom. 1. p. 2. tr. 1. de Monast. dist. 9. n. 20. ubi etiam adducit resolutionem S. Congregationis.

Imò facilius reprobanda esse loca mulierum erecta sine auctoritate Apostolica, & ordinaria, cum non sint secundum aliquam ex Regulis approbatis, habetur ex cap. perniciosam 18. quest. 2. ex cap. ne nimia de relig. domib. & ex Clem. ult. ubi Gloss. v. approbare de stat. Monach. ac fuscè probat Donat. in prax. tom. 3. tit. de Monast. Montal. tr. 1. qu. 1. & 2. ubi non comprobatur quorundam opinionem, qui tenent, toleranda esse, dummodo fuerint erecta cum licentia Episcopi, quod adversatur Constitutionibus Gregorii IX. Pii V. & Urbani VIII. qui vehementius damnat mulierum cætus auctoritate privata, & de facto institutos, jubetque perpetuè supprimit, & extingui cum absolute à quibuscumque votis;

Repetitio itaque dotis in hoc casu pender ab eo, an Collegium hujusmodi sit licitum anve illicitum. Si est licitum, dos semel data, reperi non potest, imò Virgines tenentur in illo usque ad mortem permanere, ut rectè in his terminis repetitionis dotis ex hoc capite, quod Collegium sit licitum respondit Cyriac. loc. cit. n. 36. & seq. Si verò est illicitum dos, & res omnes datæ intuitu ingressus restituendæ sunt. Quia Collegio illicito dari, ad donari non potest, l. Collegio C. de hered. instit. l. Cum Senat. 21. ff. de reb. dub. & Bart. in l. 1. C. eodem.

Quod autem hujusmodi Collegia sint illicita, probatur ex eo, quod Cætus mulierum, specialiter non approbatus à Papa, reperitur damnatus ab Innocentio II. in d. can. perniciosam 18. qu. 2. his verbis: Perniciosam, & detestabilem consuetudinem quarundam mulierum, quæ licet neque secundum Regulam B. Benedicti, neque Basilii, aut Augustini vivant, Sanctimoniales tamen vulgo censerit desiderant, aboleri decernimus, à Pio V. Constit. 8. §. 2. & tradit ad rem Pelliz. de Monial. tit. 3. tr. 10. cap. 1. n. 5. Mirand. in Manual. tom. 1. qu. 35. art. 4. & tit. 3. de Monial. art. 4. §. ex quibus, Bonifacii Octavi verbis, Donat. in prax. rer. regular. pag. 4. tr. 17. qu. 3. num. 5. ac seqq. Lezana in summ. tom. 2. cap. 14. n. 29. ubi refert decretum Sacr. Congregationis super Episcopis, & Regularibus de mulieribus, ac Virginibus, quæ collegialiter vivunt, in quo decernitur, quod hujusmodi mulieres omninò subiaceant Con-

Constitutioni B. Pii V. cujus decreti verba ipse Lezana declarat n. 38.

Præsertim si Virgines non vovent paupertatem, sed professionem emittant cum solis votis castitatis, & obedientiæ. Ex hoc enim Collegium est prorsus illicitum. Quia in citata Constitutione Beati Pii V. statuitur, quod mulieres Tertiarie in Congregatione viveant moneantur ab Ordinariis, & Superioribus, ut votum solemne emittant, quod si non emisserint, non possint ullam aliam in futurum admittere. Ex quo videtur mentem Pontificis fuisse, quod penitus extinguantur hujusmodi mulierum Congregationes, votum solemne non emittentium, & ita etiam declaratum à Sacra Congregatione sub anno 1596. refert Piafac in sua praxi. Imò cum hic modus profitendi cum solis votis castitatis, & obedientiæ, non cohereat alicui regulæ, sive Religioni approbatæ, novam formam Religionis præferat, atque adeo subintrat dispositio textus in cap. ult. de relig. domib. in quo ita etiam decernitur: Ne hinc Religio diversitas gravem in Ecclesiam Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cetero novam Religionem inveniat, sed quicumque ad Religionem converti voluerit, unam de approbatis assumat. Concinit textus cum Glossa in cap. un. eod. tit. in 6.

Collegium igitur mulierum est illicitum, si non est approbatum à Papa, si non servat clausuram, si non emittitur in eo votum solemne.

CONSULTATIO CXXXIII.

An obliget decretum Synodale, quo mandatur, ut Sacerdotes, & Clerici certis diebus in Ecclesiam conveniant ad horas canonicas, divinaque officia publice recitandum, aliasque Ecclesiasticas functiones exercendum?

Affirmative respondendum puto, si extet consuetudo, ad quam inducendam sufficit decennium, Abb. in cap. fin. n. 11. de consuet. Garz. de benef. p. 9. cap. 4. n. 12. & in his terminis Rota decis. 365. num. 4. p. 2. recent. cum non sit contra jus, sed potius illi, ac juri divino sit conformis, tendatque in augmentum cultus Divini. Id enim deducitur ex psalmo 67. In Ecclesiis benedicite Deo, & aperte tradit Innocent. in cap. 1. n. 1. de celebrat. Missar. Turresc. in can. fin. n. 2. in 2. & 3. conclus. ubi in terminis de consuetudine, & num. 3. & 4. conclus. ubi multis rationibus probat, decentius esse, quod officium divinum recitetur in Ecclesiis, quam Domi, quod prosequuntur Albert. Ferrar. de horis canon. num. 54. Sor. de just. & jur. lib. 10. q. 5. art. 3. vers. hoc ergo differt, inquit, Clericos ex sua primæva institutione esse deputatos Ecclesiarum servitio, & art. 4. in 3. conclus. ait, templa ad hoc extructa, destinataque esse, ut in illis horæ canonicæ celebrentur, sicut & Missarum solemnia.

Hinc Episcopus suo statuto non potest obligare Clericos ad horas canonicas publicè recitandas, nisi ad sit consuetudo, Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 37. dub. 9. nu. 46. maxime autem si nullum beneficium Ecclesiasticum habeant. Vnde necesse est probari hanc consuetudinem, l. 1. ibique Gloss. v. probatio, & Bartol. num. 3. C. que sit longa consuetudo, nam consuetudo est quid facti l. De quibus. ff. de leg. quæ autem sunt facti non præsumuntur l. in bello §. fratres ff. de capt. & possim. recurs. l. quæcumque §. fin. ff. de public. Rota decis. 11. n. 5. p. 1. coram Caputaq. ac Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 4. n. 1. & seqq.

Certum igitur est, neque jure communi, neq; consuetudine universali Clericos, præsertim minorum Ordinum, ratione sui gradus ad horas canonicas non additngi, quia nondum sortiti sunt statum inter Ecclesiæ Ministros, possunt enim matrimonio jungi. Si tamen in aliqua Diocesi esset generalis consuetudo, quæ per modum legis sit recepta, ibi tenerentur, ut docet Medina C. de orat. q. 7. Imò nec Episcopus suo præcepto, vel statuto potest id inducere. Quia quod Ecclesia universalis relinquit liberum, non potest Episcopus particularis in sua Ecclesia

facere præceptum, nisi in ea Ecclesia sit peculiaris ratio, alioquin facile fieret, ut nimium gravarentur subditi, si non solum Pontifex, sed etiam singuli Episcopi possent onera perpetua imponere. Et quia omnes ordines descendunt à Summo Pontifice in totam Ecclesiam, Ergo ad illum solum pertinet disponere de functionibus, & obligationibus, quæ ratione Ordinis imponuntur. Et tandem quia alioquin non posset servari uniformitas, quæ tamen multum facit ad Ecclesiæ decus, & unionem. Hinc etiam fit, ut Episcopus non possit statuere de ætate, vel temporibus ordinationum.

Unde licet olim habentes simplex beneficium Ecclesiasticum, tenebantur ad residentiam cap. final. de rescript. in 6. Gloss. in Extravag. execrabilis de præbend. & in Extravagan. Ioannis XXII. v. Ecclesiastica, Sbro. de ver. & perfect. Clerici lib. 2. cap. 44. Paris. de rescript. lib. 1. qu. 10. c. 36. & 66. cum adductis à Garz. de benef. p. 3. cap. 1. n. 5. Ex generali tamen Ecclesiæ consuetudine beneficia simplicia residentiam non requirunt, Sbro. loc. cit. n. 2. Rebuff. in prax. tit. de dispensat. de non residen. n. 2. Hoieda de incomparib. benef. cap. 17. n. 25. Mandol. super. reg. 1. Cancellar. qu. 14. n. 8. Rota decis. 482. nu. 2. par. 1. divers. Casar. de Grass. dec. 115. n. 3. Garzia, & Parisius locis citatis, ubi quamplures alii.

Et ad hujusmodi consuetudinem censeo respexisse Sanctum Carolum Borromæum, qui in Synodo Mediolana secunda tit. 2. quæ ad Miss. divin. offi. C. de 28. ita decrevit: Cures Episcopus, ut qui Clerici certa Ecclesiæ ministerio adscripti non sunt, ii Dominicis, festisq; singulis diebus in Parochialibus Ecclesiis, in quibus quibusque eorum habitat, Ecclesiasticum beneficium obtinet, quod residentiam non requirit, aut in ea, quæ Episcopo videbitur Retori operam, atque adjumentum navent ad divina officia celebranda. Et ex Concilio Mediolanensi tertio cap. de iis, quæ par. ad Ordin. Sacramen. §. quod altera sic statuit: Quod altera Provinciali Synodo decretum est, ut Clerici certa Ecclesiæ ministerio non additi festis diebus in Parochialem Ecclesiam, in altamve Episcopi arbitratu conveniant ad divina officia celebranda, id præsent omnes diligenter, etiam qui Sacerdotes sunt, idque tum maxime in solemnibus Missæ Sacro, iidemque in Vesperarum officio.

Nec obstat, quod ex actibus facultativis non resultat consuetudo. Tum quia id procedit, quando non agitur de favore Ecclesiæ, & augmento divini cultus, Rota decis. 365. num. 5. pag. 2. recent. Adde. ad decis. Gregor. 162. Tum etiam quia dato, quod consuetudo habuisset initium voluntarium, fuit tamen redacta ad necessitatem, ex qua transit in legem propter decretorem Synodalem, ad diuturnæ observationis concursum, quæ facit, quod istis Clericis, & Sacerdotibus dicatur inphære hoc onus, cum quo censetur ordines suscepisse & ad illud obligasse, Albert. Ferrar. loc. cit. nu. 53. ac Rota d. decis. 365. num. 6.

Et acceptatio expressa Constitutionis Synodalis tollit omnem dubitationem. Nam esto, quod jus commune istis Clericis, atque Sacerdotibus assisteret, nihilominus cum respiciat privatum favorem, ipsorum, illi renuaciare poterunt ita, ut acceptando hanc Constitutionem sibi præjudicaverint, ut post Archid. in can. certè 12. qu. 1. & Gemin. in can. placuit col. penult. d. 32. tradit Moner. de distrib. p. 2. q. 13. n. 14.

Modum autem alternatim psallendi in suam Ecclesiam Antiochenam primus introduxit S. Ignatius, unde sensim in totum Orientem dimanavit. Causam dedit visio quædam cælestis, in qua Angelos, Sanctam Trinitatem alternis vocibus collaudantes audivit, teste Socrate lib. 6. histor. cap. 3. In Occidente verò primus Sanctus Ambrosius eandem rationem in sua Ecclesia instituit, teste Iffodoro lib. 1. de offic. Eccles. cap. 7. quem reliquæ Occidentis Ecclesiæ sunt sequutæ, antea omnes simul canebant, nec erant in choros distincti.

CON

CONSULTATIO CXXXIV.

An, & quatenus Parocho in sua jurisdictione Parochiali danda sit mansuetio?

Ecclesia, Hospitale, Societas secularis, &c. si habet intentionem fundatam super exemptione sibi à Summo Pontificibus privilegio concessa, & vigore prædictæ exemptionis non solum fuerit privilegiatus locus, sed etiam personæ, ac fuerit etiam concessa exemptio ab omnimoda Ordinarii jurisdictione, clare sequitur quoad Curiam animarum, & Sacramentorum administrationem nihil præterite posse Parochiam, licet Ecclesia, Hospitale &c. intra fines ejus Parochiæ sint, ut in hac specie firmat Rota in Romana exemptionis 22. Aprilis 1640. coram Carillo. Nam assistentia juris non prodest Parocho, dum Ecclesia, Hospitale &c. antiquissimam probat possessionem, Rota decis. 685. num. 2. p. 1. recent. Add. ad Gregor. decis. 312. num. 4. & apud Posth. de manut. decis. 200. nu. 24. ubi quod in his casibus debeat denegari mansuetio alleganti solum juris assistentiam, & illa danda sit habenti pro se prescriptionem, & privilegium exemptionis ex latè deductis ab eodem Posth. l. serv. 44. n. 23. cum pluribus seqq.

Privilegium enim exemptionis, quando est clarum tollit omnino jurisdictionem Ordinarii, multoque magis Parocho inferiori, ut fuit Rota in Montis Casini jurisdictionis 27. Maii 1651. §. esse autem coram Bichio. Per exemptionem enim à Summo Pontifice concessam, locus reditur separatus à Parochia, vel Diocesi, licet existat intra ejus limites, Rota coram Martin. Andrea decis. 54. n. 1. & seqq. & in Beneventana jurisdictionis 13. Maii 1652. §. maxime quia coram Zarate, confirmata 27. Januarii 1651. §. si quis coram eodem.

Ceteræque omnis difficultas, si ex juratis, & authenticis attestacionibus factis à Viris Senioribus, confectæ, curam animarum in dicta Ecclesia, hospitali, &c. semper fuisse exercitam per Capellanos dictæ Ecclesiæ hospitalis, &c. nunquam contradicentibus Parochis, cum etiam circumscripto privilegio exemptionis, jura Parochialia contra proprium Parochum ab alio ex consuetudine præferri possint, cap. cum contingat, & cap. cum in ius, ubi Gloss. v. de antiquo de decim. Rota in Novariensi Decimatum 1. Decembris 1634. coram Cardinali Verosolio, & in Tarentina vigesima 16. Aprilis 1638. prope finem coram eodem. Vnde multo magis, concurrente privilegio, ut docet in terminis Vitalin. in Clem. quia contingit numer. 22. & seqq. de relig. domib. & Gratian. discept. 865. n. 9. & 10.

Et in specie, quod cura animarum, & potestas administrandi Sacramenta, absolvendi à peccatis, & hujusmodi alia, possint præferri adversus Parochum, firmat Gloss. in d. Clem. Quia contingit §. Caterum v. parochialis, ibique Ancharan. n. 17. & 18. Imol. n. 20. Cardin. n. 3. & tradit Genuen. in pr. Archiepiscopalis Neapol. c. 61. n. 2. cum al. is copiose congestis à Gratiano discept. 492. n. 2. cum seq. Præcipue si non solum concurrat lapsus quadraginta annorum, sed temporis immemorabilis, quo in casu jura Ecclesiæ, & hospitalis &c. manere debent inconcussa ita, ut Parochus nullam movere possit controversiam circa curam animarum, ut concludit Genuen. loc. cit. n. 1. & 2.

Eoque magis, si in dicta Ecclesia, hospitali &c. ab immemorabili semper existerit fons baptismalis, administratum fuerit baptismi Sacramentum, assertata Eucharistia, Sacrum Oleum infirmorum quotannis receptum à Cathedrali, non autem Ecclesia Parochialis, ex quibus non solum prescriptio fuerit completa, dum Parochus non reclamavit, ex traditis à Sperello d. 121. n. 74. & seqq. sed etiam exemptio, à Pontifice concessa, fuerit plene executioni semandata, cujus virtute Ecclesia, hospitale &c. non solum remanet exemptum à jurisdictione Ordinarii sed etiam cujuscumque alterius inferioris, & subiecta dumtaxat Sedi Apostolicæ, qua de re extant decisiones

apud Seraph. d. 1025. n. 5. & in Rossariensi exemptionis 20. Aprilis 1640. coram Carillo, confirmata 22. Iulii ejusdem anni coram eodem, & in d. Montis Casinensis jurisdictionis 27. Maii 1651. coram Bichio, læpeque alibi.

CONSULTATIO CXXXV.

An Episcopus ingerere se possit in cognitionem causarum super contractibus inter ipsos initiis ex eo, quod in illis appositum sit juramentum?

In hanc rem extat in primo tomo nostra consultatio, in qua fuscè quidem sententiam affirmativam probavimus, eamque tandem prudentia temperavimus. Nunc autem accuratius re examinata, non per præstigia, sed per lam edicimus non posse. Nam ita decernit Innocentius Tertius in cap. licet ex suscepto, & cap. ex tenore de foro competent. & Alexander Tertius in cap. Causam secunda, qui fil. sint legit.

Non obstat, quod hujusmodi cognitio inter laicos etiam ad Episcopum cumulative pertineat ex eo, quod in contractu fuerit appositum juramentum, per Text. in cap. fin. de for. compet. in 6. & in cap. licet mulieres de jur. juran. etiam in 6.

Nam adhuc asserendum est, hujusmodi cognitionem ad solum Iudicem laicum spectare, non autem ad Episcopum. Primo quia ubi agitur inter laicos, tunc ad favorem Iudicis laici pugnat adducta juris communis dispositio, quæ non limitatur ex juramento appposito in contractu, cum hujusmodi limitatio nulli prorsus canonici innitatur. Non quidem d. cap. licet mulieres. Quia tantum abest, quod in eo decernatur hæc limitatio, ut potius confirmetur jurisdictioni Iudicis laici contra laicum super contractu jurato, cum ibi Pontifex non rescribat Iudicem Ecclesiastico, sive Ordinario, ut ipse causam contra laicum cognoscat, & decida, sed potius absolutam cognitionem Iudici laico demandat, & Ordinario nihil aliud relinquit nisi ut Iudicem laicum compellat, ut in iudicando in causa juramenti non leges civiles, sed jus canonicum servet. Vnde hic Textus contra Episcopum retorquetur.

Minus obstat Textus in c. fin. de for. comp. Nam loquitur in casu, quo quis contra juramentum à se præstitum, temerè veniebat, ut manifestè liquet ex verbis illis contra juramentum à se præstitum temerè venientem, atque ita locum habet in casu in quo laicus non venit temerè contra juramentum, à se præstitum, nec illud temerè impugnat.

Eoque minus obstat, cum ibi agatur de persona Ecclesiastica, quæ pro laico intercesserat, ut pater ex ejus electione, & advertit, atque comprobatur Igneus in repet. l. necessarios §. non alias nu. 511. ff. ad Senat. Consultat. Syllanianam.

Sicque nulla lege, nulloque canone dispositum est, quod propter juramentum causa inter laicos in foro Ecclesiastico possit cognosci, sed potius contrarium fancitur. Vnde dicendum, tunc demum in eo foro cognoscendam esse, si agatur cum persona Ecclesiastica, quæ cum juramento promiserit, ut declarat Seraphin. de privileg. juram. privil. 86. n. 4. & Gomel. in §. Item si quis postulante num. 8. in fin. Instit. de act.

Vel si ageretur de juramento præstito ab aliquo Principe nullum recognoscente Superiorem. Tunc enim solus Summus Pontifex, & ab eo delegatus causam cognoscere poterit, ut tradit Barbol. in cap. novit, num. 60. de judic.

At secus quando agitur inter merè privatos, & inter laicos, & ad præstandum ea, quæ in dispositione jurata promissa fuerunt. Tunc enim solus Iudex laicus est competens, & causæ cognitio ad ipsum tantummodo pertinet, cum ex juramento non sit mutatio, & cumlatio fori, ut in specie distinguit, & comprobatur Niger. de laudem. tom. 1. quest. 17. art. 2. n. 87.

Quare non refragantur Doctores, asserentes causam propter juramentum effici de jure canonico, longeque inter

inter se differunt causam esse de jure canonico, & de foro Ecclesiastico, cum possit esse de jure canonico, quod scilicet ea sit decidenda juxta Canones, & tamen non cognoscatur coram Iudice Ecclesiastico, sed coram laico, ut optimè in his terminis explicat Seraphin. diel. privil. 86. num. 4.

10 Neque etiam refragatur, quod causæ cognitio ad Episcopum pertineat, saltem quando quis agit vigore instrumenti obligatione Camerali vallati ex Zacch. de obligat. Damer. q. 7. num. 5. Nam sufficit responsio, quod Zachias nulla proclius legis auctoritate suffultus est, nullumque Auctorem allegat, sicq; de ipso nullatenus, curandum est juxta Textum in l. Illam 19. ibi: *Et quod nulla Constitutio super hujusmodi collatione posita esset, C. de collat. Be- rous conf. 3. n. 22. vol. 3. Cypriac. contr. 2. 4. n. 17. tom. 2. Monach. dec. Bononien. 40. punct. 4. n. 14.* ubi tanquam effectum somniantis ait reputari.

11 Eoque minus, cum obiter tantum loquatur, ut per Altograd. conf. 22. num. 37. lib. 1. & conf. 37. numer. 56. lib. 2. Surd. decis. 238. num. 8. Monach. loc. cit. num. 30. & Rota in Romana legitimæ 27. Novembris 1617. coram Sacro in fine. Nec firmiter id asserit, sed dubitanter, & solum ita sentire debet quoad Clericos, non autem quoad laicos, ut constat ex verbis illis, *Quicquid sit quoad laicos.*

12 Quæ sanè fortiora redduntur ex Constitutione 285. Pauli Quinti, in qua cognitio obligationis Cameralis non demandatur Episcopo, sed Auditori Camere. Eoque magis considerandum est, quod si causæ, in quibus apponitur juramentum, & Cameralis obligatio cognosci possent coram Episcopo, sequeretur absurdum, quod actum esset de jurisdictione Iudicis laici, cum in omnibus contractibus juramentum, aut obligatio Cameralis passim adjiciatur, & sic ad dignoscendum ad quem causa pertineat, ipsa tantum substantia contractus, non autem accidentalia, & actus consequutivi, sive clausulæ, respicienda sunt.

13 Deinde, & eo facilius id asserendum est, si ad Domini loci favorem præter juris communis dispositionem, militet etiam Sedis Apostolicæ privilegium, in quo expressè inhibetur Camere Apostolicæ, & quibuscunque Gubernatoribus, legatis, & aliis ejusdem sedis deputatis, ne ullam in dicto loco jurisdictionem exercent. Vnde cum non agatur de Sacramentis, neque de respicientibus sacros Ordines, neque de aliis rebus spiritualibus, sed de contractibus inter laicos, jurisdictione Domini loci censetur concessa non cumulativè, sed privativè quoad Episcopum, cum eam abdicaverit à quibuscunque etiam legatis, & sic à majoribus, præclare Ferret. conf. 142. nu. 15. lib. 1. Adden. ad Roman. conf. 94. ver. non obstat, & Rota in Montis Regalis jurisdictionis 27. Novembris 1606. coram Coccino.

14 Quod privilegium comprobaretur ex subsequuta observatione, si nunquam hujusmodi causas Episcopi cognoverint, sed eas soli Domini loci, eorumque Iudices privativè quoad omnes judicaverint. Quæ quidem longissima observatio sufficeret, etiamsi esset contra veram dispositionis intelligentiam, ut per Honded. conf. 35. nu. 45. vol. 2. Becc. conf. 109. num. 49. lib. 1. Monach. decis. Florentin. 28. num. 20. & segg. Lar. decis. 45. num. 24. ac Rota decis. 608. numer. 6. par. 2. recent. & de Apostolico privilegio & antiquissima præscriptione, ait Riccius inter responsiones Caroli Marantæ respons. 40. numer. 68. & sequens. tom. 3.

15 Quare cognitionem hujusmodi causarum ad Iudicem laicum, non autem ad Episcopum pertinere ex antiquissima consuetudine, ac præscriptione abundè tradit Ferret. diel. conf. 142. num. 13. lib. 1. Valenzuol. conf. 48. numer. 33. lib. 1. ac Rota decis. 577. numer. 9. & 10. par. 5. recent. tom. 2. & videtur censuisse Sacra Congregatio in fine citatæ nostræ Consultationis. ut si nunquam Episcopi in eas se immiscerint, nullumque actum jurisdictionis in illis exercuerint. Quod ostendere debent, si revera in eis judi-

caverint, cum acta penes ipsos, ac suos Notarios aserventur; eaque facillimè exhibere possint Soccin. sen. conf. 159. num. 18. & conf. 190. num. 4. vol. 2. & conf. 92. num. 12. vol. 4.

CONSULTATIO CXXXVI.

An Episcopus possit Episcopum excommunicatione percellere pro præfensa defensione sui juris dubii? Ubi de Relationibus, & appellationibus ad Romanam Ecclesiam, earumque antiquitate, usu in Oriente, & Occidente. Quid in casu certo perturbata sua jurisdictionis?

Ad primum respondeo, non posse. Nulla enim lex, nullus Canon id ait. Non enim potest facere se Iudicem, sed causa est Summo Pontifici reservata trino Sacri Concilii Tridentini decreto. Primo in cap. 6. sess. 15. quo statuitur, ut Episcopus non possit à quoquam citari, aut moneri, ut personaliter compareat, nisi ob causam, ex qua deponendus, sive privandus esset. Si igitur Concilium voluit, quod Episcopus non possit, ne citari quidem, aut moneri, ut personaliter compareat citra dictam causam, etiam per quoscuque Episcopo Superiores, quanto magis censendum est voluisse, quod non possit à simplici Episcopo excommunicari pro simplici præfensio suo jure?

Secundo in cap. 5. sess. 24. quo cavetur, ut causæ criminales contra Episcopos, ab ipso tantum Summo Pontifice Romano cognoscantur, ac terminentur, & si extra Romanam Curiam sint committendæ, non committantur aliis, quam Metropolitanis, aut Episcopis, à Summo Pontifice eligendis per rescriptum manu Sanctitatis Suae signatum, nec aliter, quam ut solam facti instructionem sumant, processumque conficiant, quem statim Romano Pontifici transmittant, reservata eidem sententia definitiva. Si autem Concilium reservat causas criminales Episcoporum Summo Pontifici, nec vult, quod committantur Metropolitanis, aut Episcopis, nisi usque ad sententiam exclusivè, quanto minus censendum est, voluisse, quod Episcopus possit contra Episcopum, etiam propria auctoritate procedere, eumque excommunicare ex jure salum præfensio? Vnde licet de jure antea Episcoporum causæ à Metropolitanis poterant cognosci, tamen non poterant terminari can. quamvis quest. 6.

Hoc autem decreto primò ampliatur cap. 8. sess. 13. ubi datur regula, in quibus casibus Episcopus esset citandus ad personaliter comparandum, hic verò cui committenda causa criminalis, & de qualitatibus, & facultatibus Commissionis. Secundo ibi certa aliàs confirmantur decreta tam d. cap. 6. quam Concilii Lateranensis cap. qualiter, & quando de accusat. Tertio datur facultas Concilio Provinciali cognoscendi, ac terminandi minores causas contra Episcopos, idque procedit, quando Episcopi deponendi, vel privandi non essent Quam verò sit depositio, quomodo differat à suspensione, differentia inter suspensionem, & privationem colligitur ex cap. Et si Cleric. de judic. ubi Doctores Tertio in cap. 20. ejusdem sess. 24. quo à causis per Episcopos cognoscendis excipiuntur causæ, quæ juxta canonicas Sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ.

Quod autem causæ criminales Episcoporum abstrahendo à turbata jurisdictione, & à delicto in aliena Diocesi commisso, de quo infra petra tractandæ sint apud Sedem Apostolicam, extant literæ Vigilii Papæ ad Eucherium qui sic ait: *Ad Ecclesiam Romanam tam summa Episcoporum negotia, & judicicia, atque quærelæ, quam & majores Ecclesiarum quæstiones, quasi ad caput referenda sunt.* Et Ioannes Octavus ad Episcopum Arelatensem epist. 91. scribit: *Si quæ inquisitio de fide, vel fortasse aliarum rerum inter Episcopos causa emerferit, qua discerni difficultus possit & ad nostrum Iudicium referatur.* Itemque Sanctus Leo epist. 82. ad Anastasium inquit: *Si forte inter ipsos, qui præsent, de majoribus peccatis causa nascatur,*

nascatur, ad nostram cognitionem, quicquid illud est, transferatur. Unde etiam Valentinianus Imperator epist. ad Theodosium, relata in Concilio Chalcedonensi part. 1. ita loquitur: *Beatissimus Romanæ Civitatis Episcopus, cui Principatum Sacerdotii super omnes Antiquitas consulti, locum habet, ac facultatem de fide, & Sacerdotibus judicandi.*

Idque adeò verum est, ut Sanctus Zepherinus Papa, etiam Patriarchis, Primatibus, ac Metropolitanis interdicit, ne causas Episcoporum cognoscere, neve adversus Episcopum ferant sententiam, nisi Apostolica auctoritate sulci. Breviar. Roman. 26. Augusti, eorumque haberet antiquissimis canonibus, ne Episcopus Episcopum excommunicare præsumat. Ita Sixtus I. epist. ad omnes Episcopos, S. xii. II. epist. ad Episcopos Hispanos, & Julius I. epist. 1. ad Orientales Episcopos c. 8. Non refragante Epiphano, quod excommunicationem Joanni Patriarchæ Hierosolymitano committeret, eo quod Origenistarum hæresi faveret, ex quo inferitur, quemlibet Episcopum, ubi causa communis est, & agitur, præsertim de hæresi, in quemcunque, etiam summum, ex officio, ac propria Episcopali auctoritate agere debere. Nam Epiphanius cum Joanne vel de excommunicatione non agit, sed à sua tantum communione seipsum separatum minatur, si Origenistarum patrocinium non deserat, vel ab Ecclesia excommunicandum monet.

Quinimò ita abhorruit ab antiqua Ecclesiæ disciplina ut causæ Episcoporum possent à particularibus Episcopis judicari, ut etiam ante Apostolicam reservationem non possent judicari, nisi à Conciliis Provincialibus. Si quidem Concilium Carthaginense primum cap. 11. & secundum cap. 10. Causas Episcoporum duodecim Episcopis judicandas committit. Quod & postea decretum fuit à Leone IV. epist. 2. ad Episcopos Britanniarum & à Jo. VIII. epist. 93. ad Episcopum Arelatensem. & Innocentius III. epist. 2. ad Vic. cap. 3. in hæc verba: *Si majores causæ fuerint in medium devolutæ, ad Sedem Apostolicam, sicut Synodus statuit, & beata consuetudo exigit, post judicium Episcoporum referantur.*

Et sanè in Ecclesia duorum generum causis Relationum, vel Consultationum usus erat accommodatus. Aut in iis, quæ fidei controversæ, aut in iis, quæ dubiæ disciplinæ capita respiciebant. Relationum autem recipiendarum jus in Ecclesia, summorum Sedium Antistibus competeat. Id docet egregiè Hieronym. epist. 61. ex qua discimus, Episcopos, aut Metropolitanos suis, aut Patriarchis, si de fide ageretur, referre debuisse. Etenim cum Joannes Hierosolymorum Episcopo, qui quidem de Origenis erroribus, quos plurimi, velut redivivos amplectebantur in Palestina, ad Theophilum Alexandriæ Archiepiscopum scripsisset, Hieronymus graviter exposulavit, eo solum nomine, quod ad Cæsareæ Metropolitanum, vel Antiochiæ, quæ secundum Nicenos Canones Metropolis erat Orientis, ac proinde Palestinæ, referre debuisset. Itaque ex eo colligitur, evidentiissimè jura relationum debere Patriarchis?

Ceterum quia præ aliis Romana sedes principatu quodam vigeat hinc factum, ut Orientis, & Occidentis Synodice Consultationes ad Romanum Pontificem mitterentur, teste locupletissimo Hieronymo, qui se apud Damasum iis respondendis operam navasse, profertur in Epistola ad Ageruchiam. Hinc est, quod Cyrillus Alexandrinus, cum Nestorium crebrioribus literis ad saniorum mentem hortatus esset, perfidia hæretici illius in dies erumpente, rem omnem ad Cælestinum ex more Ecclesiæ retulerit, ut ipse tanto morbo, qui in Ecclesia grassabatur, conjunctis viribus pro dignitate loci sui mederetur. Hoc testatur ipse Cyrillus Cælestino: *longa Ecclesiæ consuetudo suadet, ut ejusmodi res sanctitati tue communicentur.* Relatione facta Cælestinus Synodo Romæ coactus, non solum de fidei capitibus decernit, sed etiam ipsum Nestorium hæreseos auctorem à communione sua, & ab Ecclesia Constantinopolitana dejicit, nisi

si intra decem dies nefariam doctrinam conceptis verbis anathematizet, & Cyrillo dat in mandatis, ut Romanæ Sedis auctoritate adicit, & Cælestini vice, ac loco eum potestate usus sententiam istam exequatur, & illi Ecclesiæ proficiat. Hoc Cælestini Judicium probatum est à Concilio Ephesino quod damnationis sententiam in Nestorium trinis literis evocatum ad Synodum, & judicio se sistere recusantem, protulit quidem, sed ad eam sententiam ferendam coactos se fatentur Patres in sua sententiæ petitorio, & à Sacris Canecibus, scilicet ob contumaciam Nestorii, quæ Canonibus plectitur, & ab Epistola sanctissimi Episcopi Cælestini, qui Nestorium Sacerdotio privaret ad relationem Cyrilli. Quare Justinianus legitimè, & ex ordine loquitur, cum omnia, quæ ad statum, & unitatem Ecclesiarum pertinent, referri à se ad Beatitudinem Papæ veteris Romæ scripsit, quod sit caput omnium Domini Sacerdotum. Ejus verba hæc sunt in l. 7. C. de Summ. Trinit. *In omnibus servato statu unitatis Sanctissimarum Ecclesiarum cum ipso Sanctissimo Papa veteris Romæ, ad quem similia hisce perscriptissima. Nec enim parimur, ut quicquam eorum qua ad Ecclesiasticum spectant statum, non etiam ad ejusdem, Referatur Beatitudinem, cum ea sit caput omnium Sanctissimorum Dei Sacerdotum.*

Idipsum observatum in Occidentis Provinciis, in quibus relationes ad Sedem Apostolicam in causis fidei mittebantur, ut de integro cognitione habita, quod à Synodis judicatum erat, illius se lis decreto firmaretur, Damna Pelagii, & Cælestii hæresi. Concilium Milevitanum, & Carthaginense ad Innocentium retulerunt. Sed quo fine ex eorum verbis addiscimus. Ita enim aiunt Milevitani Concilii Patres epist. ad Innocentium: *Hoc itaque gestum, Domine frater, summa charitatis tua iudicandum duximus, ut statutis nostræ mediocritatis etiam Apostolica Sedis adhiberetur auctoritas.*

De Relationibus utriusque Concilii & Carthaginensis, & Milevitanæ cognitio habita est in Synodo Romana ab Innocentio, qui Julium Episcopum Aurelio Episcopo Carthaginensi restituit, cum Apostolica Sedis ad Relationem duplicis Synodi judicatis, ut ex Innocentii Epistola ad Aurelium, rectè, & ex ordine judiciorum Relationem vocat, synodicam Epistolam ad se missam, Quæ dictione etiam utitur in Epistola ad Aurelium, & Augustinum epistol. 91. & 96. inter Epistolas Augustinis. *Vestris, inquit, Relationibus respondentes rescripsimus. Et in literis ad Concilium Milevitanum datis, Fiant enim necesse est cautiore, cum inventores malorum ad duplicis relationem Synodi, sententia nostra statim viderint ab Ecclesiastica communione sejanctos.*

Jus istud Relationum Sedi Apostolicæ, & ex antiqua consuetudine, & à Canonibus sibi vindicavit Innocentius ea Epistola, quam iis verbis conceptam observavit Augustinus epistol. 106. quæ Sedis Apostolicæ Sacerdotem decebant. Cujus Epistolæ ad Concilium Milevitanum data sententia eo tendit, ut doceat antiquam esse regulam, ut de rebus dubiis, præsertim si de fide agatur, ex omnibus provinciis ad Romanam Ecclesiam referatur, ut quæ sequenda sunt omnibus Ecclesiis promantur. *Diligenter, inquit Innocentius apud Augustinum epistol. 91. Et congruè Apostolici consultiis honoris arcana, honoris inquam illius, quem præter illa, quæ sunt extrinsecus, sollicitudo manet omnium Ecclesiarum, super anxius rebus, quæ sit tenenda sententiæ, antiquam scilicet regulam secuti, quam toto semper orbe mecum vestris esse servatam. Neque enim hoc vestram credo laterè prudentiam, qui id etiam altissime firmastis, scientes, quod per omnes Provincias de Apostolice fone preteritis responsa semper emanent, præsertim quoties fidei ratio ventilatur, arbor omnes fratres. & Coepiscopos vestros non nisi ad Petrum, id est sui nominis. & honoris auctorem Referre debere, velut nunc retulit dilectio vestra, quod per totum Mundum profus Ecclesiis omnibus. Et infra: Gemino igitur bono Charitas vestra frungitur.*

Nam & Canonum potestur gratia servatorum, & beneficio vestro totus Orbis evabitur.

12 Et Epistola, qua ad Concilium Carthaginense refertur, jus istud Relationum ab antiqua traditione, ab Ecclesiastica disciplina, & à Patrum institutis divina sententia decretis aperitissimè repetit. Antiqua, ait, Traditio exempla servantes, & Ecclesiastica memores Disciplina, nostræ religionis vigorem non minus nunc in Consulendo, quam antea cum pronuntiaretis, veneratione firmatis, qui ad nostrum Referendum approbatis esse iudicium, scientes quid Apostolica Sedi debeatur, cum omnes hoc loco possit ipsum sequi desideremus Apostolum, à quo Episcopatus, & tota auctoritas nominis huius emerfit. Quem sequentes tam mala jam damnare novimus, quam probare laudanda, vel id verò, quod Patrum instituta Sacerdotali officio custodientes non censetis esse calcanda, quod illi non humana, sed divina decrevere sententia, ut quicquid, quamvis de disjunctis remotisque Provinciis agerentur, non prius duceret finiendum, nisi ad Sedis huius notitiam perveniret, ut vota huius auctoritate, iusta qua fuerit pronuntiatio firmaretur, verba illa indefinita: Quicquid quamvis de remotis Provinciis ageretur, non prius duceret finiendum, quam ad Sedis huius notitiam perveniret, ad omnes majores causas extendi debent.

13 Præter autem controversias Fidei, de rebus dubiæ disciplinæ ad fidem Apostolicam referebatur. Quia cum Ecclesiæ Occidentis nondum aliquo Canone scripto tenerentur, sed tota ratio Disciplinæ consuetudine, ac ista quodam constaret, qui sincerius in Ecclesia Romana servabatur, inde Sacræ politix forma velut à capite Institutionum erat omnino repetenda. Quare cum Himerius Taraconensis Episcopus de quibusdam Disciplinæ articulis, qui baptismum, Pœnitentiam, & Clericorum Monachorumque officia contingebant, Siricium Pontificem consuluisse, ad Romanam Ecclesiam, inquit ille epist. ad Himerium, ut ipse ad caput tui corporis retulisti. Quibus verbis debitam ex officio Relationem esse significat. Responsa verò non ante dedit Consultationi Himerii, quam in Conventu Fratrum sollicitius Relatio lecta fuisset ut omnia diligentius tractarentur.

14 Frequentissimus erat istarum Consultationum usus sub Damaso ut tradit Hieronymus, & tempore Innocentii, qui Relationibus ab Episcopis Italiæ, Hispaniarum, Illyrici missis respondit, & Consultationibus Episcoporum Gallicianorum, ut patet ex literis natis ad Exuperium Tolosanum Episcopum. Dilectio tua, inquit, Institutum secuta prudentium ad Sedem Apostolicam Referre maluit, quid de rebus dubiis custodire deberet, quam usurpatione præsumpta, que sibi viderentur, de singulis obtinere.

15 Porro Relationes istæ ad eum finem mittebantur, ut Synodis Provinciarum pareret, quod in re illa dubia, & controversa, post responsum Apostolicæ Sedis sequendum esset, tum in negotio, de quo emerferat quæstio, tum in similibus speciebus. Unde profectum est, ut decreta Pontificum, quæ in Collectione Dionysii continentur, ad Relationes Episcoporum nunc generaliter de re dubia, nunc de specie quadam proposita constituta sint. Qui mos etiam sequentibus temporibus invaluit adeo, ut magna illa Decretalium moles è rescriptis Pontificum ad varias Episcoporum Consultationes ferè tota constet.

16 Et quidem ea invaluit consuetudo ante Nicenum Concilium, ut si in dicendis Clericorum contentio-nibus, dubitaretur de aliquo Ecclesiasticæ regulæ capite, vel ratione habita personarum, vel rerum, Synodus Provincie ante, vel post iudicium redditum, Relationem ad Sedem Apostolicam mitteret, ut iusta sententia illius Sedis auctoritate firmaretur, vel executio injusta suspenderet, quæ consuetudo canone sexto Niceni Concilii confirmata est. Quod summam in Iudiciis reddendis Apostolicæ Sedis auctoritatem evincit, sine ullo appellationis adjumento.

Hujus rei probatio liquet, si verba illa Innocentii sin. 17 cerè expendantur. Is enim epistol. ad Victricium Rothomagen. c. 3. sic ait: Si quæ autem cause, vel contentiones inter Clericos tam superioris Ordinis, quam etiam inferioris fuerint exorta, ut secundum Synodum Nicenam congregatis ejusdem Provincia Episcopis iurgium terminetur, nec alicui liceat sine præjudicio tamen Romana Ecclesia, cui debet in omnibus causis reverentia custodiri, relictis his Sacerdotibus, qui in eadem Provincia Dei Ecclesiam nutu divino gubernant, ad alias convolare Provincias. Si autem majores cause in medio fuerint devolutæ, ad Sedem Apostolicam, sicut Synodus statuit, & vetus consuetudo exigat, post iudicium Episcopale referantur.

Ex hoc Innocentii loco discimus, eam fuisse mentem Synodi, cum de iudiciis Episcoporum, & reliquorum Clericorum decerneret, ut nullum fieret præjudicium Romanæ Ecclesiæ, & ei reverentia, quæ illi in omnibus causis deberetur, reverentiam potè illam in majorum causarum Relatione versari. Si quis verò hunc Innocentii locum comparat cum altero, qui ex Epistola ad Concilium Milevitanum jam prolatus est, inveniet, hoc esse Canones, & hanc antiquam Regulam toto Orbe servatam, ut de rebus anxii, quæ sic sequenda sententia Sedes Romana consulatur, id est in majoribus causis ex præscripto Nicenæ Synodi, ac veteris Consuetudinis ad eam referatur. Hinc majores cause pro anxii & dubiis sunt accipiendæ, quinimo Pelagius Papa epist. ad Joannem Constantinopolitanum Episcopum, Majores causas eas esse apud Innocentium interpretatur, quæ sint difficiles: Majores verò, & difficiles quæstiones, ut Sancta Synodus statuit & beata consuetudo exigit, ad Sedem Apostolicam semper referantur. Quod vicem appellationis subibat, sed formalis legum, ac disceptationum forensium angustias reos non atterebat.

Et licet Hincmaro Remensi visum sit epist. 9. c. 12. de Synodo Sardicensi, & de appellationibus Episcoporum gradu suo defectorum agi apud Innocentium, Beatus quoque Innocentius, inquit, ad Victricium Rothomagensem Episcopum duo Capitula magni Concilii Niceni, & Capitulum Sardicensis Concilii de Episcoporum ad Sedem Apostolicam Appellatione uno Capitulo sagaciter, atque patenter explicat, veteri tamen consuetudini à Concilio Nicæno firmata successit Concilii Sard. decretum, quo Appellationibus ad Roman. Ecclesiam modus quidam est præscriptus. Quod apud Gallias à primis Ecclesiæ temporibus viguit hæc in parte Romanæ Ecclesiæ auctoritas, ut docet Leo primus in epist. ad Episcopos Provincie Viennensis per hæc verba: Nobiscum itaque fraternitas vestra recognoscat, Apostolicam Sedem pro sui Reverentia à vestra etiam Provincia Sacerdotibus innumeris Relationibus esse consultam, & per diversarum, quemadmodum vetus consuetudo poscebat, Appellationem causarum aut retractata aut confirmata fuisse iudicia.

Alia est Relationis species, qua Synodi generales utebantur, ut rerum gestarum seriem Apostolicæ Sedi per literas insinuarent, quibus Romani Pontificis consensus, & exequendi curam petebant. Extant in eo genere officii Synodi Arelatenis ad Sylvestrum, & Sardicensis ad Julium Epistolæ, item secunda Synodi, & sequentium Conciliorum. Unde patet ex proposito missas, ut debita Sedi Apostolicæ reverentia, & auctoritas servaretur. Quare Concilii Sardicensis Patres Relationem illam ex officio deberi satis significant his verbis: Hoc enim optimum & valde congruentissimum esse videbitur, si ad caput, id est ad Petri Apostoli Sedem, de singulis quibuscumque Provinciis Domini Referant Sacerdotes.

Orientalium quoque Episcoporum Relationem Synodica de Apollinaris hæresi ad se missam, ita Damascus excepit, ac si debitum Sedi Apostolicæ munus exolvissent, quod testantur Epistolæ Damasi ad Orientales prima verba apud Theodoretum lib. 5. c. 10. Quod vestra charitas debitam Sedi Apostolicæ reverentiam tribuit, vobis

vobis ipsi quæque maximo honoris est. Sed de consensu Romani Pontificis, qui rectè etiam apud veteres Confirmatio dicitur quatenus Necessarius esse censeretur, alibi dicendum est.

22 Ad secundum. Potest Episcopus contra Episcopum, qui illius jurisdictionem de facto turbat, excommunicationem, aliaque censuras validè, ac iustè proferre, talesque censetur, non solum ex eo, quod pro illarum validitate, & iusticia præsumitur ex p. ex parte cum ibi notatis de verb. signif. Ricc. in collect. dec. 1748. ita ut contrarium alleganti incumbat onus probandi, Seraph. dec. 1164. Bellef. de just. Cler. p. 1. tit. de favor. Cler. can. §. 4. n. 17. Ledelm. c. 4. sed etiam quia in hunc casum concurrunt illa tria præcipua requisita ad id necessaria, nimirum potestas excommunicantis, causa est gravis, & urgens, ac subiectum ex parte excommunicati.

De potestate autem Episcopi excommunicantis dubitari non potest. Perspicui namque juris est, quod Episcopi in suis Diocæsi-bus iure ordinario, proprio officio hanc excommunicandi potestatem habeant can. corrig. p. 24. q. 3. c. transm. 15. de elect. ac Doctores in c. Cum Ecclie de offic. Ordin. Jo. de Lignan. de censur. §. 8. n. 1.

24 Causa legitima, & sufficiens est turbatio jurisdictionis, quæ utique censetur causa urgens, ac sufficiens ad hunc effectum, c. dilecto, ibique Doctores de sent. excom. Bœguin. dec. 28. n. 4. p. 1. Bellef. loc. cit. n. 29. Si quidem potest Episcopus pro defensione sue jurisdictionis contra violentè eam turbantem prompto uti remedio excommunicationis, ubi Doctores de sent. excom. ac Suarez de censur. disp. 2. sect. 4. n. 8.

25 Subjectio autem Episcopi excommunicati etiam concurrir, quia dum delinquit in Diocæsi ac jurisdictione alterius Episcopi, illam ei turbando, efficitur de illius jurisdictione delicti patris, Abb. in c. cum inferior n. 1. de major. & obed. Anchar. in Clem. 1. n. 1. de for. comp. Alter. de censur. disp. 10. lib. 3. cap. 5. tom. 1. Quo in casu non consideratur amplius, uti Episcopus, & exemptus ratione dignitatis, sed uti privata persona, & subiecta, c. d. collatione de appell. in 6. Panorm. in c. 1. n. 12. de raptor Sayr. de censur. lib. 1. c. 5. num. 28. & Grat. discip. 393. num. 1. & seqq.

26 Atque ex his Episcopus licitè excommunicare potest Episcopum in sua jurisdictione delinquentem, quamvis sit in dignitate Episcopali constitutus, ut in specie Glossa in can. Si qui Episcopi, v. dignitate d. 92. Felin. in d. c. Cum inferior n. 2. ibique Abb. num. 1. ac Innoc. de major. & obed. & tradunt Decian. conf. 118. n. 17. lib. 3. Ugolin. de censur. tab. 1. c. 12. §. 15. n. 3. Sayr. ibid. n. 27. & seq. Farinc. in fragm. p. 2. v. Judex n. 973. Salas de legib. disp. 14. sess. 4. n. 49. Corneius tom. 2. in 3. part. D. Thom. in d. 5. de censur. in gener. disp. 3. n. 1.

27 Imò etiam si pruderet lis super jurisdictione, adhuc licet Episcopo contra turbantem suam jurisdictionem censuras proferre, Bellef. ubi supra num. 31. Ricciul. de iur. person. lib. 4. c. 61. num. 2.

28 Nec obstat, quod ex Sacro Concilio Trident. sess. 24. c. 5. de reform. causa Episcoporum sint Summo Pontifici referenda, & coram ipso graviores, aliæ verò coram Metropolitanano cognosci, ac terminari debent. Tum quia Concilium Trideotinum nihil addidit juri Pontificio cum id de jure jam statutum erat in c. nec potest. ibique Abb. n. 4. & 8. de sent. & re iudicat. & in c. grave nimis n. 4. de proben. Tum quia dum Concilium expressè non providit circa delictum commissum in aliena Diocæsi, illud non comprehendit c. 1. de privileg. in 6. Carleval. de judic. disp. 2. n. 717. nu. 1. Cancet. var. resol. cap. 1. nu. 75. de act. & oblig. tom. 2. Sed uti casus omittis remanet in dispositione juris leg. Commodissimè ff. de liber. & posth. Tum etiam quia Concilium loquitur de illis causis, in quibus ex ordine procedi debet, ac terminari, ut inferunt ex illis verbis cognoscantur, & terminentur, quæ sonant in iudicalem cognitionem, & in causis, quæ indi-

gent discussione juridica, prævio processu, citatione ad comparandum, & post alios actus judiciales per definitivam sententiam terminantur. Quapropter videtur Sacrum Concilium voluisse dumtaxat subtrahere Episcopos à potestate Archiepiscoporum ne contra ipsos procederent, prout ante Concilium faciebant, tanquam suffraganeorum Ordinarii, ut colligitur ex Zech. de Republ. tit. de stat. Patriarch. n. 4. §. Archiepiscopus, Quarta in Summ. Bullar. v. Archiepiscopi auctoritas nu. 10. Non autem loquitur de illis causis, quæ sunt notorii facti, telæ judiciaria non indigentes, ac de repellendo cum vi in actu manifestæ violentiæ, & in aliis casibus à jure permissis. Nam quoad hæc remanet in suo robore dispositio juris communis, cui Concilium non censetur derogasse. Non enim apponit clausulam derogatoriæ juri communi, quod specialem, ac præcisam requirit mentionem, ac derogationem Rota dec. 350. n. 29. par. 1. novis. five post collect. Ferrac. Et evitanda est juris correctio quoad ficti potest, Rot. par. 1. divers. dec. 475. n. 2. Barac. dec. 211. num. 18. ubi Concilium vult derogari juri communi, id exprimit, Sanchez lib. 7. conf. moral. cap. 1. d. 2. vers. probatur. Unde non comprehendit casum, in quo Episcopus non agit judicialiter, sed extrajudicialiter, ac uti pars pro defensione suæ jurisdictionis turbatæ ab Episcopo, ut facere potest, etiam absque ulla alia monitione, Dec. in cap. irreprensibilis de appellat. Felin. in cap. Sacro de sent. excomm. Jo. Andr. Gemin. & Franch. in d. cap. dilecto eodem tit. ubi etiam Barbol. n. 6. Lap. allegat. 73. nu. 3. Bellef. loc. citat. nu. 29. ubi alii, Ricciul. ibidem num. 2. & 4. Sayr. de cens. lib. 1. cap. 12. num. 20. Sperel. dec. for. Eccles. 19. nu. 49. ac sine processu, five alio actu judiciali, imò & sine scriptis cap. 1. de sent. excomm. Abb. in cap. cum venisset 12. n. 10. de jud. Suarez de censur. d. disput. 2. sect. 4. n. 8. ac Bonac. eod. tit. disputat. 1. quæst. 1. punct. 8. n. 2. Ideoque post Concilium potest Episcopus ab Episcopo puniri, quando committit crimen in aliena Diocæsi, ut per Grat. discip. 393. n. 2. & seqq. Potestas enim Episcopi in propria Diocæsi talis est, ut possit etiam punire Delegatum Papæ in ea delinquentem, ut per Genuen. in pr. Archiepisc. cap. 38. n. 5. in addit. cum tamen Delegatus æstimetur major quocunque Ordinario, c. Sanè de offic. deleg. Ostien. & Goffred. in tit. de offic. deleg. Imol. conf. 150. nu. 31. Ea quidem ratione, quia ob delictum efficitur minor, ac persona privata, arg. can. duo 96. dist. Innoc. in c. in d. c. cum inferior de major. & obedient. Prout etiam Episcopus delinquens in aliena Diocæsi non consideratur, ut Episcopus, sed uti privata persona, Gratian. ibidem num. 1. Et potest uti talis puniri, ac etiam excommunicari ex supradictis.

Minus obstat quod Episcopus in Episcopum nullam habet jurisdictionem ex regula, quod par in parem non habet imperium c. innovat 20. de elect. & quod ratione dignitatis sit saltem exemptus à censuris, per textum in c. cum Mattheus de heret.

Nam regula prædicta cessat, quando Episcopus delinquit in aliena Diocæsi. Tunc enim non reputatur par, sed inferior ratione delicti, Abb. in d. c. cum inferior n. 1. Anchar. in d. Clem. 1. n. 1. & Tambur. de iur. Abbatif. disp. 25. q. 2. n. 1. Textus verò in c. cum Mattheus loquitur de officialibus Sedis Apostolicæ atque adeò non comprehendit Episcopos, ut in specie Navar. conf. 10. n. 6. de verb. signif. ac Tusch. pract. concl. v. offic. concl. 82. n. 6.

Nec videtur absurdum, quod Episcopus excommunicetur, cum tantummodo solet interdici, non autem excommunicari, Nam interdictum contra Episcopos est inductum ex quadam urbanitate, & in causis penitentium, civilibus, & pecuniariis, in reliquis verò possunt de jure suspendi, interdici, & excommunicari cap. Venabilibus de sentent. excommunicat. in 6. ibique Barbol. num. 2. in cap. 2. de accus. Abb. Franch. in cap. ut litigantes de offic. ordin. pariter in 6. Et quod Episcopus possit de

jure suspendi, & excommunicari, tradit Zach. ibidem, & ex Theologis Corneius *loc. cit.* ubi ait, si Archiepiscopus aliquis peccaret in Diocesi Episcopi, sibi non suffraganei, posset ab eo excommunicari.

52 Unde non refragantur nonnulli, qui cum Suarez de leg. lib. 3. c. 33. num. 10. sentiunt, post Concilium non posse Episcopum ab Episcopo puniri. Id enim locum non habet in hoc casu, ne privilegium, & exemptio videatur præbere occasionem ad delinquendum, Franc. Marc. *part. 2. dec. 920. n. 1. ac 23.* Quod esset valde absurdum, & contra textum in l. *convenire ff. de pact. dotal.* Atque ita demum declaravit S. Congregatio Concilii, quod scilicet Episcopus possit excommunicare auctoritate ordinaria, & quod non fuerit mens Concilii eximere Episcopos delinquentes in aliena Diocesi, verba S. Congregationis, quæ rescriptis Archiepiscopo Barenfi hujusmodi sunt.

53 *Perillustris, & Reverend. Domine, uti frater, Nominis Amplitudinis tua petum fuit ab illustriss. Patribus Concilii Tridentini decreta interpretantibus, declarari. An Prior Ecclesie Collegiata S. Nicolai Barenfis, quamvis Episcopus, possit pro tuitione jurisdictionis Archiepiscopalis in casibus à Sac. Rota Romana Auditorio rescriptis, servatis servandis, excommunicari. Et an eidem Priori permissum sit ad Monasterium Monialium istius Civitatis accedere absque Amplitudinis tua licentia, & absque eo, quod incurrat in censuras, in edicto desuper publicato contentas.*

54 *S. Congregatio licet censeret Amplitudinis tua licere D. Priorem Barensem excommunicare auctoritate tua ordinaria, illumque edicto contravenientem penis in eo contentis subjacere, attamen tutius esse putavit, etiam Sanctiss. Domino nostro annuente, ut Amplitudo tua tanquam Sedis Apostolica delegata contra dictum Priorem in casibus supra expressis ad censuras, & penas respectivè procedat. Hæc Amplitudinis tua significare velui, ut scias, quomodo se gerere debeat, cui salutem, & prosperitatem in Domino precor Roma vigesima martii 1626.*

55 Ex quibus satis comprobatur justitia excommunicationis in Episcopum. Quatenus verò tutius censetur id in praxim non deduci ob debitam dignitati Episcopali reverentiam, & ad evitanda scandala, cum sæpè hoc prætextu defensionis propriæ jurisdictionis, armata manu, ac more Castorum jus dubium defenditur, & non in illius tuitionem, sed in vindictam in Episcopum edicta excommunicationis per totam Provinciam affiguntur, abstinendum est ab hujusmodi censuris, & adeunda S. Congregatio Concilii, vel Congregatio super Episcopis consulendi causa. Quod si Episcopus in Episcopum excommunicationem jam protulerit, jure potius quam exemplo excusari poterit. Et licet si attendatur conflictus Doctorum, & Episcopus excommunicans minus probabilem sequatur opinionem, omnia probabiliori, id ei licuisse doceat Salon. *de just. tom. 1. q. 63. art. 2. concl. 4.* qui in responsione ad ultimum argumentum ait, hujus esse sententia plures, & gravissimos Auctores, quam sententia contrariæ, atque idcirco esse probabilior, ut per Layman. *de just. lib. 1. tr. 1. c. 5. n. 7.* Dianam *p. 2. tr. 13. resol. 3.* qui multos allegat. Quam opinionem vestram esse aiunt non solum in foro interiori, sed etiam exteriori ita, ut non possit Judex sequens opinionem minus probabilem, probabiliori omnia, puniri, ut per Salon. *loc. cit.* in responsione ad ultimum in fine, Locam. *in 1. 2. D. Thom. tom. 1. dist. 19. n. 2.* Paul. Xammer. *de offic. Judic. p. 3. q. 3. n. 24.* Nam quod sit sine culpa, pena puniri non debet, Sancius in *disput. præct. 44. n. 72.* relatus à Diana *cit. resol. in fine,* alique relati à Fagnano *in c. no imitari n. 31. de constit. Verumtamen hæc opinio damnata est ab innoc. XI. propof. 2.* qua asseritur probabiliter existima, Judicem posse judicare juxta opinionem etiam minus probabilem, eamque reprobatur idem Fagnanus *loc. cit. n. 335.* præsertim in hoc casu post declarationem S. Congregationis in di-

ca causa Barenfi, & pròinde Episcopo à penis eximenda solum suffragatur, quod bona fide, & non dolo malo procefferit ad textum in d. c. *facto §. Cumque de sent. excomm.* ibi: *Nisi forsan erraverit ex causa,* ubi Felinus alique Doctores apud Sayrum *de censur. d. lib. 1. c. 12. n. 12.* Et hoc quoque secum ipse recolat Episcopus illud D. Pauli, quod semper recolebat Bernardus: *Omnia possum, sed non omnia licent.*

CONSULTATIO CXXXVII.

An rectè in Ecclesia Episcopi Titulares instituantur? An fuerint ab exordio Ecclesia? An habeant propriam Ecclesiam, & quatenus? Ubi multa de Chorepiscopis.

Videtur perquam absurdum esse in Ecclesia, & à Christi institutione alienum, Episcopos creare absolutos, sive Titulares, quos merito Nullatenes vulgus vocat. Fit enim Maritus, sed sine uxore, Episcopus, sed sine Ecclesia, fueruntque illæ Ecclesiæ, & jam non sunt. Ubi enim fideles non sunt, ibi Ecclesia non est. Quinimò hi Episcopi non ordinem quidem Episcopalem ullum accipiunt. Quia ordo Episcopalis intrinsecè dicit officium, opus, & ministerium. Hi verò nullum officium, nullum opus, nullum accipiunt ministerium.

At tenendum omninò, est justè Episcopos Titulares in Ecclesia creari; creabantur enim initio quidem nascentis Ecclesiæ Episcopi sine certa Ecclesia, & Ecclesiæ universali, seu in comuni deputabantur. Habet autem Episcopus Titularis propriam Ecclesiam, tamen infidelium tyrannide occupatam. Fuerunt sanè illæ Ecclesiæ, & adhuc sunt. Neque enim esse desierunt, saltem materialiter, licet sine hostium potestate sint. Siquidem jus in eas Ecclesiæ apud nos perpetuè viget: unde quanquam in formali sensu verum sit, quod ubi fideles non sunt, Ecclesia nulla est, Ecclesia enim formaliter est Cæus fidelium, in materiali tamen est falsum, præsertim ubi alique Ecclesiæ fuerunt, quarum jus perpetuè in Ecclesia manet. Quapropter turè hujusmodi Episcopi in Ecclesia instituuntur, ne jus in eos Episcopatus, olim acquisitum in Ecclesia pereat, & cum eo antiquissimarum Ecclesiarum nomina aliquando deleantur.

Neque novum, neque in Ecclesia inauditum est Titularium Episcoporum nomen. De his enim agit Concilium Antioch. *can. 16.* relatum à Grat. *dist. 92. can. Si quis,* illorumque mentio etiam habetur in Concilio Lateranensi sub Leone X. *sess. 9. de Card.* sed apud S. Gregorium reperitur, quod Episcopi, qui erant electi à propriis Ecclesiis ob hostilitatem in aliis Ecclesiis vacantibus Cardinales constituebantur, hoc est regimen illarum eis committebatur, donec ad proprias reverè permitteretur, *can. Pastoralis, 7. q. 1.*

Sic etiam hodie Summus Pontifex, quando hujusmodi Episcopos creat, utitur similibus verbis, ut suffragentur talibus, &c. adhuc vel ut sint Episcopi, vel ut suffragentur aliis Episcopis, quorum loco antiquitus in Ecclesia esse videbantur Chorepiscopi, qui erant Presbyteri, & in villis, aut pagis curam animarum gerebant loco Episcoporum, & ea, quæ solis Episcopis reservata sunt jura etiam Ordinis Episcopalis facere minimè poterant, cætera verò omnia præstare poterant, ut statutum est in Concilio Neocæsariensi *cap. 13.* in Antiocheno *cap. 10.* in Hispalensi *c. 7.* Id etiam pluribus nominibus probant, & decernunt Damasus *epistol. 3. Leo epistol. 86. Joann. III. epistol. 1.* De alio etiam Chorepiscoporum genere sic loquitur Antiocheno Concilio *c. 10. §. 11. Qui sunt in vicis dicuntur Episcopi, & si manus impositionem ab Episcopis acceperunt, ut Episcopi sunt consecrati.* Hos suffragantes Concilium Lateran. sub Leone compellat, & permittit Cardinalibus dignos, & idoneos Vicarios,

Vicarios, seu suffraganeos, prout consuetudo fuerit cum digna, & competenti mercede. Et Beatus Pius V post publicationem Concilii Tridentini decreto suo Consistoriali fancivit, hujusmodi Episcopos non esse creandos, neque in suffraganeos dandos, nisi Ecclesiis Cathedralibus, & illis tantum, quæ illos consueverunt habere, & cum certo stipendio perpetuo ad minus ducentorum aureorum de Camera super fructibus illius Ecclesiæ, qui propria auctoritate ab ipsis percipi possunt, & quod nullibi possint Pontificalia exercere sine expressa licentia Sedis Apostolicæ in illa Diocesi, cui datus est in suffraganeum.

Episcopi autem Titulares integrum Episcopalem Ordinem accipiunt, & cum eo simul officium, opus, ac ministerium in illis Ecclesiis, quorum titulum habent, sicuti contingeret eas in Christianorum potestatem redire, atque idem opus, ac ministerium in quacunque Ecclesia exercere valeant, dummodò proprii Episcopi consensus accedat. Nam tamen necesse est, quod singularem Ecclesiam, in qua actu ministrare debeant, ita in sua ordinatione sortiantur, ut si ea careant, protinus ordine Episcopati frustrentur. Id enim, & illis Episcopis accedere opus esset, qui è suis sedibus ob infidelium incursum pelluntur, qui tamen veri Episcopi sunt, licet Ecclesiæ vacent, in quibus actu operari, ac ministrare valeant, ut ex Gregorio constat *lib. 1. dist. 9. Epistol. 43.* Qui hujusmodi Episcopos fratres & Corpore suos appellat, & aliorum Episcoporum jubet facultatibus sustentari.

Quamobrem Episcopus duplicem quodammodò respectum habet. Unum qui sem ad Deum, cuius servituti per Ordinis Episcopalis consecrationem singulariter mancipatur. Alterum ad Ecclesiam, cui pastorale officium in sua ordinatione se præstiturum pollicetur. Hinc quoties Episcopus ordinatur, utraq; & ordinis, & jurisdictionis potestas eidem conferitur. Ordinis quidem à Deo, jurisdictionis verò à Pontifice. Nam et si ipsa jurisdictione in genere divino jure Episcopis debeat, jurisdictione tamen in specie non à Deo, sed à Pontifice in Episcopum immediate fuit. Jurisdictionem in genere eam appello, quæ nedom ad hanc, vel illam jurisdictionem, seu Ecclesiam contracta est, & Episcopus in genere ita debetur, ut tamen à singulis Episcopis distributivè, non collectivè auferri, aut denegari queat. Jurisdictionem verò in specie, quæ in hac Ecclesia, aut executione Ordinis Episcopalis specificè à Pontificè Episcopo determinatur.

Hinc facile quæstio illa solvitur, quæ apud Theologos, agitari solet, an scilicet Episcopus absque propria Ecclesia ordinari possit. Nam eodem planè modo Episcopus, ad propriam Ecclesiam, quemadmodum ad jurisdictionem se habet. Propria enim Ecclesia sine propria jurisdictione nunquam Episcopus datur. Jurisdictio verò saltem ordinata Episcoporum propriam Ecclesiam consequitur. Quo fit, ut cum jurisdictione non nisi in genere Jure Divino Episcopis debeat, in specie verò immediate à Pontifice pendeat, sic Episcopus propria Ecclesia non nisi in genere de Jure Divino competat. Quare nulli dubium est, quin Episcopus, absque ullo Divini Juris præjudicio, sine omni Ecclesia in specie, ac titulo ordinari possit, tamen id nunquam fiat, neque fieri debeat, ut optime Gerson. *de stat. Prælat. conf. 8.* concludit, cum ait: *Status Episcopalis, licet esse possit in aliquo sine plebe, & sine usu, vel exercitio, hoc fieri non convenit, quia vanum, & monstruosum in Ecclesia videretur.*

At cum Episcopi Titulares sint verè Episcopi habentes eandem potestatem Ordinis, habent etiam verum statum Episcopalem, & verè in illo statu consecrantur Deo, suntque veri Pastores, atque adeo speciales Ministri Christi, ac possunt exercere omnia Episcopalia; unde sunt ipsi debita omnia, quæ sunt de integritate Status Episcopalis.

Nec obstat, quod non habeant Populum subiectum, quia hoc per accidens est, nec tollit quin Episcopus Ti-

ularis habeat veram dignitatem, & statum Episcopalem, Siquidem habere populum subiectum non constituit statum Episcopalem, sed est quid consequens tantquam materia, circa quam Episcopus potest exercere suum munus. Nec item quod actu non exercet munus Episcopale, cum tale exercitium consequatur dignitatem, & statum Episcopalem, non autem ipsum constituat, sed per accidens se habeat.

CONSULTATIO CXXXVIII.

An validè induci possit consuetudo, quod Clerici, qui nati sunt ex utroque Parente extero, nullatenus admittantur ad Capitulum, ad servitium Ecclesiæ, illisque honores, ad fructum, ac distributionum participationem. Quid de natis ex altero Parente non extero, sed Cive? Quid de nato ex Parente, qui Civitatem longo incolat, aut privilegio est adeptus?

Videtur hujusmodi consuetudinem adversari juris Canonici dispositioni, solam personæ idoneitatem postulantem, non autem loci, originis, aliarumque rerum extrinsecarum qualitatem, ut per Text. in *can. Undecunque, can. nati can. Dominus noster dist. 56. §. in c. ad decorem de instit. tradit ibi Gloss. v. undecunque; alique relati Garz. de benef. p. 7. c. 9. n. 4. ubi Rotam sic pluries solvisse, testatur, ac Lotter. de re benef. par. 2. c. 43. n. 8. §. seqq. Rota dec. 28. p. 4. divers. §. dec. 290. par. 2. rec. ubi sic alias Rotam firmasse inquit, & in Cordubensi dimidiæ portionis 30. Januarii 1654. §. respectu verò coram Melitio, ubi de alio simili statuto illius Ecclesiæ puritatem sanguinis requirente, de quo Barbol. de Can. §. dignit. c. 4. n. 17. §. 18. Ad. ad Baratt. dec. 738. n. 13. Unde non nisi à personis potestatem habentibus, hæc consuetudo induci potest; non autem à Presbyteris ambitiosis, quinimo avaris, majores distributiones ex aliorum exclusione pro se affectantibus, vel requirit Apostolicæ Sedis specialem confirmationem, cum aliis dicatur injusta, illicita, & ambitiosa, ut inquit Rota *d. dec. 290. n. 2. & in dicta Cordubensi loc. cit.**

Arque esto, quod hujusmodi consuetudo sit rationalis ex adductis à Rota *dec. 231. par. 7. rec.* ac propterea ubi legitime probaretur, servanda sit, de illa tamen nulla est habenda ratio, nisi probetur conclusenter ex actu multiplicitate, hoc est quod evenerint casus Clericorum, qui ex utroque parente extero, vel ex altero nati fuerint, & quod hac de causa rejecti acquieverint, vel succubuerint ut per Rot. in Majoricensi Canonizatus 22. Januarii 1658. in fine coram Cæro, & in terminis hujus consuetudinis in d. Cordubensi per hæc verba.

Deduci neque potest præsumptio aliqua confirmationis Apostolicæ, & objecta observantia à Capitulo. Quia etiam si doctum fuisset, Beneficiatos usque adhuc receptos in Ecclesia hujusmodi parentes designasse, ac probationes fecisse de earum puritate sanguinis, cum hoc facere potuerint, quia eis ita placuit; hoc tamen nequaquam sufficit ad concludendam aliquam observantiam, ad cuius effectum probasse debebatur, ut qui parentes designare, & alias probationes facere recusaverint, fuerint legitime, & judicialiter rejecti, itaut evitare non potuerint, si admitti voluerint hanc parentum designationem, aliasque probationes facere ad formam præsentis dicti secundi statuti cum aliis circumstantiis necessariis ad inducendam observantiam. *Oldrad. conf. 337. n. 3. Rota coram Coccino dec. 937. n. 9. & fuit responsum in causa Sancti Severi fideicommissi 14. Decembris 1646. coram R. P. D. Verospio Ita Rota.*

Ac nisi inducta sit à personis habentibus ad id facultatem, & sic ab iis, qui id statuendi jurisdictionem habuerint, Rota in Casenateni, seu Saranenensi laudatiorum, 19. Januarii 1656. §. Minus suffragatur, coram Albergato, ac passim alibi: Tales autem proculdubio esse nequeunt simplices Presbyteri; quippe

auctoritas Papae omnino ad hoc exigitur; neque in facultate sola Capituli, sive Ordinarii est, id statuere, ut in specie Lotter. loc. cit. d. q. 43. numer. 8. & seqq. ubi Rota decisiones, & allegata dec. 290. in fine par. 2. rec.

5. Nisi etiam interveniat lapsus temporis ad hanc consuetudinem requisitus. Aut enim cogitandum immemorabilem eo modo, quo fuit dictum in d. dec. 232. par. 7. recent. & testes illam nullatenus concluderent si non deponunt cum requisitis Glossae in cap. 1. v. memoriam de praescript. in 6. scilicet de visu a quadraginta annis ante motam litem de auditu a suis maioribus, & quod nec ipsi, necque eorum majores contrarium unquam viderint, nec audiverint, ut in d. dec. 232. & dec. 56. n. 6. & 7. par. 7. cum aliis passim. Unde consuetudo immemorabilis probari nequit, si aliquando hac de re lis extiterit, & de immemorabili fuerit dubitatum Gregor. dec. 298. num. 13. Rota coram Alexandro VIII. dec. 159. num. 5. & seq. & Pampilonensi Vicariae 26. Maij 1633. §. redduntur coram Meltio, & in Beneventana jurisdictionis ejusdem anni §. Immemorabilis coram Zarate, ubi quod stante lite, sive murmuratione, Testes de immemorabili deponentes dicuntur omnino falsi. Porro tempus litis, sive murmurationis semper subducendum est, Rota in dicta Pampilonensi §. repugnat. Et quae minus fidem mereatur, si examinati fuerint per Judicem subdelegatum a Delegato, qui subdelegare non potest, ad text. in l. 1. ff. de off. ejus, cui mand. est jurisd. Vel contra formam remissorialium, ac sine intimatione, citationibus, aliisque requisitis, Ridolph. in praxi par. 3. c. 12. n. 143. Rota in Nazareno, sive montis viridis beneficii 24. Aprilis 1651. §. non obstat coram Dunozero.

6. Aut si Testes sine Partis citatione recepti fuerint; cum tamen adessent contradictores pretendentes admitti ad Capitulum, propterea, ne minimum quidem praebent adminiculum. Unde non applicatur dist. dec. 232. n. 3. quia ibi tempore emanatae probationis nullus aderat contradictor.

7. Minusque de assertis enunciatis curandum est; Cum enim de hac consuetudine enunciata principaliter dubitetur, illae non suffragantur, Rota in Beneventana quartae 24. Januarii 1650. §. postremo, coram Dunozero, & in Silsbuigeni, sive nullius jurisdictionis 16. Decembris 1651. §. nec dicatur coram Tarraconensi. Praecipue si afferantur ex decretis Capitularibus, quia cum a Capitulo, de cuius commodo agitur, sint emissae, rejiciuntur a Rota in Auximana sepulchrae 14. Martii 1646. §. Tum etiam, confirmata 28. Maij 1646. §. minus relevat. coram Arguelles, & coram Buratto dec. 370. n. 4. & 8. Aut si decreta ipsa tam Capituli, quam Ordinarii, nullitatis vicio ex defectu jurisdictionis subjacerent, ex quo, ut diximus, auctoritas Papae ad sic statuendum exigitur, unde corruunt & ipsae enunciatae. Nam cum dispositio interdicitur, eo magis enunciatio valida denegatur, & redditur nulla, Bald. in leg. 1. in fin. C. de Episcop. & Cleric. & in terminis Rota dec. 290. nu. 3. parte. 7. rec.

8. Et quatenus sola quadragenaria pro hac consuetudine sufficeret juxta Gloss. in cap. fin. v. legitime de consuetud. Sperell. dec. 89. nu. 26. ac 29. adhuc tamen neque isti concurrerent, cum unicus actus ad illam destruendam sufficiat, Rota in Portuensi affictus 27. Februarii 1651. §. minus urget coram Bichio, & in Cracoviensi Decimarum 27. Januarii ejusdem anni §. Si quidem coram Verolpio.

9. Eoque praesertim, cum, etsi lapsus temporis concurreret, adhuc tamen si ad consuetudinis perfectionem cetera desint, multipliciter nempe actuum, & facultas illam inducendi, nequit affirmari legitime praescripta, ut proinde ad illam infringendam alia praesumptio formalis non requiritur, sed unicus actus sufficeret. Qui sane actus non recte ad meram gratiam Capituli referri possunt, dum posita consuetudinis insubsistentia, rigorosam re-

dolent justitiam, ad quam potius referendi sunt, ut per Cyriac. controvers. 178. num. 8. & 9. Rota in Caesaraugustana Cathedralitatis 27. Maij 1638. §. non subsistit coram Cerro. Maxime si actus sint geminati, quo casu magis excluditur gratia, Rota in Majoricensi celebrationis Missarum 28. Junii 1652. §. Quod etiam coram Bichio & in dicta Caesaraugustana, eodem §. Nec prodesse protestationes Capituli, veluti contrariae factae, scilicet admissi nis, Rota in dicta Beneventana jurisdictionis, §. Protestantes, sed consuetudinem hanc negativam non admittendi exterius magis excludunt, si non solum in contradictorio iudicio Capitulum non obtinuerit, ut opus est, sed succubuerit, Rota in Leodiensi Decimarum 22. Aprilis 1652. §. neque relevare coram Meltio, & 27. Januarii 1651. §. non obstat coram eodem, & in Calaguritana decimarum 17. Aprilis 1654. §. Et insuper coram Zarate.

Quae sane corroborantur, si non doceatur, quod alias super hoc exorta controversia fuerit contra exteros pronuntiatum. qui acquieverunt, quemadmodum opus est ex traditis a Rota in dicta Majoricensi celebrationis Missarum 23. Junii 1658. §. in, coram Cerro, & in specie statuti Ecclesiae Cordubensis, requiritis puritatem sanguinis; Rota in dicta Cordubensi coram Meltio.

Tandem, licet hujusmodi consuetudo subsisteret, non tamen ita rigorose accipienda est, ut nati ex patribus, vel matribus exteris, incolarum, domicilium, & Civitatem consecutis cum tota familia, solutione onerum realium, ac personalium, exercitio municipalium officiorum, excludi debeant, ut in specie Gonzal. ad regul. 8. gloss. 9. §. 1. n. 104. Merlin. dec. 797. n. 22. Alexander VIII. dec. 98. n. 2. & 3. ubi naturalitatem admittit ad hunc effectum ex acquisitione domicilii, & civilitatis. Idemque dicendum de nato ex altero parente Cive. Nam licet sit natus ex matre, vel patre externo, adhuc tamen verè Civis originarius, & actualis existit, ut generalibus omissis, in terminis patrimonialitatis requisitae per Constitutionem Clementinam in Diocesi Calaguritana firmat Rota in Calaguritana beneficii 27. Junii 1652. §. ex eisdem coram Bichio. Unde cum inter hos casus diversa omnino sit ratio, exclusio unius, vel alterius ex patre extero nati, non probat consuetudinem contra aliquem ex patre cive ortum. Nam consuetudo, ut afficiat, probanda est in casu praeciso, Rota in Majoricensi Canoniciatus 23. Januarii 1658. §. quin Testes, ac per totam coram Cerro, & in Gerundeni parochialis 5. Martii 1660. in fine coram Bevilacqua.

At nihilominus hujusmodi consuetudinem esse rationabilem, atque adeo induci posse, ac observandam esse tucur, Sanchez consil. moral. tom. 1. lib. 2. dub. 8. num. 2. & firmavit Rota dist. dec. 232. num. 16. parte 7. recent. Eamque saepius approbavit Sacra Congregatio super Episcopis, & Regularibus, praesertim in Martubienfi, sive nullius Hydruntina sub anno 1604. Cum enim quidam Curcius Abel praeenderet ad participationem Capituli admitti, Sacra Congregatio mandavit Vicario, quod quatenus dicta consuetudo verè existat, illam inviolabiliter observari faciat. Et sub die 23. Augusti 1658. idipsum eidem Vicario rescripsit. Et 24. Aprilis 1660. fuit etiam ab eadem Sacra Congregatione demandatum, ut observaretur solitum. At denique discussa hujusmodi consuetudine, sub die 26. Augusti 1661. Eminentissimo Cardinali Altalio, utraque Parte accerrime informante, emanavit decretum super illius approbatione his verbis.

Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositis, re, Eminentissimo Altalio referente, diligenter examinata, censuit, neque praedictum Bartholomaeum Delphinum, & Antonium Granulum, neque ullos alios Sacerdotes, sive Clericos ad numerum participantium matricis Ecclesiae esse admittendos.

dos, nisi ex utroque parente, tam scilicet patre, quam matre ex eodem loco ortus, nati sint, ac proinde ita in praemissis servandum esse praesentis decreti vigore declarat, atque decernit, in contrarium allatis; non obstantibus quibuscumque, Romae 26. Augusti 1661. M. Cardinalis Ginettii.

14. Quod ita confirmavit Pontifex. Alexander Papa Septimus ad futuram rei memoriam. Cum alias pro parte dilectorum Praesbyterorum servorum, & Cleri Matricis Ecclesiae Martubien. Congregationi venerabilium fratrum nostrorum S. Romanae Ecclesiae Card. Episcoporum, & Regularium negotii praesentis expostum fuerit, quod in eadem Ecclesia antiqua vigebat consuetudo non admittendi ad numerum participantium praesbiteros, sive Clericos ex genitore, seu genitrice exteris natos, enunciata, & confirmata a quibusdam decretis visitationis, &c. Et propterea sub die 24. Aprilis solitum in hac materia obsequi mandaverat, subjuncto quod dilecti filii Bartholomaeus Delphinus, & Antonius Granule ex parentibus exteris respectivo nati ad servitium, & participationem hujusmodi admitti praeenderant &c. Quia vero consuetudo praedicta Sac. or. Canonum dispositioni non adversatur &c. proinde Congregationi supplicatum, ut in praemissis opportune provideret, emanavit decretum tenoris &c. Cum autem supplicari nobis fecerunt pro hujusmodi decreti firmiori subsistentia, & observatione, Apostolica confirmatione robor desiderant, nos speciale gratiam facere volentes &c. de re nova praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus. Datum Romae 15. Decembris 1661.

15. Cum igitur extet declaratio Sedis Apostolicae in Brevis, quod consuetudo haec non advenietur dispositioni Sacrorum Canonum, utique servanda est. Non enim dici potest contra jus, sed laudabilis, ut dicit Garierrez Canon. quest. lib. 2. cap. 4. num. 29. cum seqq. ubi refert consuetudines diversorum locorum laudabiliter servatas. Nec contrarium decernunt iura, quae contra adduxi, ut patet ex eorum lectione, & in allegata dec. 290. parte 2. recent. non constabat de hujusmodi statuto ut patet ex num. 3. Minus de eius validitate dubitari potest. Habet enim omnia requisita legitimae consuetudinis. Nam est inducta a Collegio, sive Communitate, quae habet potestatem condendi leges pro suo statu, Merol. tom. 3. disp. 3. §. 5. dub. 1. num. 2. Quod tamen non est de essentia. Nam populus valide inducit consuetudinem, & nullam habet potestatem, fat enim est, quod sit rationabilis, & legitime praescripta, cap. fin. de consuet. & quodlibet Capitulum in iis, quae concernunt suum commodum, potest leges condere, ac statuere, ut expressè decernitur in in cap. univ. de Cler. non resident. in 6. ibi: juxta Ecclesiae cuiuslibet ordinationem, & in cap. omnes de Constit. Gloss. in cap. 2. v. Statutum de verb. signif. Marticot lib. 2. variar. cap. 32. n. 22. ac Rota dec. 606. num. 1. parte 4. divers. & dec. 66. n. 11. & 12. coram Ludovico, & in Caesaraugustana distributionum 21. Julii 1641. §. hoc autem coram Pancitolo Add. ad Buratto. dec. 748. num. 11.

16. Potestas enim legislativa est communicata immediate omnibus hominibus, quatenus sunt sociabiles in eadem Communitate, ut per Divum Thomam 1. 2. qu. 90. art. 3. Nam potestas legislativa est in hominibus, ex eo, quod natura sua sunt sociabiles, atque adeo debent habere omnia necessaria ad formam, & conservandam Societatem. Idque etiam una Communitas sit alteri subiecta dummodo sit apud ipsam aliqua forma regiminis, & statuta non sint contra leges Principis, cui subijcitur. Nam ubicumque est potestas ordinativa Communitatis, ibi potest poni ordo pro bono communi proportionatus potestati. Hinc Capitula possunt aliqua decernere circa ea, quae pertinent ad Capitulum, ut docent communiter Doctores, quia seorsum ab Episcopo est quoddam corpus ex c. un. ne sed vacan. in 6. & ideo

potest habere proprium motivum, quo se dirigit secundum propriam exigentiam.

Cum igitur Capitulum habeat hanc potestatem a jure, non requiritur assensus Apostolicus, qui tunc requiritur, quando statueret circa res, sive commodum Ecclesiae universalis, vel Episcopi, & ita loquuntur iura contraria. Tunc enim ex defectu potestatis statuta nullius forent momenti. Nec statuum hujusmodi est juri communi contrarium, quia nullibi invenitur, quod oriundi admittantur. Et quamvis non sit facienda personarum acceptio, Capitulum tamen rectè potest hac in re disponere, juxta facultatem sibi a jure concessam, ut in d. c. un. de Cler. non resident. in 6. Unde potest statuere circa distributionem fructuum, & participationem, ad textum in c. omnes de constituti. ibique Abb. num. 4. Suarez de legib. lib. 4. c. 6. nu. 11. Sebast. Medic. 7. 16. Morel. tom. 1. disp. 4. c. 4. num. 14. Quod procedit etiam in Capitulo Collegiatae, Abb. in c. Cum accessissent de constit. Alberic. de stat. 9. 3. & 6. Castropal. tr. 7. disp. 1. punct. 23. n. 26. Et quodlibet Collegium hanc facultatem habet. Honor. in cum. jur. can. lib. 1. tit. 2. n. 3.

De existentia autem hujus consuetudinis, etiam immemorabilis dubitari non potest, si de illa deponerent Testes, & sufficerent duo, Malcard. de probat. concl. 424. nu. 4. Castropal. tom. 1. tr. 3. disp. 3. punct. 6. Cumque agatur de consuetudine notoria, cum testes examinentur, non requiritur citatio Partis, Gozadin. conf. 101. n. 27. vol. 3. Malcard. concl. 431. n. 3. Et quae magis si Sacra Congregatio rescribat Ordinario, ut se informet de dicta consuetudine, extrajudicialiter id facere poterit absque citatione Partis, ut in simili ait Rota par. 7. rec. d. dec. 332. num. 3.

Quae etiam probatur ex enunciatis antiquis, factis, 19 tam in Constitutionibus Capituli, quam in Synodaliibus, ac visitationibus. Quod satis est, ut constet de immemorabili Caputata; dec. 347. n. 3. p. 3. Rota p. 1. rec. dec. 32. n. 2. & dec. 120. nu. 3. coram Buratto.

Data igitur rationabilitate, ac potestate hujus consuetudinis, dubitari non potest, quin illa esset legitime inducta. Nam vel est praeter jus canonicum, & sufficit fuisse per decennium observatum, Felin. in c. statumus, num. 2. de major. & obed. Monet. de distrib. par. 2. quest. 12. num. 9. Rota coram Pureo, dec. 150. n. 1. lib. 1. Et apud Cavaler. dec. 117. num. 2. Vel est contra jus, quod negatur, cum nullam jus ei resistat, & tunc de jure canonico sufficit, illam fuisse praescriptam spatio quadraginta annorum, cap. ubi in fin. ubi Gloss. in princ. de consuetud. Gratian. disp. 395. n. 6. Rota dec. 19. n. 7. coram Buratto & par. 8. recent. dec. 11. nu. 8. Et consuetudo, quae non est contra jus, sufficit, quod sit longæva, licet per spatium quadraginta annorum praescripta non sit, imò admittitur decennialis, ut firmat Gloss. in d. cap. fin. v. consuetudo, & tradit Berous in c. 11. nu. 57. de constituti. ac ceteri Canonistae communiter, Sperell. dec. 67. num. 40. & dec. 87. num. 25. Rota dec. 165. num. 4. p. 2. divers. & dec. 37. num. 8. p. 2. rec. & dec. 302. n. 10. p. 10. ubi ait, consuetudinem non esse contra jus, quoties non datur lex, sive Canon contrarium expressè disponens. Quiaimò consuetudo, etiam si adversetur Sacris Canonibus, servanda est, dummodo sit legitime praescripta quadraginta annis per textum in can. consuetudo disp. 12. Gloss. in d. c. fin. eodem v. de consuet. in 6. Suarez de legib. lib. 5. c. ult. Sperell. dec. 89. n. 22.

Neque hujusmodi consuetudo dici poterit interrupta per aliquorum admissionem, qui dictis qualitatibus originis patet non habeant, si admissiones illae fuerint factae ex mera gratia, per quam praeservata est consuetudo, quae nunquam interruptitur, quando certa, & determinata potest considerari causa in actibus contrariis, Ursell. conclus. 148. n. 343. Rota dec. 438. n. 3. p. 1. divers. & apud Seraph. dec. 381. nu. 3. Actusque contrarii nunquam interruptunt consuetudinem, quando sunt

compatibiles cum ipsa consuetudine, ut in hoc casu in quo non est incompatible, quod Presbyteri, qualitates huiusmodi non habentes, possint à Capitulo excludi, & quod possit aliquos ad libitum, & ex gratia admittere, ut in similibus tradit Rot. dec. 356. n. 4. p. 1. rec. Sicque comprobaretur, quod consuetudo antecedens fuerit iuxta tempus à S. Canonibus statutum inducta, & completa, non sufficiunt actus contrarii ad illam interrompendam, sed requiritur alia formalis præscriptio, cum agatur de auferendo jure, jam alteri quæsito, Alexand. conf. 5. nu. 21. lib. 5. Adden. ad Borati. decif. 800. n. 16. Ludovif. dec. 51. num. 8. & dec. 298. n. 3. & ut tollatur consuetudo legitime introducta non sufficiunt duo, aut tres actus, sed requiritur formalis præscriptio, siue alia consuetudo legitime introducta, & præscripta, ut per Suarez de legib. lib. 7. c. 5. n. 18.

22 Præsertim si in hisce admissionibus addatur, quod de cætero quoad alios servetur consuetudo. Actus enim huiusmodi, ut merè voluntarii, & facultativi nullam obligationem in posterum poterunt inducere, Innoc. in c. Cum Ecclesia Sutrina n. 5. de caus. posses. & propriet. Abb. in c. quod translationem num. 4. de offic. deleg. Surd. conf. 127. nu. 81. Adden. ad Ludovif. decif. 162. num. 15. Cyriac. controu. 460. num. 28. ac Rota decif. 778. nu. 5. par. 1. diversif. & in his terminis admissionum ad Collegium ex gratia in Comensi Collegii 7. Julii 1655. §. nec refert, coram Celso.

23 Minus diceretur interrupta per admissionem coactam. Quin potius ex ea confirmaretur, præcipue, si admissio fieret cum protestatione non præjudicandi consuetudini. Ex ea enim jus Ecclesiæ præservatum, ac illud remansit, Crævet. conf. 120. n. 3. Surd. conf. 385. n. 20. ac Rota dec. 287. n. 3. p. 7. rec. & dec. 67. nu. 13. p. 10. & admissio, tanquam in totum dependens à mera voluntate Capituli, quod si aliquando ita voluit, præservando tamen consuetudinem quoad alios, non exinde inducta censetur necessitas alios admittendi, ut in allegata Comensi Collegii coram Celso.

24 Nec obstat, quod hæc consuetudo, tanquam exclusiva natorum ex Patre verè Civis, licet ex matre extera, dici debeat potius corruptela, quam consuetudo, & propterea non sit attendenda.

25 Nam ex eo, quod civilitas nullam habeat connexionem cum participatione Ecclesiæ, ut constat ex nonnullis Orbis terrarum Ecclesiis, in quibus statutus est certus numerus inserventium, vel excluduntur presbyteri, non habentes certas qualitates. In illis enim non potest presbyter civis ex sola civilitate non habens alias qualitates, admitti, cum super huiusmodi exclusionem possit introduci à presbyteris consuetudo, vel conditio statutum, Rota in Neritonensi Consortii 19. Februarii 1663. coram Thaya.

26 Similiter non obstat quod aliquis sit provifus à Sede Apostolica de Canonatu, vel aliqua dignitate cum clausulis generalibus, quibus Summus Pontifex videtur voluisse derogare huic consuetudini. Nam regula procederet, si provifus Papæ narravisset huiusmodi consuetudinem, vel si hæc consuetudo non esset immemorabilis, secus autem quando est immemorabilis, tunc enim de illa debet fieri expressa mentio, Rota dec. 114. nu. 5. p. 2. & dec. 257. n. 2. & 3. p. 4. tom. 2. rec.

27 Ex alia etiam ratione hi presbyteri excludendi sunt, quatenus non extaret hæc consuetudo, ex eo scilicet, quod redditus Ecclesiæ essent valde tenues, cum unusquisque ex participantibus vix cum totius anni servitio percipiat vicena scuta plus, minusve. In qualibet enim Ecclesia tot adhiberi debent, quot suppetunt fructus, can. Diaconi 23. dist. 93. Lotter. de re benef. q. 14. n. 29. lib. 1. Mantie. decif. 229. n. 3. Rota in d. Neritonensi Consortii, in quibus habetur, quod concurrente tenuitate, Canonici non cogantur admittere alium Canonicum, & si à Summo Pontifice statutus esset certus numerus Canonicorum.

Hoc enim casu non potest cogi Capitulum ad alios presbyteros admittendum, etiam si alias haberent omnes qualitates, ob quas excludi nequeunt, iuxta textum in c. 1. ibique Glossa, & Doctores de cons. & cap. quoniam de vit. & benef. cler. Maxime verò in Ecclesia recepticia, cujus natura est, ut admittantur presbyteri ad mensuram fructuum Ecclesiæ, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. q. 2. n. 1. Garz. de benef. p. 5. c. 1. n. 517. Ac ita quidem, ut alii presbyteri jam admissi non possint cogi ad alios recipiendos, ne omnes simul mendicare cogantur, Mantie. d. dec. 229. n. 3. Lotter. loc. cit. n. 10. ubi quod ingredi volenti opponi potest exceptio tenuitatis fructuum, & in fortioribus terminis, quod nempe quando etiam auctoritate Apostolica fuerit præfixus certus numerus inserventium in aliqua Ecclesia, possint jam admissi alios intra numerum excludere, si fructus sint tenues, ut tradit pluribus allegatis Add. ad Greg. dec. 483. n. 8.

Unde facilius supradicta procedunt in Ecclesia, in qua non adest certus numerus Presbyterorum, neque præbenda, sed tot, quod existunt nati ex utroque parente admittuntur, quia si admittentur nati ex altero parente extero, magnum inferretur præjudicium natis ex utroque parente, non solum jam admissis, quibus minor portio deberetur, sed etiam admittendis, qui excluderentur per illos, quod æquum non est, omnique interpretatio sumi debet favore eorum, qui nati sunt ex Patre, & Matre ejusdem loci, ut per Gutier. can. q. d. c. 11. n. 29. 30. & 32.

Denique non obstat, quod si excluderentur hi presbyteri ab Ecclesia loci, in quo nati sunt, non haberent aliam Ecclesiam, cui necessarii inservire, & admitti debeant vigore S. Concilii Trid. sess. 23. de refor. c. 6. Nam Concilium non imponit necessitatem collibet presbytero inserviendi certæ Ecclesiæ, sed tantum se remittit voluntati Clericorum, ut si fori privilegio gaudere cupiant, alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inservire debeant.

CONSULTATIO CXXXIX.

1. An erectio Collegii, siue Seminarii adolescentium à pio Testatore dotata, ut si teneantur magnifice, ac splendide Sanctissimum Viaticum comitari, approbanda sit? An item improbanda?

2. Quod electio, ac nominatio huiusmodi adolescentium ad collegium admittendorum, ad heredes dicti Testatoris pertineat, habeantque in illo juspatronatus honorificum?

3. Quod Collegii Rector, & Collegiales sint exempti ab omni Ordinarii jurisdictione, excepta visitatione generali, quodque in spiritalibus subiciantur Capitulo Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatae, in temporalibus verò Deputatus ab ipsis heredibus?

Ad primum. Nulla videtur esse difficultas, quia cum id respiciat divinum cultum, Summus Pontifex solet proclivem se ad illum augendum exhibere, c. ex parte, vers. nolentes de cons. c. sim. de rescript. in 6. Durand. de mod. celebrat. gener. Concil. rubr. 14. num. 2. Quin etiam meretur hic pius Testator idem laudis præconium quod in urbe tribuitur nobilissimæ in Regnis Castellæ familiæ Enriquez, quæ in Ecclesia S. Laurentii in Damaso Cappellam extruxerit, aliaque excogitaverit, ut quam decentissime super divinissimum Eucharistiæ Sacramentum extra Ecclesiam deferri posset.

Ad secundum non videtur improbandum. Nam electio, & nominatio est debita ex sola constitutione Collegii, non solum de jure ex c. nobis de jurepatr. sed etiam ex dispositione S. Concilii Tridentini c. 9. sess. 25. de refor. ut consideravit Rota apud Cavaler. dec. 265. nu. 20. Ergo multò magis ubi, nedum adest constructio, sed etiam dotatio.

Et ob eandem rationem multò etiam magis adest debitum

Consultationum Canoniarum. Tom. X. 261

debitum Juspatronatus honorificum, cum illud non denegetur fundatori, etiam ubi non potest ex dispositione juris competere jus præsentandi, Lambert. de juspatron. lib. 1. par. 1. art. 7. q. princ. 11. num. 3. Caval. d. decif. 265. num. 7.

Ad tertium, nec similiter videtur deneganda exemptio à Jurisdictione Ordinarii. Quia, sicut licet fundatori ex dispositione juris quacunque conditionem apponere, etiam si juri contraria sit, dummodò Episcopi consensu accedat, Lambert. loc. cit. q. 9. art. 1. n. 49. Rota dec. 510. n. 2. p. 1. rec. ita etiam non obstante dispositione S. Concilii c. 8. sess. 22. de refor. debet servari conditio, ut Ordinarius non se ingerat in huiusmodi Collegii administratione contra mentem fundatoris, si accedat consensus Sedis Apostolicæ.

Eoq; magis si Collegium non sit institutum pro Ecclesia, in quo missa præcipue celebrentur, neque sit in eo Rector perpetuus instituendus in titulum beneficii, quo in casu tanto magis fundator potest apponere conditionem, quod non subit Episcopo, ut per Cardinalem in Clem. Quia contingit nu. 19. ibique Anchar. n. 2. Imol. n. 10. de relig. domib. Jo. de Sylv. de benef. p. 3. q. 1. n. 38. & Sac. Concilium in hac parte non contradicit, quia est limitatum ad casus concessos in jure, ex cujus dispositione Episcopus est privatus jurisdictione, si est apposita conditio in fundatione, quam Pontifex solet recipere, ne fideles ab ea retrahantur, ut per Jo. de Sylv. loc. cit. num. 35. Mandol. super regul. 1. Cancell. q. 8. nu. 3.

CONSULTATIO CXL.

An, & quatenus Episcopus, atque Civitas in causa matrimonii suspensionem faciant, & quatenus sit locus restitutioni mulieris suo præsenso marito?

Si postulantur suspecti Episcopus, & Civitas, alibi facienda est inspectio corporis præsentæ uxoris per textum in can. suspecti 3. q. 5. ubi Turcremata advertit hanc juris dispositionem rationi naturali inniti, quia naturale est Judicem suspectum declinare, c. Cum inter de except. ubi quod periculosum est coram suspecto litem agere; nec Sedes Apostolica suspectis Judicibus causas committit, Abb. in c. ad hæc n. 8. de rescript. Villalob. com. opin. lit. P. n. 21. & seqq. Et Marchel. de commiss. tit. de judic. suspecti. §. 1. n. 67.

Idque siue Judices sint ordinarii, siue delegati. Quia, licet de jure civili Ordinarius allegatus suspectus non removeatur in totum, sed ei detur adjunctus l. aperivissimi C. Judic. de jure tamen canonico recusat in totum c. Si quis contra Cler. de for. compet. Abb. in c. Cum speciale in 1. notab. de appellat. Mandol. in form. 8. commiss. ver. Adjunctum, Grat. discept. 100. num. 1. Marchel. loc. cit. §. 2. nu. 37. ac seqq.

Causa autem suspicionis respectu Episcopi esset perspicua, si super præsenso matrimonio, semel ad favorem alterius Conjugis pronunciaverit, Card. in c. proposuit n. 10. de appell. ubi quod Judex, qui semel gravamen intulit, est suspectus de novo gravamine Dec. in c. ut debitus nu. 21. eod. tit. Jaf. in d. l. aperivissimi n. 9. Cont. in l. un. oppos. 3. n. 7. C. si de mem. poss. Menoch. conf. 94. num. 13. Scacc. de appell. q. 17. limit. 47. membr. 3. n. 2.

Præsertim si articulus inspectionis corporis respiciat validitatem matrimonii, de quo loquitur sententia Episcopi. Gravamen enim semel illatum, reddit suspectum Judicem in aliis causis quamvis separatis, Franh. in c. proposuit n. 7. & in c. postremo nu. 20. de appellat. Scacc. loc. cit. n. 3.

Respectu verò Civitatis causam suspicionis præbet, tum ipsa suspicio Episcopi, nam suspecto capite, tota Civitas suspecta præsumitur, cap. licet ex suspecto de for. comp. Berou. in c. 1. n. 120. ac seqq. de judic. Ripa in c. 3. n. 40. eodem tit. Præpos. in c. Cum speciali n. 28. de appellat. Imol. conf. 91. n. 19. ac 20. Dec. conf. 151. n. 19. Grat. conf.

134. num. 1. & 4. lib. 2. Menoch. conf. 94. num. 10. & Lancel. de arre p. 2. c. 6. n. 36. & seqq.

Tum origo, & incolatus adversarii in eadem Civitate, cujus alter est exterus, c. Cum R. ubi Gloss. addit. v. Cum sint ejus socii de offic. deleg. Franck. in c. postremo col. 7. de appell. Specul. in tit. de judic. deleg. §. superest, Marant. in princ. p. 6. num. 36.

Et tum amicitia, & consanguinitas inter Adversarium, ac plurimos dictæ Civitatis ad textum in c. accedens 2. ubi Gloss. v. linea, ut lit. non confert. de appell. Maranta ibid. n. 3. post Bald. in l. Quoniam Tiberi C. de restitib. Quæ propterea accessum alteri parti non tutum reddunt ita, ut vel cogereur arbitrio Adversarii causam non persequi, vel subire vitæ periculum, reclamante textu in d. c. accedens, vers. nec ipse, ubi Felin. conclus. 5. Soccin. in c. Cum pro causa, num. 36. de sentent. excom. & Oldrad. conf. 43. num. 3.

Colloquenda igitur est mulier in loco libero, ac tuto, donec causa terminetur, ut ad rem hanc Paris. conf. 56. n. 17. lib. 1. post Soccin. in c. fin. col. 3. de for. compet. estque Textus in d. c. accedens §. mandamus. Nec esse potest locus peritæ restitutioni mulieris, nam illa non datur, nisi quando constat matrimonium fuisse contractum ex legitimo consensu cum copula subsecuta, sine quibus possessio in matrimonio non est considerabilis, c. ex transmissa, ubi Gloss. v. legitime, & v. Et ab eo cognita de Sponsal. Rota coram Gregorio XV. dec. 350. nu. 40. cum seqq. ubi subdit, quod propterea tale possessorium dicitur habere admissam causam proprietatis.

Non autem poterit dici constare de legitimo consensu, si ex testibus constet, mulierem coactam, & invitam fuisse ductam. Quod plenè pugnat libertati consensus c. 1. de his, qua vi met. caus. Et hæc contradiçtio non potest prætendi purgata ex novo consensu, donec de illo non constiterit, præsertim si antea fuerint cum alio contracta sponsalia, vel mulier sit minoris ætatis, in quo casu non potest dici constare de legitimo consensu, qui ad hunc effectum præsumitur, quod naturaliter non adsit, nisi in duodecimo anno, Gloss. in §. 1. vers. viri potentes de nupt.

CONSULTATIO CXLI.

An cura animarum, unita Capitulo possit exerceri à Vicario per Canonicos deputato, & ab Episcopo approbando, vel ab ipsis Canonicis per turnum.

Respondeo affirmativè. Cum enim cura sit unita Collegio, dicitur esse habitu penes Capitulum, & actu penes Vicarium, illam exercentem juxta Gloss. in c. super eod. v. annexa de prob. in 6. Abb. in c. extirpanda in repet. §. Qui verò n. 15. eod. tit. Felin. in c. postulasti nu. 1. de rescript. ac Rota dec. 710. nu. p. 2. rec. Cavaler. decif. 395. nu. 1. & 2.

Propterea non implicat, quin possint ipsi Canonici per seipso curam exercere. Omnia enim regula generali, quod cum id non reperitur in jure prohibitum, debet censi permissum l. i. ff. de testib. certum est, quod Collegium, cui cura est unita potest personas idoneas, sibi benevolas, deputare indistinctè, atque adeò etiam ipsos Canonicos. Quia Collegium dicitur Prælati singularorum, & potest deputare personas, quas vult, illasq; mutare, & illæ personæ non dicuntur habere curam animarum, sed ipsum Capitulum, ut per Innoc. in c. Cum non ignores n. 2. ibique Ostiens. n. 8. Jo. Andr. Imol. ac cæteri Canonistæ de prob. & dignit. Callad. dec. 11. n. 3. de prob. & Ludovif. dec. 370. n. 5. & 6. & quod possit committi cura uni de Collegio, cui est unita, extertè tradit Abb. in d. cap. cum non ignores n. 6. ibi, poterit committere jurisdictionem contentiosam, & penitentialem.

Cum itaque cura non pertineat ad singulos Canonicos, sed ad Collegium, siue Capitulum, unicam personam repræsentans Rectorem, Oldrad. conf. 67. n. 3. Par. dec. 190.

ro. lib. 1. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 6. n. 71. Sequitur, quod non pertinet ad quemcumque Canonicum per se, sed potest, quando ipsi Canonici nolunt illam exercere, idoneo presbytero demandari, ut probat Lap. alleg. 5. n. 11. ubi adducit Gloss. in Clem. 1. de privil. v. presbyteri, quæ refert Text. in c. statutum de elect. in 6. ubi Gloss. v. Collegiatam, ac Rot. p. 2. dec. 340. n. 1. rec.

Unde poterit Capitulum decernere, quod dicta cura in annos singulos exercentur per turram a duobus, vel pluribus Canonicis presbyteris, approbandis ab Ordinario juxta Gloss. in l. 2. C. de Const. pecun. v. indefensè, quam allegat Sylvest. v. Collegium n. 4. ubi ait, quod circa ea, quæ pertinent ad Collegium, Capitulum potest facere statutum, adducitque Barbof. in l. omnes populi, ff. de leg. & tradit Barbof. de Can. & dignit. c. 42. n. 15. ubi alii, additque, quod in hoc sufficit tacitus consensus Episcopi, utpote quia scit, & patitur, & refert Calder. conf. 2. num. 2. de Const. ubi speciatim de hac re.

CONSULTATIO CXLII.

An, & quatenus oblata à fidelibus alicui Sacre Imagini pertineant tam quoad usum, quam quoad administrationem ad Episcopum, anve ad Parochum?

Plura de hac re alibi diximus, tunc etiam edicimus pertinere ad Parochum. Aut enim Episcopus asserit has oblationes esse liberas, aut esse datas ad certum usum pro missis pro fabrica, & hujusmodi aliis. Si liberas, certum est, illas pertinere ad Parochum tam quoad administrationem, quam quoad usum ac dispositionem ex suo jure Parochiali per textu expressum in can. quia Sacerdotes, in can. Sanctorum, in can. benè 10. q. 1. in c. pastoralis de his, que sunt à Præl. sine cons. Capit. & in c. dilectus de offic. Ordin. & in specie firmat Marefcott. var. resol. lib. 2. c. 42. n. 29. & seqq. ac Rota dec. 256. par. 1. & dec. 391. in 3. ac seqq. par. 1. rec. tom. 2. & decif. 257. coram Merlino ac declaravit S. Congregatio Concilii in Cavensi apud Barbof. de offic. & potest. Paroch. par. 3. c. 24. n. 29. in fine, exclusio penitus Episcopo, cui tantum debentur oblationes, quæ dantur Imaginibus extra omnem Parochiam existentibus, ut tradit Felin. in d. c. dilectus in princ. & n. 3. ibique Abb. n. 4. de offic. Ordin. & in c. Quoniam n. 1. de decim ac fuscè pro Parocho contra Episcopum, Dec. conf. 16. lib. 2. estque opinio Divi Thomæ 2. 2. q. 86. art. 2. præsertim in respons. an. 2. argum. ubi Valentii, & alii.

Aut datas ad certum usum, & eas pariter spectare ad Parochum quoad administrationem, non autem quoad commodum, nemo est, qui dissentiat, ut ex sententia ejusdem Divi Thomæ loc. cit. testatur Barbof. d. c. 24. n. 30. allegans Textum in c. Pulturana, & in can. quatuor 12. q. 2. Abb. in d. c. Pastoralis n. 2. & tradunt Ferret. conf. 143. n. 4. Nam oblationes datæ ad certum usum, non debent converti ad alium, sed in illis servanda est mens offerentium, ut docent Adden. ad Capell. Tholof. decif. 483. Rebuff. de decim. q. 1. nu. 29. & 30. Marefcott. d. c. 24. n. 1. Illarum tamen administratio etiam in hoc casu pertinet ad Parochum, non autem ad Episcopum ex eodem jure Parochiali, cum non solum ex eadem, sed etiam ex majori ratione, qua Parochus in oblationibus liberis habet commodum, ac dispositionem, in datis ad certum usum habere debeat administrationem.

Quare ad eum pertinet illarum custodia, & dispositio. Quia Parochus habet jus universale intra limites sue Parochiæ, & est mediator inter Deum, & populum: Unde quemadmodum exhibet Populo, eique administrat, quæ sunt Dei, hoc est Sacramenta, ita etiam exhibet Deo, & administrat, quæ sunt populi, nempe preces, & oblationes. Eoque magis, ubi non docetur de aliqua intentione offerentium, & sic in dubio censentur liberæ, & datæ; tum propter servitium Altaris, vel Imaginis, cui offeruntur, tum etiam propter administrationem Sacra-

mentorum, cum super eas Parochus habeat intentionem fundatam ex jure suo Parochiali tam respectu commodi, quam administrationis ita, ut ex sola juris assistentia possit petere manucensionem, ut firmat Rota dist. decif. 391. nu. 3. per Textum in canon. decimas, in canon. statutus. in canon. Sacris 16. quæst. 1. & in dist. cap. Pastoralis de his, que sunt. Et cap. ad audientiam de Eccles. adiffcan. Quia qui Altari serviunt, de Altari participant, ut rectè Div. Thom. loc. cit. ac præ cæteris tradunt Marefcott. dist. cap. 42. num. secundo, & sequentibus Ferret. dist. consil. 143. num. secundo & quarto, Azor. institut. moral. parte prima, lib. 7. cap. 38. quæst. 13. Gutierrez canon. quæst. libro secundo, cap. 21. num. 162. Genuens. in praxi. cap. 72. num. 14. Riccius etiam in praxi parte 4. resoluit. 296. num. 2. ac Rota dist. decif. 391. num. 3. parte 4. recent.

Quinimò, etiamsi oblationes fierent in Capellis, in quibus erecta sunt distincta beneficia, debentur Parocho, non autem Beneficiatis ex doctrina Rotæ in decif. 308. num. 2. parte secunda, & dist. decif. 391. num. 7. Ac etiamsi fierent Imagini depictæ extra Ecclesiam, sed intra fines Parochiæ in pariete alicujus privati acquiruntur Parocho, & non domino parietis ex adductis à Marefcott. dist. cap. 42. num. 4. & 5. Maximè autem si concurrat etiam conluetudo favorabilis, quam plurimum attendendam esse in hac materia oblationum, asserunt Doctores, præcipue relati à Barbofa dist. cap. 24. num. 31. Marefcott. ibidem numero secundo, & Gratian. disceptat. 395. num. 25.

CONSULTATIO CXLIII.

Habet Sacerdos, Rector, & Visitator cujusdam Ecclesiæ, ac Hospitalis privilegium Apostolicum, quod est hujusmodi: Ut in Hospitali, & Monasterio ac aliis locis, non solum omnium ad disciplinam Ecclesiasticam spectantium, nempe ad administrationem Sacramentorum, professionem Monialium, allegandi licentiam, Missarum celebrationem, Presbyterorum correctionem, & legata pia Hospitali, ac Monasterio, locisque hujusmodi pro tempore facta concernentium curam gerere, sed etiam omnia alia, que locorum Ordinarii intra suarum Diocesum, & jurisdictionum fines facere, & exercere possunt, & solent.

Quibus ex verbis queritur, an hic Rector veniat nomine Ordinarii, de quo in Sacro Concilio Tridentino sess. 23. c. 25. de reform.

Enseo, affirmativè respondendum, eumque habere jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, quapropter nomine Ordinarii in eodem loco venit ad Text. in l. more, ff. de jurisd. omn. judic. ubi Doctores, & tradit Gloss. in c. Ordinarii v. locorum de offic. Ord. in 6. & in Clem. un. de for. comp. v. Diocesanis, quam celebrem laudat Abb. ibid. n. 15. Gemin. n. 5. Franch. n. 3. aliique communitet Feder. de Sen. conf. 95. col. 3. Gutierrez Can. q. lib. 1. c. 19. n. 15. Flamin. de resigat lib. 3. q. 11. nu. 19. Honor. in summ. jur. Can. lib. 1. tit. 31. n. 1. & Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 29. n. 4. Ex eo enim, quod hic Rector sit creatus auctoritate Apostolica habet auctoritatem à Pontifice, atque adeo jurisdictionem ordinariam. Nam illi sunt Ordinarii, qui mediante lege habent auctoritatem, & potestatem à Principe, can. à Judicibus 2. q. 6. ibi, Ordinarii vero sunt, qui ab Apostolico, ut Ecclesiastici, vel ab Imperatore, ut secularis legitimam potestatem accipiunt, & l. & quia, ff. de jurisd. omn. judic. Nomine enim Ordinarii locorum veniunt Episcopi, & habentes jura Episcopalia supra sæculares juxta ea, quæ notat Rota dec. 798. par. 4. rec. & in Salamantina jurisdictionis coram Seraphino.

Cum igitur hoc Rector in suo districtu sit Ordinarius, & in eo habeat jurisdictionem quasi Episcopalem Ord-

ordinariam, nulli dubium est, quin possit audire confessiones abique alia Ordinarii approbatione, cum sit ipse Ordinarius, imò etiam alios presbyteros pro suo districtu approbare; quia hæc approbatio est actus jurisdictionis ordinariæ, & Sac. Concilium Tridentinum hanc potestatem Episcopis tribuit simpliciter ratione sui muneris. Rector autem iste jurisdictionem quasi Episcopalem habet ita, ut ipsius subditi in hoc foro nullum alium Superiorem, excepto Romano Pontifice, recognoscant, ut in specie de Prælatis Episcopo inferioribus, & jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus, quod veniant nomine Ordinarii, & possit alios approbare, docent Sanchez loc. cit. n. 15. in fin. Enriq. de Sacram. lib. 6. n. 3. Suarez tom. 4. de Sacram. disp. 28. sect. 15. n. 3. Castropal. eodem tit. tract. 23. disp. 5. punct. 19. §. 3. num. 1. Fagundez ad secund. præcept. Decalog. lib. 2. c. 2. num. 55. Tambur. de jur. Abbat. tom. 2. disp. 6. q. 11. Bonac. de Sacram. disp. 5. q. 7. punct. 4. & 1. num. 9. & Card. de Lugo de Sacram. posit. disp. 21. sect. 1. nu. 22.

Cum enim hæc facultas pertineat ad Ordinarium loci, & hic Rector facere possit quicquid facere possunt, & solent Ordinarii intra suarum Diocesum, ac jurisdictionum fines, ut satis declarant verba privilegii, non solum Episcopus, sed etiam hic Rector, & quicumque alius, qui in locis exemptis habet jurisdictionem ordinariam, poterit Confessarios approbare in suo districtu. Nam veniunt appellatione Ordinarii, non solum Episcopi, sed etiam quicumque alii, qui ordinariam jurisdictionem habent, sive à Canone, sive à præscriptione, sive à privilegio, ut tradunt Zabarell. in Clem. Quia Regulares n. 11. de supplen. neglij. Præl. Abb. in c. ut forma n. 6. de sen. ex. om. Dec. conf. 121. Bellam. conf. 20. M. sing. in c. post cessionem num. 2. de prob. Paris. loc. cit. Navarr. conf. 9. de privileg. Cochier. de jurisd. ordinari. in exempt. parte 1. tract. qu. 1. num. 9. Et ideò potest ea facere, quæ ordinariis committuntur.

Eoque magis, si locus sit sub immediata Regia protectione, & Rector sit in hac quasi possessione, & sua jurisdictione sit privative quoad omnes, nec Ordinarius loci aliquam habet in dicto districtu jurisdictionem, nec visitat, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatus.

Nec solum Rector, & Confessarii ab eo approbati, possent confessiones sacramentales audire subditorum existentium sub jurisdictione Rectoris, seu Visitatoris, verum etiam omnium confluentium ad Ecclesiæ eidem subjectis, abque approbatione ordinarii penitentis, ut tradunt Navar. in mav. c. 27. n. 266. Rivald. in candela. de confess. n. 27. concl. 3. Fagund. d. lib. 7. c. 2. n. 72. Castrop. loc. cit. disp. 5. n. 4. Coninch. de Sacram. disp. 8. dub. 7. num. 50. Bonac. eodem argum. disp. 5. q. 7. punct. 4. §. 1. n. 15. ac de Lugo d. disp. 21. sect. 2. n. 1.

CONSULTATIO CXLIV.

Quomodo Episcopi moribus caste informandis invigilare debeant. Ab eorum correctione quatenus appellandum?

Sacrum Concilium Trident. sess. 13. c. 1. de reform. illud primum in hac re Episcopos admonendos censet, ut se pastores, non percussores esse meminerint, atque ita præesse sibi subditis oportere, ut non in eis dominentur, sed illos, tanquam filios, & fratres diligant, elaborentque ut horant, & monendo ab illicitis deterreant, ne ubi deliquerint, debitus eos penis coercere cogantur, quos tamen, si quid per humanam fragilitatem peccate contigerit, illa Apostoli est ab eis servanda præceptio, ut illos arguant, obsecrent, increpent in omni bonitate, & patientia, cum sæpe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam austeritas, plus exhortatio, quam comminatio, plus charitas, quam potestas.

Sin autem ob delicti gravitatem virga opus fuerit,

tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate severitas adhibenda est, ut sine aupertate disciplina populis salutaris, ac necessaria conservetur, & qui correcti fuerint, emendentur, aut si respicere noluerint, cæteri salubri in eos animadversionis exemplo, à vitis deterreantur, cum sit diligent, & pii simul pastoris officium, morbis ovium levia primum adhibere fomenta; post, ubi morbi gravitas ita postulet, ad actiora, & graviora remedia descendere; sin autem nec ea quidem proficiant illis submovendis, cæteras saltem oves à contagionis periculo liberare. Hæc sunt nedum ob ovibus sæpe ac serio ruminanda, sed etiam à pastoribus.

Cum igitur rei criminum plerumque ad evitandas penas, & Episcoporum subterfugienda judicia, querelas, & gravamina simulent, & appellationis diffugio iudicii processum impediunt, ne remedio ad innocentiam præsidium instituto, ad iniquitatis defensionem abutantur, atque ut hujusmodi eorum calliditati, & tergiversationi occurratur, ita statuit, & decrevit in causis visitationis, & correctionis, sive habitatis, & inhabilitatis, nec non criminalibus, ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario generali ante definitivam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine non appelletur, nec Episcopus, seu Vicarius appellationi hujusmodi, tanquam frivola, deferre teneatur, sed ea, ac quacunque inhibitione ab appellationis iudicio emanata, necnon omni stylo, & consuetudine, etiam immemorabili, contraria non obstante, ad ulteriora valeat procedere, nisi gravamen hujusmodi per definitivam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiva appellari non possit, quibus casibus Sacrorum, & antiquorum canonum statuta illabata persistant.

Hæc S. Concilium, in cuius decreti prima parte præscribitur Episcopis modus corrigendi suos subditos ad divinum, suave simul, ac fortè per mixturam lenitatis exigendus. Regimen porò Dei lenissimum, ac suavissimum manifestè ferunt illa de divina Sapientia, cuncta regente: Disponit omnia suaviter Sap. 8. Hoc quid sit, exponit Hugo Victorinus homil. 11. in Eccles. sub finem, iniquiens; Nihil excipitur à suavitate ejus, omnia disponit suaviter Quo omnia? Prava, & recta, bona, & mala, obnoxia, & adversa. Omnia disponit suaviter; non solum bona sed etiam mala; non solum recta, sed etiam prava; non solum obnoxia, sed etiam adversa. Omnia disponit suaviter. Quam suavitatem? Vultis scire quam suaviter disponit omnia? Sine violentia adversa subjicit, sine tumultuatione prava dirigit, & in pacatissimo Regno suo, quod iustitia intus tenet, mala quoque, & adversantium vitiorum motus, sine coactione, secreto ordine, sapientissimaque dispositione servare facit. Tam suaviter enim omnia, etiam non suavia disponit, ut omnia, que contra ejus voluntatem se erigunt, neque potenter extinguat, ut nihil sint, neque violentè compellat, ut nihil possint, sed esse sinens, & posse annuens, currentia contra suam voluntatem manifestè permittit, & occultè conducit ad implendam suam voluntatem, & cum mali volunt illi contra ipsam sine ipsa volunt, cum autem possunt, quod volunt, ab ipsa possunt, cum verò faciunt, quod possunt putant quidem, & volunt facere se, quod ipsa non vult, tamen, & non aliud faciunt, nec facere queunt, quam quod ipsa vult. Manifestè enim permittuntur, & occultè conducuntur, & suaviter disponuntur, & pertingit usque ad eos Sapientia ita fugit, ut ipsos ad suam dispositionem restringat, & disponit suaviter, ne eos ipsos contra eorum voluntatem compellat; Sed & si quando exterius violentiam pravis voluntatibus adhibendis, sive plebendis adhibet, nunquam tamen suaviter suæ dispositionis, deserit, quia in se tranquilla permanens, unde adversantium pacem male quietam turbat, inde regnum iustitia suæ solidius ad pacem componit. Propterea ergo pertingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. En quanta in regendo divina suavitas.

Expressam symbolo sibili auræ tenuis divinam hanc regendi, & agendi rationem legere licet 3. Reg. 19. ad hanc tertio

tertiò adjectam speciem respexit Tertullianus *lib. de patient. cap. 15.* describens patientiæ thronum: *Sedet, inquit, in throno spiritus ejus mitissimi, & mansuetissimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo livet, sed est tenore serenitatis apertus, & simplex, quem tertio vidit Eliam.* Quamvis autem varii Doctores variè illa symbola vehementis spiritus ignis vocantes, & aure tenuis Eliæ objecta interpretantur, tamen admodum verisimilis ea expositio videtur, quæ affirmat, significasse iis Deum suam agendi, & regendi rationem, non duram, severam, impotentem, sed lenem, ac suavem esse. Quod latissime verfat Sanctus Chrysostomus *tom. 1. homil. de Petro, & Elia, & c. 6.* alia *homil. de Elia. Bonus Elias præ zelo, quo flagrabat austeri, ac duri spiritus erat, eumque Deus saeviebat traducere ad lenitatem erga populum, in quem ob Numinis violationem concitator erat.* Itaque exhibuit se illi Deus specie tenuissima, ac lenissima, nec conterens petras, sed molliter perfians, ac sibilans.

6 Ad stipulatur planè Theodoretus *g. 57. ad lib. 3. Reg. & concinnè Petrus Blefensis epist. 100.* cujus, præter cætera, hæc est oratio, dum informat novum Prælatum: *Turpe quidem, & absurdum est in Prælato cum ira, & austeritate corripere, sicut Apostolus ad Timotheum scribens ait, Dei servum, inquit, non oportet ligare, sed mansuetum esse, & patientem ad omnes, & cum lenitate corripere eos, qui resistunt veritati, &c. Cum Propheta diceret. Ecce spiritus grandis conterens petras, & non in spiritu Dominus, & post spiritum commotio, non in commotione Dominus, & post commotionem ignis, non in igne Dominus. Et adjungit; & post ignem sibilus aura tenentis, & in eo Dominus. Nam cum spiritus ira, & commotionis, ignisque iracundia Deo displiceant, ipsi accepta est lenis, & blanda correctio.* Videndus quoque, qui de hoc sibilio Eliæ objecto præclarè disserit Philippus Abbas *lib. de silentio Clerici. c. 39.*

7 Specimina verò divini in regendo suavitatis in ordine naturæ, & in ordine gratiæ ex ipsa praxi manifesta sunt. Nam in ordine naturæ, Deus, ut Sanctus Augustinus sapienter ratiocinatur *lib. 7. Civitat. cap. 30.* Omnia motus suos agere sinit, quæ est summa omnino agendi, ac regendi suavitas. Mavult Deus cum honoris sui, ac supremæ suæ majestatis injuria non temerare naturalia jura, quæ humanæ libertati in seipsum concessit, quam cum ea temeratione, quæ illi esset planè ad manum, impedire innumera, & atrocia scelera, quibus in momenta singula à mortalibus violatur. Imo non levis admiratio est, cum aliquando per miraculum agentia merè naturalia prohibeat operatione, humanam tamen libertatem vix unquam inhibuisse, deprehenditur.

8 In ordine autem gratiæ, verisimè Sanctus Chrysostomus *homil. 12. in epist. ad Hebr.* divinam erga nos suavitatem expressit, docens, Deum, ne nostram temeret libertatem, & ut suaviter, magna que cum condescensione omnis violentiæ experire nobiscum agat, nequaquam nos prævenire, non quod non exigeret semper gratuita Dei præventio, ut supernaturalis boni quippiam moliamur, sed quod divini gratiæ præventio non sit ejusmodi, quæ libertatem nostram violat. Indubitarumque esse debet, eam negationem præventionis, ne nostra libertas temeretur, aliud non excludere, quam violentam voluntatis humanæ coactionem cum libero usu potestatis utrolibet flexilis incompossibilem.

9 Eandem divitiæ supernaturalis providentiæ, restrictis voluntatum humanarum suavitatem, violentiæ omnis expertem, suspexere Patres alii. Origenes circa illud Apostoli Roman. 9. *inertus es in bonam olivam,* ita inquit, *Sicut omnis materia corporalis, cum sine dubio unius nature sit, per accidentes sibi qualitates, diversas species profert, vel corporum, vel arborum, vel herbarum, ita & cum omnium rationalium una natura, arbitrii æqualiter libertate donata unusquisque proprii motus, ex arbitrii*

potestate prolatis, vel ad virtutem, vel ad libidinem subiectam sibi animam perducens, vel in bona eam, vel in mala arboris formam speciem, ut aut bona dicatur arbor, si per arbitrii potestatem delegerit bona, aut mala dicatur, si elegerit mala, & sic unusquisque secundum proposita sui motus, aut dicitur bona oliva, si iter virtutis incedat, aut contraria scelerum, oleaster nominabitur. Inde denique, & Dominus in Evangelio dicebat. *Aut facite arborem malam, & fructum ejus malum, aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum, ostenderet arborem bonam, vel malam non nasci, sed fieri. Idem verò si accidit aliquid ad arbitrii libertatem, quod extrinsecus vel ad mala provocet, vel hortetur ad bona per infallibiles quasdam Divini Providentiæ dispensationes; in nullo consequentiam proposita absolutionis offendit. Habet enim in semetipso natura rationalis vigentem arbitrii libertatem, quæ vel obedire, si velit provocanti, vel si nolit, spernere possit hortantem.*

Philo Carpathius tractans illud Cantic. *Terribilis, 10 ut Castrorum acies ordinata,* cum præmississet necessitatem divini circa nos sollicitationis, quæ invitationem tantum, & collectionem ferat, violentia autem, & necessitudine careat, subdit: *Duo ad salutem sunt nobis maxime necessaria, quorum unum supra nos, alterum nobis inest ex munificentiâ conditoris. Divina gratia scilicet nos præveniens, & liberum de voluntate judicium. Gratia alluciendo, incipit admittit consequitur, bene retenta, ac feta perficit. Ut enim ovicula, vel alii cuiusvis de cicuribus animanti præmonstratum aliquid, eam propius allucit, ac movet, nec tamen cogit, ita menti humana, divina gratia lumen infusum, voluntatem nostri animi, seu rationis, quam appetitum appellant, allucit, ac trahit, nec ulla vicogit, sed sola obaritate benignissime invitat.*

Idem habent Eucherus *homil. 9. de Paschate, Ennodius lib. 2. ep. 19.* Bernardus *serm. 85. in Cant. sub med. Sicque* se nobiscum gerit Deus, ait Auctor imperfecti operis in *Matth. homil. 14. ad illud, adveniat regnum tuum,* quia Rex est, non Tyrannus. Idcirco enim neminem per violentiam adigit, quia Rex legitimus est. Ac ita luculenter S. Dionysius *c. 4. divin. nom. prop. fin.* illam multorum sive querimoniam, sive criminationem, quod Deus nos ad virtutem per providentiam necessitatem, ac vim inferentem non trahat, vocans inconsideratum, vanumque; multorum verbum, quod negat, approbandum esse, cum destruat naturam, cui divina suavitas gubernatio sapientissimè se accommodat Arnobius *lib. 2. insulam illam adversus Deum criminationem fuscè & refert, & refutat, necnon Lactantius inst. c. 5. itemque Basiliius homil. quod Deus non sit auctor malorum. Nylsenus orat. de mortuis, & in orat. cath. c. 7. Hilarius in Psal. 2. Chrysost. homil. 14. in 1. Corinth. & 83. in Matth. Cyrill. lib. 1. Glaphyr. in Genes. & de Adam. Titus Bestrenus lib. 2. contra Manich. Nemesius c. 21. lib. de homine. Eusebius Gazæus in Theophrast. Ex hæreticis idem tradit Pelagius ea ad Demetriadem Virginem epistola, quam aliquis absurdè S. Hieronymo, alii B. Ambrosio adscripsit, cum manifestè spiret Pelagium, & ab ipso Divo Augustino, tanquam scetus Pelagii agnoscat, & confutetur *lib. de gratia Christi c. 22.* atque ex Ethnicis simplicius *ad c. 34. enrichir. Epist. 1.* disputans de causa mali.*

Insigne præterea divini in regendo suavitatis argumentum petere licet ex eo, quod si quando justitiæ ratio Deum adigat ad plæctendos noxios, temperatissima semper infertur ultio. Advertit id præclarè Salvianus sub finem libri *de provid.* Expandens, quod refertur *Exod. de pœna ob vituli conflationem, & adorationem* irrogata, *cum omnis populus, inquit, reus fuerit, cur non est in omnes missa damnatio? Quia pius scilicet Dominus partem percussit sententiæ suæ gladio, ut partem corrigeret exemplo, præberetque omnibus simul, & coercendo censuram, & indulgendo pietatem. Centurta enim fuit, quod castigavit; pietas quod pepercit, quamvis*

quamvis utramque impari modo, plus siquidem tunc pietati datum est, quam severitati. Ideo utique, quia cum indulgentissimus Dominus propensum se temperationi præstet, quam ultioni, licet in coercenda tunc Judaici exercitus parte, judicio, & severitati censura divina aliquid attribuerit, majorem tamen sibi populi portionem pietas vindicavit, specialiter quidem hoc, & peculiari tunc innumeræ plebis misericordia, ne omnes scilicet, quos reatus complectebatur, pœna consumeret.

13 Egregiè Paulinus *Epist. 10. ad Severum:* *Tanta est enim summa Patris pietas, ut etiam ira ejus, misericordia sit, & idè castiget, ut parcat.* Denique Beatus Apostolus idè cæcatus est, ut illuminaretur, cecidit perceptor, ut Apostolus surgeret, in itinere iter repetit, & in impietatis via pacis viam agnovit. Merito igitur Ricoldus antiquus, & gravis Mahumetismi oppugnatore *l. contra Alcoranum lib. 10.* inde confirmat, legem Mahumeticam à Deo non esse, quod sit lex violentiæ, cum è contratio divina lex, & rectio lenissima sit, & suavissima.

14 Ex hac Divina in regendo lenitate existunt illæ Dei querelæ in præfectos impotentis animi, & ut sapiens appellat, *illus Pluvii,* hoc est violentos, vehementes, ac incitabilissimi impetus, & ferociæ. Eas querelas apud Ezechielem *cap. 34.* his verbis legimus: *Gregem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ærotum non sanastis, quod contractum est non alligastis, & quod abjectum est non reduxistis, & quod perierat non quaesistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia, id est austeritate, ac dominando, ut exponit Sanctus Gregorius 23. moral. c. 13. Eadem forma in regendo, potentia nomine exprimitur apud eundem Prophetam *c. 22. juxta septuaginta, quos Nazianzenus expressit orat. 1. num. 113.**

15 Et hoc maxime nomine gloriam divinam promovit Christus, quod homines, quorum animas ad Deum converteretur venerat non dominantis auctoritate subegit, sed subditorum spontanea meditatione, quam obtinuit lenitate, & mansuetudine, mirabiliter dexteram ejus deducente, ut habet Psalmus 44. Hac ratione revocavit Christus ad praxim, quod passim usurpabat in sermone, ac doctrina. Notavia enim Sanctus Chrysostomus *homil. 60. in Joannem* sub initio, Christum passim de lenitate, ac benignitate verba facere solium. Hoc est illa Christi in regendo lenitas, per quam Apostolus, ut Theophylactus rectè expendit, Corinthios obrestabatur *1. Cor. Obsecro vos per mansuetudinem, & modestiam Christi græcè lenitatem.*

16 Neque est, quod quis pugnare cum ea tanta Christi regiminis lenitate existimet, *virgam ferream,* in qua reatum Christum prænuñciavit *Psalmo 2. David.* Occurram enim cum S. Hilario ad eum psalmum. Ne quis temerariæ huic, & impiæ præsumptioni locus pateat, proprietates ipsæ verborum in Romanam linguam translatorum cognoscendæ sunt. Namque id, quod nobiscum est, *Reges eos in virga ferrea,* quamquam ipsum *reges,* non tyrannicum, neque injustum sit, sed ex æquitatis, ac moderationis arbitrio, regimen rationale demonstrat, tamen moll orem adhuc regentis affectum, proprietates Græcæ significat. Quod enim nobiscum est *reges eos,* cum illis est, *Pastoraliter reges,* regendi scilicet eos curam, affectu Pastoris habiturus. Ipse est enim pastor bonus, cujus oves nos sumus, pro quibus animam suam posuit. Ne autem jus tyrannicum significati arbitremur in virga, quæ in virgæ nuncupatione proprietates sit ex novo, & veteri testamento noscendum est.

17 Ad stipulatur huic S. Hilarii interpretationi de virga ferrea, hoc est inflexibili, & recta, sed non nisi pastoralis regimine S. Augustinus, Theodoretus, & alii in *Psalm.* necnon Primahus, Beda, & Rupertus in *cap. 2. Apocal.* ubi Joannes, sicut etiam *capite 12. & 19.* contentanè ad Hebræum, & Græcum Psalms conrextum, è quo aperte profecit, *virgam ferream,* appellat rectionem pastoralem, Tom. X.

quæ cum sita sit in pascendo, caret amaritudine, estque lenissima. Ne verò hæc expositio singularis videretur, S. Hilarius adducit plures scripturâs, quibus ostendit, *virgam,* & quidem ferream, non nisi validam, & firmam, tyrannidis tamen, & violentiæ expertem, potestatem significare, qualis sanè fuit Christi potestas, & rectio, quæ est etiam Chrysostomi de eo loco sententia.

Quam porrò ipse Christus Dei imitatione servavit regendi temperationem, eandem illis, quo suos in Ecclesiæ regimine constituere Vicarios, ut loquitur S. Bernardus *serm. in illud, Audiam quid loquatur,* imò ministros suo loco præscript *Matth. 26.* Alibi verò *homil. 6. in Isaiam:* ex eodem Christi monito Apostolus datur, colligit Episcopum, & idem est de quovis Rectore Ecclesiastico, servum statui eorum, quibus præest. Non ad Principatum, inquit, Ecclesiæ venit, qui salvati vult, etsi præest, sed ad servitutem Ecclesiæ, si oportet, & de Evangelio *Principes quidem gentium dominantur eis, & qui potestatem habent in illis, magistratus vocantur. Non sic autem erit in vobis.* Nec enim dominantur Principes in vobis, sed qui vult vestrum esse major, erit omnium minimus. Qui vult esse primus, erit omnium novissimus, Qui vocatur ergo ad Episcopatum, non ad Principatum vocatur, sed ad servitutem totius Ecclesiæ.

Angeli quoque, qui nostri Rectores sunt, ea lenitate, 18 ac mansuetudine homines dirigunt, quam nemo unquam satis suspexit. Ideoque Petrus Blefensis *Serm. 3. Angelos absolute mites appellat.* In tribus quidem mansuetudo consideratur, si quis scilicet socialis est, ut cum quibuscumque vivat, gratiosus sit eis: Sic Paulus omnibus omnia factus. Si quis etiam lædentem non lædit. Postremo etiam, si lædenti benefacit. Hæc præcipue in Angelis eminent. Cum enim ille imprudens, & impudens Lucifer se à Deo, & socialibus dissociaret Angelis, ipsi in societate persistunt, in mansuetudine sua roborati. Injurias, quas eis quotidie inferimus, dum custodiæ eorum refragamur, patienter sustinent, nec læsi nos lædunt, imò mitius compatiuntur nobis, & quod verisimile est, tanquam medici majorem sollicitudinem infirmis impendunt, quam sanis, & magis gaudent super uno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent penitentia.

Et est tamen Angelorum potestas maxima, ut præter 19 cæteros copiosè prosequitur Sophronius Hierosolymitanus, eo encomio, quod dixit Sanctis Angelis, & nos in nostro opere de Sacro fidei Catholica Tribunali, nihilque facilius foret Angelis Sanctis, quam hominem minimo nisu conterere. Id, quod manifestissimum fuit in eade, quam unicus Angelus pro brevi tempore sine strepitu intulit copias numerosissimas, & instructissimas Sannacheribi. Quare non foret unicuique Angelo operosum, hominem, cui præest, vi adigere quo vellet. Non potest quidem Angelus, sive intellectum, sive voluntatem hominis implere, ut loquuntur Patres, Basiliius initio *lib. 5. contra Ennom.* Fulgentius *de fid. ac just. cap. 3.* Paschasius *lib. 2. de Spiritu Sancto in fine,* Bernardus *lib. 5. de consid. cap. 3.* Rupertus *lib. 1. de oper. Spiritu Sancti c. 26.* Id est non potest quidem Angelus per seipsum directè, ac immediatè hominem sive intellectuare, verbum est Divi Augustini *serm. 18. in Psalm. 118.* easque intellectui immittere cognitionem, sive voluntati ejus talem, aut talem actum imprimere, tamen indirectè, & interventu inferiorum potentiarum subordinatarum, in quas per externos sensus, ac temperiem corpoream multum juris habet, ita allicere eas quoque Superiores facultates potest, ut non difficilè illas abducat quo liberit.

Tanta, tamque robusta, ac valida cum sit Angelorum 20 potestas in eos, quos dirigunt, tamen nihil per vim, ac imperium, sed omnia suaviter, ac moderatè suscipiunt.

Nec deest vox Apostolorum de necessitate exprimentæ 21 in regendo suavitatis. Sanctus Petrus *epist. 1. cap. 5.* Christianos rectores informans, sic scribit: *Seniores, qui in vobis sunt, obsecro, conserior, & regis Christi passivum,*

qui & ejus, qua in futuro revelanda est gloria communi-
cator. Pascite, qui in vobis est gregem Dei providentes,
non coacti, sed spontaneè secundum Deum. Neque turpis
lucris gratia, sed voluntariè, neque ut dominantes in Cle-
ris, sed forma facti gregis ex animo, & cum apparuerit
Princeps Pastorum, percipietis immarcescibilem gloria
coronam. Seniores non ætate, sed dignitate, ac munere,
idest propósitos, spectat hæc oratio, ut sequentia mani-
festè ostendunt, quibus Apostolus docet hujusmodi se-
niorum esse, pascere, ac providere.

23 Mirum porro videri non debet, S. Petrum, suavem,
temperatamque rectionem aded probare. Quod enim
Sancti Operatus lib. 7. in Parmen. Chrysothomus orat. in
Petrum, Eliam, & Petrus Damiani egregiè observant,
providet Deus nobis, prospiciens, ut severior, auste-
riorque, & rigidior Petri animus mitesceret, atque mol-
lesceret. Erat sanè Petrus, ut ratiocinantur Sanctus Chry-
sothomus serm. 27. Vertex Apostolorum, Basis immobi-
lis, Petra firmissima; Princeps Ecclesiæ, Portus inexplu-
gnabilis, Turris stabilis. Hunc tamen talem, & tantum
in Ecclesiæ Pastorem electum, impingere, ac in terri-
mum abnegati Christi peccatum tuere, permisit Deus.
Rationem illius providentiæ sic aperit Sanctus Chry-
sothomus: Si Doctores, & Sacerdotes minimè peccarent, ne-
que affectibus hujus vitæ essent obnoxii, adversus alios inhu-
mani essent, & implacabiles. Ob eam igitur causam, etiam
Sacerdotes ipsos Ecclesiæ, affectibus esse subiectos permisit,
ut ex eo, quod in seipsis sentiunt, faciliores ad veniam aliis
dandam fiant.

24 Eundem Dei, & Christi in regendo spiritum obti-
nuit cum Petro Paulus, neque ex dissimili origine. Nam
Paulum quoque, ut Petrus Damianus notat serm. 27.
idcirco Deus multipliciter olim inquinari permisit, ut
tantus rector animorum suavitatem regiminis addice-
ret. Itaque aliis rectoribus metuens ad Galat. 6. diserte
denunciat, verendum esse iis, qui in alios severius, ac
inclementius se gerunt, ne sinantur ipsi quoque cadere:
Si preoccupatus, inquit, fuerit homo in aliquo delicto,
vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu
lenitatis, considerans se ipsum, ne & in teneris. Præ-
occupatum hominem, hoc est non ex adulta iniquitate
prolapsum, sed præventum, & ferè antequam lapsum
suum perfecte adverteret in præceptum actum, admonet
Paulus oportere leniter instrui, aut, ut verbi Græci em-
phasis retineatur, resisti cum mansuetudine, per recto-
res spirituales alios dirigendis, ac juvandis præpositos,
qui non imperio subditis præsideant, sed ministerio, ut
loquitur Tertullianus lib. de publico, cap. 21. Quod si in-
temperantius se gerant, zelum Dei obtendentes, juber
memores esse communis naturæ in omnibus prolapsioni
obnoxie, ostendens, nihil esse proclivius, quam ut
qui in alios ferrei, & immites sunt, cum ceciderint, id
enim præsertim est colorati tyrannici spiritus, & impo-
tentie animi obtendiculum, tyrantem ipsi aliquando com-
miseratione aliena, iusto Dei iudicio, & æquissimo per-
missu prolapsi.

25 Alia quædam ex Apostolo, quibus lenis ejus, ac sua-
vis in regendo animus apertè proditur, expendit Orige-
nes tr. 13. in Matth. in hunc modum: Cum sint multi
dispensatores, difficile est invenire fidelem, & pruden-
tem. Propter quod & ait Apostolus: Ita nos existimet
homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum
Dei. Hic jam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis
inveniat. Peccat autem in Deum quicumque Episco-
pus, qui non quasi servis servus ministrat, sed quasi
Dominus, frequenter autem & quasi amarus dominus do-
minans, simili constitutus Aegyptiis, qui affligebant vi-
tam filiorum Israel cum vi. Ergo memores esse debent
verborum Christi dicentis: Vos vocatis me magistrum,
&c. Et illud Principes gentium dominantur, &c. Audire
autem oportet, & Paulum dicentem: Cum possemus esse
vestrum, ut Corinthis Apostoli, facti sumus parvuli in medio
vestrum, quemadmodum si nutrix fovet natos suos, sic

desiderantes cupimus participare vobiscum, non solum E-
vangelium, sed etiam animas nostras. Et non oportet per-
cutere consertos, sed corrigere inquietos, consolari pusilla-
nimos, sustinere infirmos, & patientes esse ad omnes. Quo-
niam servum Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse
ad omnes, cum modestia docentes eos, qui resistunt.

Spiritus lenitatis, ac benignitatis, qui duos Aposto-
lorum Principes ad suavem, ac lenem rectionem impu-
lit, æquè cæteros Apostolos ad similem regendi formam
induxit. Quare dubitare non licet, quin quæ laus fuit
duorum Apostolorum, ut jure dicerentur, Uberta Ecclē-
siæ, præ lenitate præsertim, ac benignitate, in alios item
Apostolos omnes ceciderit. Unde Sanctus Chrysothomus
Orat. de S. Ignatio, laudem unicuique Apostolorum tri-
butam in omnes æquè, redundare confirmat, sic scribens:
Cum Paulum dico, non hunc solum intelligo, sed & Pe-
trum, & Jacobum, & Joannem, atque omnem ipsorum
chorum. Quemadmodum enim in lyra cum diversæ sint
chordæ, unus tamen concertus est, sic etiam in Apostolo-
rum choro, quamvis sint diversæ persone, una tamen do-
ctrina est, quandoquidem, & unus artifex est Spiritus
Sanctus, qui ipsorum animos movet, idque Paulus ostendens,
sive igitur, inquit 1. Corint. 15. illi, sive ego, sic prædicamus.
Quæ etiam quam regiminis lenitatem Petrus, & Paulus factis,
& verbis prætulerunt, facti suorum alumnorum nutri-
ces, & ubera, idem universi quoque Apostoli exhibuerunt,
& docuerunt.

Nec aliud est ab Apostolis Apostolicorum virorum
de necessaria imitatione divinæ in regendo lenitatis ju-
dicium. S. Athanasius in exhort. informans magistros Mo-
nachorum, & docens quam fatius sit leniter, ac benignè,
quam durè, & asperè se gerere, sic loquitur. Magis ben-
gnitatis adhortationibus de illicente blandimente via
veritatis ostensa, nubem erroris aperite, ut non trahi incipiat
unusquisque, sed sequi præcedentem. Semper duriora ste-
tenda sunt, ne veribus inclinata curvatio, priusquam in
circulum veniat fatiscens, fragmen effundat. Hinc sapius
scandala vulgo dicaciter gignuntur. Dum ad Religionis ju-
gum censorium arrogatur imperium, vita nostra jubet, lin-
gua persuadeat, quia plus auctoritatis gestat exemplum, &
ingerit appetentiam sui, morum lenis formatio.

S. Basilii, cui, auctore Nysseno in exhortat. secundas
post Apostolos partes, solum tempus dedit, sic loquitur
regul. fus. in 43. Morum mansuetudo, & humilitas cordis,
hæc præcipua Antifitius veluti insignia sunt. Si enim Do-
minus discipulis suis ministrare non erubuit, sed terre, ac
luti, quod ipse fixerat, & hominis forma figuraverat,
minister esse non recitavit: Ego enim in medio vestrum sum,
inquit, sicut qui ministrat, quid est tandem, quod erga
æquales nostros præstando, illius imitationem assequutos
nos, existimare possumus. Hoc igitur est, quod primum, &
eo usque magnum, in Antifitio requiritur. Tum clementem
esse ipsum oportet, ac ejusmodi, qui per veram inexperien-
tiam in officio delinquentes leniter suserat. Non tamen qui
obtescat ad peccantes immorigeros, ac detestantes impe-
rium clementer toleret, & ipsis cum quanta maxima possit
lenitate, moderatèque medicinam adhibeat. Idoneum-
que præterea, qui accommodata eorum moribus remedia
commiscatur, & excogitet, non atrociter objurgantem, sed
in mansuetudine monentem, clementer quoque corripientem, si-
cut scriptum est, nempe 2. Tim. 2.

S. Augustinus informans Præpositum in reg. capit. 15. 29
aliàs 43. sic breviter habet: Ipse qui vobis præest, non se
existimet potestate dominante, sed charitate serviente felici-
tatem. Addit pleraque in eam sententiam, quæ in commen-
tario expendit Hugo Victorinus, & insignia quoque sunt,
quæ habet in eadem regulæ expensione Philippus Ab-
bas lib. de obed. c. 41. in fine, demonstrans, quod S. Augusti-
nus mandat, ut superior plus se amati, quam timeri velit,
eo pertinere, ut omni cum suavitate, ac benignitate
quantum fas est, regat subditos, nec ut Philippus loqui-
tur, per odiosam justitiam, reddat regimem inutile iis,
in quorum solum utilitatem est institutum. S. 8. Le
epist. 84.

epist. 84. Sic est adhibenda correctio, ut semper sit salva
dil. 110.

30 Eadem ferè habet Sanctus Nilus in libello ascetico
agens contra ambientes munus Religiosæ Præfecturæ,
S. Doctoreus doct. 17. num. 2. agens cum Præfecto Cæno-
bii, S. Benedictus in reg. cap. 2. & 64. ut Abbas erga sub-
ditos, pium Patris affectum citendæ ferid, & graviter
præcipit, Sanctus Gregorius 21. moral. cap. 11. dominati-
vam potestatem de incurriendo timore sollicitam, aman-
dæ ad præfectos pecorum, atque feratam, Sanctus Ildo-
rus lib. 3. serm. cap. 48. reprehendit qui nomen regiminis ad
inimauitatem transvertunt crudelitatis. Eiusdemque sen-
tentia est Antiochus, instruens Præfectum cænobiticum
homi. 111. Philo Carpathius ad illud 7. Cantici, Natus
est Anselmus, referente Edimero lib. 1. vita, ubi quamquam
agat tantum de pueri Religioni oblati leniter tractan-
dis, tamen rationes ferè sunt universales. Sanctus Ber-
nardus sua praxi firmavit, quod hic intendimus, ut scribit
in vitæ Sancti rebus gestis Goffridus lib. 3. cap. 6. de sum-
ma ejus suavitate, & redundante dulcissimis affectibus
peccatore, Petrus Blesensis epist. 100. in hac lenitate nec
Deus, nec homo offenditur, in qua fides à Præfate tam
fide scriptum est. In fide, & lenitate ipsius, Sanctum fecit
illum, Thomas Cantipratanus lib. 1. apum cap. 11. num. 2.
in s. cujus titulus, Prælati non agant imperiosè. Laurenti-
us Justinianus informans moderatores, & rectores lib.
de instit. & regimin. Prælat. cap. 9. Joannes Gerfo sæpe le-
nitatem regiminis inculcat Pastoribus 3. par. episc. de
relig. perfect. consid. 15.

Quoniam verò nulli unquam peccatori deest impudens
prætextus, ait S. Chrysothomus in psal. 140. sunt qui præ-
texant, inferiores non aliter esse continendos in officio,
quam si superior rigidè, ac pro imperio agat. Causantur
quippe superioris auctoritatem facillè enervati, suble-
quente contemptu, si molliter, ac remissè agatur. Sic
enim interpretantur regimen blandum, ac lenè, ut non
aliud sit, quam remissum, & enerve, cui sapientes omnes
maximè semper timuerunt, tanquam exitiali, & perbreui
cum subditorum duritie laxitatem, & universæ Ecclesi-
asticæ disciplinæ dissolutionem invehenti.

32 At re vera hoc aliud non est, quam multiplicare dese-
ctus, quod proprium est excusantium excusationes in pec-
catis. Non esse molliter, ac remissè agendum, ut facta re-
tineatur superioris auctoritas iis iustis diceretur, qui
sunt natura, & ingenio facillimi. Idcirco enim Sanctus
Gregorius hom. 11. in Ezechiel. observat Apostolum Tiro
mandasse, inquit Dominus, redarguo, & castigo.
quod lenior natura esset, & magna ingenii facilitate,
quæ facillè in ignavam remissionem cum subditorum
extorio, & auctoritatis contemptu esset degeneratura, nisi
Tutus animos sumeret. Contra verò idem Apostolus,
Timotheum, cui non erat ea genii, & naturæ facilitas,
propè accedens ad mollitiem, admonuit regere subditos
cum omni patientia. Non latebat Apostolum, quod di-
stinctius exprefit Sanctus Bernardus serm. 25. in Cantic.
bonorum Præfectorum esse agnoscere se subditorum me-
dicos, non dominos. Est autem plusquam falsum, con-
temni auctoritatem, si adsit arrogantia imperantis: Qui-
nimò nihil est, quod aded Episcopalem auctoritatem
cum veneratione, & amore conjunctam imminuat, nihil
quod odium, & exacerbationem magis conciliet, quam
factus ejus, qui cum aliarum virtutum omnium, tum præ-
sertim humilitatis, & demissionis præluere exemplo de-
bet, ut munere sibi credito dignus habeatur. Debet enim
de quovis Pastore illud jure dici posse, quod in Patris sui
laudibus posuit Gregorius Nazianzenus; Velut spiritua-
lem quamdam statuum ad optimæ cujusque actionis pul-
chritudinem expositam, se ad imitandum proponere.
Acriter in hujusmodi deceptionem agit Philippus Abbas
lib. de dign. Cleric. cap. 17. exemplo Davidis, qui cum ad
regiam auctus esset dignitatem, & aliis imperaret, aucto-
Tom. X.

ritatem tamen, qua potiebatur ab humilitate præsertim
exornatam voluit, probè gnarus, non auferere, vel re-
tineri factu auctoritatem. Extat Sancti Basilii querela
epist. 10. adversus occidentalem, Damalique in primis
prætextum factum, in qua venissimè statuit, dignitatem
non esse æstimandam superbiæ.

Neque hoc dicimus, non esse contundendam, si depre-
hendi contingat, subditorum duritiem, aut aded remissè
agendum esse, ut crescat per eam occasione præptæ disci-
plinæ laxatio. Hoc S. Gregorius lib. 4. epist. 8. merito im-
probat ex Apostolo admonente honorificandum cuique
esse ministerium suum, & ita in corde tenendam Præ-
fecto demissionem, ut tamen exterius servetur dignitas, nec
feratur licentia extollentium se supra eos, quibus reve-
rentiam, & obedientiam debent, de quo Sanctus Bona-
ventura cap. 10. reg. Sed illud dumtaxat dicimus, non esse
ante occupandam per Superiores inferiorum agitudi-
nem prætextu tuendæ, ac retinendæ auctoritatis, nec prius
utendum asperitate remediorum, quam eam expofcat, &
veluti extorqueat necessitas. Quæ enim ista efferatio,
gratulari in planè subjectos, & placidos, ne fortè contin-
gat vilescere potestatem? Teneant ergo Superiores exte-
rius, quod pro aliorum auctoritate iusticiunt, servent
interius, quo de sua æstimatione pertimescunt. Sed
tamen quibusdam signis decenter erumpentibus eos apud
se humiles, etiam subiecti deprehendant, quatenus, & in
auctoritate eorum, quod formident, videant, & de hu-
militate, quod imitentur, agnoscant.

Non enim revera zelus est, sed furor, si Gulielmus
Parisienlem lib. de maioribus cap. 8. legamus qui in has,
ut appellat, finias zeli concitatur. Unde & in ore eo-
rum semper sonat vox tyrannica Crucifigatur, confun-
datur, deponatur, deiciatur, ernatur. Potestas in ma-
nibus hominum hujusmodi gladius est proculdubio in
manu furentis. Vix autem nunquam de ore eorum audi-
tur, exaudatur, corrigatur. Utere norunt solummodo
& secare, ferrum, & ignem statim adhibere conantur;
nihil de unktionibus, nihil de fomentis, nihil de cata-
plasmatis curant, nihil de potionibus, nisi fortè de
potione absynthi amarissimi, cujus sumptio tormentam
sit, & non medicina.

Breviter, sed eleganter S. Cyprianus lib. de lapsis, quo
non esse asperitatis arguendum fortem Rectorem, nec
remissum posse sibi de lenitate blandiri egregiè docet:
Qui peccatum, inquit, blandimentis adulantibus palpat,
peccandi fomitem subministrat, nec comprimit delicta
ille, sed nutrit. At qui consiliis fortioribus redarguit
simul, atque instruit, fratrem promovet ad salutem.
Quos diligo, inquit Dominus, redarguo, & castigo.
Sic oportet & Dei Sacerdotem, non obsequiis discipien-
tibus fallere, sed remediis salutariis providere. Imperi-
us est medicus, qui tumentes vulnerum signis manu par-
cente contrectat, & in altis recessibus viscerum virus in-
clusum, dum servat exaggerat. Aperiendum vulnus est, &
secundum, & putraminibus amputatis medela fortiore
curandum. Vociferetur, & clamet licet, & conquæatur
æger impatiens per dolorem, gratias agat postmodum
cum senserit sanitatem. Laudat hunc Sancti Cypriani lo-
cum Hormisda Papa epist. ad universas Provincias, sic
addens: Unde & S. Joannes Constantinopolitanus Episcopus
arguit, dicens, imperitus medicus est, qui indigesta
putredine superducit vulneri cicatricem. Exemplum hoc
medici Joannes Satisberienensis lib. 4. polyt. cap. 8. Rector
optimè accommodat, & egregiè Climacus informans
cænobii Pastorem toto c. 2. & 6.

Miscenda itaque est in regendo suavitati fortitudo ad
Dei imitationem. Quod nec commodus, neque certius
assequi Superiores possunt, quam attentè, & diligentes
spectando modum, quo Deus ipse in regendo suavis
simul, & efficax est. Hoc autem quantum ex Sanctis Pa-
tribus percipi licet, non aliter præstat Deus, quam attem-
perando se hominis genio. Quid enim suavis, quam
voluntate sua aliquem ducere, eoque inflectere, quo
Z 2 iplimen

aperat proprio nutu, ac propensione agi velit? Vide Sanctum Augustinum ad Simplicianum lib. 1. g. 2. & *libell. de predestinat. sancti. cap. 7.* Præsertim autem intentum assequitur, & felicissime regit, quia opportune operatur, & sive lenitatis, sive severitatis argumenta exhibet, cum opportunum est. Explorandus accuratè genius subditorum, eique accommodanda, quantum licet rectorio, & correctio, ut Sanctus Basilius cap. 23. *constitut. ad sin.* optime admonuit. Hoc autem esse, quod in scripturis sæpè dicitur, dandum esse aliquid in tempore, in quem finem constitutum esse servum fidelem familiæ Dei præpositum, habent Luc. cap. 15. & Matth. cap. 24. egregie exposuit Origines, tractans illud Levit. 26. *dabo vobis pluviam in tempore*, sicut in tritici mensuram servus fidelis, & prudens in Evangelio confertis dare jubetur in tempore.

37 Huc pertinet diligens illa servatio propensionis, ac varietatis animorum, quam tanta studio Rectori indicit Nanzianzenus orat. 1. & ejus vestigia affectatus Sanctus Gregorius Magnus in pastor. Talem Superiorem Sanctum Maximum Larinensem Abbatem, postea Rhegiensem Episcopum, describit his verbis Faulstus homil. de eo: *Optimum perfecti exercitii idoneum Ducem? O virum per omnia Deo dignum? Eminens, ut sic dixerim, in ipso habita animi fortitudo, in specie exteriori ipsam putares expressam imaginem sanctitatis. Terribilis incessu, reverendus aspectu. Crederes, quod semper invisibilem illum hostem ipsa virtute terret. Motuendus securitate, benignitate venerandus, auctoritatis censuram, humilitatis mansuetudine temperabat. Minabatur quidem frontis austeritas, sed cordis serenitas blandiebat, ac sic conveniente in uno diversitate gratiarum, Paulus apparebat in vultu, Petrus in spiritu, illius distinctionis, hujus erat pietatis amulator ita, ut cum presentiam vis sustineres, absentiam ferre non posses, &c.* Hoc suavitatis, ac fortitudinalis fœdere in regendo commendat Pontius Sanctum Cyprianum in vit. *Quæ illi pietas! Quis vigor? Misericordia quanta! Quanta censura? Tantum sanctitatis, & gratia ex ore ejus lucebat, ut advocaret intuentium mentes. Gravis vultus, & letus, nec severitas tristis, nec comitas nimia, sed admixta utriusque temperies, ut esset ambigere, reverentia plus, an diligi mereatur, nisi quod & vereri, & diligi merebatur.* Hoc suavitatis cum fortitudine fœdus luculenter ostendunt in Christo; in Angelis, in Apostolis Sancti Patres. Clemens Alexandrinus lib. 1. *pedagog. cap. 7. in not.* Chrysostomus in psalm. 2. Hilarius homil. 3. in Esaiam, Gregorius Nyssenus lib. de perfect. *Christi. form. sub finem.* Idorus Pelusota lib. 3. *epist. 95.* Gregorius Papa lib. 1. *moral. cap. 10.* Ambrosius lib. 1. *de penit. cap. 14. 16. & 17.*

38 Ipsi sæculi sapientes de fortitudine suavitati miscenda ia primo admonent Plutarchus, qui etsi magnam ejus esse difficultatem non neget, ex ea tamen maxime celebrat Phocionem; quod hac comparatione illustrat: *Vbi predicant solem Mathematici non eodem, ac Cælum manu volvi; neque prorsus adverso tamen, & opposito, sed obliquam, atque leviter inflexam cursus formam tenendo, lentum flexibilem, & sequacem efficere anfractum. quo universas constat, atque optimam accipit temperaturam. In Republica item minimum directus, & per omnia subditorum voluntati reluctans, ingratus est tenor, ac rigidus, ut contra lubricus, & proclivus, qui peccantes sequitur. Illa verò, quæ partim concedit, indulgetque, indeque exigit, quod frugiferum est, administratio, & moderatio hominum in multis modestè, atque utiliter nisi ubique imperiosè, & violenter agantur obtemperantium, salutaris quidem est, verum ardua, hancque egré cum lenitate temperatur, retinens gravitatem, quæ cum hæc si temperata fuerit, ea demum modulorum sit omnium, & concentuum maxime concinna, & delectabilis temperatura, quæ mundum quoque pervihentem Deum regere, non violentia, sed lepore, & ratione inducendo leniens necessitatem, &c.*

Optimus quidem, ac dilaudandus ille Superior, qui clementiam, atque lenitatem severitate, austeritateque miscere solet, cum ex ejusmodi virtutum specie diffimilium temperamento, subditi in officio contineantur. Namque si semper, & ubique clemens, & facilis ad condonandum, quid aliud assequatur: nisi ut bonos ad scelera invitet, malos verò ad deteriora perpetratis alliciat? Severitatem itaque quandoque adhibeat, cum facinororum ipsorum causa, quoniam feliciores sunt improbi, supplicia luentes, quam si eos nulla justitiæ sunt improbi, ceat. Tum boni etiam publici causa, nempe quia serpunt vitia, & in proximum quemque transiliunt, & contactu nocent. Sed quis eum vereatur, apud quem semper conditum, imò constrictum ferrum est? Aut quis ignotat, inquit Cicero pro Mil. maximam illecebram esse peccandi, impunitatis spem? Non certè Imperator ille, qui hoc ad spectu inelamat, lenitas improbitatem alit, atque corroborat, Jul. Imper. in *mosopog.* Itaque verissime, & audenter cum Oratore dixerim *epist. ad M. Brutum*, salutarem severitatem vincere inanem speciem clementiæ.

Verum hac in re cautio est adhibenda, ut in primis, ne quid, aut durius, aut remissius constituitur, quam causa deposcit. *Nec enim ait Marcianus l. 11. ff. de pen. aut severitatis, aut clementia gloria affectanda est, sed perpenso judicio, prout quæque res exposulat, statuerendum est. Plaudè in levioribus causis prior ad lenitatem esse, debet, in gravioribus pœnis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi.* Quod ut Superior assequatur, videndum, ne per iracundiam supplicia repræsentet. Quia iratus ad pœnam qui accedit nunquam mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium, & parum, ut ne crebrè severitatis edat exempla, quia ea sæpè committuntur, quæ sæpè vindicantur. Quid ita? Quia frequens vindicta paucorum odium reprimat, omnium irritat. Et maxime si Superioris causa agatur. Tum enim hoc agere debet, ut vel omnino conniveat, vel si admodum improbi, & continuæ malitiæ assueti, unius supplicio multorum improbitatem coerceat, utque pœna ad paucos, minus ad omnes perveniat. Neque id tantum, sed etiam, ut omnes existimant vindictam, neutiquam ipsi probari sed eum, tanquam invitum cum magno tormento ad castigandum venire. Id, quod ipse assequeretur si ipse supplicii minus interstet. Nam & C. Caligulæ vitio datum, quod animadversionibus, pœnisque ad supplicium datorum cupidissime interesset. Denique, & illud considerandum, ut nocentes receptis suppliciis afficiantur, ut Aristoteles judicavit *5. polit.* Opotere supplicia more patrio sumi. Exempla vide apud sacros, & profanos Scriptores. Et hæc omnia ad mentem Sacri Concilii dicta sint, cujus decretum explanare prosequamur.

Ut se Patres non percussores, &c. Ita Sanctus Gregorius ad Ioannem Episcopum Constantinopolitanum lib. 2. *epist. 52. relatus in can. quid autem distin. 45. cuius hæc sunt verba: Quid autem de Episcopis, qui verberibus timere volunt, canones dicant, bene fraternius vestra novit. Pastores etenim facti sumus, non percussores & egregius Predicator ait 2. Timoth. 4. argue, obsecra incrope in omni patientia, & doctrina. Nova verò, atque inaudita est illa predicatio, quæ verberibus exigit fidem, Joannes Diaconus lib. 3. *cap. 9. Poly. lib. 4. tit. 9. & S. Hieron. ad Nepotianum epist. 2. relatus in can. esto subiectus d. 96. inquit. Esto subiectus Pontifici tuo, & quasi anima parentem suscipe. Et paulò post: Sed Episcopi Sacerdotes se esse noverint, non domos, honorent Clericos, quasi Clericos, ut ipsi à Clericis, quasi Episcopis honor deferatur. Scitum est illud Oratoris Domitii: Cur ego te, inquit habeam, ut Principem, cum tu me non habeas, ut Servatorem? Quod Aaron, & filios ejus, hoc Episcopum, & Presbyteros esse noverimus. Vnus Dominus, unum Templum, unum sit etiam Ministerium. Recordentur.**

Recordentur semper, quid Apostolus Petrus i. Petri 5. præcipiat Sacerdotibus: Pascite eum, qui in vobis est: gregem Domini, providentes non coacti, sed spontaneè secundum Deum, neque ut impis lucrifera gratia, sed voluntariè, neque ut dominantes in Clerum, sed forma facti gregi ex animo, ut cum apparerit Princeps Pastorum percipiat immarcescibilem gloria coronam. Pessima consuetudinis est in quibusdam Ecclesiis tacere Presbyteros, & presentibus Episcopis, non loqui, quasi invideant, aut non dignentur audire. Ex Concilio Carthagenensi quarto c. 34. Episcopus in quolibet loco sedens stare Presbyterum non patiar, & c. 35. Episcopus in Ecclesia, & in concessu Presbyterorum sublimior sedeat, intra domum vero collegium se Presbyterorum esse cognoscat.

42 *Neque exactores, &c.* ex Ivone part. 3. c. 157. & habetur in *Can. quia 12. quæst. 3. Quia cognovimus, Episcopos per Parochias suas non Sacerdotaliter, sed crudeliter deservire, & dum scriptum sit i. Petri 5. forma estote gregi, non ut dominantes in Clero, exactores diocesis sue, vel damnæ instigant. Idè consensus, excepto quod veterum Constitutiones à Parochiis habere jubent Episcopos, ut alia, quæ illis hæc usque præsumpta sunt, denegentur, hoc est neque in argutis Presbyteris, aut Diaconis, neque in aliquibus frangantur indictionibus, ne videantur in Ecclesia Dei exactores potius, quam Dei Pontifices nominari. Hi verò Clerici tam locales, quam Diocesani, qui se ab Episcopo gravari cognoverint, querelas suas ad Metropolitanum deferre non aufferant, & Metropolitanus non moretur ejuusmodi præsumptiones coercere.*

43 *Ob delicti gravitatem virga opus fuerit, &c.* Episcopum ad corrigendum subditorum excessus intendere debere, habetur *sess. 6. capite 3. & sess. 14. capite 4. & cap. Irrefragabil. de offic. Ordin. cap. qualiter, & quando de accusat.* Unde Henric. in *dist. cap. Irrefragabil. 5. provideant*, multa refert de ira Dei in Sacerdotes, qui timentes delinquentium linguas, delicta relinquunt impunite. Videnda apud Concilium Aquilgranense *cap. 36. ratio corrigendorum subditorum*, est id totum pendat ex ipsius Prælati judicio, qui tanquam peritus medicus magnam adhibere debet curam in eo, quod unicuique magis expediat.

44 *Cum igitur rei criminum, &c.* Hæc est secunda pars in qua ponitur modus appellandi ab Episcopo. Primò redditur ratio decreti. Nam primus præscriptus erat modus appellandi in causis hoc in loco enumeratis, nempe à definitiva, & absolutoria vim habente definitivæ, & super eo, & cap. cum cessante de appellat. de eisdem verò causis habetur *sessio. 22. capitula 1. in fine, & sessio. 24. cap. 10.*

45 *Non appellatur, &c.* Voluit Sacra Congregatio appellari posse post definitivam sententiam, ita tamen, ut appellatio non suspendat executionem, nisi gravamen hujusmodi, ut infra. Item etiam citra præjudicium cursum causæ coram Episcopo, Metropolitanum non posse cognoscere de gravamine aut definitivam, nec posse ad effectum prædictum absque ulla inhibitione mandare simpliciter, quod sibi transmittatur copia processus expensis appellantis.

46 *Appellari non possit, &c.* Extenditur ex interpretatione Sacra Congregationis ad indebitam carcerationem, & ideo ab hujusmodi gravamine appellari potest. & Ordinarium teneat appellacionem deferre, & permittere processum transferri ad Judicem appellacionis, reo tamen remanente in Carceribus, donec Judex appellacionis, causa cognita, aliud jufferit. Item dixit Sacra Congregatio, posse appellare eum qui sine processu, & sine scriptis à suo Ordinario ob correctionem gravamen putat subire, dummodò non suspendatur, neque impediatur executio. Et cum esset quaesitum, an à præcepto aliquod agendi, quod gravamen irreparabile non contineat possit appellari, si adjecta sit pœna excommunicationis, S. Congregatio respondit, debere Episcopum abstinere ab hujusmodi præceptis cum adjectione pœnæ excommuni-

tionis, quæ non nisi in subsidiū est dèbetur juxta decretum Concilii *sess. 25.* Ab ea tamen si comminetur, dari appellatio. Causæ appellacionum in criminalibus committendæ Metropolitanò, vel eo suspecto, uni ex vicinioribus Episcopis. Alia plura ad hoc Concilii decretum de appellacione alibi adduximus.

CONSULTATIO CXLV.

In criminalibus appellatio ab Episcopo quando Metropolitanò litato, aut uni ex vicinioribus committenda, juxta Sacri Concilii decretum in c. 4. sess. 13. de reform. Et quando Indices à Synodo designandi, qui delegentur à Sede Apostolica, à iustis & Ordinariis causis breviter ordinanda juxta c. 10. sess. 25. de reform.

Sacrum Concilium Tridentinum loco citato statuit, quod à sententia Episcopi, vel ipsius in spiritualibus Vicarij Generalis, in criminalibus appellacionis causa, ubi appellacionis locum fuerit, si Apostolica auctoritas & partibus eam committit commiserit, Metropolitanò. sed illius etiam Vicario in spiritualibus generalis, aut, si ille aliqua de causa suspectus foret, vel ultra duas legales dietas distet, seu ab ipso appellatum fuerit, uni ex vicinioribus Episcopis, seu illorum Vicariis, non autem inferioribus Iudicibus committatur.

Et cap. nonnulli de *rescript. causæ*, quæ à Sede Apostolica demandantur ultra duas dietas non debent committi, nisi de consensu partium id fuerit impetratum, vel expressè de ipsa constitutione facta fuerit mentio; Ex hoc autem Concilii decretum habetur, ut Metropolitanò, vel ejus in spiritualibus Vicario, eoque suspecto: vel ultra duas dietas distante, uni ex vicinioribus Episcopis, seu illorum Vicariis tantummodò committatur, expressèque hujusmodi commissionem fieri inferioribus Iudicibus prohibetur. De quibus autem inferioribus in hoc loco intelligatur, habetur *c. 10. sess. 25. de reform. & dicam infra.*

In criminalibus appellacionis causa, &c. Hic dubitatum fuit, an Nuncii Apostolici possint suis Auditoribus committere causas appellacionum à sententiis per Episcopos, seu eorum generales Vicarios in criminalibus latis? Dubitationi negativè respondit Sacra Congregatio, ac ita, ut hujusmodi sententiæ essent nullæ, nec propter utilitatem publicam, & præsentem errorem sustinerentur.

Vel ultra duas legales dietas. Ex hoc loco habetur, de quibus dietis *dist. cap. nonnulli* loquatur, ut enim Glossa in *dist. cap. asserit* pro legali dieta viginti milliaria computantur. Porro dieta in una significatione est cœnaculum, in quo die magis, quam nocte solent homines residere, ut in *l. Lulius. ff. de donat.* Vel domuncula constructa in hortis pro colligendis fructibus, seu oblationis causa. Ita accipitur in *leg. Senatus, §. Marcollus. ff. de legat. 1.* In alia verò significatione dicitur spatium unius diei, vel lapsus. Item est unius diei certa, & determinata commissio. Continet autem dieta legalis viginti milliaria Italica. Dieta vulgaris dicitur illa, quæ habetur secundam conditionem regiminis.

In cap. 3. de *sess.* Appellans teneat eam producere, & is, à quo appellatur, gratis exhibere. Nec obstat *cap. 10. sessio. 24. de reformat.* Nam in illo agitur de visitatione, & morum correctione, & quando proceditur non compilato processu, neque juris ordine servato, hic verò de causis criminalibus, in quibus servatis servandis, prout juris fuerit, inquiritur. Sequitur *dist. cap. 3.*

Reus ab Episcopo, &c. Novum videtur decretum. Nam in *cap. ut debitus de appell.* satis erat, si appellans causam aliquam justam lux appellacionis afferat ut Judex, à quo posset de appellacione cognoscere, ac idem *sess. 24. c. 20. de reform.* propè finem.

quantum is valerit ad augendam, stabilendamque Rempublicam. Docet, monetque Ammianus Marcellinus lib. 3. Cum recte, inquit, procedunt iudicia, delubra sunt equitatis, cum depravata, foveae fallaces, & ceca, in quas sicap- tus ceciderit, quisnam non nisi per multa exitus lustra ad- usque ipsos medullas exustum.

Utr merito maximo in Caelum tollendus sit Ludovicus XI. quem totis viribus in hoc incubuisse ferunt, ut optimis legibus Gallia constitueretur, & litium forensium, quibus innumeris scatebat, tollerentur triax, atque ambages, ut videre est in Commentariis Philippi Cominæ lib. 9. Quo etiam nomine laudandum est statutum illud Patavinum, ne conjuncti, vel affines in con- troverfiis Iudices alios adeant, quam arbitros, coram quibus vadimonio citati, ex aequo & bono res termine- tur ita, quo multis ferme lustris litigatoribus non licet, suum brevi temporis compendio assequantur, alias forte litibus consumendum. Nam plerumque videmus ad res- titum redactos non recitare quidvis tandem depacifici ut & nassa controversiarum eruatur.

Verè ille.

Mam mihi promissam jubea numerare Calenum.

Abnuat ille. Aulum consulo Confidicium.

Is mihi iudicio suadet contendere, causam

Suscipite, ac quicquam justius esse negat.

Qua mihi dum pergit, decimumque extendit in annum,

Pene decem decies jam perire mina.

Ne lis, quod superest exhauriat aris, & avi,

Vito reum pariter, Confidiciumque meum.

Certum est nil posthac promittentive Caleno,

Flortanti aut Aulo credere. Causa vale.

Queris utrum fugiam magis? Aulum, Namque Calenus

Verba dare, aut Aulum vendere verba solet.

Principes itaque, à quibus Reipublica salus depen- det, entiti in primis debent, ut tot litium occasiones re- seceantur. Deinde ut qui Tribunalibus praesunt, summa diligentia, fide, integritateque, nulla habita personarum ratione, unicuique jus dicant. Tot hodie sunt in liti- bus diverticula, tot dilaciones, tot provocaciones, ut in labyrinthum, & anfractus inexplicabiles conjecti videantur qui litigant. Penè citius ætatis est finis, quam li- tis, & plurimi sunt, qui facta bonorum omnium ja- ctura, hereditas tantum lites nepotibus relinquunt, nec illi finem vident. Non pauci inchoatam desere- re litem coguntur, quod bonis exuti prosequi non pos- snt. Tantum abest, ut viduae multæ, pupilli, paupe- res tentare aliquid lice audeant. Qui potentiores sunt, inje- cta tantum litis comminatione, miseros deterrent. Vincunt illi, & qui astutiores sunt. Quasi ibi plus juris esset, ubi plus fraudis, & astutiæ adeo, ut con- sultum sæpè sit, juri suo etiam optimo, potius renun- ciare, quam litigiosa actione cum aliquo experiri. Qua- re Principum est, tot illas juris ambages tollere, idque severa lege mandare, ut litigantium jure, quam fieri potest, brevissimè cognito, controversiæ decidantur, Vi- duarum, pupillorum, & egenorum summa ratio habeat- ur, ne à locupletibus oprimentur. Non tot causarum sint patroni, & advocati quorum ars est plerumque lites ex litibus procreare, & immortales controversias inter mortales efficere. Vel alia esse judicia debent, vel speranda vix sanè justitia est. Nam lite carere certè pars beatae vitæ mortalis est, si credamus Martiali lib. 10. epigr. 47.

Vitam que faciunt beatiorum, jucundissimè Martialis, hæc sunt, Res non parva labore, sed relicta, Non ingratus ager, focus perennis, Lis unaquam, toga rara, mens quietæ.

CONSULTATIO CXLVI.

Quarum locationes bonorum Ecclesiasticorum prohibentur? Quarum facta irritantur? Quid de locatione

jurisdictionis Ecclesiastica? Quid de jurisdictione super damnis bonorum Ecclesiasticorum illatis? Quid de locatione officii Vicarii? Modus irritandi locationes bonorum Ecclesiasticorum. Casus, in quibus locari, & alienari possunt bona Ecclesiasticorum. Quid de renovatione emphyteutis? Quid si nulla adesse spes celebrandi Concilium Provinciale? Quanam simpliciter locationes damnentur? Quor sententia requirantur pro declaratione nullitatis locationum? An in his permissa appellatio? Quid de locatione locorum jurisdictionalium Ecclesiasticorum, & piorum locorum? Pæna in contra- venientes? Nominè Italia, quid contineatur. De alienatione bonorum Ecclesiæ remissivè, omnia ferè ex decreta Sacri Concilii Tridentini cap. 11. sess. 25. de reformat. cujus hæc sunt verba.

Magnam Ecclesiæ perniciem afferre solet, cum ea- rum bona, repræsentata pecunia, in successorum præjudicium locantur. Omnes igitur hæ locationes, si anti- cipatis solutionibus fient, nullatenus in præjudicium successorum validæ intelligantur, quocumque indulto, aut privilegio non obstante, nec hujusmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmantur. Non liceat etiam jurisdictiones Ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in spiritualibus locare nec conductioibus per se, aut alios ea exercere, aliter- que concessiones etiam à Sede Apostolica factæ, surre- ptiæ censeantur. Locationes verò rerum Ecclesiasticarum, etiam auctoritate Apostolica confirmatas, Sancta Synodus irritas decernit quas à triginta annis citra, ad longum tempus, seu, ut in nonnullis partibus ad viginti novem, seu bis viginti novem annos, vocant factas, synodus provincialis, vel deputandi ab ea, in damnum Ecclesiæ, & contra canonicas sanctiones contractas fuisse ju- dicabant. Hæc Concilium.

Nullatenus validè intelligantur. In hac prima parte locationes, anticipatis solutionibus, in præjudicium suc- cessorum invalidas esse declaratur. Unde respondit Sacra Congregatio, locationes factas, non anticipatis solutionibus, non præjudicare successoribus, Can. de precariis 10. quest. 2. & cap. 2. de precar. An vero valeant locationes si qui uno, & eodem die tribus successivè, uno post aliud elapso triennio locationem in aliud triennium accipe- ret, & ab eo anticipatæ solutiones acciperentur? Id ex jure communi petendum. Neque hoc decreto impediti dicit Sacra Congregatio, quominus possit Episcopus cog- noscere in casibus, in quibus licet de jure communi, & ultra triginta annos.

Non liceat, &c. In hac secunda parte decreti non li- cere sancitur, jurisdictionales Ecclesiasticas locare, seu facultates nominandi aut deputandi Vicarios, quia lo- care est quædam venditio. At potestas jurisdictionis spiri- tualis à Deo est, quam nullo studio, nullaque industria comparare possumus. Unde simoniacum.

Judices, &c. Hinc respondit Sacra Congregatio, jurif- dictionem, quæ super damnis bonorum Ecclesiasticorum illatis sub certa annua pensione, & hoc, ut majori soler- tia bona Ecclesiasticorum conserventur, locari quibusdam Officialibus consueverat prohiberi ex hoc decreto, cum sit jurisdictio Ecclesiastica, quamvis redditus super dam- nis illatis, & bonis Ecclesiasticorum. Unde secundum omnes Doctores in c. 1. ne Præl. vic. juas, vel Eccles. post Ostien- sem dicunt, quod obventiones, seu fructus officii exer- centis spirituales jurisdictionem possunt vendi, & locari, cum aliquid spirituale non contineant, dummodò non vendatur jurisdictio, quo casu ex una parte simpliciter est committenda, ex altera fructus vendantur ita, ut con- tractus ad invicem non misceantur. Obventiones verò, quæ proveniunt, ex jurisdictione, quæ exercetur vendi non debent propter connexionem, ne videatur vendi ju- risdictio, ut inquit Abbas in d. c. 1. Sunt enim inseparabiles eo casu ab exercitio jurisdictionis, nec inempta, inquit ibidem Ostiensis, relinqueretur jurisdictio.

Vicarios,

Vicarios, &c. Is enim, qui postulat in Vicarium ex parte operari potest locare operas suas, ut docet Cajetan. in summ. Sicut etiam is, cui est dare officium, potest conducere operas illius sub certo stipendio, quod non potest intelligi ex parte Prælati, quasi possit locare hu- jusmodi officium sub certo pretio, quod prohibitum in hoc decreto, & eodem titulo, ne Præl. vic. suas, cum sit vendere jurisdictiones.

Locationes verò rerum Ecclesiasticarum, &c. In hac tertia parte datur modus irritandi locationes bonorum Ecclesiasticorum à triginta annis factas. Cum quaereretur, an Canonici Ecclesiæ, qui soliti sunt inter se conducere bona Ecclesiæ, donec, qui conducit, vivat. Unde multa mala evenire exposuit Episcopus, & præcipuè quia con- ductores non residebant. S. Congregatio respondit, com- pellendos Canonicos simpliciter ad residentiam juxta præscriptum Concilii sess. 24. c. 12. & tanquam nullas irri- tandas hujusmodi locationes, & prohibendas, ne in po- steriorum fiat. Quod si vel Capitulum, vel aliqui, hujus- modi locationes obvenientes gravamen sibi inferre præ- tenderent, à Congregatione audiantur, ita tamen dicit Gregorius Decimus tertius, ne Episcopus exequatur, si prælati sentierint se esse gravatos, compellat tamen eos ad residendum. De hac re vide quæ diximus tom. 1.

Irritas, &c. Hujusmodi iudicium respondit Sacra Congregatio non esse Vicarii, neque Ordinarii, sed ad Syno- dum, vel ab ea deputatos, spectare.

Curia, &c. Intelligendum dicit Sacra Congregatio ante Concilii confirmationem. Quod Gregorius Decimus- tertius approbavit.

Ad longum tempus, &c. Unde tantò magis locatio- nes perpetuas comprehendit dicit Sacra Congregatio. Id etiam dictum de contractibus emphyteuticis. Tum quia comprehenduntur à Iustiniano sub titulo locati, & con- ducti. Tum quia communis usus loquendi eas appellat locationes. Tum quia forma in hoc decreto designata à Concilio de viginti novem in alios viginti novem an- nos, propriè eis convenit. Tum quia eadem ratio militat in his, quæ in locationibus simplicibus, Non tamen cen- setur prohibitum alienare terrulas beneficiæ, de quibus in can. terrulas 12. quest. 2. de quo etiam nos alibi. Nec obstat Paulina Constitutio de reb. Eccles. non alien. quia, ut Doctores tradunt, ab ea excipiuntur casus à jure permissi, ne quod favore Ecclesiasticum ibi statuitur, in ea- rum detrimentum convertatur.

Hinc autem notandum, quod ab hac Paulina Consti- tutione excipiuntur casus à jure permissi, quibus scilicet sine alia solemnitate, & ex sola Prælati auctoritate po- test fieri alienatio.

Primus casus est, quando res est modici valoris, & alienatio est evidentem Ecclesiæ utilitatem, & res non est Ecclesiæ necessaria ex can. terrulas 12. q. 2. de quo fu- tius alibi.

Secundus casus, quando alienatio est necessaria jure exigente, ut cum legata sunt bona fructifera Religio- ni, que non potest retinere bona in communi fructifera, ut si fratribus Minoribus de Observantia, Capucinis, Do- mui Professe Societatis Iesu, Patribus Theatinis per Clem. Exivi §. proinde de verb. signific. Concil. Triden- sess. 25. c. 3. de Regal. Sanchez in Decalog. lib. 7. cap. 26. n. 30. ac Rota decis. 477. num. 7. par. 2. posth. Farin. Et pro Thea- tinis extat decretum Sacre Congregationis Concilii, de quo alibi.

Tertius casus est, quando alienatio est necessaria ex lege contractus, ut propter pactum de retrovendendo in eodem contractu in continente appositum, quando Ec- clesiæ res fuit acquisita. Tiragu. de retract. conv. § 7. in fin. tit. n. 2. & 10. cum ibi alleg.

Quartus casus est, quando alienatio est necessaria ex præcepto Testatoris, ut ob fideicommissum per l. 3. Cod. quando decr. op. non est.

Quintus casus est unionis alicujus Ecclesiæ factæ ab Episcopo loca Religiosorum, Clem. si una de reb. Eccles.

non alienan. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. de union. nu. 77. Sanchez in decalog. lib. 7. cap. 29. à nra. 148. Sed hoc jus hodie est sublatum à Tridentino sess. 24. cap. 13. de reformat. excepta causa foundationis, ut declaravit Sacra Congregatio apud Barbosam in notis. Item potest Episcopus unire beneficium seculari pro dotatione suffi- cienti beneficii Curati secularis, ut ex Tridentino sess. 21. cap. 5. de reformat. & dist. cap. 13. & ita Rota par. 2. da- cis. 196. n. 3. recent. Alios etiam casus vide apud Quarantam in summ. Bullar. vers. Alienatio, Bonac. de alien. punct. 4. Castropal. tom. 2. tractat. 12. punct. 15. §. 6. num. 7.

Factas, &c. Quid si quispiam peteret renovationem 15 emphyteutis ad viginti novem annos sibi concessam, an sit contra hoc decretum? Respondit Sacra Congrega- tio, hoc iudicium spectare ad Synodum provincialem. An hujusmodi renovatio sit damnosa, unde deberet pro- prietarium permittere, ut continet emphyteutium, donec Synodus illam damnosam judicaverit, si tamen jure or- dinario de suo jure noluerit experiri. Quid si convenia- tur proprietarius ad renovandum, etiam si elapsi essent decem anni à die, quo debebat renovari? Respondit Sacra Congregatio, hoc decretum non prohibere hujusmodi concessiones, quando non sunt in damnum Ecclesiæ, & ita dicendum de omnibus locatibus ad viginti no- vem annos, quibus elapsis, ad alios viginti novem lo- cationes renovare oporteret, quas non esse declarandas irritas, nisi synodus id declaraverit juxta formam hujus decreti.

Synodus provincialis, &c. Cum tamen nulla adesset 16 spes celebrandi Concilium provinciale in Regno Sici- liæ, & Episcopus quidam peteret remedium aliquod à Sac. Congregatione, ut decretum hoc aliquam posse ha- bere executionem circa recuperationem bonorum Eccle- siæ, Sacra Congregatio censuit, Summum Pontificem de- bere in hoc casu eandem auctoritatem impartiri Synoda- Dicecesana; que impartitur à Concilio Tridentino, Syno- do Provinciali, & Gregorius Decimus tertius annuit, donec tamen habeatur Concilium Provinciale.

In damnum Ecclesiæ, &c. Unde dicit Sacra Congre- 17 gatio non prohiberi simpliciter locationes ad longum tempus, & in emphyteutium, nec absolute damnari, sed illas tantum, quas Synodus judicabit. Et cum quaerere- tur ad irritandas locationes ad longum tempus factas, an satis esset probare factas à triginta annis citra, an verò etiam sit necessarium probare, esse in damnum Eccle- siæ, & contra canonicas sanctiones. Respondit Sacra Congregatio hujusmodi locationes probandas esse coram Synodo Provinciali, vel ab ea deputatis, in damnum Ecclesiæ, & contra canonicas sanctiones factas.

Judicabitur, &c. Quaritur, an una sententia tan- 18 rum requiratur, an vero dari debeant appellatio, etiam secundum juris formam ad tres conformes sententias requiratur? Quod quidem non caret difficultate, & ex eo videtur oriri difficultas illa, an debeat ita va- lere sententia hujusmodi lata à Iudicibus in specie in causa aliqua deputatis à Summo Pontifice, sicut va- leat sententia à Iudicibus generaliter deputatis ab ipsa Synodo Provinciali? Hæc cum diù Patres perpendis- sent, primò censuerunt omnes unanimiter, delegatos à Summo Pontifice non comprehendi hoc decreto Conci- lii. An autem sufficiat unica sententia synodi, res du- bia visa est, tum quia Concilium non prohibet appella- tionem, & regulariter permissa censetur, quando non est prohibita, & res dura videretur, quod unica senten- tia sufficiat. Et advertendum quod est certum compre- hendi locationes auctoritate Apostolica confirmatas, & satis videtur Concilium introducere legem novam, ut confirmatæ res à Sede Apostolica possint rescindi. Et quia gravat, restinxit tantum ad triginta annos. Tum quia Concilium prohibuit appellationem, quando vo- luit, ut in materia vifitationis, præcedentæ, & aliis. Et licet non detur appellatio à lege à Concilio, datur

datur tamen appellatio facta super lege super Concilio, sicut cap. de multa de praben. facit irritas, & tamen datur appellatio. Ex quibus pro tribus sententiis, & appellatione major pars tenuit, cui accessit Gregorius XIII.

- 19 Ad idem cap. 11. hæc etiam Sacra Congregatio Concilii declaravit. In Tuderina jurisdictiones Ecclesie locari prohibentur. Quod procedit etiam in quolibet minimo officio, jurisdictionem habente, non obstante quacumque contraria consuetudine.
- 20 In Liciensi. Si quæ domus Monialium sit locata in emphyteusim ad annos viginti novem, debent permittere, ut locatio duret, donec Synodus Provincialis, vel deputati ab ea judicaverint de juribus locationis. Debent tamen curare, ut judicium fiat quamprimum.
- 21 In Mediolanensi. Hoc decretum comprehendit etiam locationes perpetuas.
- 22 In Placentina. Postquam Sedes Apostolica concessit Placentiam in feudum, non potuerunt emi, nec vendi jura, & bona Ecclesiastica, vel Ecclesiis attributa vigore Brevis Apostolici, etiam cap. 11. sess. 22. Et istæ alienationes sunt à Vicario declarandæ nullæ. Et triginta anni intelliguntur post confirmationem Concilii.
- 23 Ex Bulla vero s. Urbani Octavi, quæ incipit, *Humana salus*, data Kalend. Novembris 1625. prohibetur omnis alienatio, emphyteusis, infeudatio, locatio ultra triennium, jurisdictionem laicalem, seu locorum jurisdictionalium ad Ecclesias, vel pia loca, etiam laicalia, spectantium per universam Italiam tantum, etiam si essent solita concedi in feudum, vel emphyteusim, vel nondum incorporata, vel à laicis usurpata, vel nondum devoluta.
- 24 Item prohibetur remissio caducitatis, & non obstante privilegio quocumque Romani Pontificis, aut consuetudine, etiam immemorabili, aut jure communi scripto, & aliis derogatoriis clausulis.
- 25 Contravenire audentes, vel præsumentes dictæ prohibitioni incurunt ex eadem Bulla, primo excommunicationem, si non sint Episcopi, vel Abbates, sed non est reservata. Secundo Episcopi, vel Abbates incurunt interdictum ab ingressu Ecclesie, sed non est reservatum. Tertio, si dicti Episcopi, vel Abbates sex mensibus inforderint interdictio huicmodi, incurunt suspensionem ab administratione Ecclesiarum, seu Monasteriorum in temporalibus, & spiritualibus, sed non est reservatum. Quarto Capitula, Conventus, & aliæ Universitates incurunt interdictum. Quinto singulares personæ etiam dictatum Universitatum, & alii, etiam Prælati, qui Episcopi, vel Abbates non sunt, incurunt privationem omnium officiorum, & beneficiorum, quorum bona alienarint, & privationem vocis activæ, & passivæ, & pœnam inhabilitatis, ad prædicta, & alia obtinenda.
- 26 Et notandum, quod hæc Constitutio nullas infert pœnas recipientibus alienata. Et quod ait per Italiam universam, continet Insulas adjacentes, quæ modico freto separantur, id est centum milliaribus l. notationem, ff. de verbor. significat. Bart. in tract. de Insul. vers. nullus num. 1. Quia ista sunt pars Italiae, l. Insula, ff. de judic. ibique Bart. & Angel. ac Doctores communiter, & Aristot. tractat. de Mundo cap. 2. Castr. in dict. leg. Insula num. 1. Capol. de servit. tit. de merium. 16. Bellug. in specul. rubr. 30. n. 1. Alii tamen hoc nomine Italiae universæ dicunt, non contineri Insulas adjacentes, & probabile ait Diana par. 1. resol. 30. miscell. & par. 2. tract. 2. resol. 13.

CONSULTATIO CXLVII.

De indictione Sacrorum Conciliorum, eorum usus quam vetustus. Eorum necessitas. Summi Pontificis absque Concilio potestas. Cur dicantur Oecumenica? De nomine Concilii. Ex quibus Concilium esse legitimum dignoscatur? Eius causa. Verba in nomine Christi variè exposita. Cur assumptus ad Pontificatum, muet sum nomen, dicaturque Maximus? An possit errare?

Ejus potestas, sede vacante, apud quem resideat? Eius potestas, an etiam sit temporalis? Quorsum hæc potestas? Ea quam latè pateat? Ratio convocandi Concilium. Cur Papa se appellet Episcopum? De nomine, officio, ac dignitate Episcopi. Cur etiam vocetur servus servorum? Causa sivali: Conciliorum. An exquiri debeant Principum sententia? Loci Concilii electio ad quem pertineat? Causa formalis Concilii. Causa dilatoris. Quare Pontifices ad Concilia non accedant? Diem Concilio indicere ad quem pertineat? Cur Pontifex post invocationem Sanctissime Trinitatis invocet Sanctos Apostolos Petrum, & Paulum? An necessarius assensus Cardinalium? Quinam & quibus ex locis ad Concilium generale teneantur accedere, & quibus pœnis, & an personaliter? Quomodo Concilium generale dicatur esse majoris auctoritatis? Quenam admonitio sufficiat, & ardeat vocatos ad Concilium? Quid si dies Concilii non apponatur? Post quantum tempus lex non officiat ignorantes, & præsumatur scientia? Observationes in indictionem Sacri Concilii Tridentini, Romani Pontificis dignitas ad gubernandum Ecclesiam, etiam congregatam in Concilium. Quid de ejus potestate supra laicos? Supra sacras personas? Quid de Episcopis collectione, etiam in Concilio adunatis. Romani Pontificis est, aliorumve Antistitum, etiam in Concilio oecumenicum congregatorum, iudicia firmare, quantumvis legitime congregata, ad sine & legati ipsius Pontificis. De instructionibus datis legatis à Pontifice. Quomodo observanda. An possit Pontifex suis legatis committere privilegium personale suo in fide indefectibilitatis? Quæ Concilia confirmationem Pontificiam potuerint? Alia plura.

Vsus Conciliorum unà cum ipsa Ecclesia habuit originem Act. Apostolor. in elect. Marthia cap. 6. in eligendis Diaconis, & Clericis cap. 15. Ratio proculdubio ea fuit, quæ in Republica rectè ordinata, nempe, ut vocatis primariis, prudentia, & scientia præstantibus, consultatus ageretur. Hinc factum est, ut fide per universum dilatata, ubi primum singulari Dei beneficio Ecclesia pacem sortita est, Concilium Nicænum celebraretur.

Dicitur autem Generale à multiplici, & varia in illud convenientium frequentia. Dicitur etiam oecumenicum, quia ex toto Orbe Episcopi vocantur, & omnes convenire tenentur, ut ad negotium totius Ecclesie tractandum intersint. Legitima tamen causa impediti excusantur, can. quoniam placuit dist. 18. alioquin nunquam generale Concilium celebraretur. Ex his tamen non consequitur Concilii, orta in Ecclesia de fide, & moribus difficultate, necessitas. Quia hæc omnia Summus Pontifex per se declarare, ac terminare potest. Probatur id primò, quia Pontifex caput est in Ecclesia & non a populo, ut ceteri Principes præsidendi potestatem haber, sed à Christo, dum illi dixit: *Pasce oves meas*. Ad illum igitur omnes, ac præcipuè fidei quæstiones deferendæ, & ab illo terminandæ sunt, alioquin reclamante Apostolo, *schismata essent in vobis*. unitas fidei discinderetur, cum multam fidem sibi præstinare possent. Deinde traditione. Id enim observatum reperimus, dum Innocentius Pelagium, Coelestinus Nestorium, Leo Eutychem, non congregato Concilio, damnarunt. Postremò si Summus Pontifex per se talia terminare non possit, non bene à Christo Ecclesie consultum esset, cum non ita facili negotio propter bella, aliaque difficultates semper possit Concilium congregari.

De nomine Concilii videndus Isidorus relatus in can. 1. in sine dist. 15. qui in lib. Etymol. mendosè legitur, & in præfatione ejusdem Isidori editionis Parisiensis Conciliorum præposita, quæ cum aliquot codicibus collata est, sic legitur, *Concilii vero nomen tractum ex communi intentione, eo quod in unum dirigant omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt. Unde & qui sibimet dissentunt, non agunt Concilium, quia non sentiant unum*. Vbi etiam de

de nomine Synodi, quæ & Græcè dicitur comitatum, vel ecerus. In Gratiani codice in his sunt multæ varietates, ex quibus ea lectio recenter est, quæ visa est melior, quamvis adhuc aliquid fortasse desideretur.

Sed ex quibus Concilium esse legitimum dignoscatur? Ex quatuor primis causis, in illud concurrentibus. Primo si causam finalem Concilii, unitatem fidei, & pacem totius Ecclesie cognoverimus. Patet hoc percurrendo omnia generalia Concilia, & hinc utilitas ipsius generalis Concilii colligatur. Secundo, si causam efficientem cognoverimus esse Summum Romanum Pontificem. Ab ipso enim iudici debet ex Marcello Papa ad Maxentium, & seq. Can. dist. 17. cap. significasti de elect. quod est Palchalis Papæ scribitur ad Archiepiscopum Panormitanum. Deinde ex omnibus generalibus Conciliis, ac testimonio Patrum, & ex Socrate Græco historico habemus irrita esse decreta Concilii, nisi Romani Pontificis auctoritate confirmetur, & in Concilio Chalcedonensi Act. 1. hæc habentur: *Sine Sedis Apostolica auctoritate nunquam licuit Concilium congregari*. Item Julius Papa Primus in scripto contra Orientales pro Athanasio 629. quod extat in Can. Regula dist. 17. ait: *Nec ullum ratum est, aut erit unquam Concilium quod non fulsum fuerit Romane Ecclesie auctoritate*. Et Concilium absque sententia Romani Pontificis celebratum, Conventiculum, vel Conciliabulum appellat Pelagius Papa II. scribens Episcopis, qui conveniant ad illicitam vocationem Joannis Constantinopolitani episcopi. c. 1. c. 1. relata in Can. multis eadem dist. 17. Anselm. lib. 1. c. 36. & Polycarp. lib. 1. c. 14.

Deinde ratione, quia illud tantummodo in Concilio sic congregato tractandum est, quod ab ipso Summo Pontifice præscribitur. Nam Coelestinus in epist. ad Synodum Ephesinam sic ait: *Direximus legatos nostros, ut iis, quæ aguntur, intersint, quæ à nobis antea statuta sunt, exequentes*. Item dixit Leo Papa ad Flavianum: *Mittimus legatos ad omnem causam piæ, ac fideliter exequendum*. Colligitur id ex his, quæ ex omnibus generalibus Conciliis eliciuntur. Exemplum sit illud, quod habemus de Leone, qui noluit admittere decretum Chalcedonensis Concilii de præcedentia in favorem Ecclesie Constantinopolitane, cum de eo ex mandato ipsius tractatum non fuerit. Idemque epist. 47. Synodo eidem injunxit, ut omnis disputatio, quid de Incarnatione Christi sentiendum confiteretur.

Denique patet ex eo, quod Concilii decreta ab eodem debent confirmari ad hoc, ut vim legis in Ecclesia obtineant. Confirmando enim declarat Concilium à se congregatum in eo nihil, nisi ex sua voluntate tractatum, ac proinde ut legitimum sua confirmatione approbatum d. Can. Regular. d. 17. quod est semper observandum in Ecclesia, & demonstratur ex eo, quod Patres in Concilio Chalcedonensi congregati per Epistolam petierunt à Leone acta Concilii confirmari, ac acta Sacre Synodi & reliquorum Conciliorum, quæ in Ecclesia reperiuntur à Pontificibus, nempe à Leone II. & aliis confirmata, & approbata fuerunt, & Ariminensis, & Ephesini Secundi acta, & novissimè Basiliensis ab Ecclesia non recipiuntur quia à Pontificibus rescissa, minimèque approbata fuere. Quid multa? Decreta Concilii Constantiensis edita ante electionem Martini, electi confirmatione indigerunt. Ex quibus colligitur, Concilium illam tantum auctoritatem, & jurisdictionem habere, quam illi præstat Summus Pontifex.

Contra Constantinus Concilium congregavit. Respondeo, nihil in tali Concilio peractum nisi postquam consensus, & Sedis Apostolicæ auctoritas accessit, ex quo colligitur ab Episcopis universalis Ecclesie utrumque congregatis, legitimum constitui Concilium, illius qui potestatem habet congregandi. accedente auctoritate. Is autem est solus Papa, quem Christus in Ecclesia, veluti caput in corpore constituit, cum dixit Petro, *super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam*, & alibi: *Tu aliquando conversus, confirma fratres tuos*. Limitatur si concen-

tio sit de Papatu, ita ut incerta esset electio. Tunc enim sive per Imperatorem, sive per collegium Cardinalium, ut hodie, poterit concilium congregari. Missum facio, quando Papa esset hæreticus. Tum quia hæcenus non evenit, nec Christo pro ejus fide orante evenit. Tum quia tali casu electio devolveretur ad Cardinales.

Tertio si causam materialem concilii, Episcopos esse inveniemus. Ex his enim constat concilium, ut habetur in Epistola Dionysii ad Emphilochium, & inferius patebit.

Quarto ut concilium sit congregatum in nomine Christi. Hæc autem verba multifariam in Sacris scripturis accipiuntur. Aliquando pro auctoritate Marth. ult. *In nomine meo Demonia ejicient*. Pro prætextu Matth. 24. *Multi veniunt in nomine meo, quia ego sum Christus*, ut hæreticorum Conciliabula. Aliquando etiam significant missionem cum aliquo officio, vel functione. Joan. 5. *Ego veni in nomine Patris mei*. Sic accipiuntur hoc in loco, nempe, ut illi, qui conveniunt missi sunt à Christo. Ab illo autem mittuntur, cum illi conveniant, nempe Episcopi per impositionem manuum legitime accipiunt auctoritatem Jerem. 25. *Non mittebam Prophetas, & illi veniebant illuc*. Quod nihil aliud significat quam quod non in nomine Dei ad prophetandum accesserint. Et sicut in Veteri Testamento dicebatur, Prophetas mitti, sic in novo Episcopos facere, vel convenire. Hæc igitur quatuor si concurrant in generali concilio, legitimum concilium dicendum erit. Observationes autem in indictionem concilium Tridentinum.

Solet concilium iudici nomine Pontificis, ut Sacrum concilium Tridentinum sub Paulo Tertio, qui ante Pontificatum dicebatur Alexander. Ex Panvino contra Platina in vita Joan. XII. hoc fecit idem Joannes eo, quod vocaretur Octavianus, quod nomen gentilitatem redolebat, cæteros exemplum sequutos arbitror, tum animadvertentes ad Petrum, qui prius dicebatur Simon, tum religionis gratia, cum in Sacris scripturis nova nomina assumantur, eoque magis hoc observant, qui barbara habebant nomina, ut Ildebrandus dictus Gregorius VII. Pontifex: Appellatus Pontifex, quia est Princeps Sacerdotum, quasi via sequentium. Ipse, & summus Sacerdos, ipse, & Pontifex Maximus nuncupatur, ipse enim efficit Sacerdotes, atque Levitas, ipse omnes Ordines Ecclesiasticos disponit, quid unusquisque facere debet, ostendit. Antea autem qui Reges erant, & Pontifices erant. Nani majorum hæc erat consuetudo, ut Rex esset etiam Sacerdos, & Pontifex, unde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur ex Isidoro lib. 6. Etymol. 6. 32. relato in Can. Cleros distinct.

Dicitur autem Maximus propter maximam, & supremam, quam habet in Ecclesia Dei potestatem, de qua videndus omnimò cathecismus Romanus. Verum potest ne Papa cum tam maximam habeat potestatem errare? Respondeo, sumendo quæsitum in his, quæ fidei, vel morum sunt, in quibus videtur fieri quæritio, non posse. Primo quia in ipso fundata cum fuerit Ecclesia, dum dictum Petro super hanc petram, petreæ fundamenti solidi firmæ esse debent, quæ labefactari, scilicet errare non possunt. Secundo alibi eidem Petro dictum: *Pasce oves meas*. Quod si pastor in pascendis ovibus hallucinetur, malè ovibus consultum. Tertio quia solum oratione Christi: *Oravi, inquit, pro te Petre, ne deficiat fides tua, & tu aliquando conversus, &c.* Quod de persona Petri, id est de ejus successoribus dictum intelligendum est, quia illa verba, *super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam*, ad omnes referuntur: quandoquidem non res Petri, sed totius Ecclesie tractatur, de qua à Christo nulla alia fit mentio, nisi ut sit pasta, & bene juxta Joan. ult. *Pasce oves meas*. In quibus verbis Chrysostomus.

Hæc autem potestas, sede vacante, remanet in potentia apud Sedem Apostolicam, & in Ecclesia, quia semper esset congregandum Concilium cap. si gratiosè de rescripti. in 6. ibique Aichud. & Joan. Monach. qui ait, quod licet habent

habens Papatum, vel dignitatem Imperialem ut corruptibilis, tamen Papatus, & Imperii dignitas semper sunt. Ex quo colligitur plenitudinem potestatis non extinguere, mortuo Papa, sed carere administratore juris, vel facti c. Cum nostris de concess. prab. Hoc ipsum aperte constat ex eo, quod superius diximus factum in Concilio Constantiensi electo Martino. Adde & illud, quod Papa Vicarius est. Ergo, illo deficiente, non deficit principalis, de cuius potestate Daniel: Potestas ejus, potestas aeterna, qua non auferetur, & regnum ejus, quod non corrumpitur.

13 Quares, haec suprema potestas sit ne etiam temporalis, seu secularis. ut dicunt, & regia? Respondeo esse, ut decretum est per Bonifacium Octavum in Extravag. unam Sanctam de major. & obed. ideoque Pontifici creato dantur Claves, sicut Pontifici ingredienti Civitatem in signum domini, quo thesauros Ecclesiae potissimum administrare, & conservare, suoque tempore distribuere debeat. Sed quorsum tanta potestas? Ad aedificationem nempe, non ad destructionem. De hac potestate certe Bernardus: Quis faciet mihi de vobis justitiam? si haberem iudicem, ad quem vos trahere possem, jam nunc ostenderem vobis, ut parvulus loquor &c. excusat quidem Tribunal Christi, sed absit, ut ad illud appellem. Haec autem potestas tam late patet, ut extendatur a mari usque ad mare, ut declaratum in Concilio Florentino, quia ubique oves Christi reperiantur.

14 Pontifex item dignatur nomine Episcopi, cuius nomen apud Iurisconsultum in l. ult. de mun. & honor. nomen est officii apud Tullium ad Attic. epist. 109. qui summum arbitrium rerum habet: Vult enim, inquit, me Pompeium esse, quem tota haec maritima ora habebat Episcopum, id est speculatorem, & custodem. Apud Xenophontem Episcopi Ephori sunt, quibus providentia, & cognitio demandata est. Apud Homerum eodem nomine, & Episcopum, & Regem appellatum esse novimus. Hodie ad Antistes transferimus, ut quorum omni studio, ac opera respublicae Christianae providere officium sit, nam speculator est praepositus in Ecclesia eo quod speculetur, & interspiciat populorum infra se positorum mores, & vitam. Hinc Episcopos appellabant Athenienses illos, qui ad bene vivendum alios dirigebant ab accommodando subditos, ut vivant ex legibus. Quid autem sit Episcopatus, & an sit nomen operis, an honoris lege can. Qui Episc. s. g. 1. ex Augustin. lib. 19. de Civit. c. 19. & nos in hoc tomo.

15 Episcopatu autem non datur major dignitas, & ordo superior in Ecclesia; continet enim ultimam perfectionem ut ait Dionysius & Ignatius. Dices fortasse: Ergo Summus Pontifex non differt a ceteris Episcopis? Respondeo differre dignitate jurisdictionis, quae ab ipso in ceteros Episcopos derivatur, qui in partem sollicitudinis vocantur, ut ex Sacro Concilio Tridentino c. 1. in sine sess. 24. Petro enim dictum fuit: Super hanc petram &c. Tibi dabo claves &c. Confirma fratres tuos. Pasce oves meas. Hinc collige Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Metropolitans distingui dignitate jurisdictionis, in dignitate vero Ordinis non differre ad Episcopos.

16 Appellatur etiam Pontifex servus servorum, Sanctus Gregorius Magnus his verbis primus usus est, ut confunderet Joannem, & Cyriacum Constantinopolitanos Episcopos, qui Oecumenicos se dixerunt.

17 Indictum autem fuit Concilium Tridentinum in integritatem Christianae Religionis. Et haec fuit causa finalis Concilii, quae non est alia ab illa quam supra posuimus, pax scilicet totius Ecclesiae, ut sublati haeresibus, fiat unum ovile, & unus Pastor. Remedium optimum, & opportunissimum. Patet ex omnibus generalibus Conciliis, ut supra probatum. Sed soletne aliquando alia de causa, quam ad tollendas haereses convocari Concilium generale? Respondeo negativè, & octava Synodus fuit convocata ad tollendam controversiam, quo inter Photium, & Ignatium de Patriarchatu Constantinopolitano, orta fuit.

Exquisitque Principum sententia. Ergo non ad Papam tantum, ut supra dictum est, pertinet congregare Concilium. Respondeo sententias exquiri Principum, quia illis repugnantibus non sine magna difficultate Episcopi ab eorum ditionibus evocarentur, de quo inferius.

In Civitate Mantua. Ad Pontificem enim spectat loci electio, quia ad illum jus indicendi spectat. Quod observatum in Ecclesia, ut patet exemplo Marciani Imperatoris, qui cum Niceae Concilium designasset, de quo Apostolicis legatis non probaretur, celebratum est Chalcedoniae. Ex quo inferitur, locum Concilii debere esse tutum c. ad Apostolum de re judic. in 6. & Clem. pastoralis eod. tit. ad hoc, ut libertè sententia à quocumque proferri possit. Faciunt ut ad id literæ Agathonis in sexta Synodo ad Constantinum Imperatorem.

Obijcies constitutionem Concilii Constantiensis, ubi electio loci debet fieri de consensu Patrum. Respondeo Statuta hujusmodi non ligare Pontificem, & significasti de elect. & Concilium illud à Martino fuit approbatum quoad illa, quae ad fidem concernebant.

Spem prope certam habentes. Hic ponitur causa finalis Concilii, quam supra annotavimus, & rectè quidem, quia Dei potentia omnes errorum caliginés (egabit, omnesque procellarum tempestates sedabit ita, ut tranquillitas magna fiat.

Plurimum reputantes. Quia tempore belli nec tutum nec licet Episcopis oves suas deferere can. sciscitarii 7. q. 1. Quia de causa fuit dilata sexta Synodus, afferente Imperatore, propter bella non potuisse fieri Congregationes generales Episcoporum.

Tres legatos. Sed quare Pontifex ad Concilium non accedit? Respondeo primo, quia per legatos potest intervenire can. Regula dist. 17. & c. 6. dist. 16. Secundo quia hoc aliàs factum est à Pontificibus etiam in Orientalibus Conciliis. Ad hoc facit epist. 47. Leonis Papae, & Episcopi Hormisdæ ubi ait, novum, & inauditum esse, Pontificem Romanum ad Concilium vocari. Habemus & exemplum Vigilii Papae, qui dum Constantinopoli esset & quinta Synodus celebraretur, noluit interesse. Sed dices, id actum, quia Constantinopolitanus Antistes sedere cum illo volebat, vel pauci Latini Episcopi ibi erant & proinde vertebatur, ne aliquid contra fidem, ipso praesente, decerneretur. Notandum tamen, quod si Papa voluerit intervenire, penes ipsum esset suprema potestas, quia caput est Ecclesiae can. 15. 14. q. 1. Quare hic possint ne esse plures legati, vel pauciores tribus? Respondeo, pendere ab arbitrio Papae.

Tertio est, &c. Quia Pontifex in omnibus debet curare ne privatae causae studere videatur, cavete, inquit, inquit Apostolus, ab omni specie mali.

Quosdam articulos, &c. Fortasse intelligit de iis, quos postmodum in Comitibus Augustanis definiaverunt, quos Interim vocarunt, quod quale fuerint ab eo potissimum colligitur, quia Ecclesia Petro, & non Imperatori commendata fuit, ut supra multis probavimus, & addo insignem locum Joannis Papae in causa Imperator dist. 96.

Verum tamen quia omnibus conatibus evitandum, ut bona voluntate eorum, qui in temporalibus Christiano populo imperant, fiantque ad Dei gloriam, & Christianae Respublicae conservationem.

Concilii autem diem indicere pertinet ad Papam, quia est ejus Concilium indicere, ut probatum. Obijcies ex d. Constitutione Frequens Concilii Constantiensis. Respondeo, ut supra. Sed quid dicemus de Conciliis, quae quotannis Gregorius Septimus habebat? Respondeo, illa non fuisse Concilia generalia, sed Consultationes, quae difficillimis illis Ecclesiae temporibus multum adiumentum afferebant.

Huiusmodi &c. Haec est quarta pars Constitutionis, quae indictionem Concilii continet. Post invocationem Sanctae Trinitatis, mentionem facit etiam Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli. Petri, quia Papa est ipseus successor, super quem fundata est Ecclesia Pauli tanquam individui

individui comitis Petri, qui ita se dilexerunt, ut in morte non sint separati. Postremò meminit Papa suae auctoritatis, quia est Christi in terra Vicarius, & eadem, qua Petrus fundus est, auctoritate fungitur.

De venerabilium &c. At num sit necessarius hic assensus? Respondeo, non esse, quia, ut inquirunt Doctores passim, & praecipue Sanctus Antonius in 2. p. 3. p. in rubrica de potestate Papae, Cardinales assistunt Papae non per modum limitationis, seu determinationis, sed ministerii, & consilii.

Contra. Consuetudo induxit, ut Cardinales sint in quasi possessione, ut Papa ardua non explicet sine illorum assensu. Ita Cardinalis & Doctores in cap. 2. de Cleric. non resident. & cap. per venerabilem qui filii sint legit. Respondeo, consuetudinem non potuisse praescribere contra supremam Papae auctoritatem, ad quem solum pertinet indicare, ut notavimus, & pulchre dixit Bald. in tract. de sehsim. col. 15. & Turcetem, cap. 8. lib. 1. de potest. Papa. De honestate tamen à Pontifice requiritur talis assensus, Felin. in rubr. de consuet. An autem de necessitate requiratur Cardinalium assensus in alienatione rerum Ecclesiae Romanae videndum fufius apud Doctores in can. non liceat Papa, 12. quest. 2.

Omnes omnibus ex locis ad Concilium generale requiritur, ac necessariò tenentur accedere, Patriarchae, Archiepiscopi, & Episcopi. Patet ex cap. ego N. de iurejur. Quod si dicitur, aliquando Episcopos jurare in manibus Patriarchae dicentis nomine Papae recipere cap. antiqua de privileg. Imò cum ipsis Episcopis generalis Concilii negotium, in quo ad universum Christianum orbem permanentia tractantur, commissum sit, cum in partem sollicitudinis sint vocati can. satis evidenter dist. 96. Papa Episcopos omnes ex omnibus regionibus ad Concilium convocat. can. 1. dist. 15. Unde notandum Episcopos catholicos, etiam ex propriis sedibus sine expulsi, ad Concilium, si venerint, admittendos. Id observatum in generalibus Conciliis, patet, quia semper subscriptae reperitur Synodi peractae à tot Episcopis, & S. Leo Concilium Chalcedonense Episcopale appellat, in quo habetur multos Episcopos Aegyptios, qui cum Dioscoro venerunt, à Concilio fuisse expulsos, clamantibus Episcopis, Concilium esse Episcoporum, can. Synodus dist. 17. Idque etiam patet Ath. Apostol. 15. ubi cum multitudo convenisset, loquente Petro, tacuit. Hoc ipsum S. Hieronymus indicat, scribens ad Augustinum.

Nec obijcias, quod ad Concilium vocentur Abbates. Nam hi possunt vocari arbitrio Papae, qui aliquando hos, & alios viros Religiosos, & alios laicos, doctrina, & experientia praestantes ad Concilium vocat, ut factum est in Concilio Constantiensi, ut suffragium consultivum habeant; aliquibus tamen Abbatibus, & definitivum ex gratia concedatur, sed non passim. Quia aliqui Abbates numero superarent. Episcopos in definiendo. Et hoc modo intelligitur, quando in Concilio reperitur fuisse Monachi, & Presbyteri, quod etiam ipsae descriptiones designant, dum scriptum reperitur. Ego N. Archimandrita subscripti, nisi ipsi Abbates fuerint legati Papae, vel aliorum Patriarcharum.

Et advertendum hic est, quod licet Episcopi auctoritate Papae definire in Concilio dicantur, non tamen ex hoc sequi id, quod ab ipsis definitur, à Papa non debere confirmari. Quia definitio ipsorum, donec à Papa non fuerit confirmata, perfecta non est.

Sed quid dicendum de Cardinalibus? Respondeo, Cardinales Episcopos ejusdem juris esse cum Episcopis, ceteros vero, si Papa aderit, & ipsos in Concilio, ut membra debere interesse. De Imperatore, ac Regibus dicendum, debere intervenire, non ad potentiam ostendam, sed ad fidem confirmandam, & definiendam can. 2. & 3. dist. 96. & patet ex subscriptionibus illorum, cum in illis dicunt, se definita suscipere, ut in octava Synodo.

Deben etiam intervenire hi, quorum interesse agitur, Tom. X.

ne indicta causa, judicentur, sive hi laici, sive alii sint. Dices: Papa potest congregare Concilium in suo Patriarchatu, & quod vult Episcopus convocare, & dicitur generale Concilium. Respondeo, tale Concilium dici generale ratione potestatis. Quod quidem Concilium esset ejusdem roboris cum illo, in quod omnes ex omnibus partibus conveniunt. Quia Concilium ut dictum est, quicquid habet, à Papa habet. Quomodo ergo dicitur, Concilium generale esse majoris auctoritatis? Quia majoris estimationis, cum Episcopi per totum Orbem Christianum convocati fuerint.

At nihilominus quia cum teneatur accedere ex jramento, d. cap. ego N. de jurejur. non accedentes sunt perjury, ac proinde puniri possunt, cap. querelam, cap. tuos de jurejur. poena quidem excommunicationis can. si quis ausum, can. placuit. dist. 18. At in his locis agitur de Concilio provinciali. Ergo tantò magis id debet intelligi de Concilio generali, & qui discedant à Concilio, in eandem poenam incurrunt, nisi causa superveniens repentina illos cogat. An autem contumaces statim in hanc poenam incurrere declarandum sit? Respondeo prius admonendos, & citandos, si tamen citati à Papa detinentur, excusantur, si à Principe seculari, excusantur, si per vim vel minas, etiam feudatarii, ut proinde jurejurando illi addicti, non excusantur, quia in jurejurando semper intelligitur reservata Superioris auctoritas, & veniens de jurejur.

Et personaliter venire debent, electa est enim industria personae. Ex quo non obstat, quod dici potest, esse actum jurisdictionis non ordinis. At opporo, Sexta Synodo tantum Episcopi interfuerunt. Respondeo, illud factum esse ex gratia, quia legitimo carceri detinebantur impedimento. Quanam autem sint iusta, & urgentissima impedimenta, habetur in can. pervenit, can. Episcopus, can. placuit dist. 18. can. communis d. 23. Talibus detentus tenetur ad purgandam contumaciam se excusare per procuratorem, ut in in dictione Sacri Concilii Tridentini, & in d. cap. ergo N. & d. cap. querelam de jurejur. At teneatur aliquem substituere in suum locum? Dico, non teneri, sed posse. Substituatur tamen, non modò si inferior, sed si is sit, qui suffragium consultivum, ac definitivum alioqui habeat, ut sunt Episcopi, non admittitur, nisi ex permissione Papae, vel majoris partis Concilii, Papa absente, juxta notata in dict. cap. querelam. Unde Doctores post Glossam in cap. decernimus de judic. vel can. decernimus dist. 18. sed verius in d. cap. si Episcopus ead. dist. Et hoc modo intelligendum est, quando in Concilio Chalcedonensi reperitur, utrum pro alio interfuisse.

Cum verò per literas aliquis Episcopus se excusat, & haeresim, de qua agendum in Concilio detestatur sciendum, literas non facere suffragium. Notandum tamen, si hic alium substituerit, non posse substitutum ab eo, quod in literis continetur, recedere, ut per Doctores in cap. ult. de elect. in 6.

Sed an si aliquis post inceperit Concilium venerit, incidat in poenam? Respondeo, non incidere, quia quandiu durat Concilium est admittendus can. propter Ecclesiasticas 1. dist. 18. ubique Glossa. Quid autem de eo, qui propter paupertatem nec accedere, nec mittere procuratorem potuit? Respondeo, hanc excusari, Abb. in cap. cum dilectus de dol. & contum. Et hic nota, venientes ad Concilium posse petere, & exigere charitativum subsidium, etiam à Monasteriis, Abb. in cap. conquereute de offic. Ordin. Idemque dicendum de eo, qui detineretur in itinere, ac de eo, qui captus est ab hostibus, ac de eo, qui propter inimicitias, ut Gregorius Septimus scripsit Lugdunensis Episcopo. Sed debeant ne se excusare, qui in Concilio tantummodò suffragium consultivum habent? Respondeo, non debere, quia hi censentur invitari tantum, ut supra dictum est.

In ultima verò parte Constitutionis de indictione Concilii contineri debet monitio, & publicatio, quod omnes ad Concilium vocantur, ac dies quo in loco Concilium esse

Castrorum acies ordinata, antequam ad certamen cum ejus hostibus descendatur, armamentaria, unde tela præliantur assumamus, assignantur, ut dicitur in hoc decreto §. Omnis itaque intelligant, quo ordine, & via ipsa Synodus sit progressura in universa Concilii tractatione. Advertendum, cum duo præcisè Concilium habeat sibi proposita sess. 1. hæresum extirpationem, ac morum reformationem, quorum alterum ad mores pertinet, qui cum dogmate, de quo in illa sessione agitur magis convenire videbuntur.

Cum igitur de Canonicis scripturis agendum sit, rectè de abusibus, etiam qui circa illarum usum irreperunt, subnectitur. Canonicæ autem scripturæ sunt tam veteris, quam novi Testamenti libri, qui hoc nomine veniunt, Augustinus contra Faustum lib. 32. cap. 1. & 8. libros canonicos, inquit appellamus; quos Spiritu Sancto dictante, Sacri Auctores exceperunt. Quos igitur tales esse constitit, eos proculdubio certissimos, ac veracissimos esse credimus, can. in Canonicis dist. 19. can. ego solis dist. 9. Canonicis opponuntur apocryphi, hoc est occulti, ut idem Augustinus contra Faustum lib. 10. cap. 2. non occulti, quia habendi sunt in aliqua auctoritate secreta, sed quia nulla testificationis luce declarati de nescio quo secreto, nescio quorum præsumptione prolati sunt ad persuadendas fabulas, impietates &c. Et lib. 15. cap. 13. de Civitate apocrypha, inquit, nuncupantur eo, quod eorum occulta origo non clare Patribus, à quibus usque ad nos auctoritas veracium scripturarum certissima, & notissima successione pervenit, & si in his invenitur aliqua veritas, tamen propter multa falsa nulla est canonica auctoritas. Et paulo post, ab hæreticis, inquit, apocrypha proferruntur. Qui verò sint apocryphi libri, quære can. Sancta Romana Ecclesia, qui est Gelasii dist. 15. in decretis.

Ex quibus primo colligo, dici aliquid apocryphum, cum ambigitur apud Patres de veritate contentorum, & ab ipsis non sunt approbata, certum sit, necne de auctore. Et hoc modo apocrypha, tanquam falsa, reprobantur. Colligo secundo auctoritate traditionis Ecclesiæ distinguuntur inter se Canonicas, & apocryphas scripturas. Sed qui de lectione hujusmodi apocrypharum scripturarum sentiendum sit; Hieronymus ad Latam, inquit, caveat omnia apocrypha, & si quando ea non ad dogmatum veritatem, sed ad signorum reverentiam legere voluerit, sciat non eorum esse, quorum titulis prænotantur, multaque his admixta vitiosa, & grandis esse prudentiæ aurum in luto querere.

Auctoritas autem Sacræ scripturæ est, quod in ea continetur verbum Dei. Hinc Prophetæ antequam aggrediantur eloqui, soliti sunt attentos reddere auditores, dicendo. Hæc dicit Dominus, & per illos Dominum loquentem, testatur Paulus ad Hebr. & Petrus epist. 2. cap. 1. ait Spiritu Sancto loquutos sanctos Dei homines, & Christus ipse Matth. 22. inquit, David in spiritu dixit: Dixit Dominus Domino meo. Idemque multis aliis in locis missionem suam scripturarum testimonio confirmavit. Idipsum factum est à Joanne Baptista, & Moyse præcepit Deut. 17. in difficillimis quæstionibus recurrendum ad divinam legem. Ex ipsa etiam scripturarum consonantia hæc demonstrantur, qua sit, ut non diversi, sed unus illarum scriptor judicaretur. Undè pulchrè Theodoretus diversos fuisse calamos unius Spiritus Sancti judicavit. Ad hoc respiciens Augustinus Scripturas sacras appellat, quæ nobis venerunt de illa Civitate, à qua peregrinamur. Non est igitur habendum pro verbo Dei illud tantummodo, quod Spiritus sanctus unicuique in corde loqui dicitur, sicuti quidam hæretici demeruisse somniantur, quinimò dicentes, se invisibilibus, missos, signis credendum est, cap. cum ex injuncto de hæretico.

Nec solum in libris scriptis verbum Dei continetur, sed etiam sine scripto traditionibus, quæ ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis, Spiritu sancto dictante, quasi per manus traditæ ad nos usque pervenerunt 2. Theol. 2. can. Ecclesiasticarum dist. 11. & cap.

cum Marthe de celebr. Miss. Concil. Senonense tempore Clementis VIII. decr. 5. & Concil. Trident. sess. 4. decr. de Canon. scriptis. Ex quibus etiam colligitur, cum traditionum alia sint universales, quæ in tota servantur Ecclesia, alia particulares, quæ pro locorum, & temporum varietate sint in usu, can. Catholica Eccles. dist. 11. hoc in loco agi de universalibus, in quibus Dei verbum suapte natura conservari posse, fatendum est, licet in posteros commodius transmittatur per scripturas, qui forma illius est, quod à Deo proficiscatur. Patet hoc, quia Christus non jussit scribi Evangelium, sed prædicari, & per Hierem. cap. 31. prædicat, se daturum legem in visceribus fidelium, ipsique Apostoli, dum scribunt Epistolas, & Evangelium, non ex præcepto Dei id facere asserunt, sed sicut præceptum fuit Deuter. 4. quando visum fuit necessarium, scriperunt.

Hinc est, quod Evangelistæ nudam tantum historiam, de vita Christi tradiderunt, ut omnibus exemplo esse possent, quique ex Apostolis scriperunt, obiter de rebus fidei egerunt. Confirmatur, quia traditiones si tollas, ipsas scripturas, ut tollas necesse est. Quomodo scimus Marthæ exempli gratia, Evangelium, ab ipso scriptum, nihilque ab alio additum, vel detractum, nisi traditione; Hanc fuisse in veteri Testamento liquet. David enim res præteritas traditione ad se pervenisse testatur psalm. 45. Deus auribus nostris audivimus, Patres nostri annuntiaverunt vobis. Et in novo Testamento ex Joannis cap. 11. & penult. habemus multa facta à Christo fuisse, quæ non sunt scripta, multa se habere nobis dicere, & epist. 1. & 2. Tenete traditiones, quas accepistis, & cap. 3. non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis, & 1. Corinth. cap. 11. de ritu orandi, ac sumenda Eucharistia agens, exordium sumit à traditionibus, & cum eisdem concludit, & 1. ad Timoth. cap. 6. Præcipio tibi coram Deo, ut serves mandatum & 2. cap. 2. Quæ audistis ex me per multos Testes commenda fidelibus hominibus. Ex apud Sanctos Patres illustre de his habetur testimonium, Dionysium Areopagitam de Ecclesiæ Hierarch. cap. 1. Papiam, de quo Euseb. lib. 3. cap. 23. & 4. Ignatium de tradit. Apostol. Irenæum, & testatur idem Euseb. lib. 3. cap. 36. Epiphani. lib. 2. hæres. 51. docet, non omnia in scriptis querenda, confirmatque testimonio S. Pauli, Tertullianus in lib. de coron. milit. S. Hieronymus in Jlat. cap. 63. S. Augustinus adversus Donatistas.

Unde error fuit Lutheri asserentis hoc solum credendum, quod ex Sacra scriptura elicitur, quem sumpsit à Uvaldensibus, & Uviclefo. Si hoc solum credendum est, quod scriptum in sacro eloquio invenitur, Christum ad inferna descendisse, Sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum quoque communionem credere non compellemur, quia hæc, non scriptura, sed symbolum tradit Apostolicum. Ergo & nihil obligabant credere, quibus prædicabant Apostoli, aut Discipuli, quia tunc nulla erat scriptura. Igitur, ut dixi, hoc Marthæ, illud esse Joannis, aut Lucæ Evangelium credere non temerum. Nam hoc scriptura non docuit, sed Ecclesia determinavit. Dicit autem Augustinus contra epist. Manich. cap. 5. ego Evangelio non crederem, nisi me Catholica Ecclesie commoveret auctoritas.

Quod verò Ecclesia Romana sit Catholica, probat multis argumentis ibidem Augustinus cap. 4. Docet propterea Damascenus lib. 4. cap. 8. plura tradita ab Apostolis, non scripto, sed verbo, quæ tamen observanda sunt. Dicit quoque Augustinus in libro ex dictis Basilii, ut habetur in d. can. Ecclesiasticarum dist. 11. Ecclesiasticarum institutionum quædam in scriptis quosdam verò Apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus, quædam verò consuetudine roboratas approbavit usus. Idemque Dionysius cap. 1. de Ecclesiæ Hierarch. asserit, quoniam non scriptas doctrinas, seu leges Apostoli tradiderunt, quas oportet suscipere, videlicet quoad Sacramenta, quoad Orationes Ecclesiæ circa Monachos, aut Sanctimo-

Sanctimonialia primitivæ Ecclesiæ, item de orando verbus Orientem, de imaginibus, de signo Crucis, & similibus, ut deducit Damascenus lib. 4. cap. 13. 17. de quibus etiam loquitur d. can. Cum Marthe de celebr. Missar. Quamobrem ait Paul. 2. Theol. 20. Traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram, De his vide in histor. v. par. lib. 9. cap. 38.

Quid namq. aliud, quærebat Atrius contra Concilium Nicænum, nisi quod Homoson, seu consubstantiale nomen in scripturis non haberetur. Non itaque credendum est, quia scriptum est, sed quia verum est. Sic absque scripturis receptum est vocabulum Matris Domini Theotopuris, id est Dei Genitrix. Scriptura quoque non docet Mariam, Virginem permanisse post filii Dei partum, quod tamen fecerit Synodus Chalcedonensis, quod & asserit Hieronymus contra Helvidium p. 1. epist. 9. & addit: Tadicis Mariam, Virginem non mansisse. Ego mihi plus vendico, etiam ipsum Joseph, virginem fuisse per Mariam, ut ex virginali conjugio, virgo filius nasceretur. Inquit etiam Augustinus contra Donatistas c. 24. Consuetudines Ecclesiæ universales ab Apostolis fuisse traditas, existimandum, quamvis postea non inveniantur in literis eorum, neque in Conciliis posteriorum; & tamen quia custodiuntur per universam Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita, & commendata creduntur. Docet hoc Ecclesiastica historia lib. 5. cap. 6. & 11. Ex quibus omnibus satisfactum objectioni, Verbo Dei nihil addendum, cum verbum Dei, ex dictis non sit alligatum scripturis.

10. Quare Sacrosancta Synodus Tridentina orthodoxorum Patrum exempla sequuta omnes libros tam veteris, quam novi Testamenti, cum utriusque unus Deus sit auctor, nec non traditiones ipsas, tum ad fidem tum ad mores pertinentes, tanquam vel oretenus à Christo, vel à Spiritu sancto dictatas, & continua successione in Ecclesia conservatas, pari pietatis affectu, ac reverentia suscipit, ac veneratur.

11. Hinc secundæ parti decreti, in qua Sacrum Concilium scripturas, & traditiones complectitur, oppono, quod semel decretum, in dubium revocandum non est can. majores 14. q. 1. l. nemo, C. de Summ. Trinitat. & S. Leo epist. 40. & 41. Respondeo ad confutandum errores damnatos, iterum damnandos laudabiliter id fieri ex D. Thoma 2. 2. q. 10. art. 7. & ex S. Leone epist. 16.

12. Cum utriusque unus Deus sit auctor. De auctoritate Scripturarum S. Augustinus in d. can. ego solis, & can. si ad scriptura cum seqq. dist. 9. ubi etiam differentia harum & ceterorum scriptorum.

13. Continua successione. Primò, ut excipiat eas, quæ ob solverunt, quia eas tantum ab Apostolis, ut perpetuo conservarentur, traditæ fuerunt, quæ ad fidem pertinent. Nonnulla autem, ut ad tempus vigerent, ut de sanguine, & suffocato, & velando in Ecclesiis mulierum capite, & hujusmodi alia. Secundo, ut cum de traditionibus singulis, quas longum esset enumerare, det regulam in genere ad agnoscendum traditiones. Quæ enim piæ, religiosa, & certa sunt ex singulis quibusvis Ecclesiis colligi possunt auctore Gregorio in can. novis fraternitas tua, & in can. illud dist. 12.

14. Verum cum traditionum alia ad fidem, alia ad ritus ac mores pertineant, illæ, quasi Evangelium, istæ vero non item in Ecclesia recipiuntur can. Ecclesiasticarum dist. 11. & can. illa autem dist. 12. Quæro, si circa traditiones oriatur dubitatio, quis consulendus? Respondeo, Ecclesia Romana. Quæro etiam, quid de traditionibus, quæ nec auctoritate, nec consuetudine universali comprobantur? Respondeo cum Augustino epistola 119. cap. 19. ad Januarium: Omnia talia, quæ neque Sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur, nec in Conciliis Episcoporum statuta inveniantur, nec consuetudine universalis Ecclesiæ roborata sunt, sed diversorum locorum diversis moribus innumerabiliter variantur ita, ut vix, aut omnino nunquam inveniri possint causæ, quas ineis instituentis homines sequuti sunt, ubi facultas tribuitur.

Tom. X.

tur, sine ulla dubitatione refecanda existimo. Quamvis enim neque hoc inveniri possit, quomodo contra fidem sint, ipsam tamen religionem quam paucissimis, & manifestissimis celebrationum, Sacramentis misericordia Dei esse liberam voluit, servilibus oneribus premunt, ut tolerabiliter sit conditio Judæorum, qui etiam si tempus libertatis non agnoverint, legalibus tamen Sacramentis non humanis præsumptionibus, subijciuntur. Referuntur hæc in can. omnia talia dist. 12. ac Ivon. part. 4. cap. 206. Panu. lib. 2. cap. 168.

Pari pietatis affectu. Quia traditionem Spiritus, qui 15 & scripturarum auctor est, ut pulchrè etiam Basilii in l. de Spiritu, & d. can. Ecclesiasticarum dist. 11. Quanti autem faciendæ sunt traditiones, videndum apud Irenæum lib. 3. cap. 4. eadem enim secundum illum eis, ut sacris scripturis reverentia debetur.

Sacrorum librorum Judicem. Tertia pars dicti decreti hæc est, in qua qui sacri sint, enumerantur. De eorum nonnullis dubitatum fuit, utrum Canonici, an apocryphi fuerint, sed dubitantes fuisse hæreticos. De aliquibus restatur Hieronymus, & Eusebius, quippe qui eorum assertioni hujusmodi libros contraire cognoscebant. Itaque continua traditione pro canonicis libris habiti sunt, quos recenset Gelasius in d. can. Sancta Romana Ecclesia dist. 15. Index hic positus habetur in epist. 3. Innocentii primi ad Exuperium cap. 11. in decreta Gelasii de lib. Sacr. in Concilio Romano, Concilio Laodiceno cap. 19. Carthaginensi 3. cap. 47. in Florentino.

At dices in Florentino non reperiri hujusmodi Indicem, sed in Bulla Eugenii super unione Jacobitarum, data Florentiæ 20. Februarii 1441. Respondeo hujusmodi Bullam editam ante dissolutionem Concilii, quod non statim post Græcorum unionem dissolutum est, sed spatio trium annorum perduravit, multis editis illo intermedio tempore Constitutionibus.

Idem Index ponitur à Patribus Græcis, & Latinis, Eusebius lib. 6. cap. 18. histor. Athanas. in Synoph. Cyrillus Damascenus, Hieronymus in prolog. galeati. Rufinus, Augustinus lib. 2. cap. 8. de doctr. Christi. Ildorus c. 6. cymol. Nec obstat quod non omnes libri, in decreto Concilii Tridentini recensiti à supradictis auctoribus recitentur. Nam recitantur à plerisque, licet non ab omnibus, neque eodem ordine. Concilium enim Carthaginense tertium, & S. Augustinus non nominat Baruch, sed dicendo utrumque sub propheta Jeremiæ, Baruch. possuisse Sententiam enim illius Prophetæ Augustinus lib. 17. de Civit. cap. 33. protulit sub nomine Jeremiæ, & cum Augustinus interfuerit Concilio Carthaginensi, secundum ipsum Concilium sensisse dicendum est. Sic etiam respondetur ad multa, quæ obiciti possent.

Colligo ex his primò, libros in hoc Tridentino decreto non enumeratos, inter Canonicos non reputandos. Facit ad id can. in Canonicis dist. 19. & locus Augustini contra Faustum lib. 23. c. 9. Canonicas dicens Scripturas esse quas recipit Ecclesia. Secundo colligo, Ecclesiam dare Sacræ Scripturæ auctoritatem declarativè, declarando hanc esse Canonicam, illam non esse. Suffragantur Augustinus contra Epist. fundam. capit. 5. veteribus relatis: Ego vero Evangelio non crederem, nisi me Catholica Ecclesia commoveret auctoritas, & contra Faustum lib. 2. cap. 2. Ex traditione Ecclesiæ habetur hanc esse scripturam Canonicam, illam vero non.

Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi consueverunt, & in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris, & canonicis non susceperit, & traditiones prædictas sciens, & prudens contempserit, anathema sit. Hæc est ultima pars decreti, in qua ponitur anathema in eos qui contra libros canonicos traditionesque non susceperint.

Cum omnibus suis partibus. Propter hujusmodi verba Sacra Congregatio Concilii censuit, incurri in pœnas, si una periodus, dictio, syllaba, totumque id, quod repugnet

repugnet vulgatae editioni immutetur, acriterque reprehendendum Vegam l. 15. c. 6. de iust. audacter hac de re loquutum. Quod verò ad oppositiones contextus graeci, aut hebraici cum latina vulgata editione pertinet remissum ad tertiam regulam Iudicis sub Pio Quarto editi.

22 Prudens, & sciens. Quia in specie multas nescimus, quae sint Notae septimam Synodum anathemati subiecisse etiam violantes traditiones *can. si quis. 1. quest. 7. can. ridiculum, dist. 12.*

23 Hinc ineptè sacrilegi censendi sunt Evangelici, qui sacrae Scripturae libros, tam veteris, quam novi Testamenti per mille sexcentos annos toto Orbe Christiano pro Canonicis receptos, nefariè violarunt, multa reprobarunt, pleraque addiderunt, veterunt, perverterunt, corruperunt, eique suas confessiones, Apologias, & Catechismos ita exaequarunt, ut pro norma, forma, regula, methodoque credendi, recipienda putarent.

24 Hi namque Christi, & Ecclesiae Catholicae perduelles Evangelici, hoc enim sibi nomen ob Evangelium in lucem è tenebris, ut aiunt, revocatum, magno supercilio arrogant, non ferè aliam suæ ab Ecclesia discessionis causam in ore promptam habuerunt unquam & habent, quam quod pro amore Evangelii, totiusque scripturae dignitate, auctoritate contra Catholicos, quos illis Papistas vocare visum est, in aciem descenderunt, armaque iustissima sumpserunt, ut eam à commentis, & traditionibus hominum vindicant, antiquae, Apostolicae, propriae puritati redderent. Quamobrem etiam in omni de religione suscitata controversia solam, & unicam scripturam regulam, iudicemque inter ipsos, & orthodoxos esse dissentientium opinionum voluerunt, Patrum, Conciliorum, Pontificum, & totius antiquitatis interpretatione reprobata; idque nomen ex illis iterum iustitias puro, & extant infinita in hoc genere Lutheri, Philippi, Calvini, Balingeti, Martyris, Osiandri, & aliorum his similitum testimonia.

25 Sed non diù latere passa est divina bonitas hanc pietatis & officii simulationem. Paulò post enim re ipsa ostenderunt, quod non pro amore verbi Dei, & Evangelii puritate, sed pro amore sententiae, & opinionis propriae quam verbo Dei affingere contendebant, in certamen descenderunt, illis non absimiles, quos Apostolus Petrus, indoctos, & instabiles appellat, Pauli scripta, & Epistolas, eadem qua & ceteras scripturas audacia depravantes, ad suam ipsorum perditionem.

26 Aiunt igitur isti Evangelici, Scripturas canonicas, & satis claras, & satis plenas, sufficientes atque instructas esse, quae iustam possint suppeditare non solum fidei, sed & reformationis rationem, ad docendum, arguendum, corrigendum, erudiendum, ut Paulus ait, in iustitia. Hanc solam, & unicam regulam, prima, & indubitata principia omnium fidei controversiarum, esse debere censent, sine ullo profus additamento, nulla profus hominum adhibita, aut expectata auctoritate, vel interpretatione.

27 Quid autem? An non isti ipsi primi fuerunt, qui, quos fixerunt terminos, transilierunt? re, & veritate ostendentes, quod commentis, & additamentis hominum aut plus, aut certe tantumdem fidei tribuant, atque ipsi Sacrae Scripturae, quam spiritu Dei inspirati, loquuti sunt Sancti Dei homines. Idque ante omnia ex illorum dictis & factis ostenditur. Firmum probationis genus, ait Tertullianus, quod etiam ab adversario sumitur, ut veritas etiam ab ipsis veritatis inimicis, proberetur. Adversus enim eos victoria est, sententiae eorum manifestatio, ait Irenaeus. Quippe, Lanctantio teste, qui hostem, contra quem fuerit armandus ignorat, nec adversarium vincere, qui in dimicando, non hostem verum, sed umbram perit.

28 In Comitibus Augustanis anno 1530. celebratis, cum sese pro verbi Dei maiestate, proque totius Scripturae Sacrae dignitate, & auctoritate, & stare, & cedere velle pro-

fererentur, Evangelici quidam Protestantes, & ab optimo Caesare Carolo Quinto, Imperique ordinibus uigerentur, ut verbum hoc, quod esse Dei profitebantur, legitimae potestati legendum, & examinandum offerrent, non Biblia, non Prophetica, & Apostolica scripta, non aliquam eorum partem, homines Dei, & sui obliti, sed quorum hominum commenta, confessionem scilicet fidei à Luthero mediatam, & Philippi digitis exarata, obtulerunt, eamque verbum De, atque succum Prophetarum, & Apostolicorum scriptorum vocaverunt. Hanc regulam esse debere totius controversiae criterion decreverunt, Augustinamque confessionem, Christiana enim non erat, appellarunt.

Nec satis hoc, sed quod ferè de statu suo rebus, 29 veritate, ac vetustate corroboratis accidit, audaciam audacia, impietatem impietate cumularunt. Ad confessionem enim Augustinam Apologiam quoque Melanchronis adjuverunt: paulo post & Catechismum Lutheri, paulò post & articulos Smalcaldicos verum verbum Dei pronunciarunt, & Evangelii loco censeri voluerunt. His in concione, his in disputatione, his in omni sermone, tanquam Herculis clava, contra omnem antiquitatem, universitatem, confessionem, contra omnem Orthodoxorum doctrinam, & opinionem usi sunt, his service scripturam, his ancillari Propheticos, & Apostolicos libros iusserunt, ut non quod scriptura diceret, id diceret, & Apologia, sed quod Apologia diceret, id ipsa quoque scriptura dicere, sentireque videretur.

Extant duo tomi Colloquiorum, Narrationum, & fac- 30 tularum Lutheri, collectarum in Mensa, prandii, ac coenae tempore, & in peregrinationibus per Henricum Petrum Rebenstole Esserzmenis Ecclesiae Ministrum, Lutheri non solum amatorem, sed etiam adoratorem. Narrat in primo tomo, Lutherum non semel dixisse, quod Textus Bibliæ, & Psalterium Germanicum sunt vera methodus credendi, itemque Catechismus, deinde & loci Philippi & Commentaria in Epistolam ad Romanos. Sed & Aurifaber in Colloquiis eundem aliquando Lutherum hæc verba dixisse testatur; non est melior liber post Sacram scripturam, quam Philippi Melanchronis loci communes. Habent enim in se summam religionis, & totius Theologiae. Legite Patres, & Sententiarum nihil sunt in istius comparatione.

Deinde verò extant Acta colloquii Altemburgensis inter Majoritatem, & Flaccionistis instituti. In his non solum oculis usurpare, sed manibus etiam suis palpare quilibet potest, quod isti, si diis placet, scripturae, & veritatis vindices, præter ipsam scripturam, alias, atque alias habent fidei formulas, vel ut ibidem loquuntur, aliqua criteria, & principia, Augustinam scilicet confessionem una cum Apologia, Smalcaldicos articulos, & utrumque Catechismum, reliquaque scripta Lutheri. Majoritatem verò etiam corpus doctrinae Philippi ad illum canonem adjuverunt.

Addamus & alium testem, impurissimum illum animarum in Civitate Regiomontana Archipyratam Osiandrum. Rem is indignissimam in suis ad Wirtembergenses Theologos scriptis statuit, & omnino gravissimis, in reliquis omnino libris suis ciet quæstionibus, apud Uvitembergæ Doctoribus, & verbi ministros non sola scriptura pro norma, regulaque credendi, & docendi proponitur, sed Augustinam quoque confessionem, Apologia Philippi, & loci eiusdem communes pro libris Canonicis obtruduntur. Nec aliter vel Doctores, vel Magistri creati permittuntur, nisi prius conceptis verbis iurjurando sese obstringant, ne ea omnia, quæ in his libris continentur, sine ulla exceptione ad unguem servaturos. Ex quo fit, ait, ut miseri cogantur deserere mandata Dei, & adherere mandatis Philippi, derelinquere verbum Christi, & adherere verbo Philippi, reprobare verba scripturae, & adorare verba Apologiae.

Ab his quoque; dorus Lascius quoque; Polonus in episto- 33 la ad Volanum Scripturam Sacram non esse sufficientem Iudicem

Judicem putat controversiarum fidei. Ego, inquit, ut fa- teor ingenue, profus nescio, quis sit hujus nostræ liris cum Pontificis finis, quam nec sola per se mea opinio- ne dirimunt. Biblia propterea quod de locis quibusdam sanè intelligendis, sit magna nostri certaminis pars, nec ipsi Patres, quorum aliqui nobiscum, aliqui autem, præsertim posteriores, cum adversariis faciunt. Non tamen se aperit, quoniam præsidio defectus scripturae supple- dos existimet.

34 Inde profectò constat, Evangelico omnes de aucto- ritate Sacrae scripturae, quicquid tandem de ejus cultu, & observantia blaterent, delicias sibi facere, eamque non aliter ac mollem ceream in alias formas, figuratque sin- gulariter, nisi quod mirum videri non debet, quod eandem esse velint Scripturam, & Apologia auctorita- tem. Horrendum dictu fabulis non exæquantur, testis Aurifaber. Ait is, Lutherum dixisse: Quantum ego possum iudicare, ac intelligere, post Biblia nullus habetur in Orbe liber elegantior, quam scripta Canonis, & Aesopi fabulae. Causam porò addit Mathæsius, quod scilicet perfectissima Sapiencia in fabulis conti- neatur.

35 Profert etiam Petrus Scarga, Societatis Iesu Theolo- gus verbo, & opere potens, auditam esse ejuisdem Ana- baptista vocem, ad Ecclesiam Dei redeuntis. Quod nisi Romana Ecclesia tanta cum veneratione, & constantia pro Sacrae scripturae auctoritate staret, jam pridem illam Evangelicam cum Aesopi fabulis exæquassent.

36 Lutherus in convivalibus sermonibus decem præcep- ta fontem hæresum appellat. Librum Iob fabulam facit ibidem *ut. de Patriarch. & Prophet.* Idem eadem ut. librum Ecclesiastici Talmudo similem statuit. Beza in Canci- cis Cantuarum amatorum philtra tractati ait. Quod tri- buitur Castallioni. Idipsum asserunt Scotici Ministri in Apologia suæ Confessionis. Calvinus librum Baruch. rejicit *lib. 3. c. 20. Instit.* Kemnitius historiam Danielis ridet in examine *4. sess. Concilii Tridentini.* Mathæsius Psalterium ab Aesopo scriptum putat concione *7. de Lu- thero.* Rehenstokius in colloquiis, & sententiis Lutheri Genesim. Enigma vocat. Librum Iudith. Tragediam vocat in *Colloq. fol. 181.* Calvinus similiter, & Iudithæ simul & Thobiae historiam repudiat in *invid. sess. 4. Eadem Tobiae historiam pro Comœdia repu- tat Lutherus in Colloq. mens. fol. 482.* Wittakerus quoque Cantabrigiensis professor Sacramentarius in respon- sione ad Campianum, illum, inquit, Thobiae Ra- phaelem nimis moramur, nec illos septem Angelos agnosimus, quorum ille meminit, hoc totum à scri- pturis alienum est, quod ab illo Raphaelis commemoratur, ac superstitionem nescio quam redolet. Idem Lutherus librum Ecclesiastici Prophetæ esse negat. Aurifaber, *fol. 481.* Calvinus eundem Ecclesiastici, librum non vult esse solidæ auctoritatis *lib. 3. cap. 4. Instit.* Idem Calvinus librum Sapienciae mendacii arguit *lib. 1. Instit. cap. 55. & lib. 2. cap. 5.* Tertium librum Eudæ ait Lutherus in Albim projicio. In quarto libro, qui continet Eudæ somnia, sunt pulchra, & alioquin etiam bonæ Neniæ, Cusfab. in *Colloq. tit. de rescript.* libros Paralipomenon fide putat indignos, *loc. citat.* Hester, & Machabeorum historiam judaizare ait, ibidem Calvinus vituperat in Machabeorum historia, quod auctor libri laudat præposterum zelum, & superstitiosum factum Iudæ Machabæi, qui pro mortuis offerri sacrificium iussit *lib. 3. Instit. cap. 5.* Beza quoque apertè reprehendit Machabæos ex Balduino ad Calvinum. Kemnitius porò non negat quidem supradictos libros esse bonos, & sanctos, ac dignos, qui legantur, sed tamen non esse tales, ut ex illis firma argumenta duci possint, in examine Concilii. Wittakerus Sacramentarius Machabeorum, inquit, librum minus curo in *respons. ad Campianum.*

37 Evangelici de Evangelio ludos sibi faciunt, & plerof- que novi Testamenti libros reproban, referente Cochleo Tom. X.

in vita Lutheri. David Georgius Baravus inter alia pe- silentissima dogmata, ausus est, hoc quoque asserere apud Sur. in *comment. ex historia David Georgii Antuer- piæ impressa anno 1560. ratiocin. 8.* Franciscus Danielis in Transylvania docuit, sepeliendum esse Evangelium, & recurrendum ad Mosem, & Moïsi doctrinam esse lineam rectam, Christum autem Jesum, & ejus doctrinam indirectam. Possevin. in *act. Transylvan.* Otto Brunfelsius Evangelia quidem ab Apostolis scripta non negat, sed ea pluribus in locis, vel secum, vel cum veritate pugnare contendit, Cochleus *cap. 3. & 4. de scriptur. & Ecclesia auctor.* Erasmus notatur à plerif- que, quod dixerit, non esse metuendum, ne totius scripturae corrumpatur auctoritas, si levis aliquis error in ea deprehendatur propter Evangelistas interdum memoria lapsos in *annot. in 2. & 27. cap. Matth.* Calvinus ait, Quintum quendam, quem porcum appellat, in Gallia existisse, adeo impium in divos, ut unumquemque Apo- stolorum turpi aliquo scommate ferire non dubitaret, Lutherus de numero Evangelistarum dubitat in *prefat. novi Testament.* Beza. Lucæ Evangelium vel accu- sat, vel reprobat in *annot. novi Testament.* Gene- vae. Anglici verò Rabini longius progressi, ausi sunt, planè totum Lucæ Evangelium reprobare eo, quod non recipiatur in Concilio Laodiceno, idque testatur Guilelm. Reinoldus contra Wittakerum *lib. 1.* Lutherus solum Joannis Evangelium pulchrum, & principale pu- tat, reliqua inferiora in *secunda pref. novi Testam.* Beza vicissim longè diversum à Luthero sentit in *annot.* Lutherus epistolam ad Hebræos Pauli esse negat, ibidem Brentius idem profus cum Luthero sentit, ut videre est in *Confess. Wirtembergensi cap. de Sacra Scriptura.* Kemnitius idem etiam sentit in *exam. 4. sess. contra Tri- dent.* Magdeburgenses Centuriatores idem affirmant *cent. 5. lib. 2. cap. 4.* Budnæus in Lithuania non solum ne- gat esse Pauli, sed etiam spiritu carere affirmat in *dis- pens. probationis 29.* Calvinus contra, docet, & contem- dit, Epistolam ad Hebræos esse vetè Apostolicam, & errare in hac parte Lutheranos, tamen an Pauli sit, an alterius Apostoli, an Barnabæ, an Lucæ, dubitat *Instit. cap. 10.* Posticentium quoque Calvinistarum Con- fessio ponit hanc epistolam in numerum divinarum scri- pturarum, sed tanquam auctoris incerti. Sanctius in *epist. de disput. Possevin.* Erasmus quoque in dubium re- vocat hujus epistolæ auctorem, & cum nonnullis aliis existimat, hanc epistolam non hebraicè, sed græcè primum esse conscriptam, & quidem sententias esse Pauli, verba autem Lucæ, aut Clementis, quo, tanquam interprete, & scriba, ut sit Paulus, in *comment. ejusdem epistol.* Epistolam Jacobi stramineam vocat, & repudiat Lutherus in prima editione sua novi Testamenti. Vitis Theodorus in summariis Biblio- rum illam rejicit, ac reprehendit. Pomeranus quoque illam non annumerat aliis libris, qui iustitiam fidei prædicant. Erasmus item negat eam redolere Apostoli- cam gravitatem. Magdeburgenses aiunt, epistolam Jacobi ab Analogia doctrinae Apostolicæ haud medio- criter aberrare, dum legem appellat libertatis, cum sex sit Testamentum fidei generans servitutem. His contrarium tenuit, ac docuit Memnon Simonius in *lib. de fide Christiana,* inquit, Divi Jacobi epistolam magni momenti esse ac zelum quemdam spirare. Calvinus quoque, tanquam Apostolicam recipit, & inter Canonicas scripturas numerat in *argum. epist. Jacobi.* Anglici quoque Calvinolatras cum magistro suo in hac parte sentiunt ex Guilelm. Wittakero in *respons.* ad rationes Campiani, quod etiam Joannes Schotus in sua confu- tatione citat. De epistola Iudæ, secunda Petri, & tertia Joannis quid statuere debeant, ignorat Erasmus in sua censura de epistola Iudæ. Brentius, Kemnitius, Centuria- tores dubii hærent, neque se explicant. Calvinus vicissim omnes eas recipit, & inter Canonicas numerat, Idem sententur Calvinistæ in *confess. Possevin.* Vide Apolog. Lutherus

Lutherus Apocalypsin pro libro Apostolico non recipit in prima edit. novi Testamen. & in prolog. Erasmus in fine annot. in Apocalyp. anxie querit, unde probare possit Apocalypsin non esse Ioannis Apostoli. Vitakerus Ioanni Apostolo Idololatriæ crimen affigit, quasi Angelum, tanquam Deum, adorare voluisset. Brentius, & Kemnitius cum Luthero illam rejiciunt. Calvinus contra, & eum sequuti Centuriatores acriter pugnant contra Lutherum, asserentes, Apocalypsin esse unum è libris canonicis.

38 At de his satis. Tædet enim, pudetque proferre quæ facilegè impii efficiunt apud Iodocum Coccium in thes. anth. lib. 6. de Sacris Scripturis Ecclesia. Violata eorum scripturæ majestatem, & exposita vulgari libidini ejus integritate, ut arbitrato quisque suo, id quod os Domini loquutum est, formet, reformet, probet, improbet, addat, adimat, figat, refingat, struat, destruat, quæ esse poterit stabilitas in omnibus fidei articulis non videat. Imo vero video quanta sit consequuta instabilitas, quanta moles errorum excitata, tam in doctrina de Sacramentis, quam in omnibus Symboli Apostolici articulis. Antiquorum planè hæreticorum mos, & consuetudo hæc est, cum cætera omnia, tum ipsas etiam Sacras Scripturas vertendi, pervertendi, addendi, minuendi, mutandi, contumpeudi. Sic de sui temporis hæreticis scriptum reliquit antiquissimus ille, Tertullianus lib. de præscript. Ista hæresis non recipit quasdam scripturas, & si quas recipit, adjectionibus, & detractionibus ad dispositionem instituit sui, intervortit, & si recipit, non recipit integras, & si aliquatenus integras præstat, nihilominus diversas expositiones commentata convertit. Tantum veritati obstrepit adulter sensus, quantum corruptor stylus.

39 In eandem sententiam scribit Cyprianus de unit. Eccl. Corruptores Evangelii, & interpretes falsi extrema ponunt, superiora prætereunt, partim memores, & partim subdole corrumpentes. Ut ipsi ab Ecclesia scissi sunt, ita animi Capitulæ sententiam scindunt. Et Augustinus hæres. 46. Ipsius novi Testamenti scripturas ita legunt, ut quod voluerint, inde accipiant, quod nolunt rejiciant, eisque tanquam non totum verum habentibus, apocryphas anteponant. Isto porro quasi quodam aggere perupto ad omnes, & singulos fidei christiæ articulos everrendos, quasi signum quoddam universæ cohortis Evangelicæ sustulerunt, nec quidquam omnino illæsum, intactum, inviolatum reliquerunt. Decantata sunt illa epiphonemata, non addes, non minues. Maledictus, qui addit, maledictus qui adimit. Semel loquutus est Deus, & id genus alia, Deuter. 4. & 12. Proverb. 30. 2. Petr. 1. Apocal. 22.

40 Contra vero & Protocanonicos, & Deuterocanonicos scripturæ libros recipiendos esse, asserunt Concilium Carthaginense tertium cap. 47. anno 397. Augustinus de Doctrina Christiana lib. 2. cap. 8. anno 400. Innocentius primus epist. ad Exuperium Tholosanum cap. 7. anno 406. Gelasius Papa cum septuaginta Episcopis 10. 2. Concil. in decretis anno 490. Alcimius Avitus lib. ad Sororem de consolatoria castitatis laude anno 500. Cassiodorus lib. 1. divinæ instit. c. 13. anno 540. Isidorus Hispalensis lib. 6. Etymologicæ cap. 1. anno 620. Rabanus Maurus de Institutione Cleri lib. 2. cap. 53. anno 840. Theodolphus Aurelianensis Episcopus in versibus, quos in fronte Bibliorum describit anno 850. Smaragdus Abbas ad cap. 9. regule Sancti Benedicti anno 950. Ivo Carnotensis in decretis part. 4. capit. 61. anno 1100. Petrus Cluniacensis lib. 1. Epistol. 2. anno 11400. Concilium Tridentinum diæta session. anno 1560. Gabriel Patriarcha Alexandrinus in confessione fidei anno 1595.

41 Mosen, & Moisaica scripta Summæ esse auctoritatis asserunt Sacra litera Deuter. 34. v. 10. Iosue 1. v. 8. Psal. 1. v. 2. Malachiæ 4. 4. Ecclesiastici 45. 1. Lucæ 20. 37. Ioannis 1. 17. & 5. 46. Act. 7. 20. Hebr. 11. 14. Afferunt Patres Græci,

Clemens Romanus constit. Apostol. lib. 6. cap. 1. anno 80. Iustinus orat. ad Gentiles anno 150. Theophilus Antiochenus ad Autolycum lib. 2. anno 170. Irenæus lib. 3. cap. 6. & lib. 2. cap. 42. anno 180. Clemens Alexandrinus lib. 1. pedagog. cap. 7. & lib. 1. Stromat. anno 220. Origenes lib. 1. contra Celsum anno 230. Eusebius Cæsariensis de præparat. Evangelicæ lib. 11. capit. 2. & de demonstration. Evangelicæ lib. 5. post præfationem anno 320. Constantinus Magnus orat. ad Sanctorum cæterum cap. 17. anno 330. Antonius Heremita epist. 2. anno 330. Athanasius de incarnatione verbi Dei, & in Synopsi divina scriptura anno 340. Basilus Magnus in Hexameron hom. 1. anno 360. Marcarius Ægyptius homil. 12. anno eodem. Gregorius Nazianzenus orat. 6. quæ est ad Gregorium Nyssenum, & orat. 49. quæ est oratio de fide anno 370. Gregorius Nyssenus orat. ad eos, qui egrè ferunt reprehensiones anno 380. Ioannes Chrysoctomus ad cap. 1. Genesios homil. 2. & Sermo de se ipso, cum esset Presbyter designatus anno 400. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. contra Julianum, & lib. 6. anno 430. Isidorus Pelusiora lib. 3. epist. 79. anno 440. Theodoretus qu. in Genes. cap. 1. anno 450. Basilus Seleucius orat. 1. in annunciationem Sanctissimæ Deiparæ anno 460. Procopius Gazæus præfat. in Genes. anno 530. Anastasius Synaites in Hexaron lib. 2. anno 580. Ilychius Hierosolymitanus l. 4. in Leviticum cap. 15. anno 600. Leonius Bizantius de festis act. 2. anno 620. Maximus Monachus de incarnatione verbi anno 640. Ioannes Damascenus orthodoxæ fidei lib. 4. c. 18. & cap. 24. anno 730. Suidas in lexico anno 970. Oecumenicus ad c. 7. Act. anno 1050.

Afferunt Patres Latini, Tertullianus in Apologetico c. 4. 19. & adversus Marcionem anno 200. Cyprianus de bono patientia anno 250. Hilarius de Trinitate lib. 5. & ad Psal. 67. anno 350. Hieronymus ad cap. 9. Esaiæ, & Epist. 123. ad Paulinum cap. 7. anno 390. Concilium Carthaginense cap. 47. anno 395. Augustinus de Civitate Dei lib. 18. cap. 37. & de doctrina christiana lib. 2. cap. 8. anno 400. Innocentius I. epistol. ad Exuperium Tholosanum cap. 7. anno 460. Leo I. sermo 4. de col. 4. anno 445. Amænus in Eucherio veteris, ac novi Testamenti anno 460. Prosper ad Psal. 105. anno 460. Alcimius Avitus lib. ad Sororem de consolatoria castitatis laude anno 500. Aurelius Cassiodorus institut. divinæ lectio. cap. 17. anno 540. Gregorius Magnus lib. 6. exposit. in 1. Reg. cap. 16. anno 590. Isidorus Hispalensis lib. 1. de offic. anno 620. Beda ad cap. 1. Ioannis anno 700. Haymo homil. in ser. 2. Pasche anno 820. Rabanus Maurus de instit. cleri lib. 2. cap. 53. anno 840. Theodolphus Aurelianensis Episcopus in versibus, quos in fronte Bibliorum describit anno 850. Smaragdus Abbas ad cap. 9. regule S. Benedicti anno 950. Rupertus Ticiensis lib. 2. in Exod. cap. 9. anno 1120.

Iobi historiam veram, & authenticam esse, asserunt Sacra litera Ezechiel 14. v. 14. Tobiz 2. 15. 1. Corinth. 3. 19. Iacob. 5. 11.

Afferunt Patres Græci. Clemens Romanus constit. Apo. 44. fol. lib. 1. cap. 6. & can. Apostol. 75. anno 88. Ignatius epistol. ad Philadelphenses anno 100. Iustinus Martyr. dialogo cum Tripitone, & quest. 78. anno 160. Melito Sardenis epist. ad Ornesum anno 160. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromat. cap. 2. anno 200. Origenes lib. 1. in Iob. an. 230. Eusebius de demonstrat. Evangel. lib. 1. cap. 6. anno 320. Athanasius in Apologia de fuga sua, & in Synopsi divina scriptura anno 340. Basilus Magnus orat. 11. de patientia, & tolerantia anno 350. Concilium Laodicenum can. 60. anno 360. Cyrillus Hierosolymitanus catech. 4. anno 360. Gregorius Nazianzenus de veris, & germanis scripturæ libris anno 370. Amphilochius ad Seleucum de Sacra scriptura libris anno 380. Ioannes Chrysoctomus serm. in Beatos Iob. & Abraham, & in catena Græcorum ad cap. 1. Iob anno 400. Nilus Abbas ad Idæos anno 420. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Ioannem cap. 37. anno 430. Isidorus Pelusiora lib. 3. epist. 11. & epist. 106. anno 440. Theodoretus quest. in Genes. quest. 92. anno 450. Olympiodorus ad c. 1. Iob anno 480. Procopius Gazæus præfat.

in Genes. & in Exod. fol. 291. anno 530. Anastasius Synaites comm. in Hexamer. lib. 10. anno 580. Antifschus homil. 117. anno 600. Maximus Monachus centur. 1. cap. 83. anno 640. Ioannes Damascenus orthodoxæ fidei lib. 4. cap. 18. anno 730. Cæsarius dialog. 1. anno 760. Theophylactus ad lib. 1. contra Celsum anno 230. Eusebius Cæsariensis de præparat. Evangelicæ lib. 11. capit. 2. & de demonstration. Evangelicæ lib. 5. post præfationem anno 320. Constantinus Magnus orat. ad Sanctorum cæterum cap. 17. anno 330. Antonius Heremita epist. 2. anno 330. Athanasius de incarnatione verbi Dei, & in Synopsi divina scriptura anno 340. Basilus Magnus in Hexameron hom. 1. anno 360. Marcarius Ægyptius homil. 12. anno eodem. Gregorius Nazianzenus orat. 6. quæ est ad Gregorium Nyssenum, & orat. 49. quæ est oratio de fide anno 370. Gregorius Nyssenus orat. ad eos, qui egrè ferunt reprehensiones anno 380. Ioannes Chrysoctomus ad cap. 1. Genesios homil. 2. & Sermo de se ipso, cum esset Presbyter designatus anno 400. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. contra Julianum, & lib. 6. anno 430. Isidorus Pelusiora lib. 3. epist. 79. anno 440. Theodoretus qu. in Genes. cap. 1. anno 450. Basilus Seleucius orat. 1. in annunciationem Sanctissimæ Deiparæ anno 460. Procopius Gazæus præfat. in Genes. anno 530. Anastasius Synaites in Hexaron lib. 2. anno 580. Ilychius Hierosolymitanus l. 4. in Leviticum cap. 15. anno 600. Leonius Bizantius de festis act. 2. anno 620. Maximus Monachus de incarnatione verbi anno 640. Ioannes Damascenus orthodoxæ fidei lib. 4. c. 18. & cap. 24. anno 730. Suidas in lexico anno 970. Oecumenicus ad c. 7. Act. anno 1050.

Afferunt Patres Latini, Tertullianus in Apologetico c. 4. 19. & adversus Marcionem anno 200. Cyprianus de bono patientia anno 250. Hilarius de Trinitate lib. 5. & ad Psal. 67. anno 350. Hieronymus ad cap. 9. Esaiæ, & Epist. 123. ad Paulinum cap. 7. anno 390. Concilium Carthaginense cap. 47. anno 395. Augustinus de Civitate Dei lib. 18. cap. 37. & de doctrina christiana lib. 2. cap. 8. anno 400. Innocentius I. epistol. ad Exuperium Tholosanum cap. 7. anno 460. Leo I. sermo 4. de col. 4. anno 445. Amænus in Eucherio veteris, ac novi Testamenti anno 460. Prosper ad Psal. 105. anno 460. Alcimius Avitus lib. ad Sororem de consolatoria castitatis laude anno 500. Aurelius Cassiodorus institut. divinæ lectio. cap. 17. anno 540. Gregorius Magnus lib. 6. exposit. in 1. Reg. cap. 16. anno 590. Isidorus Hispalensis lib. 1. de offic. anno 620. Beda ad cap. 1. Ioannis anno 700. Haymo homil. in ser. 2. Pasche anno 820. Rabanus Maurus de instit. cleri lib. 2. cap. 53. anno 840. Theodolphus Aurelianensis Episcopus in versibus, quos in fronte Bibliorum describit anno 850. Paschalius Robertus lib. 2. in lamentationes Hieremie anno 880. Briedesertus Rameis ad cap. 4. Bede de temporum ratione anno 880. Petrus Damiani tract. de ordine Eremitarum, & facultatibus Eremitarum Avellani anno 1050. Hildebertus Cenomanensis epist. 31. anno 1100. Rupertus Tuiciensis de divinis offic. lib. 8. cap. 8. & lib. 2. de meditatione mortis anno 1120. Bernardus serm. 34. super Cantic. Canticor. anno 1130. Petrus Cluniacensis lib. 2. contra Iudeos cap. 5. anno 1150. Guericus Igniacensis serm. in Purificat. S. Mariæ anno 1170. Innocentius III. de contemptu Mundi lib. 2. cap. 15. Iacobus Vitriacus histor. Occidentalis cap. 34. an. 1220. Thomas Cantipratenis lib. 1. miraculorum cap. 25. anno 1260. Alphonfus Toftatus Abulenfis ad cap. 22. Genesios anno 1430.

Ecclesiasten Salomonis, ut Canonicum librum, valere ad Ecclesiastica dogmata confirmanda, asserunt Patres Græci, Melito Sardenis epist. ad Onesimum ann. 160. Origenes homil. 1. in Psal. 38. anno 230. Gregorius Neocæsariensis ad cap. 1. Ecclesiasten anno 260. Athanasius in Synopsi divina scriptura c. 15. Ecclesiastes anno 340. Basilus Magnus hom. 12. in princ. Proverb. anno 370. Gregorius Nazianzenus in carminibus de veris, & germanis scripturis ann. 380. Gregor. Nyssenus in Commentar. Ecclesiasten Salomonis anno 380. Ioan. Chrysoctomus homil. 2. de eo, quod dixit Esaias, Factum est anno, quo mortuus est Ozias Rex, vidi Dominum, &c. ann. 400. Theophilus Alexandrinus epist. 3. Paschali anno 400. Ioannes Cassianus monasticarum Institutionum lib. 3. c. 9. anno 450. Theodoretus Præfatione in Cantic. Canticorum anno 450. Olympiodorus in Ecclesiasten Salomonis in præfat. anno 500. Anastasius Synaites comm. in Hexameron l. 4. anno 580. Ilychius lib. 6. in Levit. anno 590. Leontius de festis act. 2. ann. 610. Ioannes Damascenus orthodoxæ fidei lib. 4. c. 18. anno 730. Theophylactus ad cap. 6. Marci anno 900.

Afferunt Patres Latini, Tertullianus lib. de velandis virginibus cap. 1. anno 200. Cyprianus lib. 2. testimoniorum ad Quirinum cap. 11. & cap. 30. anno 250. Hilarius ad psalm. 119. anno 350. Ambrosius proem. Comment. in Lucam anno 370. Philastrius lib. de hæresibus c. 83. anno 380. Hieronymus ad cap. 1. Ecclesiasten, & lib. 1. adversus Pelagianos cap. 10. anno 390. Augustinus de Civitate Dei lib. 20. cap. 3. anno 400. Prosper Aquitanicus de vocatione Gentium lib. 1. cap. 24. anno 450. Salonus Dialogo in Ecclesiasten Salomon. anno 480. Aurelius Cassiodorus divinæ lect. lib. 1. cap. 15. anno 540. Gregorius Magnus 3. p. Cura pastor. admonit. 16. anno 590. Isidorus Hispalensis lib. 6. origin. cap. 2. anno 620. Aponius ad cap. 1. Canticor. anno 700. Alcuinus in præfat. comment. in Ecclesiasten, & ad cap. 1. anno 750. Ambrosius Ansbertus lib. 4. in Apocalyp. anno 770. Haymo lib. 1. in Esaiam anno 820. Angelonus in Stromatis in Cantic. anno 836. Theodolphus Aurelianensis in versibus, quos in fronte Bibliorum describit anno 850. Guimundus Aversanus de veritate Eucharistia lib. 1. anno 1060. Hildebertus Cenomanensis epistol. 31. anno 1100. Hugo Echerianus de regressu animarum ab inferis cap. 4. anno 1160. Ioannes Saresberienfis lib. 12. polyt. cap. 22. anno 1160. Iacobus Vitriacus Dominica 3. Adventus anno 1220.

Canticum Canticorum Salomonis, ut librum Sacrum, canonicum, & authenticum valere ad Ecclesiæ dogmata confirmanda asserunt Patres Græci, Clemens Romanus can. Apostol. 85. anno 80. Ignatius epist. ad Ephesios anno 100. Melito Sardenis epist. ad Onesimum anno 160. Origenes homil. 2. in Cantic. Canticor anno 230. Athanasius in Synopsi divina scriptura anno 340. Basilus Magnus hom. 12. in princ. Proverb. anno 360. Concilium Laodicenum can. 60. anno 360. Gregorius Nazianzenus de veris, & germanis scripturæ libris anno 370. Amphilochius ad Seleucum de Sacra scriptura libris anno 370. Epiphanius hæres. 69. anno 389. Ioannes Chrysoctomus homil. 37. in Matth. anno 400. Philo Carpathius in comment. in Cantic. Canticorum anno 420. Cyrillus Alexandrinus de Unigeniti incarnatione cap. 9. anno 430. Theodoretus præfat. in Cantic. Canticor. anno 450. Proclus Constantinopolitanus homil. de Christi nativitate. anno 450. Procopius Gazæus ad cap. 17. Genesios anno 530. Anastasius Synaites lib. 4. Hexameron. anno 580. Leonius Bizantius de festis fest. 2. anno 710. Ioannes Damascenus orthodoxæ fidei lib. 4. cap. 18. Psellus apud Theodoretum in canticæ anno 1050.

Afferunt Patres Latini, Tertullianus lib. 4. adversus Marcionem cap. 11. anno 200. Cyprianus epistol. 76. anno 250. Hilarius ad Psal. 119. anno 350. Ambrosius proem. commentar. in Lucam, & lib. de Isaac, & Anima cap. 4. anno 360. Opatrus Milevitanus lib. 1. adversus Parmenianum anno 370. Hieronymus epist. ad Paulinum de Sacra scriptura libris anno 390. Augustinus de civitate Dei lib. 15. cap. 12. & lib. 17. cap. 20. & lib. de Pestoribus cap. 15. anno 400. Gaudentius Brixiensis tract. 1. de lect. Evangel. anno 406. Philastrius de hæresibus cap. 83. anno 400. Habdenus Episcopus collat. Cathag. 3. cum Donatistis fol. 378. anno 410. Arnobius Junior de Deo Trino, & Uno lib. 4. anno 440. Vigilius Tridentinus contra Euzebem lib. 3. anno 480. Iustus Origelitanus Episcopus præfat. in Cantic. Canticor. anno 540. Gregorius Magnus prologo in Cantic. Canticorum anno 590. Leander Hispalensis Episcopus orat. de convers. Gothorum anno 600. Isidorus Hispalensis lib. 6. etymologicarum cap. 2. anno 620. Ildephonfus Toletanus Sermo. de assumpt. Mariæ anno 670. Aponius prologo in Cantic. Canticor. anno 700. Beda lib. 2. in Cantic. Canticor. cap. 1. anno 720. Alcuinus ad cap. 1. Ecclesiasten in Apocalyp. anno 770. Haymo Alberstadenis Sabbato post Pasche anno 820. Paschalius Robertus lib. de corpore, & Sanguine Domini cap. 11. anno 880. Petrus Damiani epist. 3. cap. 5. anno

anno 1050. Vuilleramus *comment. in Cantio.* anno 1070. Hildebertus Cenomanensis *epist.* 31. anno 1100. Honorius Augustodunensis *prologo in lib. Salomonis, qui dicitur Cantica Canticorum* anno 1120. Bernardus *Serm. 1. super Cantica* anno 1130. Stephanus Eduensis *de Sacramento Altaris cap. 12.* anno 1170. Innocentius Tertius *ser. 5. post primam Dominicam Quadragesime serm. 1.* anno 1200. Thomas Cantiptanus *lib. 1. miraculor. capit. 13.* anno 1250.

Plura me hac de te proferre pudet. Adi, mi lector, Jodocum Coccium *loc. cit.* ubi ex Patribus Græcis, atque Latinis probat sacrorum librorum Indicem à Concilio Tridentino adscriptum decreto suo *sess. 4.*

CONSULTATIO CXLIX.

De instruenda lectione Sacrae scripturae, & liberalium artium ex variis Constitutionibus. Quid illis Concilium Tridentinum adjecerit? Neglectus Sacrarum scripturarum christiano homine quam indignus. Nomine Ordinarii qui veniant? Præbenda cui onus legendi est adjunctum, qua ratione liceat conferre? Idonei qui dicantur, ac sint? Quando res per substitutum adimpleri possit? Et quando consecratur electa industria persona? In quibus Ecclesiis Sacra scriptura lectio habenda sit? Quid si omnes Canonici redditis in quotidianis distributionibus consistant? Quid si Secularis Clericus ad præstandum onera, hujusmodi præbenda adjuncta, idoneus non reperitur? Resignatio in favorem non inducit vacationem. Quid si ad alium, quam ad Episcopum spectet collatio præbende? Quid de præbenda in Ecclesiis, in quibus est jus optandi? Quid de Canonicis Sedi Apostolicae reservatis, vel quomodocunque affectis? Qua magis necessaria, cura ne animarum, an lectio Sacrae scripturae? Quid in Ecclesiis Collegiatis, quarum præbende sunt de laicorum iurepatronatus? Opus incompatible quid sit? Clausula ipso facto quid importet? Quid de collatione præbende facta illi, qui Theologiam non proficiunt? Quid in Ecclesiis non numeratis, sive Regularibus, & in his, quibus non potest assignari præbenda primo vacatura? Quomodo satisfaciendum huic Concilii decreto? Non est beneficium, quod secum non afferat onus aliquod. Quanam beneficia teneantur contribuere pro lectione Sacrae scripturae? Episcopus an teneatur Capituli consilium sequi? Tempus, hora, & materia, qua ex sacris literis sumi debet, Ordinarii arbitrio relinquatur. Quæ materia lectionis magis congrua menti Sacri Concilii? Quid quando redditus Ecclesie tenues sunt, & populus exiguus? Gratis non docentes in quod crimen incurrant? Hoc Concilii decretum ad quas Ecclesias restringatur? De obligatione Monachorum circa Magistros. Alia de Monachis. Quid negligentibus Abbatibus, vel Prælatibus inferioribus? Quatenus à sententiis Episcopi, etiam ut Sedis Apostolicae delegati, appellari possit? Differentia inter Monachos, & ceteros Regulares. An pro legendi licentia aliquid exigi possit, vel permitti? An, & quibus conditionibus scholares Ecclesiastici possint ad gymnasia studiorum suorum beneficiorum perceptione gaudere, quid requiratur? Et an gaudeant, ut gaudent docentes? In casu proposito an lector habendus sit præsens? Quod aliud beneficium lector obtinere nequeat. Quid si mala valetudine laboraret? An possit alium sibi substitui? Quid si esset contumax?

DE hac re alibi multa, non omnia diximus. Nunc iterum de illa tractabimus. Sacrosancta Synodus Tridentina *cap. 1. sess. 5. de reformat. p. summorum Pontificum, & probatorum Conciliorum constitutionibus in hærens, nempe Eugenii Secundi in Synodo Romana can. de quibusdam distinct. 37. Concilii Lateranensis sub Innocentio Secundo cap. 11. Leonis Quarti, Gregorii Septi-*

mi, Alexandri Tertii in Concilio Lateranensi *cap. Quia nonnullis de magistr. Honorii Tertii cap. super specula, eodem tit. Clementis Quinti in Concilio Viennensi, eodem tit. Concilium Cabilonense 2. cap. 3.* His permotus Gregorius Decimus Tertius edidit Constitutionem, qua sancivit, ut semel in hebdomada in omnibus locis, in quibus extat Iudeorum Synagoga, lectio pro eorum conversione institueretur, ad quam audiendam voluit illos posse compelli, *casque amplectens, & illis adjiciens.* Quæ autem adjecta fuerint suis annotabimus locis, *ne celestis ille Sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus Sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus jaceat.* Quod quam Christiano homine indignum sit, collige, quod ignorantia scripturarum, ignorantia Christi est, *can. si juxta dist. 38. & qui ea, quæ Dei sunt nescit, à Deo nescitur, can. qui ea dist. ead. & S. Leo ad Flavianum epist. 6. cap. 1. ex ignorantia scripturarum hæreses provenire testatur.*

Statuit, & decrevit, quod in illis Ecclesiis, in quibus præbenda, aut prestimonium, seu aliud quovis nomine nuncupatum stipendium loco lectoribus Sacra Theologia, deputatum reperitur, Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alii locorum Ordinarii, eos, qui præbendam aut prestimonium, seu stipendium hujusmodi obtinent ad ipsius Sacrae scripturae expositionem, & interpretationem per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum ab ipsis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & aliis locorum Ordinariis eligendum, etiam per subtractionem fructuum cogant, & compellant. Nomine Ordinarii censuit Sacra Congregatio hoc loco venire etiam inferiores Prælatos. Præbendam autem, cui onus legendi est adjunctum, qua ratione licet conferre, habetur *cap. Significatum de præbend. Quia si in provisione fieret conventio, ut provilus legere teneatur, committeretur Simonia cap. tua nos de Simon. cum Sacra lectio quid spirituale videatur, præbenda quid temporale sit. Qui verò sint idonei habeatur in l. 1. Cod. de profess. qui in Urb. Constantinop. lib. 12. c. 1. Magistros C. de profes. lib. 10. & tradunt Doctores in Clem. de Magistr. ab Episcopis &c. eligendum. Contra. Qui per alium potest, sufficit, ut eligat, quem ipse idoneum judicat ex vulgari regula *cap. extirpanda §. Qui verò de præbend. cap. qui per alium de regul. jur. in 6. Relpondeo, regulas non habere locum, quando exprèsse à lege aliter disponitur, ut hic, & infra. De cætero verò præbenda, prestimonium, aut stipendium hujusmodi non nisi personis idoneis, & quæ per se ipsos id munus explicare possint, conferantur, & aliter facta provilio nulla sit, & invalida. Quia dando beneficium propter officium censetur electa industria personæ, unde tacite imhibetur surrogatio, c. Quoniam Apostolica §. si autem de offic. deleg. & c. Quia nonnulli, de Cler. non resid.**

In Ecclesiis autem Metropolitanis, vel Cathedralibus, si Civitas insignis, vel populosa ac etiam in Collegiatis existentibus in aliquo insigni Oppido, etiam nullus Dioecesis, si ibi Clerus numerosus fuerit, ubi nulla præbenda, aut prestimonium, seu stipendium hujusmodi deputatum reperitur, præbenda quomodocunque, præterquam ex causa resignationis, primo vacatura, cui aliud onus incompatible inunctum non sit, ad eum usum ipso facto perpetuo constituta, & deputata intelligatur.

In hac parte decreti agitur de illis Ecclesiis, in quibus commodè ratione reddituum potest haberi Sacra lectio. Cum in Metropolitanis de jure communi hujusmodi lectio habenda sit, *d. cap. Quia nonnullis de Magistr. hæc conditio ad Cathedralis est referenda, cum legum correctio vitanda sit, cap. Cum expediat de elect. in 6. Ac quid, si omnes Canonici redditis in quotidianis distributionibus consistant? Sacra Congregatio censuit providendum lectori per assignationem earum distributionum, quæ loco præbendæ sunt. Et quid si secularis Clericus ad præstandum onera, hujusmodi præbendæ adjuncta, idoneus non reperitur? Sacra Congregatio censuit collatio-*

collationem tamdiu suspendi, donec reperitur, interea fructus omnes superiori alicujus Monasterii tradendos, qui idoneum alicujus Theologum de suis Regularibus deputet, qui publicè in Cathedrali, seu Collegiata Ecclesia illa sit, Sacram scripturam doceat, cui cum ex fructibus necessaria subministraverit, si aliud supererit, in usum Monasterii convertat. Præterquam ex causa resignationis, puta in favorem, quæ vacationem non inducit. Primo vacatura. Sed quid, si ad alium quam ad Episcopum illius spectet collatio? Respondit Sacra Congregatio, electionem personæ ad solum Episcopum spectare, collationem verò relictam, cui de jure competeat, nec præjudicium successori factum, si aliter per prædecessorem fuerit servatum.

Hæc locum sibi vendicant in Theologicis Canoniaribus post Concilium exigendis nam in cæteris, quod hæreticus servatum, attendendum est. Quæro quid de præbenda in Ecclesiis, in quibus est jus optandi dicit Sacra Congregatio, cum loquatur Concilium de præbenda vacatura, & hæc in hujusmodi Ecclesiis à tali jure præventa vacare diu non possit, assignandam pro Theologo illam, quæ per optionem vacat, in qua deinceps jus optionis locum non habebit. De Canonicis verò Sedi Apostolicæ reservatis, vel quomodocunque affectis dicit S. Congregatio, dispositionem Concilii non habere locum, cum consueverit Concilium, quando voluit extendi aliquid ad ea, quæ privilegia Apostolica continent, apponere clausulam derogatoriam, ut c. 18. & c. 15. sess. 24. Idque servandum, etiam si in omnibus mensibus referatis Sedi Apostolicæ, quibus Cardinales gaudent ex indulto, vacatio contingat.

Verum cum cura animarum magis videatur necessaria, quam lectio, relinquatur in arbitrio Episcopi primam præbendam vacaturam Pœnitentiario, an Theologo, cui magis liberè assignari? Ex verbis ipso facto quæ in decreto Concilii apponuntur, censuit Sacra Congregatio primam Theologo omnino assignandam, & in aliquo loco particulari judicatum, ut prius de Pœnitentiario provideatur, obtinendam à Sede Apostolica confirmationem. Si quæras, an idem sit servandum in Ecclesiis Collegiatis, quorum præbendæ sunt de laicorum iurepatronatus? Respondit Sacra Congregatio servandum, dummodo in tali Collegiata requisita in hoc decreto concurrant, videlicet, ut in insigni existat Oppido, & Clerus numerosus sit, & cum circa presentationem nihil innovetur, personæ electionem ad Episcopum spectare. Opus autem incompatible est illud, quod impedit munus lectionis, non servitium Canonicatus, de quo infra. Ipso facto, sine ope exceptionis *cap. 1. de rescript. in 6.* Et hic ampliatum dispositio dicit. *cap. Quia nonnulli de magistr.* quia ibi statuitur, ut de fructibus præbendæ iprovideatur Theologo, hic Theologus Canonicus efficitur. Quæsitum est, an Collatio præbendæ, quæ primo post Concilii confirmationem vacavit, ipso facto, ex hoc decreto Theologis affecta, facta illi, qui Theologiam non proficitur valida sit? Respondit Gregorius XIII. ex Sacrae Congregationis sententia, cum hujusmodi decretum sit conditionatum, si talis præbenda ante collationem actualiter pro Theologo ab Episcopo fuit deputata, & in Theologalem erecta, non tenere collationem, si minus tenere.

Et quatenus in ipsis Ecclesiis nulla, vel non sufficiens præbenda foret, Metropolitanus, vel Episcopus ipse per assignationem fructuum alicujus simplicis beneficii, ejusdem tamen debitis supportatis oneribus, vel per contributionem beneficiorum sua Civitatis, & Dioecesis, vel aliis, prout commodius fieri poterit, de Capituli consilio, ita provideat, ut ipsa Sacra scriptura lectio habeatur, ita tamen, ut quæcumque alia lectiones, vel consuetudine, vel quovis alia ratione instituta, propter id minime prætermittantur.

Dubitarum, quid in Ecclesiis non numeratis, sive Regularibus, & in his, quibus, cum nullas habeant præben-

das, non potest assignari hæc prima vacatura? Censuit Sacra Congregatio ab Ordinario vi hujus decreti aliqua alia ratione providendum. Item censuit, non esse satisfactum huic decreto, si stipendium jam constitutum pro lectore Sacrae scripturae non sufficiens augeatur, sed per unionem alicujus beneficii simplicis, vel contributionem. Et ponitur in hoc Capitulo gradus, quomodo provideri debeat lectori Sacrae scripturae, quando præbenda non est sufficiens. Censuit tamen Sacra Congregatio per hujusmodi assignationem fructuum non satisfieri huic decreto, si in alia Ecclesia addit præbenda, quæ juxta Concilii formam possit uniri, beneficii tamen debitis supportatis oneribus. Non est beneficium, quod secum non afferat onus, vel officii, vel missæ juxta allegata Joannis de Capistr. *cap. 35. num. 2. & allegat. 116. & Joq.* Vel per contributionem beneficiarum, cum omnium Clericorum inter sit habere lectorem, à quo edoceri valeant. Sed teneantur ad contributionem beneficia regularia possidentes? Dixit Sacra Congregatio, non teneantur, sicut nec alicujus de redditibus parochialis Ecclesie propter lectoris stipendium detrahi potest. De membris verò Regularium beneficiorum à laicis possessis, aliter dicendum. Verba illa, prout commodius, arbitrii prudentis viri negotium commendat, cum certa regula dari non possit. De Capituli tamen consilio, Censuit Sacra Congregatio, talia verba ad proxima tantummodo referri, nempe ad assignationem, & contributionem, atque in casibus in quibus Episcopus Capituli Consilium exquirere tenetur, non teneri illud in eisdem sequi, ut per Doctores in *cap. Quanto de his, qui sunt à Præl. sine consens. Capit. ut ipsa Sacra scriptura lectio habeatur. Tempus, hora, & materia, quæ ex Sacris literis, vel Theologis sumi debet, Ordinarii arbitrio relinquere placuit Sacrae Congregationi. Et si enim propriè loquendo Sacrae scripturae nomine veniant libri Bibliorum, & Theologia dicatur, quæ in libris Sanctorum Patrum Augustini, Hieronymi, Thoma, &c. & primatid decretum hoc illos recipere videatur, tamen cum indifferenter modò Sacra scripturae modò Theologia nominetur, de his omnibus erit intelligendum adeo, ut sufficiat alterum legere. Confirmatur, quia hoc decretum Constitutionem Concilii Lateranensis in *d. cap. quia nonnullis de Magistr. ibi, Qui Sacerdotes, &c.* præ oculis habuisse Concilium certum est, in quo de utraque agitur lectione Congruere tamen videbitur Concilii menti, si in lectione Scholasticae, præter de utris permittatur aliquis locus ex Bibliorum libris desumptus, videlicet *munus dantes, &c.* Et deinde subordinatedim Lector aggrediatur questionem, *Ecclesia vero, quarum anni proventus tenues fuerint, & ubi tam exigua est Cleri, & populi multitudo, ut Theologia lectio eis commodè haberi non possit, saltem Magistrum habeant, ab Episcopo cum Consilio Capituli eligendum, qui Clericos, aliosque Scholares pauperes grammaticam gratis doceat, ut deinceps ad ipsa Sacra scriptura studia, annuente Deo, transire possint, idedque illi Magistro grammaticæ, vel alicujus simplicis beneficii fructus, quos tantum percipiat, quamdiu in docendo perseveret, assignentur, dum tamen beneficium ipsum suo debito non fraudetur obsequio, vel ex Capitulari, vel Episcopali mensa condignam aliquam mercedem persolvatur, vel aliam. Episcopus ipse aliquam rationem in ea sua Ecclesia, & Dioecesi accomodam, ne pia hæc, utilis, atque fructuosa provisio quovis quæsto colore negligatur.* Is grammaticæ Magister ad professionem fidei tenetur ex Constitutione Pii IV. In Sacrosancta sub annum 1564.*

Quid quando redditus Ecclesie tenues sunt, & populus exiguus est circa Sacrae scripturae lectionem agendum sit, proponitur. Advertendum tamen, talia non extendi ad Metropolitanas Ecclesias, quia Concilium in hoc illarum non meminit, sicut in cæteris casibus, in decreto enumeratis. Tum quia dicitur ab Episcopo cum consilio Capituli. In *dist. cap. Quia nonnullis* dicitur, & eligat. Episcopus

Episcopus cum Capitulo, seu saniori parte Capituli, hic autem, ut eligat Episcopus cum illius consilio.

10 Panperes gratis doceat. Idem habetur in d. cap. Quia nonnullis, contrarium verò facientes ex nonnullorum Doctorum opinione sunt simoniaci. Quæ sententia fundari videtur, præter alia in eo, quod hic titulus collocatur post titulum de simonia Non tamen præmittendum à gravissimis Doctoribus potius concussionis crimen existimari, & prior sententia non habet locum, si Scholares spontè quid darent, vel talis Magister sufficiens stipendium non haberet: Non autem quod divites non admittantur, sed quia pro pauperibus lectio sit instituta.

11 Decretum autem istud ex Sacra Congregatione restringitur ad illas Ecclesias, in quibus juxta Concilii formam Seminarium non potest erigi, cum melius scholaribus pauperibus per Seminarium, quam per hujusmodi scholam consultum videatur. Vbi autem propter pauperatē institui Seminarium non potest, debere institui scholam ex eadem ratione. Quia Concilium præcipit erigi Seminarium, Sacra Congregatio respondit ex illis verbis, aliis Episcopis, &c.

12 In Monasteriis quoque, Monachorum, ubi commodè fieri queat, etiam lectio Sacra Scriptura habeatur, cui addidit Paulus V. lectionem hebraicam, græcam, & arabicam Constat. Apostolicæ sub anno 1610. qua in re si Abbates negligentem fuerint, Episcopi locorum in hoc, ut Sedis Apostolicæ delegati, eos ad id opportunè remediis compellant. In Conventibus verò aliorum Regularium, in quibus studia commodè vigere possunt, Sacra Scriptura lectio similiter habeatur, quæ lectio à Capitulis Generalibus, vel Provincialibus assignetur dignioribus magistris.

13 In hac decreti parte jus vetus ampliatur, quod de hujusmodi lectione habenda in Ecclesiis secularibus, & publicis tantummodò gymnasiis sancitur, ampliatur ex Clem. vi in agro de stat. Monachis, ad ampliationem, cum hoc decreto non solum Monachi teneantur habere Magistrum qui grammaticam, & logicam illos doceat, sed & alium, qui Sacram Scripturam interpretetur. Dubitanti verò, an Monachus possit esse Magister, & legere hanc lectionem, non modò in suo Monasterio, sed publice, respondetur, posse, ita tamen, ut à Superiore suo mittatur, & de licentia illius, ad quem spectat concedere hujusmodi licentiam, Doctores in can. sunt nonnulli cum seq. 16. q. 1.

14 Quæ in re si Abbates negligentem fuerint, &c. Id statuitur in d. S. ad ampliationem, ubi Glossa v. facultatem, quemadmodum etiam Episcopus, negligente Prælo inferiori in Magistro constituendo supplebit cap. prohibes de magistr. vel datur appellatio, dummodo negligentia, sive hujusmodi devolutio in dubium non vertatur, nec aliqua rationabilis causa opponatur, ut per Doctores ibid. Hinc censuit Sacra Congregatio Episcoporum habere eandem facultatem constituendi hujusmodi lectorem in Ecclesiis Collegiatis inferiorum, etiam exemptis, & posse eundem inferiorem non compellentem illos legere, qui pro hujusmodi lectione stipendium habent, supplet negligentiam, præmissis tamen in utroque casu monitionibus, præfixoque termino, quibus peractis, cogendo, eligendo, substituendoque poterit procedere.

15 Ut Sedis Apostolicæ delegati. Ex sententia Sacre Congregationis quando Episcopi ex Concilio procedunt, ut Sedis Apostolicæ delegati in causis, quæ sub eorum jurisdictione ordinaria non comprehenduntur, ab iis ad Sedem Apostolicam provocatur, neque ex hoc inferioribus Iudicibus ullum sit præjudicium. At quando jurisdictione delegata cumulat cum ordinaria, Episcopus non potest hujusmodi delegationis prætextu declinare jurisdictionem Metropolitanam in casibus illis, in quibus ante Concilium, tanquam Ordinarius utebatur eodem jure, eademque potestate item in nonnullis casibus, veluti in materia correctionis morum, ubi Concilium ex-

presè sustulit appellationem, non intelligitur sublata quoad effectum devolutivum, sed suspensivum tantum; quocirca auctoritas delegata, quæ Episcopo à Concilio tribuitur, non aufert jus illorum, ad quos, legitime interposita appellatio, aliàs causa devolyeretur, & comprehendi Carthusianos, licet strictioris clausuræ, censuit Sacra Congregatio.

In Conventibus, &c. Nota hic differentiam inter Monachos, & alios Regulares. In Monachorum enim Monasteriis supplet negligentiam Abbatis Episcopus, quia ad Abbatem spectat lectio. In Regularium verò, Conventibus, quia per Capitula Generalia, vel Provincialia sit provisio, Episcopus eorum negligentiam non supplet. Provincialibus. Hinc dixit Sacra Congregatio, Lectores in Conventibus Regularium non esse examinandos, & approbandos ab Episcopo loci de vita, & moribus, ac scientia, cum à Concilio id commissum videatur Capitulis Generalibus, vel Provincialibus, secus si in Ecclesia publice Sacra Scriptura legenda esset. Quia tunc servandum quod de prædicatore statuitur cap. legq. hujus lectionis, & c. 4. sess. 4. de muner. prædic. Dignioribus, non modo debet esse Magister, sed dignior ex Magistris, ut per Doctores in cap. Quanto de Magistr.

In gymnasiis etiam publicis, ubi iam honorifica. & ceterorum omnium maxime necessaria lectio hactenus instituta non fuerit, religiosissimum Principum, ac Rerum publicarum pietate, & charitate ad Catholicæ fidei defensionem, & incrementum, sanæque doctrinæ conservandam, & propagationem instituat. Et ne sub specie pietatis impietas disseminetur, statuit eadem Sancta Synodus, neminem ad hujusmodi lectionis officium tam publice, quam privatim admittendum esse, quin prius ab Episcopo loci de vita moribus, & scientia examinatus, & approbatus non fuerit, quod tamen de lectoribus in Clausuris Monachorum non intelligatur. Hinc emanavit Constitutio Pii IV. de professione fidei 13. Decembris 1564. Docentes vero ipsam Sacram Scripturam, dum publice in scholis docerint, & scholares, qui in ipsis scholis student, privilegiis omnibus de perceptione fructuum, præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia à jure communi concessi, plene gaudeant, & fruantur, cap. fin. de Magistr.

Quæro hic, an pro docendi licentia aliquid exigi possit, vel permitti? Respondeo acceptum restitui, & promissum remitti, non obstante quacumque consuetudine, dist. cap. prohibeas, & dist. cap. quanto de Magistr. ubi Doctores.

An autem scholares Ecclesiastici, non petita licentia ab Episcopo, possint ad gymnasia studiorum causa se transferre? Respondeo, hujusmodi licentiam requiri, cap. relatum de Cleric. non residen. Et quod non debeat concedi, nisi sint docibiles, arg. cap. super specula de Magistr. Contra, talis licentia conceditur à Sede Apostolica in dist. cap. super specula. Respondeo ex indulgentia Sedis Apostolicæ scholares frui fructibus suorum beneficiorum, dum commorantur in ipso studio, & ad quinquennium extenditur hoc privilegium ex d. cap. non tamen ex hoc sequitur, quod sine Episcopi licentia propter studia possint abesse. Idem intelligendum de his, qui domiciliis vacant, & idè dictum à Concilio, qui in ipsis scholis student. Sed possint Episcopus pro tali licentia aliquid exigere, vel accipere? Dic, ut dictum de licentia docentium. Sed quibus studendum? Dic Sacre Theologiæ. Idemque intelligendum de docentibus. Quod de Theologia dicitur etiam de jure canonico censendum est secundum Doctores in dist. cap. nonnullis de Magistr.

Et advertendum, quod ad hoc, ut quis possit fructuum perceptione gaudere ex sententia Sacre Congregationis, in ea, quam diximus Episcopi licentia debere poni has conditiones. Primò, ut vetè, & actu in insigni aliqua Academia Theologiæ, sive Sactis Canonibus det operam, alioquin licentia dicitur nulla. Secundo, ut præstito juramento petentis anni in licentia chirographo exprimentur, quia majori triginta annis licentia non datur, nisi

nisi jam ceptum studium non absolvisset. Hodie tamen hoc tempus ex Decreto Sanctissimi Domini Nostri Innocentii XII. reductum est ad viginti quinque annos, ut ex decreto, quod extendi voluit etiam extra Urbem, & pro omnibus ubique. Ipsum dabimus in fine hujus Consultationis. Tertio, quod non conceditur, hujus Consultationis. Tertio, quod non conceditur, nisi ad quinquennium à principio studiorum computando. Quarto, quod intra annum debeat promoveri ad Subdiaconatum, si natura beneficii requiratur Sacros Ordines. Quinto, ut si beneficio servitium debeat, quod in absentia perfolvi possit, provideatur; talem autem post Concilii confirmationem Patochiales obtinent, quandoquidem per concursum beneficium adipisci debuerunt, censentur idonei. Supradicta non habere locum in scholaribus, qui in Ecclesia audiunt Sacram Scripturam, censuit Sacra Congregatio, cum hi Auditores potius dicendi sunt.

21 Plenè gaudeant. Sed gaudeant ne, ut docentes hujusmodi privilegiis? Et cum hi sint in duplici differentia, quando vel profitentur in publicis studiis, vel in Ecclesiis, censuit Sacra Congregatio cum illis servandum esse jus commune, de quibus solummodò loqui Glossam, dixit Gregorius XIII. in d. cap. Quia nonnullis, & in d. cap. super specula de Magistr. Cum istis verò juxta hujus decreti formam agendum est. Unde licet sint Canonici, ea die, qua legunt, tanquam presentes Horis Canonicis, omnes distributiones quotidianas lucrantur, de quo alibi fufus.

22 Si quæras, an hic Theologus maritino, quod præcedenti vespere pro sequenti die, quo ipse foret privilegio gaudet, lectiones recitari soleat, ut præiens habendus sit? Dixit Sacra Congregatio non habendum. Præterea advertendum ex eadem Sacra Congregatione juxta hoc decretum, hujusmodi Lectores non posse obtinere aliud beneficium incompatible, aut curatum, aliavve residentiam, & legendo deservire per substitutum, nec posse istis concedi licentia vacandi à lectione, ut alibi prædicationis munere fungantur.

23 Dubitatur an hic Lector mala valetudine sanabili impeditus, possit compelli, ut sibi interim substitutum eligat? Respondit Sacra Congregatio, non posse. Casu verò quo substitutio esset facienda, Episcopi esse electionem. At quid si sit contumax in residendo? Ex eadem Sacra Congregatione debet Episcopus procedere juxta decretum Concilii sess. 24. cap. 11. de reform. & tempore quo ex legitima causa, & iusto impedimento non legit, substituere alium Lectoris sumptibus, qui vices suas suppleat.

DECRETUM

Congregationis specialiter deputatæ.

Super Reformatione Indultorum eximentium à servitio nonnullis Canonicis, & Beneficiatis Urbis.

Sanctissimus D.N. Innocentius Papa XII. ad cujus noticiam pervenit, servitium Basilicarum, & Collegiatarum Ecclesiarum Urbis valde diminui propter Indulta concedi solita nonnullis illarum Canonicis, & Beneficiatis quocumque nomine nuncupatis, vel ratione munerum, quibus funguntur, vel causa studii, cum exemptione ab hujusmodi servitio, & cum privilegio lucrandi fructus, & distributiones etiam quotidianas, tantem si eisdem Ecclesiis non inserviant, deputavit particularem Congregationem Eminentissimorum DD. Cardinalium Carpinei, Marefcorti de Nortfolch, Colloredi, & Panciatici, necnon Illustrissimorum DD. Sperelli, Altoviti, Pallavicini, & Sacripantis, qui & ejusdem Congregationis Secretarius sit, ad effectum examinandi eadem Indulta, & proponendi illas moderationes, reformationes, revocationes, & considerationes, quæ desuper opportunè visa fuissent.

Quæ sanè Congregatio in Palatio prædicti Eminent. Carpinei, ter coacta, nimirum sub diebus 13. & 20. Tom. X,

Aprilis proximè præteriti, & 7. currentis mensis Maii censuit, si eidem Sanctissimo D.N. placuerit, hujusmodi indulta quoad Nuncios Apostolicos, necnon Intimos, & eidem Sanctissimo actu inservientes familiares, ac Subdatarium, & Cameræ Apostolicæ Commissarium non esse immutanda.

Quoad Gubernatores, & Vicelegatos Provinciarum, Civitatum, & locorum Status Ecclesiastici, qui durante absentia nunquam possunt Ecclesiis interesse, necnon Procuratorem Generalem Montum, ac familiares S. R. E. Cardinalium (firmo tamen quoad eorumdem Cardinalium Caudatarios remanente decreto moderatorio S. Congregationis Eminentissimorum Cardinalium Sacre Concilii Tridentini Interpretum die 19. Augusti 1690. edito) esse revocanda, & expedire, quod imposterum non concedantur.

Indultum intervenienti Secretariæ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium Consultationibus negotiorum Ditionis temporalis ejusdem S. R. E. Præpositorum concessum esse reformandum, & imposterum restringendum ad illos dies, & horas dumtaxat, quibus ratione hujusmodi servitii actualiter præstandi impeditus fuerit, ejus conscientia desuper strictissimè onerata.

Indulta causa studii pro lucrandis fructibus dumtaxat, nec aliter pro lucrandis distributionibus quotidianis esse concedenda, quam pro Ecclesiis, quarum redditus consistunt, vel in solis distributionibus quotidianis, vel in iisdem distributionibus una cum aliquibus fructibus tenuis præbendæ, dempta tamen tertia parte, quæ interefferentibus accretæ, nec pariter concedenda ultra triennium, neque majoribus viginti quinque annis, quinimò hujusmodi ætate viginti quinque annorum expleta, eadem Indulta, licet idem triennium adhuc expletum non fuerit, expiret.

Omnes denique habentes Indulta pro singulis diebus, & horis, quibus ratione servitii in eorum muneribus, seu Officiis actualiter præstandi impediti fuerint, adhuc esse punctandos, toties quoties Ecclesiæ, seu Choro non interfuert, sed in qualibet hebdomada hujusmodi puncta posse, & debere deleri, seu tolli pro illis tantum diebus, & horis, quibus Indultarii allegaverint particularia impedimenta ratione eorumdem munerum, eorum conscientia desuper strictissimè onerata, & circa hujusmodi impedimentorum relevantiam judicio proprii Vicarii cujuslibet Ecclesiæ. In Ecclesiis verò, ubi non adest hujusmodi Vicarius, judicio dignioris Canonici esse deferendum.

Facta per me infra scriptum hac die 8. Maii 1693. relatione prædictarum resolutionum S.D.N. Sanctitas Sua illas probavit, & à die 1. Junii proximè venturi mandavit inviolabiliter observari, Indultis tam à se, quam à Romanis Pontificibus Prædecessoribus suis quomodolibet concessis, & aliis contrariis quibuscumque non obstantibus, quibus pro observatione præmissorum amplissimè derogavit.

Joseph. Sacripantes Secr.

Die 23. Maii 1693. Supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateravenfis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Antonium Simoncelum SS.D.N. Papæ Curf.

Hippolytus Petrus Curf. Mag.

CONSULTATIO CL.

De residentia Episcoporum. An ex decreto Sacri Concilii Tridentini cap. 1. sess. 23. colligatur, hanc residentiam esse de jure divino? Quid suo decreto in Episcopis pro residentia requiratur? Summus Pontifex est totius Orbis Episcopus. Quomodo omnibus Ecclesiis præseat? Multi Episcopi mercenariorum more resident.

demes. Deferere gregem quid importet? Quid abesse? Residentia Episcoporum ex quo praecepto divino sit? Ex quo praecepto divino Baptismus, & integritas confessionis? Festorum observatio? Cura animarum quomodo commodius administratur? Praeceptum residentiae an obliget semper, & ad semper? Quanti sceleris sit Episcopum Ecclesiam suam deserere? Quae requirantur, ut Clericus ab Ecclesia sua abesse possit? Sedes Apostolica an absolute dispensare possit, ut quis non resideat? Sanctorum Pontificum ad id exempla. Super praecepto residentiae dispensatio proprie, seu relaxatio considerari non videtur, sed potius interpretatio. Haec interpretatio à quibus fieri possit? Actiones circumstantiis reguntur. Decreta Pontificum de residentia Episcoporum, etiam Cardinalium, & visitatione Dioecesis. De residentia Parochorum. De cura Sacramentali, ejusque onus. De cura trium, aut quatuor incolarum. De cura duarum Ecclesiarum unitarum. De cura dignitati unita. Vicarii perpetui quando, ac ubi deputandi. De beneficio curato annexo simplici. De unione accessorie facta. Quid de obtinente Ecclesiam baptismalem? Quid de Rectore, qui in rectoria habet Vicarium perpetuum? Quid de habentibus in cura Vicarium amovibilem? Quinam habentes curam animarum compelli possint ad residendum. De Coadjutoribus in cura. Quid de cura animarum duobus, tribusve, aut pluribus presbyteris incumbente? Quid in Ecclesiis receptiis? An, & quatenus Clerici, quorum beneficia alias non requirunt residentiam, ad residentiam compelli possint? Et an commendatitia litera sint eis deneganda? De Archidiacono, cui incumbit cura animarum. An, & quatenus Curati, & Archipresbyteri spoliarum Commissarii deputari possint? Quid de cura animarum una cum Canonicali? Parochorum absentia causa à quo cognoscenda? Cura animarum ad quem principaliter spectet, ad quem instrumentaliter? Ut Clericus ab Ecclesia sua absit, qua causa, & licentia requiratur? An satis sit, quod petatur? Quid si denegetur? Residere quam stricte accipiatur? An Parochus compelli possit in domibus Parochialibus habitare? Quid si domus non extet intra Parochiam? Quid in Parochis, cui ratione infirmitatis datus fuit Coadjutor? Quando, & quomodo liceat Parochis abesse à suis parochis? Quid si adesset distantia brevi, vel tridui à Sede Episcopali? Val causa repentina se offerret? Absesse sine huiusmodi licentia, ne per hebdomadam quidem licet. De absentia duorum mensium Parochis concessa. Quid in Ecclesiis parochialibus, quarum institutio, & visitatio ad inferiores spectat? Quid de constitutione Episcopi, ne Parochi sine ipsius licentia absint per duas dies. An in huiusmodi constitutione imponi possit poena excommunicationis? In hac re temperamentum. An Episcopus, ne Parochus resideat, possit dispensare? Aut causam legitimam non residendi declarare? Et quatenus. Quae cause excusare possint Parochum à residentia? Quid de Parocho criminaliter condemnato à suo Episcopo, & Romam proficiscente? Residenti in sua Parochia, an liceat per alium curam exercere? Residentia Parochorum an eos excuset, ne accedant in quibusdam solemnitatibus ad Ecclesiam matricem? Tempore pestis, an & quatenus Parochi residere debeant? Quid de Episcopis, etiam persecutionis tempore? Quot causas persecutionis? Quod fructus Parochus ob non residentiam amittat? Et congrua portio ei debeat? Omnia iuxta mentem Sacrae Scripturae, Sacrorum Conciliorum, praecipue Tridentini, Constitutionum Summorum Pontificum, & Sacrorum Canonum, Patrumque doctrinam.

Cum praecepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, ex Sacro Concilio Tridentino sess. 23. cap. 1. & sess. 6. cap. item 1. de reform. Ioan. 21. Act. 20. Ex his verbis non colligitur Sacrum Concilium voluisse declarare residentiam esse de jure divino, si diligenter omnia Pastoris officii

cia, quae in dict. cap. 1. sess. 23. enumerat, expendatur. Porro haec officia, tamen non negaverim propria esse Pastoris ex jure divino, non proprie tamen sequitur, ut ad ea explenda necessario, & de jure divino requirantur personalem Episcopi praesentiam. Si enim requireretur, nullo modo essent delegabilia, cum passim munus praedicationis, Sacramentorum administratio, cura pauperum, & munia Pontificia ab Episcopis tam praesentibus, quam absentibus rite, recteque alteri delegentur. Quin etiam neque ad oves suas agnoscendas, neque ad pascendas bonorum operum exemplo, neque ad offerendum pro illis Sacrificium necessaria est Episcopi praesentia, cum & absens possit quidem per literas, & per alium oves cognoscere, & bona opera efficere, sacrificia offerre.

Id autem dilucidius comprobatur perpensione verborum, quae statim subjunguntur à Concilio, dicente: *Quae omnia nequaquam ab eis praestari, & adimpleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt.* Non ait Concilium, non posse ea praestari, & adimpleri ab iis, qui absunt, sed ab iis, qui non invigilant, neque assistunt.

Requirat igitur ex divino praecepto in Episcopis vigilantiam, ut excubent animo, quantumvis absint corpore, eam dico vigilantiam, quam se habuisse testatur Apostolus his verbis: *Instantia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum.* Is enim, quantumvis de omnibus Ecclesiis esset sollicitus, non tamen omnibus Ecclesiis praesens esse poterat; quemadmodum dicimus, Summum Pontificem esse totius Orbis Episcopum & omnibus Ecclesiis praesidere, neque tamen corpore singulis Ecclesiis assistit, licet omnium, & singularum curam gerat.

Hanc autem interpretationem veram quoque, ac germanam esse convincitur ex illo verbo, *deserunt*, quod contraponitur duobus illis, *invigilant, & assistunt*, & significat negligentiam, ac desertionem curae, quod sine potest fieri, Episcopo etiam residente. Quam multi enim Episcopi sunt, qui mercenariorum more residentes, quod magnopere dolendum est, prius deserunt, & abiciunt curam, quam si longissime gentium abessent.

Præterea ex modo loquendi, quo uti censuit Concilium facile colligitur verbum, *deserunt*, importare curae negligentiam, & contemptum, non corporalem absentiam. Quippe cum eodem cap. 1. ubi decernitur de absentia personali, loquitur Concilium per verbum *absesse*, nunquam autem per verbum *deserere*. Id ipsum licet observare in c. 6. sess. 6. Quandoquidem Episcopus, ut absit, tamen non deserit curam.

Postremo præcipit Sancta Synodus in dict. cap. 1. sess. 23. tam decretum illud sub Paulo III. in citato cap. 1. sess. 6. quam hoc ipsum cap. 1. sess. 23. in Conciliis Provincialibus, & Episcopalibus publicati, redditque rationem, ut in posterum nulla temporum injuria, aut hominum oblivione, aut desuetudine aboleantur. Observandum tamen Concilium sciens, prudensque illo loquendi modo usum esse: *Cum praecepto divino, ut scilicet residentiam, quam proximè accedere ad divinum praeceptum manifestaret.* Et haec quantum pertinet ad explicandam mentem Sacri Concilii supradictis verbis involutam.

Cæterum si ipse privato nomine de tanta re rogatus essem, sententiam proferre, sine dubio responderem, residentiam esse ex praecepto divino affirmativo, non quidem quemadmodum sunt Baptismus, & integritas confessionis, quae sunt praecepta divina affirmativa determinata, sed quemadmodum sunt festorum observatio, & alia id genus, quae quidem in generali sunt praecepta divina affirmativa indeterminata, quae in particulari quantum ad modum, & circumstantias ab Ecclesia determinantur.

Id planè confirmatur, tum ratione finis, qui est cura animarum, quae magis proprie, commodiusque administratur per praesentem; tum etiam ex eo, quod in eodem decreto cap. 1. sess. 6. exponuntur causa, casus, & modi, quibus à residentia abesse liceat, sicut etiam in dict. cap. 1. sess. 23.

sess. 25. diversum absentiae tempus declaratur, & ex his causis, & modis liquido constat, praeceptum residentiae obligare semper, sed non ad semper, nempe pro eo tempore, quo sic, & à Superioribus declaratur.

Confirmatur id à tempore nascentis Ecclesiae, quae declaravit diversis temporibus diversa tempora, quibus Episcopi à residentia abesse possent, sicut infra notabimus ex d. cap. 1. sess. 6. Sanctus Athanasius in Apologia ad Constantinum Imperatorem: *Nobis*, inquit, *ex lectio- ne scripturarum, quanti sceleris sit, Episcopum Ecclesiam suam deserere, & negligere gregem Dei. Pastorum enim absentia lupi invadendi gregem occasione praestat.* De jure etiam veteri hoc manifestè deducitur, ut infra etiam declarabitur. Nam ut Clericus ab Ecclesia sua abesse possit, requiritur causa honesta, & licentia Superioris, quemadmodum colligitur etiam ex dicto decreto cap. 21. sess. 23. quo causa legitima probari debet coram Metropolitanano. Demum Sedes Apostolica nunquam censuit absolute dispensare, ut quis non resideat, sed ad tempus, & ex legitima causa, & quando impedimentum intercedit perpetuum, vel permittitur resignatio, vel datur coadjutor.

Sic Salvanus Episcopus propter aeris frigiditatem renunciavit Ecclesiam, & Articus Patriarcha Constantinopolitanus Ecclesiam Troadis illi commisit, inquit: *Ecce quomodo nullam habes excusationem, cum Dominus tibi providerit de loco temperato, & commodo pro corporis morbis tolerandis.* Et Sanctus Gregorius Magnus neminem Pontificum à Paroecia sua, vel parum per absque inevitabili proferri necessitate discedere permittebat, quos nimirum in causis mundanis occupati vehementissimè prohibuit, & non residentes sub poena detractio- nis in Monasterium compellebat ad residendum, ut ex libri *epist. 64. libri 5. epist. 23. libri 7. epist. 8. libri 8. epist. 11.* & alibi. Pro negotio tamen Ecclesiae abesse semper licuit, quemadmodum Sanctus Epiphanius Episcopus Salaminae, & Paulinus Patriarcha Antiochenus Romam venerunt, & Flavianus Patriarcha similiter Antiochenus legatione functus est ad Theodosium Imperatorem, ut illius iram placaret in Antiochenos, quemadmodum etiam pro negotiis Ecclesiae universalis. Nam Sanctus Leo Papa secum habuit Prosperum Aquitanum, Episcopum Rhegensem, & Urbanus III. Anselmum Archiepiscopum Cantuariensem, Gregorius VII. Anselmum Episcopum Lucensem, & Sanctus Gregorius lib. 12. epist. 25. invitavit Joannem Episcopum, ut Romam veniret, ubi ipsum à Sacro eloquio collectum haberet, & Sanctus Gregorius Episcopus Nazianzenus in commendam habuit Ecclesiam Constantinopolitanam, donec illi de idoneo Pastore provideretur.

Ex quibus dispensationem proprie, seu relaxationem super praecepto residentiae non considerari videtur, sed magis interpretationem, per quam declaratur aliquem casum non comprehendi sub praecepto. Quae interpretatio fieri potest non solum à Summo Pontifice, verum etiam ab iis, quibus commissa est cognitio, & approbatio causarum, ex quibus abesse licet, ut puta à Metropolitanano, vel antiquiori Episcopo residente respectu Episcoporum, vel ab Episcopo respectu inferiorum curatorum, ut habetur in dict. cap. 1. sess. 23.

Sed objicies; nonne dispensatur, ut quis possit obtinere aliquando plures Episcopatus, pluraque beneficia curata? Respondet ex doctrina Sancti Thomae quo lib. 9. art. 15. quod sunt quaedam actiones, quae absolute consideratae inordinationem, ac deformitatem inducunt, quae tamen aliquibus circumstantiis advenientibus, recte efficiuntur, sicut non residere propter incompatibilitatem in unoquoque beneficio curato, esse absolute malum, tamen aliqua circumstantia superveniente possunt, ut actum ita honestarent, ut praedictae inordinationes evacuentur, ut puta si necessitas obsequium illius in pluribus Ecclesiis postulet, & tunc cum huiusmodi conditionibus, recta tamen intentione, non esse malum, etiam non interveni-

ente dispensatione, si consideretur tantum praeceptum, sed cum ex diversis, & pluribus canonibus, id prohibeatur, necessaria erit dispensatio. Haec omnia colliguntur etiam ex responsis Sacrae Congregationis Concilii, prout inferius patebit. An autem residentia Episcoporum sit de jure divino, inter Sapientissimos Patres Sacri Concilii Tridentini hac super re contentio fuit, quidquid essuriam pecus illud maledicentissimum, contentionis cupidiorum quam veritatis, & quae item nos scripsimus in tom. 1.

Excipit Sacrum Concilium in d. cap. 1. sess. 23. causas interdum repentinas, &c. quae non possunt intelligi, nisi de Episcopis, cum huiusmodi verba inferioribus Curatis aptari non possit, ibi, *propter aliquod munus, & Republicae officium Episcopatus adiunguntur*, sunt enim multi Episcopi in nonnullis Regionibus, qui partem habent in administratione Republicae, veluti Commissarii, vel aliud munus obeuntes. Non debent tamen ad Summum tres menses excedere. Unde Beatus Pius V. in Consistorio decrevit, quod omnes Episcopi in Urbe existentes, irent ad residendum in suis Ecclesiis, & Cardinales Archiepiscopi, sive Episcopi saltem quolibet triennio tenerentur suas Ecclesias visitare, sed Gregorius XIII. in principio sui Pontificatus in Consistorio decrevit, Cardinales habentes Archiepiscopatus, vel Episcopatus teneri ad residentiam iuxta formam huius Capituli. Quo factum est, ut multi Cardinales suis renunciaverint Ecclesiis, non habentes iuxta formam huius Capituli permanendi in Curia legitimam causam, quae ad continuam residentiam in suis Ecclesiis non tenerentur. Hocque perpetuò ipso Pontifice fuit observatum.

Haec autem quae dicta sunt de residentia, & absentia Episcoporum extenduntur ad inferiores Curatos modo praescripto, & ad alios quoscunque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum, curam animarum habens, obtinent. Quod etiam in specie habetur sess. 6. cap. 2. de reformat. Et hac universali causa habentes beneficia simplicia excusantur à residentia. Licet enim de jure omnia beneficia personalem exigant residentiam, cap. *Quia nonnulli de Clericis non residen.* Illi tamen ex universali Ecclesiae consuetudine immemorabili non adstringuntur. Unde habentem Altare, vel Capellam, posse per alium in Missis celebrandi deservire, censuit Sacra Congregatio, sed dictum decretum cap. 2. sessione 6. non loquitur, nisi de beneficiis curam animarum habentibus de jure, sive de consuetudine in titulum, sive commendam. Commendatarius autem habentem curam jurisdictionalem tantum, non teneri ex d. cap. 2. ad residentiam, teneri tamen de jure communi iuxta terminos cap. *Dudum de electi. & Extravag. Execrabilis de prob.* censuit Sacra Congregatio.

Et in materia commendae, & Commendatariorum nonnulla apud Sacram Congregationem Concilii quaesita fuerunt. Ac primo, An Commendatarii Sacros Ordines suscipere teneantur; Et distinguendo inter curam jurisdictionalem, & Sacramentalem dixit Sacra Congregatio, Commendatarius curam jurisdictionalem non adstringere Commendatarios ad Sacros Ordines. Sacra Congregationis responsum, concurrente una ex quatuor conditionibus, locum habere placuit Gregorio XIII. nempe si Monasteria commendata careant omni cura, & Conventu. Si jurisdictionem tantum habeant temporalem. Si curam animarum Sacramentalem Conventui, non autem personae incumbat. Si Commendatarii jurisdictionem, quam Sedes Apostolica concessione habent, non possunt actu exercere, quia prohibiti, & licet actu exercendò spirituales jurisdictionem, curam animarum habere videantur, quia tamen ex larga significatione illud dicitur, hoc etiam casu non cogendos putavit Sacra Congregatio, licet magis existimaverit, ut pro qualitate locorum, temporum, ac personarum iudicium huiusmodi relinquatur.

Ordo Subdiaconatus, an potius Sacerdotii esse debeat? Habetur id apud Card. in Clem. 1. g. 2. de offic. Vicarii Mil. in v. *Curatum in sin.* Rebuff. in prax. tit. de non promot. num. 32.

16. ubi etiam intra quod tempus, & an cum decreto irritante. Curam autem animarum Sacramentalem sive Monachorum, sive personarum secularium incumbentem personis Commendatariorum voluit Sacra Congregatio obligare ad Sacros Ordines, & in Gallia indistincta. Quia in concessionibus commendarum illius Regni apponitur decretum, ut intra annum ad Sacros Ordines promoveantur, & si aliter contingerit, Commendas ipso jure vacare. Quod si Commendatæ aliquæ occurrerint de Monasteriis, quæ careant omni prorsus cura, & Conventus, ad Sanctissimum Dominum spectare aliquam cum providendis habere rationem.

17. Quæritur est secundo, An Commendatarii residere teneantur? Item distinguendo inter curam jurisdictionalem, & Sacramentalem, si illa sit sub conditionibus, quas in susceptione Sacrorum Ordinum annumeravimus ad residentiam Commendatariorum non teneri, ait Sacra Congregatio, licet spirituales jurisdictionem exercent, neque aliter sancitum per d. cap. 1. sess. 23. Quia etiam dicitur cap. de curatis, & aliis quibuscumque beneficiis animarum curam habentibus loquens de sola etiam spirituali jurisdictione intelligi posse videatur, quia tamen ibi de cura animarum Sacramentali tantummodo tractatur, idem nec ceteros comprehendit decretum illud, nec pœnis in illo Capitulo enumeratis subijciuntur. At jure veteri residere tenebantur. Si vero cura sit Sacramentalis, sive Monachorum, sive personarum secularium, inhærens personæ Commendatarii ad residentiam teneri ex dicto decreto cap. 1. sess. 23. placuit Sacræ Congregationi.

18. Quæritur etiam hic, an Rector, qui habet Vicarium perpetuum in sua Parochia, sive Rectoria, possit, ac debeat compelli ad personalem residentiam? Respondit Sacra Congregatio, si tota cura animarum translata sit legitime in solum Vicarium perpetuum, non posse.

19. Ex dicto cap. 2. sess. 6. videtur tamen relictum arbitrio Ordinarii, ex qua causa velit non residendi licentiam dare, & fortasse senibus infirmis, Doctoribus nobilibus, & similibus, & ut in eorum Ecclesiis per Vicarios deservire faciat, & in dicto cap. 2. habetur correctum dictum cap. 1. sess. 23. ubi imponitur necessitas residendi omnino, nisi ex quatuor causis ibidem expressis, censuit Sacra Congregatio. Nullique ex dicto cap. 2. privilegia, seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis sustragantur, eadem revocantur in cap. sui. de rescriptis. in 6. tanquam malum exemplum continentia. Temporalia vero ex rationabilibus causis præservantur, de quo infra. Et cum nunquam concesserit Sedes apostolica indulgentias, & dispensationes, si reperiantur, censendæ sunt subreptitiæ. Dicitur Indultum perpetuum, quia non nisi morte obtinentis finitur instat rei cuiuslibet, cujus terminus est interitus, Gloss. in d. cap. sui. v. perpetuus; Et in hac decreti parte ponitur Episcopi officium in temporalibus dispensationibus, quippe ex rationabili causa jam concessæ ab Ordinariis legitime approbatæ, quæ in d. cap. 2. sess. 6. præservatæ sunt, perdurant, nec cap. 1. sess. 23. sublata videntur, nisi velimus intelligere hujusmodi dispensationes comprehendere nomine privilegii. Debet tamen Episcopus deputare Vicarium, de quo exactius infra ex d. cap. 1. sess. 23. ubi beneficiatus cogitur relinquere Vicarium, sed is est approbandus, in cap. verò sess. 6. Ordinarius, tanquam à Sede Apostolica delegatus, poterit ipse deputare Vicarium. Quia quod non mutatur, stare non prohibetur, & congruam Vicariorum portionem Beatus Pius V. censuit non debere minoris quinquaginta, nec pluris auriæ centum aestimari.

20. Opportunis igitur jure remediis residere cogendi sunt. At dubitatur, Rectores intra, & extra Civitatem Parochiales habentes, quo in loco residere cogi debeant? Respondit Sacra Congregatio, licet hi, qui extra sunt, plures numero sint, & per Vicarios amovibiles regi soliti sunt, cogendum tamen illum residere in loco, ubi Ecclesia Parochialis est. Quod si inde Parochiani, qui extra

Civitatem habitant, ob locorum distantiam & alia parantur incommoda in percipiendis Sacramentis, ac divinis officiis audiendis, succurrendum illis esse remedio cap. ad audientiam de Ecclesi. adific. & decreto Concilii, cap. 4. sess. 21. Quod si essent duæ Ecclesiæ intra, & extra, & una tantum Parochia, Rectorem debere residere in Ecclesia, quæ est intra Civitatem.

In d. cap. 1. sess. 23. agitur de cura Sacramentali, cujus ratione etiam habens Parochiam, in qua tres tantum, vel quatuor sunt incolæ, ad residentiam tenetur, & si sint duæ Ecclesiæ unitæ, residendum est in digniori, & si de digniori non constet, in frequentiori. Quod si fuerit una extra Civitatem, altera intra, in ea, quæ est intra, si verò duæ Parochiales æquè principaliter invicem unitæ sint ita, ut altera accessorie annexa non dicatur, nec utraq; earum titulum habeat dignitatis, quam voluerit pro residentia eligeret Rector. Cum autem in Ecclesia dignitatis quis rendere teneatur, Prioratus curatus, seu Parochialis unita dignitati, nullam requirit residentiam, sed in illa Vicarii perpetui sunt deputandi. Quod habet locum in omnibus Canoniciatibus, & aliis juxta formam cap. extirpanda, §. Qui verò de praben. Hoc tamen præcedit, nisi dignitates, vel Canoniciatus hujusmodi sint Ecclesiæ suppressæ, vel desolatæ, in qua nullum requiritur servitium. Tali enim casu in suis Parochialibus tenentur residere.

Potro beneficii curatum simpliciter annexum, cum denotet esse curatum, & naturam sumat annexi, si usio accessorie facta sit, & cura per Vicarium temporalem non exerceatur, ad residendum possidens minime compellitur, sed obtinens Ecclesiam baptismalem, cui sola incumbit cura baptizandi infantes omnes Oppidi existentis sub cura, Archipresbyter licet in Archipresbyteratus Ecclesia præter baptismum, cætera administrantur Sacramenta, ad residentiam tenetur. Idem dicendum est de Rectore, qui in Rectore, sive Parochia habet Vicarium perpetuum, nisi tota cura animarum in solum Vicarium legitime sit translata. Habentes autem Vicarios amovibiles, cum ex tali deputatione constet curam esse apud deputantem, eidem sub sunt legi, si Coadjutores Parochianorum, eorumque omnium, qui curam animarum habent, quomodocumque sint, etiam si Capellania nuncupentur, qui omnes una cum ipsi Rectoribus, sicut ad residendum compelli possunt, ita cum illis Episcopus, ut abesse liceat, dispensare non potest, etiam si Coadjutores essent Canonici Cathedralis Ecclesiæ. Nam cum illis agendum erit juxta Constitutionem Beati Pii V. ut dimissis quotidianis distributionibus, resident in Parochiali, sed si curam animarum duobus, tribusve, aut pluribus presbyteris in Ecclesiis perpetuis beneficiis receptivis alternis diebus, vel hebdomadibus incumbat, hoc decreto cap. 1. sess. 23. non comprehenditur, sed ad Episcopum pertinebit in talibus Ecclesiis idoneos Vicarios, sive Rectores, & illos quidem voluntarios, penes quos sit illius curæ administratio, constitutæ. Quod procedit etiam in Presbyteris in Ecclesiis receptivis, in quibus tamen Rectori imminet cura animarum; Clerici verò, quorum beneficia alias non requirunt residentiam ob necessitatem ad residentiam compelli possunt, licet talibus litteræ commendatitiæ non sint ab Episcopo denegandæ, si alibi etiam extra Diocesim voluerint deservire. Quæ omnia sæpè petentibus respondit Sacra Congregatio.

Et cum adhuc dubitaretur, ubi Archidiaconus Cathedralis Ecclesiæ, cui dignitati in erectione Parochialis cura fuerit unita, & postea ex dispensatione Apostolica aliam Parochialem, in qua residere tenetur, obtinuit, residere debeat; dictum fuit, in unita Vicarium perpetuum deputare, & in obtenta residere, ut in citato cap. Extirpanda, §. cap. 7. sess. 7. Hæc spectare videtur, quod Gregorius XIII. Nunciis Apostolicis rescribendum iussit, nempe, ut Curatos, & Archipresbyteros spoliatorum Commissarios non deputarent, quod si fieri non posset, quominus

quominus eorum opera uterentur, utantur, in locis eorum Parochia, ut occasio iis vagandi, & animarum curam deserendi non præbeatur. Facit etiam & illud, quod cui-dam Canonico indultum fuit, ut Ecclesiam Parochialem, de qua dubitabatur, ne in manus hæreticorum perveniret, erat enim in locis, in quibus hæretici grassabantur unâ cum canonicatum haberet, hac tamen conditione, ut majori parte temporis resideret in Parochiali, & tempore absentia Vicarium idoneum, ab Ordinario approbandum, ibi relinqueret.

24. Itaque quodcumque Parochos, causa prius per Episcopum cognita, & probata, abesse contingerit, Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione relinquere debent. Quia cura spectat ad Episcopum principaliter, & archidiaconicè, ad inferiores verò secundario, & quodammodo instrumentaliter; quandoquidem ipsi sunt veluti instrumenta ipsius Episcopi ad opera illa particularia, S. Thomas 2. 2. q. 184. ar. 6. & 8. De jure veteri, ut Clericus à sua Ecclesia abesse possit, requiritur causa honesta, & licentia sui Superioris non tacite sed expresse obtenta, nec satis est, ut sit petita. Si non obtineatur, quia si denegata fuerit habere debet recursum ad proximum Superiorem, nec sola distantia excusat, neque causa necessaria, vel justa, nisi talis causa repentina esset gravis, quæ non pateretur dilationem, quia necessitas non habet legem, vel pro brevi tempore, vel si quando erat reversurus, impedimentum supervenerit, quo legitime detineretur, ne possit redire, cap. inter quatuor de Clericis non resid. ibique Gloss. & Doctores, & Afflict. decis. 189. quæ omnia optimè applicantur in d. cap. 1. sess. 23. per tot. contextum, & can. quia frater 7. q. 1. residere adeo strictè apud Doctores accipitur ut residens in domo patrimoniali, & non in domo Ecclesiæ, residere non dicatur, quia in lingulis casibus repentinis, & in quacumque hora commode adesse debet cum residere sit deservire. Unde centum Sacra Congregatio, Parochum in domibus Parochialibus habitare, ab Episcopo posse compelli, quæ si non extent extra Parochiam in aliis propinquioribus: ut per Doctores in cap. Quoniam, c. perro, & lit. non contest. has tamen si non inveniat, si extra Parochiam habitet, ad fructuum restitutionem non tenetur.

25. Quod procedit etiam in Parocho, cui ratione infirmitatis datus fuit Coadjutor, abesse autem à suis Parochiis Parochi non possunt, licet ad sit causa, & in Parochiis relinquunt Vicarios idoneos, & ab ipso Ordinario approbato, quod in omnibus absentia casibus servandum erit, ut in d. cap. 1. sess. 23. nisi causa cognita, & approbata ab Ordinario, & ab eodem in scriptis obtenta licentia.

26. Neque distantia bidui, vel tridui à Sede Episcopali illorum absentiam ex justa causa excusabit, si non aderit dicta licentia, nisi causa repentina se offerat, quæ hujusmodi licentiæ petendæ dilationem non patiat, quo in casu monendus est statim Ordinarius, ut de causa possit cognoscere, idcirco hujusmodi licentia requiritur, ut abesse sine illa, ne per hebdomadam quidem, licere judicatum fuerit, cum contrarium videatur dicendum, ex eo quod veterum Canonum sanctione, qui aliquantisper tantum abest, cum statim sit reversurus, non videatur abesse. Quin & absentia septem dierum causa videndi Conanguineos non fuit approbata, nec bona fides liberavit à culpa, & à pœna amissionis fructuum, eum, qui cum tacta Episcopi licentia, quam ei sine dubio non concessisset ex urgendi causa, curandæ nempe valetudinis, absens fuerat spatio quatuor mensium, præsupposito quod periculum non fuisset in mora, quia si fuisset, aliter dicendum, & absentiam illam duorum mensium à Concilio permissam juxta formam dist. cap. 1. sess. 23. indistinctè dictum fuit, Episcopi licentiam requirere, quam si non concedat, non suffragabitur Parocho ad hoc, ut non resideat, suæ conscientia juramentum, quo affirmat, se gravem causam habere, quam ma-

nifestare non expediat. Si verò causam rationabilem, dum licentiam peteret, expresserit, & Episcopus illam concedere noluerit, recursum ad Superiorem, si petat, non est denegandus.

Quæ omnia judicavit Sacra Congregatio, Episcopo à 27 Concilio committi, ut executioni demandet, etiam in Ecclesiis Parochialibus, quarum institutio, & visitatio ad inferiores spectat: ipsique inferiores sint Abbates regulares, quam tamen facultatem Archidiaconi in districtu suæ jurisdictionis non habent. Hinc constitutio Episcopi prohibens Parochis sine ipsius licentia absentiam duorum dierum, tenet. Cum tamen quidam Episcopus in simili Constitutione excommunicationis pœnam appoluisse, & à se legitime impostam diceret, cum tali casu supponatur reatus peccati mortalis, tollendam tamen dixit Sacra Congregatio, quando brevis temporis quodammodo absentem excusare videatur, Item Constitutio sub pœna prohibens, nullum Parochum à sua Ecclesia abesse posse, vel per diem absque Ordinarii licentia, quamvis causa etiam repentina, non fuerit judicata adversari Concilio. Id enim Concilium velle videtur. Dicitur tamen fuit aliquo temperamento moderandum, quod scilicet Vicarii Foranei talem licentiam possint dare, etiam ex hoc temperamento quis inferat à majori ad minus Vicarium Generalem, præsentem Episcopo in Diocesi posse Parochis absentia licentias dare, quod adversatur Concilio, quod Ordinarii facultatem præbendi licentias dedit, responderetur, temperamento de Vicario foraneo respicere causam repentinam, quam dilationem non patitur: Unde non valet illatio. Obtenta verò modo prædicta licentia per tres menses, si etiam per quantumcumque tempus sine justa causa abfuerit, pro rata tantum mensis quatuor fructus amittet, non autem à die absentia, sicut Episcopus quidam contra subditum prætendebat.

Ex quibus omnibus patet, justè à Sacra Congregatione sæpius dictum fuisse, Episcopos cum Parochis, ut non resideant, dispensare non posse, bene tamen possunt legitimam non residendi declarare causam. Legitima autem causa dispensationis non erit illa, quod scilicet Episcopus, Parochi alicujus opera utatur in visitatione, nisi tempore concessio duorum mensium. Item nec senectus, neque si Ecclesiæ fructus sint reservati ita, ut nihil fere remaneat pro Rectore, nec aeris intemperies, nisi eo modo, quo infra notabimus? Nec quia Ecclesia residentiarum à Civitate distet; unde commode, vel in ea litteris posset operam dare, vel ex necessitate loci magistrum esse, & singulis Dominicis in dicta Ecclesia esse. Item neque odium Parochianorum, neque inimicitia, si tamen illa sint graves post obtentum beneficium ortæ, & sic illius culpa, quo casu solita sunt dari à Sacra Congregatione litteræ Ordinarii, ut concurrentibus, supra dictis conditionibus, concedat ei, ut in loco tutiori, ac viciniore possit, illis durantibus, non tamen ultra annum, congruam interium portionem ex Ecclesiæ fructibus Vicario assignando, quæ fructuum assignatio illi etiam Vicario fieri debet, qui curam assitit, dum Rectori infirmo ob defectum Medicorum datur ab Ordinario dilatio trium, vel quatuor mensium, ut in locis vicinioribus Medicorum opera uti possit.

Potro ex his super Ecclesiæ juribus, & his quæ præsentiam Rectoris requirere videntur, legitima absentia causa declarari potest. Lis verò quæcumque, non ultra sex menses Parochum abesse permittit. Is etiam, qui condemnatus criminaliter ab Ordinario fuerat, dum Romam proficisceretur legitime abesse dictum fuit, nec posse suæ Ecclesiæ fructus sequestrari. Residere autem in sua Parochia, & de licentia Episcopi, puta quia nobilis, per alium curam animarum exercere, non licet, cum per seipsum munia, atque curam subire quis teneatur, hic tamen poterit habere substitos in illis casibus, de quibus sess. 5. c. 2. vers. Archipresbyteri. & sess. 6. dist. c. 2. & sess. 21. cap. 4. in princip. & sess. 22. de Sacrif. Miss. c. 8. in fine, & sess. 23. dist. cap. 1. vers. eadem omnino sess. 24. de reformat.

matrim. cap. 1. vers. qui aliter, & vers. praterea, & ead. sess. cap. 8.

30 Advertendum tamen, residentiam non excusare Parochos obligatos in quibusdam solemnitatibus accedere ad Ecclesiam Matricem, & ratione talis obligationis posse compelli, etiam in die foundationis suarum Ecclesiarum ad huiusmodi munus obeundum, & cum grassante peste in partibus Lombardiæ tempore Sancti Caroli quæsitum fuisset, an Parochi residere in Parochiis suis, & Sacramenta per seipso ministrare Parochianis suis morbo infectis teneantur, omnino in illis residendum dixit ex sententia Sac. Congregationis Gregorius XIII. etsi non resideant contra illos procedendum juxta formam *cap. 1. sess. 23.* posse tamen illos Sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ, veluti necessaria per alium idoneum ministrare, & hoc propter commodum Parochianorum, qui sani sunt, cum verisimiliter hi nollent cum Parochis ad infectos euntes, habere commercium. Eadem pestis fuit causa, ut nonnullis Ecclesiarum Prælati, quod esset proprium Episcopi officium tempore pestis à Sacra Congregatione scire cuperent, consultus Gregorius XIII. hoc tantum illis respondendum dixit, decretum factum in Parochiis, multo magis in Episcopis debere procedere, licet in locis tutioribus manere, & inde providere eos, absurdum non sit, si quod immineret periculum vitæ temporalis ab hæreticis, an subeundum sit pro consecratione fidei Catholice, & fuit consideratum, quod persequutionis tempore cum infideles, vel hæretici perdere conantur eorum corpora, vel animas, quadruplex rerum status esse potest.

31 Primus, ut omnes Catholici possint, & velint fugere. Tunc etiam Episcopi possunt fugere, quia non remanent in Civitate oves, quarum cura geratur. Ita Augustinus *epist. 180.* ad Honoratum Episcopum. Secundus, ut remaneant Catholici in magno spiritualis ruinae periculo inter hostes fidei, speciatim vero petatur ab eis persona Episcopi, qui per alios tamen potest. Id bene probat Augustinus loco citato, & fuit Athanasius in duabus Apologiis de fuga sua Tertius cum in communi debacchatur persecutio, non in ipsum tantum, aut certe, si in ipsum, non remanent, per quos oves defendantur à Lupis. tunc Episcopus non solus ex charitate, sed etiam ex officio, & iustitia tenetur manere cum suis, etiam cum periculo martyrii. Id enim inter, Pastorem, & mercenarium interest, quod late probat Augustinus ibidem, & Divus Thomas *2. 2. quæst. 185. artic. 5.* remanente autem Episcopo cum suis Ministris ad gregis sui tutelam, ceteri quamvis Doctores, & Magistri fidei, sive Religiosi sive seculares, fugere possunt. Id Augustinus expressè concedit eo loco, & Divus Thomas *2. 2. quæst. 126. artic. 5.* aliique. Quoniam neque ipsi ea cura incumbit, non est extrema necessitas, manentibus Pastoribus. Quartus cum Episcopi, ceterique, quibus animarum cura incumbit, fugiunt, aut defunt, & Catholici remanent in manifesto periculo subversionis in fide, vel in moribus, tunc, qui non sunt Prælati, tenentur non ex officio, aut iustitia, sed ex charitatis præcepto remanere cum Catholicis, si inde sit magna spes conservandi eos in via salutis, etiam si subeundum sit periculum, martyrii. Tunc enim est verè casus extremæ necessitatis spiritualis, cui quilibet Christianis tenetur subvenire cum periculo vitæ corporalis, ut ait Divus Thomas *2. 2. dist. quæst. 26. art. 5. & quæst. 14. artic. 8. & quæst. 124. artic. 3. ad 1. & ex his duobus locis affirmat in hoc casu habere locum illud Apostoli præceptum, ut nos debeamus animam ponere pro fratribus nostris, quo loco etiam populum obligari, significat Augustinus *tractat. in epist. 1. Joan.* Estque communis opinio, quæ fundatur in ordine charitatis, qui est in præcepto, ut plus diligamus animam proximi, quam corpus nostrum, ut docet Augustinus *lib. 1. de doctor. Christianum. cap. 27.**

32 Unde etiam non Episcopi ad id tenentur, quia illis deficientibus, unicuique mandavit Deus de proximo suo,

Nam & parentes tenentur alere filium, sed illi, si nolint, vel non possint, tenentur omnes, qui possunt. Id autem tanto, verius est, si ex fuga Magistrorum fidei, etiam si Episcopi non sint, sit probabile periculum, ne blasphemetur nomen Dei, & illi diffidere videantur veritati fidei, tunc enim remanere esset quædam fidei confessio, ad quem teneri unumquemque docet Divus Thomas *2. 2. quæst. 3. artic. 2.* quando aliqui subtraherentur, vel debitus honor Dei, vel utilitas proximi, & sic ex omissione confessionis crederet quis, vel quod non haberet fidem, vel fides non esset vera, vel alii averterentur à fide.

Atque ex his fuit responsum, quod si in Transilvania non sunt præter Jesuitas, qui gerant curam Catholicorum, & horum fides manifestè periclitetur inter tot hæreticos ex Jesuitarum recessu, obligari præcepto charitatis ad remanendum Jesuitas, non omnes, sed necessarios, si non ampliando, at conservando Catholicorum numero, eligi vero possunt, ut in allegata *epist. tradit Augustinus, vel data singulis optione, & potestate eligendi quos velint propter infirmos.* Imo extra casum necessitatis ex zelo fidei, & charitate studiosa magis adjuvandi salutem proximorum remanere cum periculo martyrii pertinere ad consilium supererogationis ad perfectionem charitatis, docet Sanctus Thomas *quæst. 29. artic. 5. ad 3. & dist. quæst. 124. artic. 3.* Idemque probatur ex sanctorum exemplis apud Surium *tom. 7. pag. 971. 973. & 981.* Theodoretum *histor. Ecclesiast. cap. 25. 27. & seqq.* Petrum Damiani *in ser. de S. Vitalis,* Gregorium Nazianzenum *in orat. in laudem Sancti Basilii,* & in vita Nazianzeni, in vita S. Sebastiani, in vita Sancti Hilarii, & S. Athanasii, & hanc sententiam approbavit Summus Pontifex Gregorius XIII.

Ex *cap. 1. sessione 6. de reformat.* illud in primis annotandum existimo, quod cupit Sacrosancta Synodus, ut ad Ecclesiarum regimen ii promoveantur, qui maxime digni fuerint, quorumque prior vita ac omnis ætas à periculis exordiis usque ad perfectiores annos per disciplinam stipendia Ecclesiastica laudabiliter acta, testimonium præbeat *can. miramur. dist. 61.* ejus, qui promovendus est ad Episcopatum virtutem cognitam, atque perfectam esse oportere ex perseverantia, quemadmodum de se testatus est Samuel: *Ego autem senii, & incanni, & in conversatus sum coram vobis ab adolescentia mea usque ad præsentem diem.* Et de Cornelio Romano Episcopo Cyrianus scripsit *epist. 52.* non iste ad Episcopatum subito pervenit, sed per omnia Ecclesiastica officia promotus, & in divinis administrationibus Dominus sæpe promeritus ad Sacerdotii sublime fastigium cunctis Religionis gradibus ascendit. Id ipsum expressum in *6. Omnis Episcopus dist. 61.* his verbis: *per singulos gradus, si dignus fuerit, ascendat ad cultum Episcopatus.* Utinam temporibus nostris id eveniret.

Placuit eidem Synodo antiquos Canones adversus non residentes promulgatos innovare, quod scilicet non liceat Episcopo vagari, & si monitus non resederit, certior fieri debet Summus Pontifex, ut habetur in *can. pervenit 7.* cum multis aliis *quæst. 1.* nec transire de Ecclesia ad Ecclesiam ibidem *can. Si quis vero, & can. Si quis Presbyter,* nec relicta Cathedrali in alia inter Diocesium resideat Ecclesia, nec in re propria diutius, quam oporteat constitui, & propriam Cathedrali negligere ibidem *can. placuit, & d. can. si quis presbyter,* si non resederit deponitur, & ab alterius Diocesis Episcopo, nec recipiendus, præsertim diebus solemnibus, *can. si quis in Clero, ubi §. similiter si per tres hebdom. das.* Clericus ab Ecclesia sua defuerit huic damnationi succumbat, id est ut triennio à communione suspendatur unà cum eo, qui illum destinet *canon. 2. 21. quæstio 2.* Excipitur is, quem populus culpa sua non recipit *can. 4. & 5. dist. 92.* Nec sine licentia Papæ licet ad Comitatum proficisci *can. quo an su 23. quæst. 8.* Neque ad Imperatorem sine licentia Metropolitanam ibidem *can. si quis Episcopus,*

ant presbyter, nisi fuerit vel invitatus, vel vocatus à Religiosis Imperatoribus ibidem *can. Si quis frater.* Item in *can. 18. & 80.* qui adhibentur sextæ Synodo, estque etiam per Imperatorem Iustinianum amplissime promissum *Constitutione sexta in auth. collat. 2. m. 6. novel. 6. Quomodo oporteat Episcopos, §. & illud etiam desinimus,* ut Episcopis abesse à suis Ecclesiis plusquam per totum annum non liceat, quod neque proprie Ecclesiæ causa discedant, sed per ministros Imperatorem certiorum faciant.

36 Omnesque quovis nomine, ac titulo, & quacunque dignitate curæ animarum præfectos monet ad residendum, illos scilicet, qui beneficia Ecclesiastica in titulum, & in commendam *21. quæst. 1. per tot.* vel in procuratorem *cap. innotuit de elect. dist. cap. 1.* ubi exprimuntur in specie Cardinales, ut omnis tollatur dubitatio, cum in generali sermone Cardinales non comprehendantur in eorum damnationem. Vnde si Cardinales in officio à Sede Apostolica sibi inuncto, non sunt adstricti abesse, tenentur residere in Curia, & assistere Romano Pontifici, alias amittunt fructus beneficiorum, & officiorum ex Concilio Lateranensi sub Leone Decimo *sess. 9. in Bulla reformat. Curia tit. de Cardinali & ex cap. per venerabilem qui sit legit. & cap. fundamenta, §. docet namque de elect. in 6.* Sunt enim adstricti Curæ universalis Ecclesiæ secundum Innocentium in *cap. bona memoria 1.* ibique Doctores de *positul. legitimo impedimento, sive rationabilibus causis cessantibus, ut clarius in dist. cap. 1. sessione 23.* ubi exprimitur quatuor causas, christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, & evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitas, & in eo *cap. 1.* additur, quod causa absentie sit cognita, & probata, in dicto *verò cap. 1. sess. 6.* non requiritur de necessitate causæ cognitio.

37 Et intra suam Diocesim. Ergo si commorantur in sua Diocesi, licet extra Ecclesiam Cathedrali, non incurunt, sed restringitur id in *d. cap. 1. sess. 23.* ut certis anni temporibus, ac diebus Ecclesiam suam Cathedrali non relinquunt. Idem etiam jure Canonum sancitum est in *d. can. placuit, ut nemini 7. q. 1. can. Episcopus de consecr. dist. 3.* quod sublimatur in *dist. cap. 1. sess. 23.* nisi Episcopalia munia in sua Diocesi alio vocant.

38 Pœna est amissio quartæ partis fructuum, quæ confirmatur in *d. cap. 1. sessione 23.* simulque idem ampliat. At obicitur aliquis: Si per Concilium inovati sunt antiqui Canones adversus, non residentes, cum in dicto *can. 1. sessione 6.* alia ab illis pœna præscribitur, quorsum antiqui Canones præscribantur? Respondet, innovari Canones quoad culpam, ut Episcopi residere teneantur, & quoad pœnam privationis, de qua à Concilio nihil statuitur, declaraturque, quod crescente contumacia, veteriori Canonum censuræ subiciantur, sic etiam quoad modum privationis secundum dispositionem *cap. Ex una de Cleric. non residen. quemadmodum censuit Sacra Congregatio, & declaratur in d. cap. 1. sess. 23.*

39 Et hanc pœnam ipso jure incurunt. In *dist. capit. 1. sess. 23.* nihil dicitur an ipso jure, an per sententiam non residentibus pœna debeat. Verum cum ibi confirmetur pœna in *d. cap. 1. sess. 6.* statuta, omnes conditiones repetitæ censentur contra opinantes, constitutiones super residentia non imponere pœnam ipso jure, ut per *Afflict. decis. 289. dum. 8.* An autem sit necessaria monitio, & mora possit purgari, plenius declaratur in *dist. cap. 1. session. 23.* Notandum tamen, quod pœna, quæ imponitur ipso jure incurrenda per Concilium, censuisse sapius ejus Sacram Congregationem requirere declarationem, & quod dicitur *d. cap. 1. sess. 23. vers. si quis autem intelligendum est, quod tuta conscientia fructus suos non faciant.*

40 Crescente vero contumacia id intra tres menses Romani Pontifici denunciandum est, ut Summus Pontifex de privatione, ac depositione cognoscat *dist. can. pervenit 7. quæst. 1.* ubi Gregorius scribit Anthemio *epist. 13.* live

123. lib. 5. sic ait, in *Monasterio cum deputare, & nobis curabis modis omnibus judicare, ut quid facere debeas nostrasterum præceptione cognoscat.* Quia causæ graviores contra Episcopos, & potissimum quando agitur de depositione, vel privatione, non nisi à Summo Pontifice sunt cognoscendæ, ut in *cap. 5. sess. 24.* Et nota, quod pœna ingressus Ecclesiæ non inducit irregularitatem ei qui prohibitus ingredi ingressus esset, moraliter licet peccaret secus si ingrederetur, & celebraret *cap. 10. cui de sentent. excommunicat. in 6.*

41 Addunt aliqui Doctores, si Episcopus sine causa abicit etiam spatio trium mensium, vel minori, eum fructus suos pro rata non facere, sed teneri restituere. Ita Garz. de *benefic. par. 3. cap. 2. numer. 28.* quia si non laborat, non manducat, ut inquit Apostolus. Sed alii contra inquirunt, non teneri restituere, quia non videtur moraliter abuisse ob parvitatem materiæ, ut patet ex eodem Tridentino *dist. cap. 1. sessione 23.* quod verum est, dummodò officium suum per Vicarium idoneum præstiterit, quatenus fuerit necessarium, & hanc tenent multi, quos allegat, & sequitur Bonac. de *oblig. benefic. disput. 5. punct. 4. numer. 8. & 9.*

42 Limitanda verò sunt primò supradicta decteta Sacri Concilii Tridentini, ut obligatio residendi incipiat, quoad Episcopos, post consecrationem, & quoad Archiepiscopos post pallii susceptionem, dummodò per eos non steterit, quominus civitatis pallium, vel consecrationem suscipiant. Nam antea non videntur urgeri ad residentiam jure naturali, cum non possint adhuc exercere, quæ sunt Ordinis, Sanch. *lib. 7. opusculo. cap. 1. dub. 16. numer. 15.*

43 Secundo, quod excusantur à dictis pœnis, qui bona si de abfuerint, scilicet si à mortali excusentur, Garz. *loc. cit. numer. 36.*

44 Ac tertio, ut Episcopus absens in foro conscientie non teneatur restituere præ se omnes fructus pro rata temporis absentie, sed possit sibi retinere partem ob alia munia, ut recitationis horarum, & alia quibus absens pro grege suo functus est, & quoad hanc partem decretum illud pœnale, de quo Tridentinum *dist. cap. 1. sess. 6.* non obligat in conscientia ante sententiam, Bonacc. *ibidem punct. 4. numer. 3.*

45 Urbanus Octavus Constitutionem edidit sub anno 1634. die 12. Decembris, qua statuit, ut Episcopi, & iis majores Prælati etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, residere teneantur, neque à loco residentie discedere, nisi prius obtenta licentia à Papa per Breve, vel litteras missivas, aliter incurrant ipso facto absque ulla declaratione pœnam interdicti ab ingressu Ecclesiæ amissionis fructuum pro rata absentie, & facultatis testandi, seu disponendi de bonis suis à Sede Apostolica concessa. Item ut deinceps promoti ad Cathedrales à die promotionis teneantur intra unum mense morantes in Curia Romana, & intra duos menses morantes in Italia, & intra quatuor menses morantes extra Italiam se itineri committere, & ad residentiam se conferre, & inde non discedere, ut supra, sub pœnis eisdem latæ sententiæ. Et ampliat, ut Cardinales titulos Episcopales suburbicæ habentes, teneantur residere in alio Episcopatu, si quem alibi habeant, sub eisdem pœnis. Item ut ex nulla causa absentie excusentur, quantumvis gravi & bonum publicum respiciente, sed solum causa Synodi: vel Assembleæ, cui soleant interesse, & ratione officii, eorum Episcopatu adjuncti. Sed ob causam visitandi limina Apostolorum limitavit absentie tempus, scilicet pro Episcopis existentibus intra montes, & mare, quatuor mensium, ultra montes, vel mare septem mensium, Præterea idem Summus Pontifex vitæ vocis oraculo declaravit, non esse per hanc Bullam interdictam absentiam ad modicum tempus, id est trium mensium, à Sacro Concilio Tridentino concessam.

Episcopi autem non residentes privantur multis com-

modis, ut gratia alternativa super provisione beneficiorum, de qua re est regula 9. Cancellariae. Item aliis facultatibus saepe concessis à Concilio Tridentino, & alibi in jure Episcopis residentibus.

47 Id tamen limita, quod non privatur dictis facultatibus neque incurrit poenas non residentis Episcopus, si residet propè Diocesim in loco non distanti ultra unum milliaria. Vnde nullum praedictum officio, & animarum necessitatibus inferatur, quia parum distans moraliter est praesens, l. pro locis, mediterranea, Cod. de ann. trib. lib. 10. Gonzal. gloss. 43. num. 10. & num. 43. ad 83. Beia par. 4. cap. 21. Bonac. loc. cit. punct. 1. num. 2. & 4. & Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 179. ubi refert declarationes Sacrae Congregationis, quae licet loquantur de Parocho, multo tamen magis procedunt in Episcopo, cum ipsius servitium non sit tam frequens, & immediatum.

48 At quid de Episcopo, qui frequenter recedit à sua Diocesi ad locum aliquem vicinum ob negotia, cum animo tamen citò redeundi, ut contingere potest Episcopis, qui vicini sunt Civitati principali, ad quam conringit saepe eos se transferre ob aliqua negotia, animo tamen ibi non permanendi, sed revertendi quamprimum ad propriam Diocesim.

49 Residere censo ita, ut non obstante frequenti recessu cum animo brevi tempore revertendi, habeatur pro residente. Quia non habetur pro absente, qui habet animum revertendi, & brevi est reverurus, l. postlimini, §. postliminio, ff. de capt. & postlim. revers. l. 1. §. habitare, ff. de his, qui dejec. vel effud. In hoc autem casu mora brevis non habetur in consideratione, quum animus teneat personam additam Diocesi, quod sufficit ad salvandam praesentiam moralem, in qua fundatur residentia. Vnde qui recedit animo revertendi, non dicitur recessisse, §. In his autem animalibus, ff. de adib.

50 Accedit etiam, quod quando consideratur residentia, non consideratur praesentia nuda corporis, ac veluti materialis, sed praesentia viva, & formalis, quae non consistit in sola praesentia corporis, sed magis in animo applicante corpus, ac proinde non dicitur quis esse, ubi est corpore, si animo absit d. l. Postlimini, §. Captivus, atque adeo residentia non est vera residentia, si ablit animus sibi permanendi juxta ea, quae tradunt Archidiacon. in cap. licet canon. num. 5. de elect. in 6. & Corn. consil. 244. numer. 18. lib. 2. Cum igitur qui recedit à propria Diocesi animo quamprimum revertendi, retineat animum residentis, non interrumpit omnino residentiam, quia remanet principalior pars, quae consistit in animo applicante personam ad residendum.

51 Idque praesertim locum habet esse in Episcopo, quia residentia Episcopi non debet esse otiosa, sed activa ita, ut invigilet curae animarum, & assistat assidue curae suae Ecclesiae, ut notant Cardin. in Clem. un. sub init. num. 22. de for. compet. Cuiac. in princip. tit. de Cleric. non residen. v. quod propter ea, Loxtet. de re benef. lib. 3. quae. 27. nu. 4. & alii cum Gloss. in cap. Congruente, vers. deserviat. de Cleric. non resident. Vnde residentia, constat ex duplici parte, nimirum praesentia corporali, & operatione in regenda Ecclesia. Quando autem recedit animo quamprimum revertendi, interrumpitur sola praesentia corporalis, quae est veluti pars materialis residentiae, continuatur vero operatio, quae est pars formalis, ac principalis, & proinde ipsa sufficit, ut residentia dicatur continuari, praesertim quia praesentia corporalis non est propter se requisita in residentia, sed propter operationem; & ideo, quamvis deficiat per aliquod breve tempus, ita ut non deficiat operatio, non deficit residentia, cum possit stare operatio pro aliquo brevi tempore, sine praesentia corporali, ac proinde non sit necessarium, quod sit continua sine ulla interruptione.

52 An autem Episcopi, Canonici, alique possint unire trimestre absentiae unius anni à Concilio Tridentino

concessi sess. 23. cap. 1. & sess. 24. cap. 12. de reform. cum trimetri anni sequentis?

Negative respondendum censo, Quia ideo Concilium concedit tres menses, quia est modica absentia, & qui aliquantisper abest, non videtur abesse, quae plane est tota ratio indulgentiae. Contrarium autem contingeret, si trimestre unius anni conjungeretur cum trimetri alterius anni, quia absentia duplicaretur, ac proinde non esset modica in tali casu, quae sufficeret, ut absens non videretur abesse. Cum enim modicum tempus juxta magis receptam sententiam dicatur arbitrio iudicis, habita ratione subjectae materiae, & circumstantiarum l. i. ff. de jur. delib. & notant Gloss. in l. 1. §. Quod autem, ff. super. l. 1. e. i. post tres, ff. Si quis cant. Bartol. in leg. Si insulam. num. 3. ff. de verb. obligat. Alexand. consil. 219. numer. 11. lib. 6. Menoch. de arbit. cas. 4. numer. 5. lib. 2. Afflict. decisio. 241. numer. 3. Rosenthal. de feud. cap. 6. conclus. 59. ac Rota coram Seraphino decis. 380. numer. 5. & coram Coccino decis. 100. numer. 2. Vnde cum in praesenti materia Concilium duos, vel tres menses absentiae iudicet modicam absentiam, negari non potest, quod haec absentia duplicata sit magna, & consequenter non sit illa, de qua intelligit Concilium, quod non habeatur pro absentia.

Idque confirmatur, quia Concilium ponit summum terminum absentiae, intra quem Episcopus, aut Canonicus possit diu aliquantisper abesse, & hunc vult esse spatium ad summum trium mensium. Vnde si excedatur iste terminus, non erit amplius illa absentia, quae secundum Concilium facit aliquantisper abesse, atque adeo non erit absentia ab ipso concessa. Quando autem conjungitur trimestre unius anni cum trimetri sequentis anni exceditur terminus praefixus à Concilio, & non habet amplius locum ratio ab ipso assignata, atque adeo nec etiam indulgentia absentiae. Quia ad cessationem rationis mensuranda est l. Si quis ff. de acquir. poss. l. sunt leges, ff. de legibus, & l. Cum mulier 1. solut. matrim. & notant ibi Cumanus, Castrensis, Imola, & ceteri Doctores Bald. in leg. Si quis servo, Cod. de furt. Roman. in leg. contra legem, ff. de legibus, Paris. consil. 16. num. 29. vol. 3. Tiraquell. tractat. Cessante causa par. 1. num. 138. qui alios citat Rimin. Sen. consil. 183. num. 3. ac Everard. in topic. loco à ratione leg. vers. virtus enim legis.

Nec refragatur, quod unum trimestre referatur ad unum annum, & aliud ad sequentem. Quia cum conjungatur absentia unius anni cum absentia alterius, fit notabilis absentia, & quoad effectum aequipollens absentiae ejusdem quantitatis, quae responderet eidem anno, quia per sex menses continuos removet pastorem à cura sui gregis, & ideo non refert quoad effectum, an incidat tota in eodem anno, an intra duos, quia ex aequipollentibus non refert, quid ex ipsis fiat, quando inferunt eundem effectum l. mulier, ff. ad Trebell. & l. fin. Cod. de donat. quae sub modo, & l. 3. Cod. de institut. & substitut. & notant Soccin. Iun. in leg. Gallus, §. At quid si tantum num. 28. ff. de lib. & posth. lal. in l. si tantum n. 3. Cod. de instit. & substitut.

Ex his autem deducitur resolutio alterius difficultatis, nempe non posse Episcopum conjungere tempus concessum pro visitatione liminum Apostolorum cum tempore concesso pro alia visitatione. Nam in hoc quoque militat eadem ratio proportionaliter, & etiam specialis ratio, scilicet, quod non possint conjungi duae visitationes liminum Apostolorum. Finis enim visitationis liminum Apostolorum non solum est illa specialis obedientia, & obsequium, quod exhibetur Summo Pontifici, sed etiam informatio ejusdem Pontificis, de statu Ecclesiae, ut desumitur ex Constitut. 15. §. 3. Sixti Quinti tomo 2. Bullar. Postquam Episcopus exhibuit informationem pro una visitatione. Tum quia non supponitur statim mutatus status Ecclesiae. Tum quia status Ecclesiae non est de novo examinatus, ut possit

aliam novam relationem facere. Vnde cum non possint conjungi fines visitationum liminum Apostolorum, nec etiam poterunt conjungi ipsae visitationes, atque adeo nec tempus pro ipsis concessum.

Secundo deducitur, quod quando adsunt legitima causa absentiae, de quibus Concilium Tridentinum dist. cap. 1. sessione 23. de reformat. non tenetur Episcopus pro trimetri concessio, sed poterit ultra ipsum abesse quantum exigunt causae, propter quas abest. Nam Concilium concedit trimestre absentiae ultra praedictas causas, nempe illas, ratione quarum dixerat, Episcopum posse abesse, ut constat ex illis verbis. Extra praedictas causas nullo pacto debere duos, aut ad summum tres menses excedere. Cum enim absentia trium mensium sit concessa ex aequa causa pro singulis annis, non est concessa pro illis causis specialibus, ex quibus quoties opus fuerit, potest Episcopus abesse, ac proinde posse Episcopum uti trimetri concessio ad relaxationem animi, tradunt Azor. par. 2. lib. 7. cap. 4. quae. 9. & Sanctarell. var. resol. quae. 4. num. 5. in fine.

Atque ita etiam declaravit Sacra Congregatio super residentia Episcoporum habita in Quirinatis die 17. Julii 1677. in qua proposita fuerunt auctoritate Sanctissimi infra scripta dubia.

Cum Sacrum Concilium Tridentinum cap. 1. sessione 23. de reformat. permittat Episcopis, ut singulis annis, dummodo aequa ex causa, & absque ulla gregis detrimentum fiat, abesse possint à sua Diocesi per duos, aut ad summum tres menses, quaeritur.

Primo, An Episcopus possit jungere trimestrem absentiam unius anni cum absentia trimetri sequentis anni adeo, ut licite abesse valeat à sua Ecclesia per menses Octobris, Novembrii, & Decembrii anni ver. gr. 1677. & continuare absentiam per menses Januarii, Februarii, & Martii anni 1678.

Secundo, An Episcopus in casibus, in quibus rationabilem causam habet non residendi, debeat uti mensibus per Sacrum Concilium concessis, & non nisi ipsis consumptis, quatenus absentia causa duret, licentiam petere non residendi? An vero primo licentiam petere, & ad alios usus reservare bimestre, aut trimestre tempus à Concilio concessum?

Per Bullam sanctae memoriae Urbani Octavi super residentia Episcoporum incipientem: Sancta Synodus 27. alias 137. permittit, ut Episcopi ad effectum visitandi statuti terminis Sacrae Beatorum Apostolorum limina, abesse possint à suis Ecclesiis per certum tempus, videlicet citra montes, vel mare existentes per quatuor menses, alii vero, &c. hinc.

Tertio quaeritur, An Episcopus visitans Sacra Limina in fine unius termini, ver. gr. in fine unius triennii, possit immediate in principio sequentis triennii iterum visitare, ac proinde visitationum titulo abesse à sua Ecclesia per octo continuos menses?

Quarto quaeritur, An Episcopo, qui antea per multum temporis, ver. gr. per decem continuos annos in sua Ecclesia resederit, & vel ab ipsa vacatione per Sacrum Concilium ex rationabili causa singulis annis permissa semper se abstinuit, possit aliquando concedi facultas non residendi per aliquod tempus, licet non adsit ulla causa ex approbata ab eodem Sacro Concilio Tridentino.

Ad primum Sacra Congregatio respondit, non posse. Tum quia ejusmodi semestris absentia complectitur illius temporis spatium Dominici Adventus, & Quadragesimae, quo ne à sua quidem Cathedrali, nedum à Diocesi Episcopo abesse licet, ut in Concilio Tridentino dist. cap. 1. vers. Eisdem inserim admonet sess. 23. Tum quia in eo, qui abest sex mensibus continuis non verificatur illud verbum aliquantisper, quo utitur Concilium in dist. cap. 1. dum ait: Quoniam autem, qui aliquantisper tantum absunt ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, cum Concilium illud re-

stringat ad duos, vel ad summum tres menses, & antiqui Canones ad unum, ut in can. praesentium 7. qu. 13 vel ad duos, ut in can. Si quis in Clero eodem vers. & quae. Et quatenus verificatur verbum, aliquantisper, non tamen verificatur sequentia, videlicet quia statim revertenti sicut. Nam qui abest per semestrem tempus, utique non statim est revertentis, cum dicto statim regulariter significet modicum, temporis intervallum, ut est Textus in l. Cuius quidem, ff. de legat. 2. & in l. Si finio, §. non autem statim, ff. de damn. in infest. & notat Tiraquell. in l. Si unquam vers. revertatur num. 120. C. de revoc. donat. Et aliquando impotat intervallum unius mensis, ut notatur in leg. divortia facta, aliàs est l. fructu 7. §. Papinianus in Gloss. vers. statim, ff. solut. matrim. Tum quia absentia Episcoporum per sex continuos menses à Concilio non reputatur brevis, ut patet sessione 6. cap. 1. ibi, si quis sex mensibus continuis extra suam Diocesim morando abfuerit, quartis fructum unius anni poenam ipse jure incipit. Tum denique, quia magis relaxari potest nervus Ecclesiasticae disciplinae, majusque detrimentum in spiritualibus, ac temporalibus potest pati Ecclesia, & pravi abusus, & corruptelae in Clero, & populo facilius introduci, & difficilius eradicari, si trimestre tempus absentiae unius anni conjungatur cum trimetri alterius anni, quam si trimestria sint interpolata, ob quam rationem cum in cap. in singulis de stat. Monach. statutum sit, ut Capitula Provincialia Religiosorum, fiant de triennio in triennium, Ioan. A. di. ibi in princip. dicit, non sufficere in fine primi triennii facere unum Capitulum, & statim in principio secundi triennii facere aliud, quia id potius esset facere Capitulum de sexto in sextum annum, quam de triennio in triennium, & multo tempore posset sic tardari Ordinis reformatio. Vnde trimestre tempus, quod interpolatè, ac per se sumptum à Concilio reputatur breve, & cadit sub permissione, quia brevi revertentis, nec divertisse videtur l. 3. in fin. ff. de divor. Si postea jungatur cum alio trimetri, aestimatur esse longum, & cadit sub prohibitione, ut de divertis donationibus simul junctis notat Othienis in cap. Apostolica de donat. & de unionibus, quae quamvis singulari pte se non gravent, tamen simul omnes consideratae gravant, & ideo omnes sunt revocanda, decidit Oldrad. cons. 262. in quae. num. 2. Et de pluribus factis rei modica docet Divus Thomas in 2. 2. quae. 66. art. 6. ad 3. Sylvest. in v. futurum num. 4. Conferat Text. in l. Si libertus, §. Si quis plures, ff. de iurepatr. & arg. l. Si libertus, §. Si quis plures, ff. de iurepatr. & arg. leg. necnon, §. Si quis sapiens, ff. ex quib. caus. major.

Ad secundum Sacra Congregatio consultius putavit, nihil generaliter respondere, sed ubi casus particulares acciderint, maturius deliberare.

Ad tertium respondit, Episcopum, qui Beatorum Apostolorum limina visitavit, ver. gr. in fine unius triennii, nequaquam posse immediate in principio sequentis triennii iterum visitare, ac proinde nec visitationis titulo per octo continuos menses à sua Ecclesia abesse. Rationes hujus triennii resolutionis habentur in cap. ego N. n. 50. de iurejur. ubi noster Fagnanus, olim Consultarius Pontificum, tunc Pontificatus.

Ad quartum respondit, non posse. Quam Congregationis sententiam Alexander VII. ad se relata, in omnibus approbavit.

Idem Sacrum Concilium dist. cap. 1. sessione 6. & d. 69 cap. 1. sessione 23. §. Eadem, poenas ibi statutas contra Episcopos non residentes extendit contra Curatos, Episcopos inferiores, & ad omnes habentes beneficium Ecclesiasticum, curam animarum habens, concedit tamen illis, ut abesse possint ex causa ab Episcopo prius cognita, & approbata, relinquendo Vicarium idoneum ab Episcopo approbandum cum debita mercedis assignatione. Dicendi autem licentiam in scriptis, quatenus

concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa, non obtineant.

70 Ex quibus primò apparet, quod Parochus non residens sine licentia legitima, non facit fructus suos pro rata temporis juxta Tridentinum in dicto cap. 1. sessione 23. ut etiam ante sententiam teneatur restituere fabricæ, vel pauperibus loci, nulla compositione suffragante.

71 An autem excusetur ob modicum tempus absentia, ut si per tres, vel quatuor dies, vel saltem minus una hebdomada continua, vel insepelate sumpta intra unum annum, respondent Doctores communiter, excusati ut Garz. de benefic. dict. par. 3. cap. 2. numer. 23. & seqq. & in hoc non videtur difficultas, Sed aliqui dicunt, non teneri restituere, nisi absit ultra bimestre sine licentia, quia bimestre existimant parvato materiam, & inquit Concilium Tridentinum non requirere in Parochis licentiam Episcopi, nisi pro absentia ultra bimestre. Ita Bonac. de obligat. benefic. disp. 5. dict. punct. 4. numer. 4. Nald. in summa v. Residencia num. 5. Navarr. in man. cap. 25. num. 121. Azor. lib. 7. cap. 4. quest. 9. tom. 2. ac Beja par. 4. resp. 21. Sed contrarium tenendum est ex Textu dict. cap. 2. sessione 23. ubi absolue requiritur licentia, etiam intra bimestre. Ita Sanchez de matrimon. lib. 3. disp. 31. numer. 11. Ugoletus, Lessius, Possiveinus, quos sequitur Barbo. de potestat. Episcop. alleg. 53. numer. 96. & Garz. loc. cit. num. 23. aliique communiter. Verum est quod Parochus pro tempore absentia non tenetur absolute omnes fructus restituere, sed potest aliquam partem sibi retinere ratione horarum canonicarum, & propter alia servitia Ecclesie in absentia præstita, ut diximus de Episcopo.

72 Apparet secundo, quod Episcopus potest etiam procedere contra Parochum ad privationem quartæ partis fructuum, quoties absentia ad sex menses pervenerit sine causa rationabili juxta Tridentinum d. sess. 6. cap. 1. & Garz. ibid. nu. 32. Et hæc pœna privationis quartæ partis fructuum intelligenda est, ut sit de fructibus, etiam futuris, quos reverlus suos facturus est, vel quos aliàs absens suos fecisset, aliàs enim hæc pœna esset elusoria, ut patet, ac ita censuit Sacra Congregatio apud Garziam ibidem. Unde quamvis pœna privationis quartarum à Tridentino inferatur ipso jure, sive ipso facto incurrenda, non tamen ligat ante sententiam, secus, quoad fructus pro rata absentia amissos Sanchez lib. 2. in decalog. cap. 5. num. 10.

73 Limitantur hæc decreta contra Episcopos, & Parochos, sive Curatos, ut non procedant contra Abbates, Priores, & alios habentes beneficia regularia. Nam si absentes per alium sua munia subeant, non tenentur fructus restituere, licet peccent non residendo. Quia Tridentinum intelligitur de beneficiis secularibus, Less. de just. & jur. cap. 34. num. 161. Filiuc. tract. 41. cap. 6. num. 30. Bonac. d. punct. 4. n. 14.

74 Ex cap. Extirpanda, §. Qui verò de præbend. Parochus non residens, incurrit ipso facto pœnam privationis Parochiæ, ut liberè alii conferri possit. Sed an requiratur, ut præcedat monitio, multi affirmant, multi negant apud Garziam dict. par. 3. cap. 2. numer. 135. & seqq. Verum hodie ex Concilio Tridentino dict. capit. 1. sess. 23. non incurrit Parochi dictam pœnam privationis beneficii ipso jure, sed per sententiam, præcedente citatione, ac monitione, & coercitione per censuras, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, & alia juris remedia. Et ita notat Garz. nu. 139.

75 Parochiale, sive Curatum beneficium obtinens in Curia Romana cum juramento se transferendi ad residentiam intra certum tempus, ac ibi personaliter deservendi, si non observet, sed beneficium dimittat ad favorem alterius varias pœnas incurrit. Ex Constitutione enim Pii Quarti 87. quæ incipit, Inter multiplices, quicumque beneficium Parochiale, etiam titulo Vicariæ perpetuæ, aliudve Curatum vacans per obitum aut Sedis

Apostolica obtinuerit, scilicet prævio examine, ac Dilecti Curiani, & restitui de fide de idoneitate, ac cæteris de jure requisitis, & præstito juramento juxta styllum Curia, & Constitutiones Apostolicas, ac etiam fidejussionem de se intra certum, & tunc expressum tempus ad locum beneficii se conferendi, & ibi per seipsum curam exercendo, residendi, si hujusmodi promissionum implemento non præstito, in alterius favorem etiam intrusis, vel possessoris, vel occasione litis motæ, aut aliàs resignaverit, cesserit, vel dimiserit beneficium prædictum, ipse, & il, in quorum favorem ea egerit, & il, qui ad ea consilium, auxilium, vel favorem præstiterint omnes, si tamen sit Episcopis inferiores, incurrit ipso facto pœnam excommunicationis, Papæ reservatæ, & privationem illius, & aliorum beneficiorum per eos obtentorum, & inhabilitatem ad ipsa in posterum obtinenda, quæ ipso facto vacare censentur, & dispositioni Sedis Apostolicæ reservata esse, quæ consanguineis, & affinis, & confidentibus eorum, qui eis privati fuere, conferri non poterunt. Vide de hac Constitutione Sayrum lib. 3. de censur. cap. 3. num. 5. Filiuc. tract. 15. numer. 167. Garz. par. 11. cap. 3. num. 44. & par. 8. cap. 2. numer. 31. & Paril. de resignat. lib. 3. quest. 2. num. 2.

Inde fit, ut hodie ex ordinatione Gregorii XIV. non admittantur in Curia Romana resignationes Parochialium, & aliorum beneficiorum residentiam exigentium, nisi expressum fuerit in supplicatione per quantum tempus illud beneficium resignans possederit, & non solet admitti, nisi resignans possederit per quinque annos, vel circiter, idest plus, minusve sex mensibus, ut per Parilium, & Garziam d. n. 44.

Ex cap. unico de Cleric. non residen. in 6. distributio- nes quotidianas suas non faciunt Canonici, & alii beneficiati, seu Clerici Cathedralium, & aliarum Collegiarum Ecclesiarum, si Divinis officiis non intersint, etiam si resideant in Civitate, seu loco Ecclesie, non obstante consuetudine contraria ita, ut qui aliquid dictis distributionibus aliter perceperit dominium ejus non acquirat, sed ad ejus restitutionem teneatur, exceptis tamen illis, quos infirmos, seu iusta rationabilis corporis necessitas, aut evidens Ecclesie utilitas excusat.

Si ergo Canonici, & beneficiati supradicti non resideant in loco, seu civitate, non solum amittunt distributiones sed etiam omnes fructus præbendæ. Si autem resideant, sed non intersint, amittunt distributiones, sed non fructus præbendæ per cap. Cum omnes de constitut. ibique Gloss. v. Consuetudinem de Cler. non residen. Garz. p. 3. cap. 2. n. 360. Seraph. decis. 113. n. 1. Excipit, nisi sit consuetudo in contrarium, ut fructus præbendæ percipiuntur in absentia, ut d. cap. cum omnes, & Gloss. in cap. ad audientiam v. Constitutio de Cleric. non residen. Excipit etiam, si absit quis cum causa rationabili, & ob servitium Ecclesie ex c. cum non deceat de elect. in 6. vel causa studiorum ex cap. fin. de Magistr.

In dict. cap. Cum non deceat, absens à residentia loco pro Ecclesie utilitate, vel alia iusta causa, percipit fructus omnes beneficii, seu præbendæ, exceptis tamen distributionibus quotidianis, ut ibi, & Gloss. in dict. cap. un. de Cleric. non residen. v. utilitas, Garz. dict. par. 3. cap. 2. num. 361. Idemque est de omni privilegio concessio à Papa, sive ut ab homine, sive ut à jure participandi fructus in absentia, Gonzal. in proem. §. 7. n. 206.

Et cap. 12. sess. 24. Sacri Concilii Tridentini versic. præterea obtinentibus, statuitur, ut obtinentibus in Cathedralibus, aut Collegiatis dignitates, Canonicatus, præbendas, aut porciones, non liceat vigore cujuslibet statuti, aut consuetudinis ultra tres menses ab iisdem Ecclesiis quolibet anno abesse, salvo tamen Constitutionibus Ecclesiarum, quæ longius servitii tempus requirunt alioquin primo anno privetur unumquodque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, ac residentia suos fecit. Quod si iterum eadem usus fuerit

sterit negligentia, privetur omnibus fructibus, quos ratione etiam præbendæ, ac residentia eo anno lucratus fuerit. Crescente verò contumacia contra eos juxta Sacros Canones procedatur, idest ad privationem beneficii, ut notat Garz. dict. cap. 2. num. 140. Et adverte, quod licet ista pœna privationis fructuum non sit latæ sententiæ, ut ipso facto amittantur, tamen habet rationem latæ sententiæ, quatenus non requiritur ad hanc privationem fructuum monitio, sed sufficit citatio ad dicendum causam, quare non debeat privari, ut per Garz. ibid. nu. 145. cum Sac. Congregatione.

81 Ex eodem Tridentino citato cap. 12. statutum est, ut distributiones illi tantum, qui statis horis interfuerint, percipiant, reliqui, quavis collusionis, aut remissione exclusi, his careant juxta dict. cap. unico de Cler. non residen. in 6. quod Sancta Synodus innovavit, non obstantibus quibuscumque statutis, aut consuetudinibus.

82 Ex dictis concludunt Doctores magis communiter, quod de jure communi absens à loco residentia, etiam si interesse aliàs non possit choro, impeditus ob infirmitatem, vel corporis necessitatem, vel Ecclesie utilitatem, percipit quidem fructus præbendæ, sed non distributiones quotidianas, nisi adsit talis illius Ecclesie consuetudo. Si autem sit præsens in loco residentia, sed non interfuit Choro ad dictas causas rationabiles impeditus, consequi debet etiam distributiones de jure communi. Ita ex d. cap. unico, & dict. cap. Cum non deceat de elect. in 6. tenent Gloss. & Doctores in dict. cap. un. Laym. lib. 4. tractat. de benefic. cap. 7. numer. 3. Sanchez opus. lib. 2. cap. 2. dub. 91. & seqq. Gutierrez can. quest. lib. 1. cap. 1. numer. 139. & 145. Excipitur tamen casus absentia propter impedimentum proveniens ex facto Capituli injusto, ut ob litem, quia tunc percipit distributiones, si tamen sit præsens in loco, vel saltem per eum non ster, ut per Buratt. decis. 694. numer. 5. & Seraphin. decis. 1239. num. 4.

83 Quod autem in dicto Tridentino dicitur, remissionem non suffragari, limitandum est. Quia si Canonici restituerint injustè perceptas distributiones, possent illi, quibus accreverant, eas eidem postea restituere, ac donare, Sanchez loc. cit. dub. 108. & 109. cum aliis.

84 Notandum intuper ex dict. cap. 12. sessio 24. versic. Præterea, quod id habet locum in omnibus Collegiatis, etiam non insignibus, nisi tamen ista non insignes Collegiatae essent rurales, procul destituta, aut in quibus nunquam antea super hominum memoria solitum esset residere, aut adeò tenuis redditus, ut Canonicos aliunde non habentes unde vivat, alere non possint, ut per Sacram Congregationem Concilii 24. Julii 1674. & ex versic. Qui statis horis, &c. intelligitur secundum ordinationem factam, vel faciendam à Capitulo, & Episcopo juxta dict. cap. unico de Cleric. non residen. Et per illa verba non revocantur consuetudines, secundum quas ordinantur distributiones, ut notat ibi Gloss. in versic. Ordinationes, & Gloss. in Clement. ut ii, qui de arat. & qualitat. in versic. nota per consuetudinem. Et in versic. Intererea verò Episcopus, intellige, ut interim Episcopus cum duobus de Capitulo provideat circa ea, quæ spectant ad regimen debitum in officiis divinis, veluti de congrua in his canendi, sive modulandi ratione, & alia hujusmodi, in reliquis salva semper Episcopi auctoritate, de quibus, & aliis pertinentibus ad dict. cap. 12. sess. 24. dictum est alibi fusiùs.

85 Coadjutor verò datus in beneficio obligationem residentia, vel servitii Chori annexam habente, tenetur residere, & inservire per seipsum, ne Ecclesia defraudetur debitis obsequiis, Rota decis. 176. numer. 1. & seqq. tom. 1. recent. Unde si Choro non intersit, amittit distributiones, & si non resideat, amittit fructus, etiam præbendæ, & ipse tenetur adjuo ad id, quod interest, quatenus propter hoc non poterit percipere fructus præbendæ, neque distributiones, Rota ibidem numer. 4. Immo procedi contra eum poterit ad privationem Coad-

jutoria, servato juris ordine, de quo in cap. ex jure de Cleric. non residen. Rota loc. cit. Non tamen tenetur Coadjutor extra Chorum horas recitare præcisè ratione coadjutoria, quia non est propriè beneficiatus, sed ratione Sacri Ordinis, Sanchez dict. cap. 2. dub. 64. n. 3.

Ex eodem Tridentino sessione 23. cap. 16. nullus debet ordinari, nisi iudicio Episcopi sit utilis, aut necessarius suis Ecclesiis, & nisi adscribatur illi Ecclesie, pro cuius necessitate, aut utilitate assumitur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur Sedibus. Quod si locum, inconsulto Episcopo, detulerit, ei Sacrorum exercitium interdicitur, hoc est suspendatur. Itaque ordinatus semel, vel consultatus, alicui Ecclesie adscriptus à proprio Episcopo, non potest inde discedere sine licentia sui Episcopi, neque alius Episcopus potest eum recipere, ut Sacra Congregatio declaravit super dict. cap. 16. Neque potest ordinari ab alio Episcopo, sive ratione domicilii noviter acquisiti, sive jure collationis beneficii, vel jure triennalis familiaritatis. Aliàs incurrit ordinatus suspensionem duraturam ad arbitrium sui Ordinarii, & ordinans incurrit suspensionem à collatione ordinum per annum ex Tridentino sess. 23. cap. 8. refer. De pœnis autem Clericorum vagantium. Vide Menoch. de arbit. cas. 531.

In hoc autem cap. 16. sessione 23. annotandum est, quod, ut Clericus Sacrum Ordinem suscipere valeat, requiritur primò, ut habeat unde commode vivere possit, ne cogatur mendicare, vel sordidum questum exercere, Secundo requiritur locus, ubi sui Ordinis functiones ordinatus exercere possit, ne incertis vagetur Sedibus, & inutiliter videatur ordinatus. De primo agitur cap. 2. sessione 21. de secunda in dict. cap. 16. sessione 23. in quo Sancta Synodus Tridentina ad hæreticis vestigiis sexti Canonis Concilii Chalcedonensis relati in can. solvendo distinct. 23. & can. si officia distinct. 59.

Quod autem in hoc Capitulo statuitur, etiam ad subditos exemptorum extenditur, illorum scilicet, qui intra fines alicujus Diocesis sunt, non autem illos, qui sunt nullius. Nullus igitur, ait Concilium, in posterum ordinetur, qui illi Ecclesie, aut pro loco, pro cuius necessitate, aut utilitate assumitur, non adscribatur; in qua tamen Ecclesia, seu pio loco hi, qui pro illorum necessitate assumuntur, non possunt cogi, ut gratis inserviant. Eum verò, qui in ordinatione non fuit adscriptus, amplius adscribi minimè posse, dixit Sacra Congregatio. Ad hoc facit, quod dicitur cap. 13. & 14. ejusdem sess. 23. Et advertendum est, dictum decretum in dict. cap. 16. habere locum, etiam in minoribus ordinibus, non autem in prima tonsura, & perpetuò ab Ordinariis esse observandum, nulla habita exceptione personarum, vel aliis rationabilibus causis. Tum quia Concilium id præcipere videtur. Tum quia absolue loquitur, nullus ordinetur. Et tum quia utitur illis verbis, qui Ecclesie, aut pio loco non adscribatur.

Ubi sus fungatur muneribus, Ipsi habentur et. cap. 89. 13. & 14. An autem obtinens beneficium possit acceptare aliud beneficium comparabile, sive incomparabile contra voluntatem Superioris primi beneficii, ex dispositione juris communis investigandum, dixit Sacra Congregatio, etsi non abhorruerit à doctrina Hostiensis in cap. admonet de renunc. quod scilicet non sit in usu dispositio illius Capituli. Non tamen ibidem possunt cogi ad titulum patrimonii, qui incertis vagantur Sedibus, ut alicui Ecclesie statis diebus, veluti festis, inserviant, nec Clericis Sacerdotibus non habentibus beneficium in titulum, sive requirens residentiam, litteræ commendatitiae sunt denegandæ, nec revocari possunt, si alicui Ecclesie extra Diocēsem inserviant.

Nullus præterea Clericus peregrinus, sine commendatitiis sui Ordinarii literis ab ullo Episcopo ad divina celebranda, & Sacramenta administranda admittatur. Has

Has autem litteras Abbatem, vel Commendatarium habentem iura Episcopalia exemptum, & non existentem intra alicujus Diocesis fines concedere posse presbyteris secularibus, sibi in temporalibus, & spiritualibus subiectis, dictum fuit, de quo nos alibi. Et cum dubitaret Episcopus, an Presbyter ab eo ordinatus, & Ecclesie adscriptus juxta hoc decretum, qui postea Ecclesiam ipsam sine litteris Episcopi commendatitias detulerat, & Romæ vagabatur, auctoritate Cardinalis Vicarii, vel ejus Vicegerentis possit compelli ad redeundum ad suam Diocesim, censuit Sacra Congregatio, non posse cogi præcisè ad redeundum, nisi beneficium obtineat, requirens personalem residentiam.

91 In Congregatione verò super Episcopis, & Regularibus fuit propositum hoc dubium. Quidam Scholasticus justa de causa venit Romam animo firmo ibi vitam degendi, in qua adhuc permanet. Quæsitum fuit, an possit ex hoc titulo legitime ad Sacros Ordines promoveri, si aliis necessaria requisita habuerit cum beneficio, vel patrimonio sufficienti? Quod dubium cum Sacra Congregatio remisisset ad Navarrum, hic respondit, quod si consulens verò animo coram Deo constituit se permaniturum Romæ, & velle fieri ejus incolam, incepit habitare in ea, emendo, vel conducendo domum, vel utendo habitatione gratis ei concessa, poterit ab Illustrissimo Vicario, vel ejus Vicegerente, tanquam ab Ordinario suo ordinari, vel litteras dimissorias ad alium Episcopum accipere ex allegatis in dicta responsione.

92 Ex Sacra Congregatione Concilii in Ariminensi die 5. Decembris 1574. Clericus, qui certo loco non est adscriptus, ab Episcopo suo invitatus retineri non potest, ne à sua Diocesi recedat, & alibi Parochialem accipiat, adscriptus verò retineri potest invitatus, prout ex litteris Sacre Congregationis super Episcopis exaratis Episcopo Cortonari 19. Octobris 1592.

93 Subnectamus & ista: Pœna à cap. licet Canon de elect. in 6. præscripta iis, qui intra annum Sacerdotium non susceperint, locum non habet in Rectoribus curarum Ecclesiarum in aliquo Ordine Sacro constitutis, adeò indolis, ut ad presbyteratum promoveri non possint, dummodò intra annum à die pacificæ possessionis comparuerint, & se promoveri petierint, sed Ordinarius eos promovere noluisset. Ita Sac. Congregatio Concilii ad cap. 4. sess. 22. in Mediolanensi.

94 Et Sacra Congregatio super Episcopis 13. Junii 1573. ita scripsit Episcopo Clusino: *Se il provisto della Parochiale non promosso dentro l'anno essendo citato a dir la causa, per la quale non s'è ordinato, non la proverà legittima per giusto impedimento, si doverà senz' altro dichiarare incorso nella pena del cap. licet Canon de elect. in 6.*

95 Eadem Sacra Congregatio super Episcopis 20. Julii 1583. Episcopo Camerti: *Presuppusto per vero, che N. N. provisto d'una Parochiale dentro l'anno habbia fatto istanza à Vost. Sig. d'esser promosso, e che ella dubitando della validità della sua collatione habbia ricusato d'ordinarlo, le Congregationi hà risoluto, che non gli dee correre il tempo, perche il cap. licet Canon de elect. in 6. hà inogo contro i negligenti solamente, il che non si può dire di costui.*

96 Et Sacra Congregatio Concilii in Rubensi declaravit. Qui sunt in sacris, & maximè presbyteratus ordine, nullo statuto videntur posse prohiberi, quin vocem in Capitulo habeant.

97 In Patavina Canonici, qui Ordines Sacros debitos post monitionem fumere recusant, ab Ordinario privari debent.

98 In Anconitana. Dubitatum fuit in Sacra Congregatione super Episcoporum negotiis, an Canonico cujusdam Collegiatae deberentur distributiones, quamvis non esset Sacris Ordinibus initiatus, stante decreto dist. cap. 4. sessione 22. & resolutum, quod debeatur, cum obtine-

tes Canonicatum in Collegiata non requiratur, nisi quod habeat quatuordecim annos. Item resolutum fuit, quod distributiones debentur Canonico in Cathedrali pro medio tempore, usquequo ordines suæ præbendæ annos recipiat.

CONSULTATIO CLI.

Cum in cap. Inter cetera de offic. ordin. habeatur ignorantia impedimentum non excusare Episcopum à munere prædicationis quandoquidem in dicto cap. defectum scientiæ reprobandum, nec de cetero tolerandum dicitur, quod Sacri Concilii decreto in capit. 2. sess. de reformat. innovatur, quid dicendum cum ferè nullus hoc tempore reperitur Episcopus, qui per seipsum populo sibi commissio prædicet Sanctum Dei Evangelium? Et an requiratur, ut sit in Sacro Ordine constitutus is, cui hoc munus committitur? Pbi de modo prædicandi. Quemodo differant incepti, & ignorantia? Sancti Episcopi docti, incepti tamen ad concionandum. Qualis prædicationis Episcopis injungatur? De Ministrorum depuratione ad prædicandum. Munus prædicationis animarum cura annexum. An committi possit simpliciter Clerico, laico, mulieri? Prædicationis quibus competat jure proprio? Peccant mortaliter qui Concionatores non idoneos eligunt. Quibus saltem diebus prædicandum? Concionator quæ docere debeat? De Ecclesiis Parochialibus subiectis Monasteriis in nulla Diocesi existentibus. Quid de Concionatoribus regularibus? Consuetudo deputandi Concionatores observanda. Episcopus in Regularibus quid hac in re facere possit? De Concionatoribus, errores, aut scandala seminantibus hæreses prædicantibus. Prædicationis quomodo nulla sint?

DE prædicationis munere habetur in sess. 24. & in Sacris Canonibus multis in locis de circumspèctione, qua verbum Dei tractandum est, deque illius excellentia, & attentione circa illud adhibenda multa recensentur q. 1. can. interrogo vos fratres. Concionator quippe debitor veritatis appellatur, quam à Deo audivit, si aliter fecerit, proditor erit, can. nolite timere 11. q. 3. proque ingenio discentium prædicare debet, can. oportet q. 1. ac operibus etiam docere tenetur, Prosper. de vit. contemplat. lib. 1. c. 15. can. nemo 20. dist. 81. & can. quid 6. dist. 50. & can. quid est dist. 43. can. 8. q. 1. Est enim munus necessarium, quia finis lectionis Sacre scripturæ est prædicationis Evangelica, cum in ipsa præcipua parte cura animarum consistat, cap. quia nonnulli vers. in his præsertim de Magistr. & cap. super specula eod. tit. & Clem. eod. Anima liquidem spirituali cibo æquè ut corpus materiali nutrienda est, d. cap. inter cetera de offic. Ordin. cibumque spiritualem non aliud, quàm Sacramenta, & Dei verbum, quod prædicatione explicatur, esse fatendum est. Adde quod fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Quomodo audient sine prædicante ad Roman. 10. & dist. 47. per totam. Ideoque præcipuum Episcoporum munus est ex Tridentino d. cap. 2. sess. 5. & d. sess. 24. Atque adeò non excusat eos impedimentum ignorantia.

Pro responsione supponendum est differre inter se inepititudinem, & ignorantiam. Sunt enim ut plurimum Episcopi docti, & sacris litteris, Pontificioque jure eruditi, tamen ad concionandum ita parum apti, ut ludibrio, ac derisui potius essent auditoribus ita, ad populum loquentes scenicum quiddam exhibent, non aliter quam histriones, quorum actio nisi placeat populo, non optimo judici, sibilis ejiciuntur è proscenio. Atque interdum audiuntur indecoræ acclamationes, incompolitæ manuum jactationes, alique turbulenti gestus, sibili, cachinni, nisi quid displiceret, aliasque, quæ vulgus è thecatis, ac circis secum ferunt in Ecclesiam Dei. Quæritur hoc frequentius Ioannes Chrysostomus, nonnumquam Hieronymus. Isti igitur detineri justo impedimento censendi sunt.

Neque

3 Neque hoc in Ecclesia caret exemplo, S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus, egregius Theologus, Canonista historicus, à prædicatione abstinuit, qui non propterea doctorem non fuisse dicendum est: Alexandrinam Ecclesiam suos proprios prædicatores habuisse legitimos, Clementem Alexandrinum, Origenem, aliosque multos, & Chrysostomus in Ecclesia Antiochena Flavianus Episcopo Diaconus mox presbyter concionator fuit Severianus Episcopus Gaballensis, & Antiochus Episcopus Tholomina suorum temporum prædicatores insignes Constantinopoli ab Imperatoribus frequentissime audiebantur, Neque ob id Episcopi Doctores dicendi non sunt. Quia sicut ait Theodoretus in Epist. Pauli ad Titum doctor amplectitur eum, qui secundum doctrinam, & fidelem sermonem, potens est exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt arguere.

4 Potesit etiam dubio responderi, S. Concilium in d. c. 1. sess. 5. injungere Episcopis, quod nemo est, qui non possit nempe familiariter, de his, quæ ad salutem pertinent, ad populum verba facere, quod non tantam aptitudinem, & faciundiam requirere videtur. Advertendum tamen, non hinc sequi nullum esse discrimen inter Episcopos, & Parochi sermonem. Nam etsi uterque familiariter loquitur, Parochus tamen ad infima quæque se debet dimittere, non autem Episcopus, cum ad illum audiendum non solum infirmam plebem, sed & proceres ac scientia præditos convenire credendum sit, cumque ipse sapientibus, & insipientibus sit debitor de rebus gravioribus ad Religionem, ac divinum cultum pertinentibus, de suo regimine, deque moribus Civitatis reformandis illi tractandum erit, & hæc omnia, quæ dicit Episcopus, ex dignitate, sermonisque gravitate pronuntianda erunt, non tamen ea ratione, sicut formati prædicatores. Ex quibus aperte constat ignorantia laborantes omnino remiendos, ut in c. nisi cum pridem de renunc. & cap. ultim. de asat. & qualis. Hinc dicitur ad Timotheum, attende tibi, & doctrina.

5 Ad secundum si prædicationis est necessaria, ergo patiter deputatio ministrorum, ac ceteri legitimi ministri prædicationis assignandi sunt. Non enim æquum est, dixerunt Apostoli discipulis Act. 6. Nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis: nos verò orationi, & ministerio verbi instantes erimus. Ad hoc respexit Concilium Carthaginense 4. c. 20. in can. Episcop. 3. dist. 88. dicens Episcopos nullam rei familiaris ad se curam revocet, sed lectioni, orationi, verbi Dei prædicationi vacet; & sicut mundi primordio ministris prædicationis prophetas sanctos Deus delegit, sic postremo ut pariter Ecclesie consulere, dedit alios Apostolos, & Doctores, cumque Apostolis primò dictum fuerit, ire, prædicare Evangelium omni creaturæ, hisque per legitimam successerint manuumque impositionem successerint Episcopi, ipsorum propriè hoc prædicationis munus esse fatendum est, ut notat S. Thomas 3. p. q. 67. art. 2. ad 1. Hinc Apostolus Vamibi, nisi evangelizaveris, & in Episcoporum consecratione, Vade, & prædica populo tibi commissio.

6 Dices in ordinatione presbyteri etiam dici, ipsum oportere prædicare, fateor talia verba denotare potestatem prædicandi.

7 Obijcies iterum. Munus prædicandi in animarum cura centeri commissum, cap. quod Dei timorem de stat. Monach. c. cum ex injuncto de hæret. Respondeo ceteri, si curatus sciat prædicare, non tamen id ab ipso exigere, quod ab Episcopo minime potest, & colligitur ex d. c. 2. sess. 5. & d. c. inter cetera de offic. Ordin. cum prædicare ipsorum necessarium, ac proprium sit officium, & jure merito, quia si non certis personis id demandatum esset, omni vento doctrina fluctuantes circumferremur, & facile deciperemur ab iis, quibus Hierem. Non mittebam Prophetas, & illi currebant, non loquebar, ad eos, & ipsi prophetabant. Ad hæc cum prædicantibus fides adscribenda sit, dicente Christo; Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit, si unicuique passim prædicare fas Tom. X.

esse, prædicationis quidem humanum, non Dei verbum dici possit. Quod sanè dicendum non est. Ex quibus colligitur in Ecclesia Dei esse Episcopos, hisque munus hujusmodi de jure divino competere, Verum cum liquidò constet ex legitima causa, justique impedimenti licere Episcopis prædicationis exercitium alteri demandare, is, cui demandatur, censendus est, non propria, sed aliena, & demandata potestate prædicare.

8 Ex his respondeo, ad secundum cum S. Congregatione, committi posse id munus simpliciter Clerico, cum ex dictis clarè constet, esse actum jurisdictionis, non ordinis. Hinc multa deducuntur. Primò Citratum, licet sit simplex Clericus, non posse prohiberi, quin populo suo prædicet. Secundo, licet excludi, can. adjectum 10. q. 1. & cap. sicut de hæret. Id tamen locum non habet, si à Deo quis mitteretur, quod signis demonstrat d. cap. cum ex injuncto.

9 Obijcies ex d. cap. sent. v. presunt eod. cau. adjectum, v. audeat, & ex can. mulier dist. 23. quod laicis, præsentibus Clericis, non nisi ipsi rogantibus, debet prædicare. Respondeo, à multis viris sanctis id factum, licet eorum facta, qui spiritu deducuntur, in exemplum deduci non debeant.

10 Tertio deducitur, mulierem hujus muneris esse incapax, d. can. mulier, can. quamvis de consec. dist. 4. Doctores in locis hic citatis, nominatim Cardin. in Clem. Dudum de sepult.

11 Sit itaque conclusio, prædicationem non competere iure proprio, nisi ex pastoralis officio, ceteris ex delegatione, Superioris auctoritate, & excommunicatus, s. Quia verò de hæret. Unde solus Papa non habenti curam animarum sive sæculari, sive regulari Clerico, ut ubique terrarum, & locorum possit prædicare potest concedere, cum solius Papæ pastoralis cura totum Orbem respiciat Episcopus in sua tantum Diocesi, Curatus in sua tantum Parochia, qui non nisi de licentia, & approbatione Episcopi prædicet, ut in d. c. 2. sess. 5.

12 Notandum autem est, quod mortaliter peccant qui ex negligentia non idoneos eligunt, cum districtè subjaceant ultioni, Doctores in d. c. Inter cetera de offic. ordin. His nominibus Archipresbyteros, omnesque inferiores, curam animarum habentes comprehendit, existimandum est, qui per se, vel per alios hujusmodi munus subire debent. In dicto tamen c. 2. sess. 5. censuit S. Congregatio, non loqui de prædicatore formato, sed de Sacerdote Curato, qui inter Missarum solemniam conversus ad populum habet sermonem, ut patet ex iis, quæ sequuntur de pœna suspensionis in negligentibus, subtractione fructuum, honesta mercede perfolvenda Coadjutoribus deputatis, & ex iis, quæ habentur in sess. 24. c. 4. Adde, quod ex Divo Thoma 2. 2. q. 184. art. 8. ibique Cajetano. & Soroto de justit. & jure lib. 10. q. 2. Parochi docere debent orationem dominicalem, & Symbolum tantum Apostolorum, aliter tamen dicendum esset, si in aliqua Ecclesia Concionator conduci soleret, quod prævia licentia, & approbatione Episcopi faciendum est.

13 Idque diebus saltem Dominicis ex d. c. 2. sess. 5. & in canon. 19. de script. 6. synod. habetur, quod ii, qui præsent Ecclesiis omnibus quidem diebus, sed præcipue dominicis, omnem Clerum, & populum docere debeant, & ex Concilio Moguntino c. 25. quod numquam desit, diebus dominicis, aut festivitibus, quin verbum Dei prædicet, ad quod respexisse videtur S. Concilium Trident. d. c. 2. Dum dixit pro sua, & eorum capacitate pascant, & canon. oportet 8. q. 1. Dum dicitur pro ingenio discentium prædicare debere, alioquin, ut dicitur in can. dispens. dist. 43. non audientium utilitatem, sed suam ostentationem querunt, quod est contra Apostolum dicentem, Latè docti vobis in potum, non escam. Tempus concionandi habetur in d. c. 4. sess. 24. & merito cum in d. c. 2. sess. 5. agatur tantum de Parocho, non de Prædicatore formato.

14 Docere autem Concionator debet ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem ex d. c. 2. sess. 5. De modo

C

p

prædicandi verbum Dei, & quæ sunt prædicatoribus prohibita habetur ex Concilio Lateranensi *sessio. 11. sub Leone X. Patresque in Concilio Tridentino dixerunt, prædicatores non debere dividere materias, & una die arguere, ac sequenti confutare, sed sequendam Beati Francisci Regulam, qua fratribus ejus præcipitur, ut sint examinata, & casta eorum eloquia ad utilitatem, ac edificationem populi, annunciano ei vicia, & virtutes, penam, & gloriam, ut habetur in c. Exiit §. habetur de verb. signific. 6. Cumque brevitate, & facilitate sermonis. Quia sacri prædicatores ad utilitatem, non ad ostentationem debent prædicare, can. olim 8. qu. 1. ex Augustino contra Faustum lib. 32. c. 10. Cavere etiam debent, ne Prælati detrahant Clem. 1. de privileg. neque auditores detrahant a decimarum solutione sub pena excommunicationis, c. 1. de decim. in 6. Clem. cupientes de penit.*

15 Subdit autem idem S. Concilium d. c. 2. *sess. 5. Si quæ verò Parochiales Ecclesie reperiantur subiecta Monasteriis, in nulla Diocesi existentibus, si Abbates, & regulares Prælati in prædictis negligent fuerint à Metropolitano, in quorum Provincia Dioceses ipsæ sitæ sunt tanquam quoad hoc, Sedes Apostolica delegatus, compellantur, neque hujus decreti executionem consuetudo, vel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, sive recursus impedire valeat, quousque desuper à competenti iudice, qui summarie, & sola facti veritate inspecta, procedat, cognitum, & decisum fuerit. Hoc videtur novum decretum, ut Metropolitanus horum negligentiam suppleat, & corrigat. Sed fortè factum, quia hujusmodi superiores habentes jura episcopalia, & tanquam Episcopi in sua jurisdictione explicanda considerentur. Unde sicut Metropolitanus supplet negligentiam Episcoporum suorum in Provincia sua, ita conceditur, ut possit eorum, quorum Superiores in nulla Diocesi existentes pleno jure Episcopalem jurisdictionem exercent. Metropolitanus visitando Ecclesiam nullius Diocesis *sess. 24. c. 9.* datur facultas viciniore, cum nullus locus reperitur, qui non sit in aliqua Diocesi, idè præsumitur pro viciniore. Esse enim nullius Diocesis est, vel immemorabili consuetudine, vel ex privilegio, & hanc sententiam sequitur est Congregatio Concilii in multis casibus. Eadem S. Congregatio Concilii in Calaritano. Abbas, qui habet in suo territorio jurisdictionem privativè, debet ad Episcopum ram eos, qui licentiam prædicandi obtinere voluerint, quam alios ad confessiones approbandos in Ecclesiis Abbatibus subiectis ipsi Episcopo, offerre.*

16 In Cremonensi Præpositus, etiam exemptus non habet facultatem impediendi benedictionem prædicatoribus.

17 In Calaritano, Rectores, & Beneficiarii alicujus Ecclesie Parochialis (secularis, subiecta alicui Regulari, non poterunt in dicta Ecclesia prædicare sine licentia Episcopi. In Salernitana, si adsit consuetudo, ut in Ecclesiis Regularium verbum Dei prædicetur, servanda erit, & si haberi poterunt fratres illius Ordinis, cæteris paribus præferendi sunt, alioquin alii alterius Ordinis deputati debebunt, à Regularibusque illius Monasterii recipiendi erunt.

18 Regulares verò, licet à suis Superioribus sint approbati, quibus eorum vita, & mores sunt noti, bonus enim Rector cognoscit oves suas, & à quibus licentiam obtinebunt, c. quam si laudabile de jud. quod ampliatur d. c. 4. *sess. 24.* attamen nequeunt prædicare, etiam in Ecclesiis sui Ordinis, Episcopo contradicente. Sed non sine causa debere Episcopum contradicere, censuit S. Congregatio. Licentia ab Episcopo concedenda est, etiam in illa Ecclesia, cujus Superior esset exemptus, nisi esset nullius Diocesis. Tunc talis licentia Prælato illius loci nullius Diocesis competeret, quemadmodum S. Congregatio censuit, & derogatur Clementine dudum §. In Ecclesiis autem de sepult. Hæc ipsa etiam servanda sunt, si Regulares in Ecclesiis, sive suorum, sive non suorum Ordinum voluerint in Ecclesia publica Sac. Scripturam lege-

re, sicut Sacra Congregatio respondit.

Notandum tamen ex sententia S. Congregationis, 19 quod præsupposita consuetudine, ut Episcopus deputate possit prædicatorem alicui populo suæ Diocesis, eam esse observandam. Non potest tamen Episcopus Regulares compellere, ut extraneum in eis Ecclesiis concionatorem admittant, sed si prædicatores ejusdem Ordinis idonei haberi possint, cæteris paribus, ab Episcopo esse præferendos. Nec poterit ex eadem Sac. Congregatione Ordinarius ad libitum, & sine rationabili causa suspendere quenquam à prædicatione.

Si autem, quod absit prædicator errores, aut scandala disseminaverit, Episcopus ei prædicationem interdicit, si hæreses prædicaverit secundum juris dispositionem, aut loci consuetudinem procedat ex d. c. 2. *sess. 5.* de scandalosè, & hæreticè prædicantibus, de quibus Clem. 1. de privil. & excess. Prælat. & Clem. cupientes de pen. c. ad abelendam, ibique Gloss. fin. de hæret. Censuitque S. Congregatio à Sede Apostolica non esse derogatum huic decreto S. Concilii, nisi in ipsis privilegiis appareat expressa dispositio contraria.

Privilegia prædicandi nulla sunt, nisi preces veritati nitantur, c. ex part. 1. de rescript. Idem ambitionem subrepta & obrepta censentur, Innoc. in c. Dudum de privileg. cap. ad audientiam 2. de rescript. Item non sine ratione ea Sedes Apostolica concedit cap. suæ, ibique Gloss. de privil. Item nota, quod in questione de privilegiis, à Sede Apostolica concessis, ad ipsam Sedem Apostolicam recurrendum, c. cap. Cum venissent ad iudic. & Gloss. in d. c. ex parte de rescript. De his, ac de questionibus vide alia quæ alibi diximus.

CONSULTATIO CLII.

De facultate concessa Episcopis, aliisque majoribus Prælati visitandi Ecclesias quascumque, quibuscumque non obstantibus. Ad id decreta S. Congregationis Concilii. Error Typographi in Decreto Sacri Concilii. Quanam capitula in Concilio comprehendantur? An tollatur immemorabilis? An etiam concordia. Quanam concordia præserventur? Quid de juramentis? Quando Episcopus per se ipsum solum, quando per alios visitare possit? Quid de jure communi? An aliud sit visitare Episcopum cum capitulo, & aliud cum aliquibus de capitulo? De visitatione Ecclesie Collegiatae omnino exempta à jurisdictione Abbatis. Quid si Abbatia esset nullius Diocesis? Quid si Episcopus in visitatione juramentum, ac depositiones testium in scripturam redigere voluerit? Quo in loco Episcopus visitare possit capitulum? Decanus, & capitulum potest cumulativè ipsum capitulum visitare. Et quomodo? Quanam decreta in visitatione capituli Episcopus condere possit? An decreto cap. 4. *sessio. 6.* Sacri Concilii obtinent privilegia ex fundatione? Quos adjunctos poterit sibi Episcopus assumere in visitatione personarum sui capituli? Ecclesias exemptas quomodo Episcopus visitare teneatur? Portionarii, alii que, qui Canonici non sunt &c. quomodo subiaceant Episcopo?

IN hac re S. Concilium Tridentinum *sess. 6. c. 4. de reform.* ita decernit: Capitula Cathedralium, & aliarum majorum Ecclesiarum, illorumque persona nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, concordias, quæ tantum suos obligent auctores, non etiam successores, tueri se possint, quo minus à suis Episcopis, & aliis majoribus Prælati per se ipsos solos, vel illos, quibus sibi videbitur, adjunctis, juxta canonicas sanctiones, toties, quoties opus fuerit, visitari corrigi, & emendari, etiam auctoritate Apostolica, possint, & valeant, c. *sess. 14. c. 4. de reform.*

Hæc autem facultas extenditur etiam extra visitationem *sessio. 25. c. 6. de reform.* & ampliatur ex decreto c. 4. *sess. 6.* dispositio c. *err. stragabitis de offic. ordin. §. excessus,* ubi

ubi erat præmittenda monitio, & postmodum Episcopus corrigebat, hodie verò ex hoc decreto per se solum, vel aliis sibi adjunctis, si ei videbitur, visitare, & corrigere poterit.

3 Fuit autem dubitatum, an in hoc decreto subesset error typographi, cum c. 6. *sess. 25.* ad hoc cap. referatur. In illo autem nulla, ut in hoc fit mentio de majoribus Ecclesiis, quæ supra Episcopales confueverunt intelligi, sed de Cathedralibus, & Collegiatis. Respondit Sacra Congregatio, subesse errorem, & majores hoc loco intelligendas Collegiatas, quas illud in specie expressit, hoc in genere.

4 Exemptionibus, aliisque quibuscumque non obstantibus. Unde Sacra Congregatio Concilii censuit, accedente etiam Rotæ sententia, hoc decreto, & c. d. c. 6. *sess. 25.* Concilium non solum comprehendere Capitula exempta, sed etiam quævis alia, præterdencia se posse tueri adversus visitationem, sive vigore consuetudinum etiam immemorabilium, sive sententiarum, sive juramentorum, sive concordiarum, quæ suos tantum obligent auctores non etiam successores, quominus à suis Episcopis visitentur. Quæsitumque fuit, an tollatur immemorabilis, de qua in hoc decreto non fit mentio, sed d. c. 6. *sess. 25.* S. Congregatio respondit, tolli, quia omnes derogationes, de quibus in d. c. 6. extenduntur ad disposita in hoc decreto.

5 Censuitque eadem S. Congregatio hoc decreto, concordias confirmatas à Sede Apostolica non comprehendendi, & stante hac declaratione S. Congregationis, quærenti, an intelligantur præservata concordia in forma communi, an verò illa tantum, quæ emanant ex certa scientia, & cum causæ cognitione? S. Congregatio respondit die 13. Decembris 1586. intelligi illas tantum confirmationes præservatas in decretis Concilii, quæ emanant ex certa scientia, & cum causæ cognitione. Et videtur S. Congregatio Concilii sensisse, verba illa, concordias, quæ tantum suos obligent auctores, referri ad concordias, & non ad juramenta. Unde Gregorius XIII. in sua Constitutione data Romæ 1584. Pontificatus anno 13. loquitur in hæc verba: *Decernentes ens, qui talia juramenta scilicet contra decreta Concilii Tridentini scienter præstiterint, nisi, & commodo rei, & gratia, cujus causa juraverint, privatos esse, alios verò ignorantes, ad præstitorum juramentorum hujusmodi observationem minime teneri, necnon irritum, & inane quicquid secus per quoscumque scienter, vel ignoranter attentatum est hætenus, & deinceps contigerit attentari.*

6 Idque per se ipsos solos, vel illis, quibus sibi videbitur, adjunctis. Hinc ex sententia S. Congregationis, si Episcopus voluerit visitare ex hoc decreto, debet ipse personaliter agere, secus si ex alio Concilii decreto, cum per suum generalem Vicarium, aut visitatorem id agere possit, si modò legitime impeditus fuerit, permissum est c. 3. *sess. 24.* etiam si de visitandis exemptis agerent, cum d. c. 3. exemptiones sustulerit, etiam si de visitandis hospitalibus agerent juxta c. 8. *sess. 22.* Censuit etiam S. Congregatio, Episcopum in visitatione Capituli suæ Ecclesie Cathedralis non teneri assumere aliquos ex gremio Capituli, sed posse, vel per se ipsum visitare, vel aliis, quos voluerit extra Capitulum adjunctis.

7 Juxta tamen canonicas sanctiones, quibus ex verbis Rota dixit contra prudentem S. Congregationis declarationem, Episcopum, sicut de jure communi teneri per Text. in c. ut juxta, ubi Doctores, de offic. ordin. adjungere sibi in visitatione aliquem ex suis Canonicis. Unde reprobat consuetudinem, secundum quam per se ipsum deberet visitare in Extravag. Bonifacii VIII. quæ incipit, *Debeat, de offic. ordin.* sic etiam ad id teneri post Concilium, intelligendo decretum Concilii secundum terminos juris communis ad quod videtur respexisse in illis verbis, quibus sibi videbitur adjunctis, juxta canonicas sanctiones. Nec obstat illa verba per se ipsos solos, ut potè quæ non excludunt Capitulares propter conjunctionem Tom. X.

nam, quam habent cum Episcopo, cap. novis, de his, quæ sunt à Prælat. sine Conf. Capit. Nec alternativa, vel illis, quibus sibi videbitur adjunctis, quasi declarentur per subsequencia juxta canonicas sanctiones, ut intelligi debeant de extraneis. Contrariam tamen Congregationis sententiam, quam modò retulimus, probavit Gregorius XIII. Tum quia hoc expressè permittunt illa verba, per se ipsos solos, excludentia etiam illos de Capitulo, ut patet ex d. Extr. Debeat, ex qua videntur desumpta. Tum quia aliàs cessaret arbitrium Episcopo tributum ibi: *Vel illis, quibus sibi videbitur.* Et quamvis interdum, dispositio loquens de solo Episcopo ratione conjunctionis, non excludat Capitulum, dicendum tamen est, id procedere in materia, quæ commodè explicatur, Capitulum autem seipsum visitare cum Episcopo novum est.

8 Si dicas, aliud esse, Episcopum visitare Capitulum cum capitulo, & aliud cum aliquibus de capitulo, jam cessabit ratio conjunctionis Episcopi cum toto capitulo non cum singulis, d. c. ut juxta de offic. ordin. loquitur de visitatione alterius Ecclesie, quam Cathedralis, prout declarat Gloss. in d. Extrav. Debeat, v. religiosa, ut ait, secus esse in visitatione Cathedralis, quam idè visitare facilius potest solus, quia præmittitur habere notitiam personarum, & si velit aliquas sibi adjungere, convenientius eligit extraneos, quam capitulares, ne se committat suspectis, prout considerat ibi Bonifacius: Et quatenus tantum secundum antiquos canones debuisset Episcopus assumere adjunctos ex capitulo, Concilium tamen intendens removere omnia impedimenta visitationis, liberavit Episcopum ab hac necessitate.

Nec refragantur illa verba relativa, juxta canonicas sanctiones, quia potius determinant subsequencia, ut sit sensus, Episcopos visitare posse, & corrigere juxta canonicas sanctiones si, opus fuerit per se ipsos, vel illos, quibus sibi videbitur adjunctis, prout eadem verba habentur in c. 4. *sess. 14.* ubi determinat ipsam visitationem & correctionem in in cap. 10. *sess. 24.* & alibi, quæ commodè non possunt referri ad præcedentia de adjunctis, quia non proferuntur canones, in quibus statuitur, Episcopum in visitatione sui capituli debere adhibere Canonicos, & propterea eos, qui sibi videbantur, & quatenus adessent, non erat necesse ad eos se referre, quando id Concilium discretis verbis expressit, argum. l. doli clausula ff. de verb. oblig.

Toties, quoties opus fuerit, visitari, &c. In territorio Abbatie de Covarruvias extat collegiata insignis omnino exempta à jurisdictione Abbatis. Quæritur quis illam, an Episcopus Burgenfis, cujus Diocesis præceditur esse Abbatia, an vero ipse Abbas possit visitare, corrigere, etiam juxta c. 6. *sess. 25.* Sacra Congregatio Concilii censuit, hoc decretum in d. c. 4. *sess. 6.* & prædictum c. 6. *sess. 25.* nullum jus Abbatis tribuisse visitandi collegiatam, quia capitula loquuntur de Episcopo tantum, idcirco Episcopum posse visitare, si modo dicta collegiata est in Diocesi Burgenfi.

At quid si dicta Abbatia esset nullius Diocesis? Tunc dicerem, hanc facultatem spectare ad viciniorum Episcopum juxta c. 9. *sess. 24.* quemadmodum etiam S. Congregatio sæpè in consimilibus judicavit. Ubi verò statutum inter Episcopum, & capitulum est ab Apostolica Sede confirmatum circa exemptionem capituli à jurisdictione Episcopi, Sac. Congregatio censuit, Episcopum, quando fit inquisitio, quæ vocatur preparatoria, non posse recipere juramentum à visitatis, nec procedere ad capturam, nec mandare, ut detur copia testium, nec procedere ad ullum genus pœnarum, sed posse utique visitare, si modo sine adjunctis, prout juris fuerit contra aliquem capitulato judicio, prout juris fuerit contra aliquem capitularem in casu, quo contra accusatum de crimine comprehenso in prædicto statuto, sive concordia, Apostolica auctoritate confirmata, ad pœnam voluerit procedere, servandam esse concordiam.

Quia si Episcopus in visitatione juramentum & de iure

positiones restitui in scripturam redigere voluerit, præsertim si contineant crimina aliquorum de capitulo, contra quos non nisi cum adjunctis, est procedendum juxta decretum c. 6. sess. 25. Sacra Congregatio respondit, posse, & hanc facultatem visitandi extendi etiam ad res, & bona capituli, ejusque administratores, & si administratio rerum, & bonorum inter Episcopum est communis cum capitulo, alium modum præscribendum, nisi quod intra visitationis limites se contineat, & posse etiam Episcoporum in visitatione procedere, & cognoscere de delictis occultis, ac secretis, nedum de scandalosis, & publicis. Præterea Episcopum non posse visitare in ædibus suis Episcopalis, sed cum visitare voluerit capitulum, debere accedere ad locum, in quo capitulares congregati, & suos actus expedire consueverunt, si id tamen congruè fieri poterit, sin minus ad locum congruum, & communem, sed non teneri accedere ad locum capituli, quousque prosequi velit visitationem alicujus particularis personæ de capitulo; si tamen capitulum occasione visitationis convocare ipse voluerit, non posse extra locum solitum habere illud congregari, ut dictum est. Item censuit Sacra Congregatio, Episcopum in visitationem notarium capituli non teneri assumere. Item Episcopum in visitatione capituli posse aliquod crimen corrigere, ac punire, non tamen ad poenam, sed potius ad emendationem morum, cum finis visitationis sit potius emendatio, quam punitio. Quod si, compilato processu, & formato judicio, prout juris fuerit contra aliquem in visitatione, Episcopus voluerit procedere, servare debet formam traditionum in d. c. 6. sess. 25. ut non solus, sed adhibitis adjunctis procedat.

13. Neque hoc decreto c. 4. sess. 6. prohibetur Decanus, & capitulum, quominus, si legitime id sibi competat, visitare ipsum capitulum, singularemque personas subiectas cumulatim cum Episcopo, seorsum tamen ab eo, nec poterit Episcopus deinde punire, & corrigere, qui alias legitime in visitatione fuit punitus, & correctus ab ipso Decano, non obstante, quod minus plenè punitus, vel correctus fuerit.

14. Notandum. Cùm Concilium de condendis statutis in visitatione nihil egerit, non præsumi majorem auctoritatem dedisse, quàm ipsi visitandi de jure competit. In visitatione tamen licere debet ei decreta facere, etiam sine consensu capituli, dummodò ea non præcipiat, in quibus jus commune requirit consensum capituli.

15. Hoc autem decretum cap. 4. sess. 6. ita procedit, quod non obtinet privilegia ex fundatione competentia, neque consuetudo immemorabilis ex S. Congregatione Concilii in Cremonensi 13. Maii 1574.

16. Eadem S. Congregatio in Seguntina Episcopus poterit in visitatione personarum sui capituli assumere adjunctos in actu visitationis, quos voluerit, etiam extra gremium capituli.

17. Et in Palentina. Episcopus Ecclesias exemptas per seipsum visitare tenetur ex hoc decreto, non autem per suum Vicarium generalem, sed bene per ipsum ex decreto c. 3. sess. 24. Quod procedit in non exemptis, 20. Augusti 1574.

18. In Boscoducen. Hoc decretum, quod mentionem facit de Cathedralibus, aliisque majoribus Ecclesiis, collegiatarum quoque Ecclesiarum capitula omnino comprehendit, ut in sess. 25. c. 6. expressè sancitum est Kalendis Aprilis 1570.

19. In Seguntina. Portionarii, aliique Beneficiati, Sacerdotesve ejusdem Ecclesie Cathedralis exempti, qui Canonici non sunt, nec vocem habent in Capitulo, Episcopo subiacent, ac etiam extra visitationem corrigi, puniri, & multari possunt.

Quomodo excessus secularium Clericorum, & Regularium, degentium extra Monasteria, ab Ordinario loci corrigendi sint? Quæ requirantur in corrigendis excessibus? Quomodo Ordinarius agere possit contra professores militiarum, etiam Religionis Hierosolymitana? Reformatio, & correctio an idem? Decreta.

1. Id habetur in c. irrefragabili de offi. ordin. & sess. 6. c. 3. de reform. etiam ratione quorumcumque beneficiorum, quæ possident in aliena Diocesi, exceptis iis, qui actu alicui militiæ, adscripti sunt juxta, c. 11. sess. 24.

2. Prælati autem Ecclesiarum ad corrigendum subditorum excessus prudenter, ac diligenter intendere debent. Ista enim duo in corrigendis excessibus requiruntur, Prudentia in observando modo, quam præscribit Concilium sess. 13. c. 1. Diligentia, & tantò diligentius Prælati assurgat, quantò damnabilis est offensas deferere incorrectas, c. qualiter, & quando de judic.

3. Et nemo secularis Clericus cujusvis personalis, vel regularis extra Monasterium degens, etiam sui Ordinis privilegii prætextu, tutus censetur, quominus si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato, secundum Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat ex S. Concilio Trident. sess. 6. c. 3. & sess. 14. c. 4. & 5. de reform. Quibus confirmatur decretum Concilii Chalcedonensis in can. qui verè 16. q. 1. ubi Monachi euntes per civitatem Episcopo subduntur, & c. quoniam de privi. ut Seculares, & Regulares, non obstantibus quibuscumque privilegiis, Episcopo subiacent.

4. Tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato. Ex quo censuit S. Congregatio, Ordinarium agere posse contra omnes professores militiarum, Hierosolymitanis privilegio Beati Pii V. dumtaxat exceptis, & si dicti extra locum suorum Ordinum de Superiorum suorum licentia degerent, id ipsum in omnibus Regularibus statuit. Est hoc in loco quæstio, an Ordinarius Regularum, jam diu extra claustra de sui superioris licentia, degentem, ab ipso alicui muneri exercendo præfectum, punire valeat si in eo cum scandalo illum deliquisse comperiat? An potius ad ejus Superiorem puniendum remittere debeat juxta c. 14. sess. 25. de regul. S. Congregatio respondit, posse ab Ordinario puniri.

5. Ad quæstionem verò, an Regularis, qui non est de familia alicujus monasterii in Diocesi, si ibi delinquens fuerit reperiens, debeat per Ordinarium corrigi, an potius ad Superiorem illius Monasterii, ubi delinquens diverteretur, an ad alium remitti ad præscriptum d. c. 14. sess. 25. de regul. Sacra Congregatio respondit, Concilium non considerasse Regularem, nisi extra, vel intra Monasterium degentem, tam in d. c. 3. sess. 6. quàm in prædicto c. 14. Unde differentia inter utrumque caput est, quod in c. 3. Regularis delinquens, qui tamen extra Monasterium degit, potest ab Ordinario puniri, ibi verò in c. 14. agitur de Regulari, qui notoriè intra, vel extra claustra delinquit, non tamen extra Monasterium degit.

6. An autem ab hujusmodi correctione detur appellatio, latè diximus alibi. An Regulares degentes ex licentia suorum Superiorum in domo ad erectionem Monasterii destinata, comprehendantur sub dispositione dicti decreti c. 3. adeo, ut ab Episcopo, si deliquerint, puniri, & corrigi valeant? S. Congregatio censuit, nisi in ea Domo sub Superiore regulariter vivatur, comprehendi juxta Canonicas sanctiones d. c. qualiter, & quando de accus, & d. c. quoniam de privi. cum ibi notatis.

7. Et notandum, quod non est idem reformatio, & correctio morum, quemadmodum notatur in d. c. irrefragabili. Quia data potestate reformandi, non venit potestas corrigendi. In dicto autem c. 3. sess. 6. datur facultas corrigendi mores, non obstantibus privilegiis, idque ne delicta remaneant impunita.

Quod Episcopus in aliena Diocesi nec Pontificalia exercere, nec Ordines conferre valeat. Alieno Episcopo quatenus liceat exercere Pontificalia in aliena Ecclesia, & ministrare chrisma? An de licentia Capituli, Sede Episcopali vacante? Quid de ordinatione familiarum Episcoporum? Quid de Abbatis benedictis Ordinari illegitimè ex c. 5. sess. 6. de reform. quas poenas incurrant? Et quas Ordines? Vicarius an possit concedere licentiam, ut alienus Episcopus pontificalia exerceat in sua Diocesi.

1. Extat hac de re decretum S. Concilii Tridentini sess. 6. c. 5. de reform. cujus hæc sunt verba: Nulli Episcopo liceat, cujusvis privilegii prætextu pontificalia in alterius Diocesi exercere, nisi de Ordinarii loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantum. Si secus factum fuerit Episcopus ab exercitio pontificalium, & sic ordinari ab executione ordinum sine ipso jure suspensus. Vide Concil. i. Nicænum cap. 15. ac 16. Concil. 2. Arelat. c. 13. Antioch. sub Julio L. c. 3. Sardicene c. 18. & 19. Carthag. 3. c. 20. & 31. Aurelianense 3. c. 15. can. placuit cum seq. 7. q. 1. & Concil. Trident. sess. 14. de reform. c. 2. 3. & 8. & pertractatur passim. 9. q. 2.

2. Censuit tamen S. Congregatio licere alieno Episcopo exercere pontificalia in aliena Ecclesia, & ministrare chrisma, & ordinare Clericos tum ejusdem Diocesis, de licentia tamen Ordinarii, tum extraneos cum literis dimissorialibus suorum Ordinariorum, & hoc ipsum de licentia capituli, Sede Episcopali vacante, licere, non obstante c. 10. sess. 7. quod voluit tantum coartare hanc facultatem intra annum. Nec obstat d. c. 5. sess. 6. dum aut sine licentia Ordinarii, quia capitulum hoc casu vice Ordinarii fungitur Minusque obstat dictio illa subditos, sive subiectos, quandoquidem hæc dimissoria suorum Ordinariorum fecerunt illos subditos. Hinc idem Episcopus ex eadem Sac. Congregatione ordinare poterit familiares triennales, tam Episcopi, in cujus Diocesi exercet pontificalia, quàm alterius, si expressa adsit suorum licentia, cum tales familiares, concurrentibus his, quæ in decreto c. 9. sess. 23. & in Constitutione Innocen. XII. exiguntur de qua alibi, pro subditis habeantur.

3. Abbas verò benedictus, vel ex privilegio pro benedicto habendus, facultatem habens exercendi pontificalia, & solemnem benedictionem populo dare poterit, & omnia illa Sacra benedicere, in quibus unctio non requiritur, in districtu tamen sui Monasterii, & Ecclesie, in qua habet jurisdictionem, extra verò varias benedictiones dare, reconciliare Ecclesias, & Cœmeteria, non nisi de licentia Ordinarii.

4. Si verò in dicto loco suæ ordinariæ jurisdictionis, dum minores ordines conferit suis subditis regularibus, alios Regulares ad hoc, ut ordinentur à suis superioribus missos sine consensu Ordinarii loci, ordinaverit, poenam d. c. 5. positam incurret. Quod enim in eo statuitur in Episcopos, multò magis statuitur in Abbates dicendum est, cumque simpliciter dicat suspensos ab exercitio pontificalium, debet intelligi absolute, non per annum dumtaxat, sicut in c. 10. sess. 23. Quia quando Concilium voluit suspendere per annum tantum, expressit, ut c. 2. sess. 14. & c. 8. sess. 23. Unde hic Abbas ab exercitio illorum actuum erit suspensus, quos pontificali dignitate, & auctoritate exercebat, nempe à collatione ordinum, & aliis supra numeratis, non autem à divinis, quia uti Sacerdos celebrare poterit absque eo, quod in irregularitate incurrat. Ad exercitium tamen eorum, à quibus fuit suspensus, rehabilitatione indigebit.

5. Et sic advertendum sic ordinatos, & proinde ex d. c. 5. suspensos ab ordinum executione, si celebraverint, effici irregulares, ac indigere dispensatione.

6. Si quæras, an dictus Abbas hos ordinando incidat in poenam d. c. 10. sess. 23. Respondeo non incidere. Quia cap. Tom. X.

10. loquitur tantum de concedentibus dimissorias, neque etiam incidit in poenam cap. 2. sess. 14. Quia ibi agitur de Episcopo nullius, neque etiam incidit in poenam cap. 8. Quia ibi loquitur quando sine testimonio Ordinarii; quia etiam nec Episcopus, nullum habens Episcopatum, potest in Ecclesia suæ jurisdictionis, veluti si esset præpositura, sine expressa licentia Episcopi, intra cujus fines Diocesis, sita est præpositura, chrisma conferre, & alia pontificalia exercere, nec poterit Episcopus Pontificalia exercere in loco exempto, qui sit jurisdictionis Episcopi, intra cujus Diocesis fines est locus ille, etiam si ille inferior prætenderet ratione exemptionis vocare Episcopum, quem maluerit, administrare Sacramentum confirmationis, dummodò locus ille exemptus sit intra fines Diocesis alicujus, secus autem si esset nullus.

7. Licentia verò debet esse expressa. Hinc Vicarium non posse præbere hanc licentiam, nisi habeat speciale mandatum, censuit S. Congregatio.

8. Et facta. In Mediolanensi 15. Aprilis 1575. Episcopus in alterius Diocesi ab executione Ordinarii loci eos tantum ordinare poterit, qui à suis Ordinariis dimissorias generales habent.

9. Nec idem Episcopus in alterius Diocesi chrisma ministrare potest eadem die, eodemque anno.

10. Non licet Episcopo extraneo in aliena Diocesi, etiam id in Ecclesiis prætendentibus jurisdictionem Episcopalem ab immemorabili tempore citrà, Sacramentum confirmationis, & Ordinis absque licentia Episcopi, vel aliud pontificale munus exercere.

11. Nec etiam poterit Prælati inferior, etiam exemptus, hæc licentiam concedere, sed Ordinarius loci intelligi debet Episcopus ille, in cujus Diocesi locus est constitutus.

12. In Aquileiensi 14. Junii 1569. non poterit etiam hujusmodi licentiam concedere Patriarcha in locis alienæ Diocesis, ubi aliquas Ecclesias sibi immediate subiectas habet, nec pontificalia munia ibidem obire.

13. In Bisuntinensi. Per decretum e. 5. sess. 6. non excluduntur Clerici aliarum Diocesium, si suas literas dimissorias habent, quominus possint ab Episcopis extraneis in aliena Diocesi, de licentia Ordinarii pontificalia exercere, ordinari.

Quinam sit Sacramenti Confirmationis ordinarius Minister? Quatenus Abbas illud conferre possit? Quis illius extraordinarius Minister? Desinit à Pontificibus, & Conciliis generalibus dupliciter differunt. Quæ revocare nequeat Pontifex? In quibus Pontifex infallibilitatem non habeat? Quid possit Pontifex contra Concilia? Quomodo, & in quibus successores Pontificis, à Pontifice non ligantur. De iis, quæ ad Ecclesiasticam disciplinam concernunt, quæve ad fidem. Decretum irritans appositum in Concilio, decretis quanti roboris? Devotio specialis Concilii an necessaria?

DE ordinario ministro Sacramenti Confirmationis fusè alibi disceptavimus, ac liberè aliqua nunc dicemus ex Concilio Tridentini can. 3. sess. 7. de confirmatione, ita decernentis. Si quis dixerit sancta Confirmationis ordinarius minister non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem, anathema sit, can. manus de consecrat. dist. 5. Concil. Florent. in decr. Eugen. Innoc. I. epist. 1. c. 3. idem Trident. c. 4. sess. 23. Concil. Senonense De Sacram. Confirmat. Guido de Monte Lyranus in c. 8. nipulo Curatorum tr. 3. p. 1. c. 1. Nicolaus Lyranus in c. 8. dist. Apost. Durandus à Sancto Pontiano lib. 4. sentent. dist. 7. qu. 3. Gulielmus Durandus in rational. divinor. lib. 1. c. 9. Guibertus Tornacus de offic. Episc. c. 43. Sanctus Thomas Aquinas in tractat. art. fidei c. 14. & contra Ecclesie c. 14. de septem Sacramentis, Innocentius III. I. c. 3. Vicar-

Vicario apud Constantinopolim, & Patriarchæ Constantinopolitano, Petrus Lombardus *lib. 4. dist. 7.* Hugo Victorinus *de Sacram. fidei lib. 2. p. 15. c. 1.* Robertus Ticinensis *lib. 5. de divin. offic. c. 16.* Petrus Damiani *serm. 1. in dedicat. Eccles. Abbo Floriacensis vita S. Eadmundi c. 8.* Rabanus Maurus *de instit. Cleri lib. 1. c. 30.* Walafridus Strabo *de rebus Eccles. Concilium Parisiense lib. 1. c. 3. 3.* Haymo *homil. in ser. 2. Pasche*, Carolus Magnus *lib. 6. legum c. 83. & c. 174.* Alcuin. *de divin. offic. c. 19. de Sabbato Sanctæ Pasche.* Willibaldus Eistrentensis *vita Sancti Bonifacii c. 20.* Synodus Francica, Gregorius III. *epist. 2. ad Bonifacium*, Marcellinus presbyter *vita S. Switherti c. 63.* Beda *ad c. 8. Ab. Apostol. Gregorius Magnus lib. 3. epist. 9.* Jo. Tertius *ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ, Leo I. epist. 88.* Innocentius I. *epist. ad Decentium Eugubinum c. 3.* Hieron. *dialog. adversus Luciferianos c. 4.* Pacianus *ep. 1. ad Sympronianum*, Concilium Elibertinum *canon. 38.* Melchias ad Episcopos Hispaniæ, Cornelius Papa *epist. ad Fabium Antiochenum*, Urbanus I. *epist. ad universos*, Clemens I. *epist. 4. Dionysius Areopagita Eccles. hierarch. c. 2. p. 2. & p. 3.* Simeon Thessalonicensis *lib. 2. de Sacram.*

Extraordinarius autem Minister est ille, cui Summus Pontifex id concederet. Unde Abbas habens ex privilegio Sedis Apostolicæ, ut Sacramentum confirmationis possit conferre, Gregorius XIII. audita relatione Congregationis Concilii, annuit, quod possit, de licentia tamen ordinarii. Et ex sententia ejusdem Congregationis idem Gregorius respondit, Abbatem habentem privilegium ea omnia, quæ spectant ad Episcopum, posse exercere, non posse Sacramentum confirmationis administrare, neque ordines conferre, cum ea, quæ sunt Ordinis requirant specialem mentionem, nec reperiuntur inferioribus Prælati concessa. Et licet exceptio firmet regulam, non tamen implicat, ultra ejus naturam, ut comprehendat ea, quæ sunt aliis reservata, & de quibus faciendâ est specialis mentio, prout est confirmari.

Salva semper in omnibus Sedis Apostolicæ auctoritate, ut habetur in decreto de reformatione *d. sess. 7. & sess. 25. c. 21.* in fine. Quia, ut inquit Paschalis Secundus *in c. Significasti de elect.* quicquid à Concilio manat Romanæ Ecclesiæ auctoritate fit, ut roboretur. Hinc promulgorum, quæ obijci solent, solutione advertendum est, Cum definita à Pontificibus, & Conciliis generalibus legitime convocatis, & confirmatis in duplii constituantur differentia. Vel enim in credendis veritatibus versantur, & dogmata dicuntur. Vel in disponendis hominum actionibus, eisque dirigendis, consistere videntur, & legum nomine comprehenduntur. Priora Papa neque revocare, neque eis contraria potest statuere. Posteriora verò, & revocare, eisque contraria concedere, ac promulgare potest.

Diversitatis ratio est, tum quia in dogmatibus constituendis Pontifex potestate infallibili nititur, qua fit, ut semel definitum, firmum, fixum, ratumque habeatur. Tum quia veritatis fidei constantia mutationes non patitur. Quod enim verum est, semper verum esse necesse est. Non item in edendis legibus. Primo quia in eis Papa infallibilitatem non habet, potestque eas hominum factis minus convenientes constituere. Deinde quia facta, circa quæ leges versantur, mutari consueverunt. Unde quæ olim opportuna judicata sunt, diuturnitate temporis extabuisse videmus. Mutatis enim circumstantiis, & facta mutantur *c. non debet de consang. & affinit.* Sic tempus, quod multa seculum defert ex rerum statu, multa commutavit in melius.

Olim clanculum in aedes privatas conveniebant pauci Christiani; nunc in templum publicum, & consecratum congregantur omnes. Utrum decentius? Nimirum hoc Olim in Cœnis sumebatur Eucharistia, in quibus, teste Paulo, alius esuriebat, alius ebrius erat; nunc à jejunis sumitur ad Sacram mensam. Utrum religiosius? Olim in Ecclesia alius habebat hymnum, alius Apoca-

lypsim, alius Psalmum, alius loquebatur linguis, alius prophetabat, & interim garriebant mulierculæ, nunc certis hominibus distributa sunt officia, cæteri taciti, compositique auscultant, aut orant. Utrum religiosius? Olim in nocturnis vigiliis cursitabatur ad Sepulchra martyrum à pueris, puellis, viris, monachis, uxoribus, factis virginibus; at flagitia, quæ sub umbra pietatis amittebantur, persuaserunt, ut hoc vigiliarum genus tolleretur. Nocturni populus obambulabat cum candelabris argenteis, canens hymnos, & interdum diversæ professionis sibi occurrebant chori, hymni versi sunt in rixam, candelabra in arma An non igitur, & hoc rectè sublatum?

Olim corpus Domini dabatur in manum, ut domi, cum vellent, sumerent, qui acceperant, at cum existerent, qui tractarent indignè, qui ad artes magicas abuterentur, mutata est in melius consuetudo. Olim populi suffragiis creabantur Episcopi, ejusdem libidine deiciebantur, interdum lapidabantur. Res erat plena tumultus, interdum & cædis. Itaque res ipsa persuasit, ut penes paucos, ac certos homines esset jus designandi Episcopos, aut etiam submovendi. Olim totus populus canebat, & Sacerdoti respondebat, Amen. Ibi strepitus tonitruo non absimilis, & ridicula vocum confusio spectaculum exhibebat indignum cultu divino; nunc designari sunt qui canant decenter, cæteri pallunt in cordibus suis Domino. Recens Ecclesia nullam speciem musices recipiebat, nec sine reclamazione recepta est, sed modulata recitationi similior, quam cantui, primum apud Græcos, deinde apud Latinos, cujus speciem adhuc videre licet in precatone dominica, aut si quid aliud est ejus generis, nunc, ut est natura rerum humanarum, eò degeneravit usus, ut in multis templis ferè nihil audiat præter immanem boatum, aut ineptum vocum garritum, qui citius invitet ad lasciviam quam ad pietatis affectum. At non idèò musica omninò submovenda è templis, sed quod pravè irrepit, arte corrigendum est.

Sæculis aliquot abominabile censebatur in templis Christianorum videri pictam, aut sculptam imaginem. Id juxta illorum temporum rationem suadebat pietas, partim ob Judæos, qui ex præcepto Dei detestabantur omnia simulachra alioqui proclives ad idololatriam, partim ob eos, qui ex gentibus venerant ad Evangelium, in quibus probabile est aliquamdiu resedisse veteris instituti reliquias. Nunc imaginum, & simulacrorum usus eò processit, ut non solum modum excesserit, verum etiam à decoro recesserit. Videmus in templis, quæ parum decorè pingentur, sculperentur in porticibus, aut popinis. Nihil tamen necesse est in totum submovere picturas, aut sculpturas, quæ plurimum habent, & voluptatis, & ornamenti, & utilitatis, sed quod est vitii, corrigendum erit.

Olim Ecclesia nullas habebat scholas publicas, dumtaxat in re theologica; solus Episcopus erat Doctor omnium. Sed quanto rei Christianæ bono instituta sunt scholæ, præsertim apud nationes barbaras? Nunc questus, & ambitio vitia vitavit hoc bonum, quæstionculis ad ostentationem magis, quam ad pietatem faciendis. An idèò tollendæ scholæ? Nequaquam, sed ad Christianam sobrietatem revocanda sunt studia. Olim liberum erat monachorum genus; sed cum increscens turba se per Orbem spargeret, exordiis ab Ægypto profectis, multaque flagitia sub obtentu pietatis committerentur; jamque per hos metueretur totius Ecclesiæ consilio, necessariò reducti sunt in vitæ genus adstricti. Olim adversus hæreticos non pugnabatur, nisi gladio spiritus; verum postea quam eò pervicacia studiorum efferverat, ut res ad eventum Orbis tumultum spectare videretur, coacta est Pontificum, Cæsariumque potestas legibus, & armis publico occurrere discrimini. Quid multis? Si Paulus hodie viveret, non improbarer, opinor, præsentem Ecclesiæ statum, in hominum vitia clamare.

Neque ex dictis ad Papæ potentiam fas est arguere, eum non posse dogmata definita mutare. Nam ut dictum est,

est, id ex ejus infallibilitate provenit, qua fit, ut ipse in definiendo errare minimè possit. Cum ergo dicitur, Papam non posse contra Concilia, & Prædecessorum decreta statuere, intelligendum est de iis, quæ fidei sunt. Cum verò à Conciliis Papam, & successores à Papâ non ligari dicitur, intelligendum est de legibus, & Constitutionibus; ac iis, quæ communiter juris positivi nomine comprehenduntur. Et ad ista respexit idem Paschalis, dum dixit *in d. c. significasti de elect. par in parem non habet imperium.*

10 Ex quibus habetur qua ratione in Concilio Tridentino *c. 21. sess. 25.* dicatur omnia, & singula &c. quæ de morum reformatione, atque Ecclesiastica disciplina in his Sedis Apostolicæ Auctoritas salva sit, & esse intelligatur. Licet enim Papa convocando, & postmodum approbando acta in Concilio, videatur se obligare, tamen quia sunt quæ reformationem, & Ecclesiasticam disciplinam concernunt, loca tempora, personas, & circumstantias respiciunt, jure poterit Papa aliter, atque aliter statuere. Idipsum annuit idem Concilium Tridentinum in fine *de recip. & observat. decretis Concilii* in ultimis verbis ibi: *Vel commodiori quacunque ratione ei visum fuerit, provinciarum necessitatibus pro Dei gloria, & Ecclesiæ tranquillitate consulatur.*

11 Quod in Ecclesia non caret exemplis. Hilarius in *ep. 5. ad Alcanium Episcopum* dispensat in electione Episcopi facta contra quartum canonem Nicenæ Synodi sine Metropolitanano, & simplici *epist. 18.* ad Senonem electionem factam contra canonem Nicenæ Concilii, quo statuitur Episcopus in propriis Civitatibus, & Comprovincialibus ordinandos, approbavit.

12 Hinc inferitur non multum habere robur in Concilii decretis decretum irritans contra Canonis auctorem, qui est Papa, quominus possit dispensare, & in totum pro Ecclesiæ edificatione atque, temporum conditionibus postulationibus, ut pulchrè per Divum Thomam contra *impugn. Relig. c. 3.* propè finem, passimque Doctores in *can. scilicet dist. 15. & 25. q. 1.* Et cum dubitaretur, an non obstantibus Concilii Tridentini aliquibus decretis, necessaria sit specialis derogatio in quocunque decreto, ubi Concilio esset derogandum? Respondit S. Congregatio ex sententia Rotæ, Beato Pio V. comprobante, non esse necessariam, quia comprehenditur in cæterorum Conciliorum generalibus derogationibus. Et ex his etiam clarè constat, Concilium Tridentinum, qua parte derogat dispensationibus, non ceteri derogasse dispensationibus post Concilium à Papa emanatis, etiam si tales dispensationes specialem non habeant derogationem, quicquid Rota dicat in derogationibus Concilii, Lateranensis generalis Concilii requirit, specialem mentionem derogationis, sed saltem ut generalibus Conciliis in genere derogetur.

CONSULTATIO CLVI.

1. De tenentibus plures Cathedrales Ecclesias. Ubi an comprehendantur Cardinales? Quid de retinentibus plures Commendat. Beneficia, &c.

2. Quibus personis beneficia conferenda? Pœna in provisorum, & providentem. Quid si non reperiantur viri idonei?

3. De reventoribus plurium beneficiorum contra Canones. De quibus beneficiis id intelligatur? An de Commendat. Casus in quibus pluralitas beneficiorum toleratur. Præsumpta dispensatio an habeat locum contra decreta Concilii? Ubi decreta.

1 Ad primum. Nemo quacunque etiam dignitate, gradu, aut præminencia præfulgens, plures Metropolitanas, seu Cathedrales Ecclesias in titulum, sive Commendat. aut alio quovis nomine, contra S. Canonum instituta nempe *cap. Cum in cunctis. §. Cum verò de elect. c. Sicut de excess. Præ. can. 1. & 2. 11. qu. 1. San-* Tom. X.

torum dist. 70. can. unio 10. q. 3. c. quia in eandem, c. ad hac, & c. de multa de præb. c. quia nonnulli de magister. c. Cum singula de præb. in 6. Clem. gratia de rescrip. cap. Execrabilis. §. Qui verò in Extrav. com. de præben. Concil. Trid. sess. 24. c. 17. de reform. recipere, & simul retinere præsumat. Qui autem plures Ecclesias detinent; una; quam maluerint retenta, reliquis intra sex menses, si ad liberam Sedis Apostolicæ dispositionem pertineant, alias intra annum dimittere teneantur; alioquin Ecclesiæ ipsæ, ultimò obrenta dumtaxat excepta, eo ipso vacare censeantur. Ita S. Concilium Trident. c. 2. sess. 7. de refor. Quod ampliatur, c. 17. sess. 24.

At quaeritur, an comprehendantur Cardinales, cum hi comprehendendi non dicantur, nisi eorum fiat mentio, & præcipuè in odiolis? S. Congregatio dixit comprehendendi, cum simus in lege correctoria, & in materia peccati. Maximus enim abusus est, ut, qui vix fructuosè unam Ecclesiam regere potest, alteram accipere audeat, cum unusquisque in sua Ecclesia residere teneatur ex eodem Tridentino *sess. 23. c. 1.* & Cardinalis etiam ad residentiam est adstrictus.

An verò liceat detinere unam in titulum, alteram in commendam, ut habetur in *can. relatio 21. q. 1.* cum non prohibeatur, nisi plures habere in titulum, vel plures in commendam, & potissimum id non abhorret ab antiquis Canonibus *d. can. relatio?* Ex S. Congregationis sententia dicitur, non licere tum ex contextu *disti c. 2. sess. 7.* tum ex iis, quæ tenent Doctores in regula de triennali possessione. Nam commenda *in d. can. relatio*, erat temporalis, & nomine depositi tenebatur, & Commendatarius non faciebat fructus suos, ut aperit colligitur ex *epist. 13. lib. 1. Beati Gregorii*, ex qua hic canon desumptus est; & pluribus aliis epistolis ejusdem. Hodie verò cum sit perpetua, & omninò habeat rationem tituli, & fructus Commendatarius faciat suos, & nudum Commendatæ nomen retineat, non est mirum, si cum alia Ecclesia, quæ habetur in titulum, non possit simul detineri, neve Commendatarii habeantur veri Prælati, *c. nemo de elect. in 6. ibique Glossa, & Doctores* Neque alio titulo, veluti, ut esset procurator, *c. Cum nobis de elect.*

Sed quaeritur, an habens unam Ecclesiam, possit ad tempus alteram commendare, & sit nullius Ecclesiæ procurator *d. c. cum nobis de elect.* Juxta supradictos terminos *d. can. relatio, & can. obitum d. 61. & l. Commendare ff. de verb. signif. pato, posse*, nec tali casu contra dictum *c. 2. sess. 7.* dispensatur. Non enim quod ex necessitate fit, prohiberi potest, & ad tempus, non autem ad commodum recipientis, quod Concilium abhorret.

Ad secundum. Ita etiam hac in re decernit S. Concil. Trident. *c. 3. d. sess. 7. de reform. Inferiora beneficia Ecclesiastica, præsertim curam animarum habentia, personis dignis, & habilibus, & que in loco residere, ac per seipsum curam ipsam exercere valeant, juxta Constitutionem Alexandri III. in Lateranensi, qua incipit, quia nonnulli, & aliam Gregorii X. in Generali Lugdunensi Concilio qua incipit, licet canon; ediam, conferantur; aliter autem facta collatio, sive provisio, omninò irritatur, & ordinarius Collator pœnas Constitutionis Concilii generalis, qua incipit: Grave nimis se noverit incursum.* In hoc delecto innovatur *c. quia nonnulli, §. Cum igitur de Cleric. non residen.* quod Ecclesia sit conferenda illi, qui residere in loco & curam ejus per seipsum valeat exercere. De qualitatibus requisitis ad dignitates, officia, & beneficia curata inferiora, vide *d. cap. Cum in cunctis de elect. & Sacrum Concilium Tridentinum. 12. sess. 12. de refor.* ubi habetur de dignitatibus curam habentibus.

Item innovatur circa electionem eorum, qui regimen animarum suscipiunt *cap. licet canon de elect. in 6.* Denique ponitur pœna tam respectu provisi, quam conferentis contra supradictas Constitutiones. Quæ autem sit pœna respectu provisi habetur in *textu d. cap. 3. sess. 7. de elect. c. Sicut de excess. Præ. can. 1. & 2. 11. qu. 1. San-* tionibus

tionis beneficiorum post secundam motionem juxta *c. gravemini de prebend.* quod innovatur. Ex quo *cap.* Cum judicatur, cum possint viros idoneos ad Ecclesiastica beneficia possidere, nota à contratio sensu, quid si non reperiantur idonei? Non idonei possunt assumi, ita tamen, quod non sint procius idonei, ut inducatur peccatum, videlicet, si hi non callerent literas, essent tamen bonis moribus præditi, nec Papæ rescribenti prius parendum est, quam ipse de idoneitate assumendi certior fiat, *c. cum adeo de rescript.* ibique Doctores.

8 Ad tertium. Quicumque de cetero plura Curata aut aliis incompatibilia beneficia Ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, seu Commenda perpetua, aut alio quocumque nomine, & titulo contra formam Sacrorum Canonum, & præsertim Constitutionis Innocentii III. qua incipit, De multa, recipere, ac simul retinere præsumpsit, beneficiis ipsi juxta ipsius Constitutionis dispositionem, ipso jure, etiam presentis canonis vigore privatus existat. Ita Trident. sess. 7. c. 4. de reform.

9 Hac in re præmittendum est, quod incompatibilitas beneficiorum alia dicitur in primo genere, idest quando ipso jure unum ab altero excluditur, ita ut primum vacet ipso jure, obrento secundo, sive ista repugnantia proveniat ex jure naturali, sive solo Ecclesiastico, ut sint duo Episcopatus, ex Trident. sess. 7. c. 2. de reform. vel duæ dignitates, aut personatus, aut beneficia cura, *c. de multa de prebend. Extrav. Execrabilis eod. tit.* Trident. d. c. 4. Vel beneficia, aut prebendæ uniformia sub eodem tecto, *c. literas de concess. prebend. n. quibus vide Less. de justit. & jur. lib. 2. c. 34. n. 140. Garz. de benef. p. II. c. 5. n. 67. Layman. lib. 4. tract. de benef. c. 8. à n. 3.*

10 Alia autem dicitur incompatibilia in secundo genere, idest cum licet se non compatiuntur in eadem persona ita, ut vacent ipso jure. Ita supracitati Auctores, ut duo simplicia beneficia, vel unum duplex, si alterum sit sufficiens ad vitam sustentationem, *cap. is cui de prebend. cap. postulasti de rescript.* Trident. sess. 24. c. 17. Item olim duo simplicia requirementa residentiam, ut duo Canonicatus, vel portiones, vel alterum duplex aut alterum obligans ad residentiam, ut Parochia cum Canonicatu, Layman. loc. cit. n. 3. cum multis Doctores, & idem tenet Sanchez *opus. lib. 2. c. 2. dub. 7. num. 8.* ubi plurimos allegat, qui omnes putant etiam hodie post Tridentinum d. c. 4. sess. 7. procedere, sed contrarium est verius. Nam per Tridentinum hodie primum vacat ipso jure, si utrumque requirit residentiam personalem, ut ex Sacra Congregatione, & Rota probat Garz. *ibidem à num. 83. Buratt. decis. 19. n. 1. & Sanchez ubi supra dub. 6. à num. 22.*

11 Ex *c. de multa, §. presentis decreto de presb.* Si quis habens primum beneficium esset consecutus secundum incompatibile in primo genere, & contenderet etiam primum de facto, retinere, idest si fuisset in mora primum dimittendi, erat non solum ipso jure privatus primo ob vacationem supradictam, sed etiam per sententiam privandus secundo, ut per Sanchez *d. dub. 7. num. 7.*

12 Sed hodie ex *d. Extrav. Execrabilis §. si verò, §. quæ omnia de prebend. & ex regul. Cancellar.* atque ex Trid. d. c. 4. sess. 7. in tali casu, sive mora ipso facto, etiam secundo privatus remanet in pœnam, & juxta probabiliorum, & in Curia Romana receptam opinionem procedit etiam de duobus simplicibus, residentiam requirentibus, ut per Garz. *loc. cit. à num. 83.* cum allegatis contra Sanchez, & Layman.

13 An autem hæc pœna, scilicet privatio secundi, obliget in conscientia ante sententiam declaratoriam, Doctores magis communiter affirmant, ut Sanchez *d. dub. 7. n. 4.* cum multis, & Garz. *d. par. II. c. 10. à n. 18. Gonzal. gloss. 15. nu. 150.* Quia non videtur meta pœna, seu privans jure absolute jam quæsitæ, sed est conditio resolutiva ab initio annexa. Alii tamen negant, quia dicunt

esse privationem pœnalem juris quæsitæ, neque dicendum esse secundum beneficium fuisse collatum sub ea conditione, & idem dicunt secundi beneficii facere fructus suos, non tamen primi, Less. *d. c. 34. num. 143.* & multos pro hac allegat Garz. *d. c. 10. n. 8. & seqq.* Alii verò distinguunt, dicentes, non teneri quidem dimittere beneficium eo casu ante sententiam, sed fructus teneri in conscientia restituere ante sententiam. Ita Azor *lib. 7. c. 17. g. 4. Filiuc. tract. 41. c. 8. n. 17.* At hæc sententia non sibi coheret.

Ex eadem *Extravag. Execrabilis §. Quæ omnia*, cum 14 Gloss. v. *Sedis Apostolica* illud secundum beneficium, quo privatur quis modo prædicto, remanet reservatum Papæ, ut per Garz. *d. p. II. c. 5. nu. 45. & 55.* ubi sylum quendam Curia refert in hac materia.

Supradictus malæ fidei detentor primi beneficii cum 15 secundo incompatibili efficitur ipso jure inhabilis ad quæcumque beneficia Ecclesiastica ex dicto *Extravag. §. Qui verò*, vide Garz. *ibidem nu. 10.* Non tamen privatur aliis jam obtentis compatilibus, Garz. *n. 17.* cum pluribus aliis.

Ex *d. Extrav. d. §. Qui verò deinceps*, qui secundum 16 incompatible obtinet, & primum non dimittit in manibus Ordinarii cum publico testimonio, statim post affectuionem possessionis secundi, vel si per eum stetit, quominus hanc possessionem assequatur, ad Sacros Ordines inhabilis efficitur. Ex quo apparet, hanc esse irregularitatem ex delicto, quæ ipso facto contrahitur, Secul. *tit. de susp. §. juxta n. 37. & §. dicendum n. 11. Henric. lib. 14. c. 9. §. 1. Majol. lib. 3. c. 4. Azor. lib. 6. c. 13. g. 1. rom. 2. Abb. in c. dudum num. 23. de elect. Layman. d. lib. 4. c. 8. num. 3. Garz. d. c. 5. n. 10.*

Sed nota, quod ista irregularitas est tantum quoad Ordines suscipiendos, non quoad jam susceptos, Garz. *d. c. 5. n. 17.* Unde dicitur irregularitas partialis, ut Laym. *lib. 1. tract. de irregul. num. 7.* & procedit solum quoad Ordines factos, non quoad minores, ut patet ex textu cum Glossa Zenzelini super verb. *Sacros.*

Limita tres posteriores pœnas, ut non procedant contra detinentem duo simplicia obligantia ad residentiam, vel unum duplex, & aliud simplex, obligans ad residentiam. Quia Tridentinum illas non extendit, & in hoc procedit doctrina Sanchez, & Laym. & aliorum.

Quæres quis possit super incompatibilitate dispensare? 19 Respondeo, si in primo genere, solus Papa dispensat, Garz. *d. p. II. c. 5. à n. 336.* Laym. *d. lib. 4. c. 8. num. 9.* In secundo autem genere, si sint simplicia, non requirementa residentiam, an, & quando, & à quo requiritur dispensatio, vide Trid. sess. 24. c. 17. de reform. Garz. *ibid. num. 262. & 304.* Sanchez. *d. c. 2. dub. 6. nu. 24.* Filiuc. *tract. 41. c. 7. n. 24.* Causas autem dispensandi vide *d. c. de multa de prebend. & d. Extrav. Execrabilis eod. tit.*

An autem consuetudo possit habere vim dispensationis, seu derogare incompatibilitati, vide Layman. *ibid. n. 10. & 11.* An verò possidens bona fide duo id incompatibilia cum titulo colorato, scilicet ex ordinaria collatione, juvetur regula de trienniali, vide Garz. *d. c. 5. n. 3.* Sanchez *d. lib. 2. c. 1. dub. 31. nu. 29.* Tenentur autem Ordinarii compellere obtinentes incompatibilia, ut ostendant dispensationem Papæ, alias tamquam vacantia aliis sunt concedenda. Denique adverte quod non privatur quis primo incompatibili, nisi secundum pacificè possideat, vel si per eum stet, quominus possideat, cessante omni molestia, etiam extrajudiciali, etiam quoad fructus, vel eorum majorem partem, ut per Rotam coram Buratto *dec. 19. num. 18.*

Pond ex *d. c. 4. sess. 7.* dicitur ampliata dispositio *d. c. de multa*, quæ non prohibet, nisi plures Parochiales Ecclesias, dignitates, & personatus, cum Sacra Congregatio censuerit idem intelligendum in omnibus beneficiis residentiam requirentibus, quæ aliquis post publicationem Concilii receperit, veluti quos Canonicatus, vel Canonicatum

nicatum cum Parochiali, ut dictum est, ut in eadem pœnam, *d. c. de multa*, incidat, ipsoque jure privatus existat, eo quod præsumpsit recipere, ac simul retinere duo incompatibilia ratione residentia, vel sufficientia, licet essent beneficia simplicia. Quapropter eadem Sacra Congregatio censuit ante Concilium duo beneficia obtenta à Summo Pontifice incompatibilia retineri posse, nisi duæ essent Parochiales ante Concilium obtentæ.

22 Commendæ autem de sex mensibus in Ecclesiis curatis fieri poterant ab Ordinariis *c. nemo de elect. in 6.* At post Concilium Tridentinum id amplius locum non habet. Quia hodie commendæ perpetuæ inducunt incompatibilitatem Gomez *in regul. Cancell. de triennial. q. 5. nu. 13.* Quare in eis disputandi sunt Vicarii ad formam *c. 18. sess. 24.* Et in hoc casu Sacra Congregatio censuit Episcopum habere auctoritatem contra commendatarios, qui plura beneficia incompatibilia in Commendam obtinent contra formam S. Canonum. In titulum uni plura beneficia non committi, prohibuit S. Gregor. ut refert Jo. Diaconus in eius vita, & habetur *in can. singula, distinct. 89.* qui est ejusdem Gregorii scribentis omnibus Episcopis, In Concilio Lateranensi sub Leone X. *sess. 9.* conceduntur dispensationes viris qualificatis ad duo. Vide notata per Otien. *in Summa, & in c. dudum de elect. ibique Gloss. in c. eam te de atar. & qualis. o. Exposuisti de preb. c. Cum in nostris*, ubi etiam Gloss. *de concess. preb.* ubi enumerantur casus, in quibus pluralitas toleranda sit.

23 Dubitatum fuit, an præsumpta dispensatio, in qua fundatur regula de trienniali, habeat locum contra decreta Concilii *d. c. 4. sess. 7. & c. 17. sess. 24.* ita, ut possidentes beneficia contra dispositionem dictorum decretorum ex tali præsumpta dispensatione suam possessionem tueri valeant? S. Congregatio respondit, non habere.

24 Rationem verò, quare pluralitas prohibetur, vide apud Abbatt. *in cap. Quæ ratio in 2. de prebend. cui adde quæ congerit, Rebuff. titul. de dispensat. ad plural. à num. 1.*

25 Sed an ipso jure vacet simplex per adeptionem Parochialis? S. Congregatio censuit, vacare per *d. cap. 4. sess. 7.* Sed Navarrus consuluit contrarium *conf. 34. de preb. & ponderat particulam, etiam*, per quam infert non induci novum casum, sed in casibus, *d. c. de multa*, & aliis olim de jure expressis, dari vacationem ipso jure.

26 Duæ autem dignitates, vel Capellanie sub eodem tecto si ne dispensatione obtineri, & retineri non possunt, & Episcopus non potest in eis dispensare, *c. 1. de consue. in 6.* & prosequitur Fusch. *de vici. lib. 2. c. 11. n. 8. & 9. Curt. Jun. in tract. feud. in 3. q. princ. colum. 2. vers. contra istam, & col. seq. ad fin. Vide Navarr. conf. 35. de prob.*

27 Parochiales verò Ecclesiæ sunt incompatibiles cum beneficiis, in quibus assignatæ sunt distributiones quotidianæ, quas à divinis absentes amittunt.

28 Capellania habet onus celebrandi certas Missas, & coadjuvandi in Cura animarum: Ecclesiæ Plebanus, est beneficium incompatible cum alio beneficio curato, vel aliis personalem residentiam requirente, nec ejus rector subjacet, *d. c. licet canon de elect. in 6.* Sed quidem comprehenditur sub decretis Concilii Tridentini, loquentibus de residentia beneficiatorum, non tanquam Curatorum.

29 Pro Capellanis, & Mansionariis, quæ sunt sub eodem tecto, opus est dispensatione Apostolica ad utramque retinendam. Ita scriptum à S. Congregatione Concilii Episcopo Ferrariensi 19. Decembris 1570.

30 Canonicus optans dignitatem amittit Canonicatum, *arg. c. 1. de consue. in 6.*

31 In Pistoriensi. Habenti dignitatem tenuem in Cathedrali, quæ non participat de distributionibus quotidianis, Ecclesia Parochialis, inconsulto Romano Pontifice conferri non potest.

32 In Leodiensi Decretum incompatibilitatis Concilii *d. c. 4. sess. 7.* procedit etiam in illis, qui post Concilium recipiunt duos Canonicatus sine dispensatione Sedis

Apostolicæ, secus si ante Concilium, etiam ab ordinario collocatio facta sit.

In Assiensi Obtinentes Canonicatum, & Parochialem, si unum ante, & alterum post Concilium obtinuerunt, Episcopus exequatur decretum, si verò antea resideant in Parochiali, & amittant distributiones Canonicatus, juxta Bullam Beati Pii V.

In Neapolitana. Hebdomadæ, & Confratantia Sanctæ Mariæ Majoris Neapolitana: non sunt incompatibiles.

In Novatiensi, Archidiaconus, & Archipresbyter Novariensis, ex quo non habent suos proprios fructus sufficientes, possunt simul etiam Canonicatum retinere.

In eadem. Quia verò Præpositura ex se fructus sufficientes habet, non potest Præpositus retinere Canonicatum, sed ex fructibus Præposituræ deducenda est tertia pars pro distributionibus quotidianis, juxta *c. 3. sess. 22.*

In eadem. Obtinentes duos Canonicatus in diversis Ecclesiis ante Concilium absque dispensatione Apostolica, possunt utroque privati *c. 4. sess. 7. & c. 17. sess. 24.* Obtinentes verò legitime utrumque privantur distributionibus illius, cui non intervniunt.

In eadem. Dignitas cum Parochiali absque dispensatione Apostolica, neque ante Concilium poterat retineri, neque post. Canonicatus verò poterat obtineri, retineri. Post Concilium verò neque dignitas, neque Canonicatus potest obtineri sine dispensatione Apostolica.

In eadem. Non potest Canonicus in eadem Ecclesia retinere Capellaniam, quæ habet annexum onus serviendi Choro, si post Concilium illam obtinuerit, nec suffragatur sola dispensatio sub eodem tecto. Ante Concilium poterat obtineri cum dispensatione sub eodem tecto ad duo obtinenda.

In Valentiana. Episcopus habens consuetudinem commendandi Parochiales Ecclesias personis idoneis ad nutum, non potest illas commendare obtinenti aliam, & si commendationes acceptet, est ipso jure privatus utraque, nec potest consuetudo illum juvare contra jus, & dictum decretum *c. 4. sess. 7. Concilii.*

CONSULTATIO CLVII.

1. De obtinentibus plura beneficia curata. De beneficiis, quæ nullum servitium per ipsos beneficiarios, neque per substitutos requirunt. Beneficia cur insimula? Quatenus ostendendus sit titulus beneficii? Et ad id cogendum beneficiarius?

2. Quæ beneficiorum uniones valida censentur?

3. Beneficia Ecclesiastica Curata, perpetuo unita, quomodo visitanda? Quomodo eis providendum? Decreta.

Sacrofancta Synodus Tridentina *c. 5. sess. 7. de reform. innovans c. Ordinarii de offic. Ordin. in 6.* decernit, quod obtinentes duo incompatibilia, sive Curata, sive non Curata, cogantur suas edere dispensationes, ut per Jo. Andr. & Gloss. *in d. c. Ordinarii v. personarum.* Additur tamen à Concilio, ut quoad incompatibilia Curata Episcopus per deputationem Vicarii procedat, ut animarum Cura nullatenus negligatur, & beneficia ipsa debitis non fraudentur obsequiis, conjunctivè & sumpta, non disjunctivè.

Similiter ubi agitur de animarum cura annexa Vicariis deputetur *d. c. 5. & sess. 25. de regul. cap. 11.* Alias obtinens duos Canonicatus in Cathedrali non curatos, & in uno residens, non solum amittit ex altero distributiones quotidianas, sed habebit Vicarium, quod non est dicendum, cum repugnet *in. de offic. Vicar.* Et sic intentio Concilii videtur esse, ut quoad beneficia incompatible curata, interim, donec ad privationem deveniatur juxta *d. c. Ordinarii*, possit Episcopus per Vicarium Curam animarum exerceri facere. Quoad alia verò incompatible, sed non curata, distributiones amittit jubeat, juxta *c. 3. sess. 23.*

Possunt etiam Ordinarii providere, ne quid sine literis, sive Bullis Beneficium possideat, & idcirco consequenti Episcopo

Episcopo Lucano, quosdam suos Canonicos obtinere beneficia, nec expedire literas, visum est Sacrae Congregationi, ut priver eos, qui ita obtinent, adhibitis Vicariis, qui inserviant Ecclesiae, donec admonitus Sanctissimus Dominus noster providere possit. At quid si aliquis habeat beneficia, in diversis Diocesis, requirunt dispensationem? Dic, quod quilibet Episcopus erit ejus Ordinarius ad hunc effectum ex *d. c. Ordinarii*, ubi Gloss. *v. Ordinarii*.

Et notandum, quod Episcopus deputat Vicarium; nam alius inferior non potest, *Lap. allegat. 5. in princip. ac per tot.* Nisi forte talis sit Ordinarius habens hanc jurisdictionem juxta Abbatem, & Doctores *cap. Cum olim numer. 2. de praescript. & Gloss. in d. cap. Ordinarii, v. locorum.*

Argumento textus *d. c. 5. sess. 7.* pluries Sacra Congregatio censuit, eos, qui ex dispensatione Apostolica ante Concilii confirmationem duo incompatibilia, puta Episcopatum cum Canonicatu, vel duos Canonicatus obtinuerint, non cogi alterum dimittere, sed residendo in eo, cui Cura imminet, ex altero amittat distributiones, & reliquos fructus percipiat. Quod limitatur, non procedere in obtinentibus duas Parochiales, vel Episcopatum cum Parochiali per *c. 17. sess. 24.* Unde in dicto decreto *c. 5. sess. 7.* censuit Sacra Congregatio Capellanias, & Canonicatus, aliaque Beneficia non curata, requirunt tamen residentiam, licet alias fuerint compatibilia, comprehendit.

Contra vero nihil innovandum in beneficiis simplicibus, quae Clericatus nonnumquam consueverunt nuncupari, quorum fructibus possessores gaudent, nullum servitium per seiplos, neque per substitutos praestando eis Ecclesiis, quibus dicti Clericatus existunt, ut nequeant cogi, vel per seiplos, vel per substitutos in habitu Clericali, quod illis Ecclesiis inserviant, licet *c. 3. sess. 21. de reformat.* pro certo habeatur, omnia beneficia ad cultum Divinum, atque Ecclesiastica munia obeunda instituta esse, juxta *cap. ult. de reformat. in 6.* Si jampridem possessores talium beneficiorum non sint coacti, ad aliquid istorum, nec appareat quid certum, ad quod obligati sint, cum etiam his nostris temporibus satis erit, si dicant Horas Canonicas. Unde si beneficia ista non requirunt residentiam, non debent cogi per substitutum exemplo illius Canonici, qui studiorum causa non residet, nec etiam tenetur per substitutum inservire, ut per Doctores *in cap. Licet de praebend.* Hujusmodi tamen beneficia obtinentes Sacra Congregatio censuit teneri ad ostendendum titulum cujusque beneficii, quod possident. Nec temporis longitudinem obstare, censuit Sacra Congregatio, quominus ab Episcopo possint compelli ad dispensationes exhibendas, & illorum titulos ostendendos dummodo eorum beneficia ad jurisdictionem Episcopi spectent.

Dixi temporibus nostris. Nam olim in Ecclesia gradus omnes Ecclesiastici erant ministeria, munia, onera, officia, quae a Divo Paulo opera vocantur, & a Christo in Evangelio operarii appellantur ii, qui illa obtinebant, nemoque nisi per seipsum manus suam exercebat, sine cujus exercitio personali nemo retinebat titulum officii, ejusque fructibus gaudebat. Ex neglectu hujus disciplinae orta est dissolutio Ordinis clericalis, & originem duxit prava illa, praeposteri, & perversa distinctio beneficiorum de residentia, & de non residentia, hoc est, quod datur titulus, & stipendium absque ulla obligatione, exponendo illud effectum: Omne beneficium datur propter officium, nempe propter officium precum horarium Breviarum, adeo, ut quis habere possit redditus Ecclesiasticos quingentorum, mille, decem millium, & amplius aureorum, ut solum Breviario manum admoveat, & legat sacras preces praecipit quadam mobilitate linguae, celeritate verborum, ac summissa voce absque ulla animi cogita-

tione. At haec, aliaque hujusmodi sapientissimo Sedis Apostolicae judicio relinquimus.

Ex *d. c. 5. sess. 7.* Norandum, quod licet regulariter nemo cogendus sit edere titulum suae possessionis, id tamen fallit ubi quis possidet contra dispositionem juris communis. Omnia enim jura clamant contra pluralitatem. Notandum itam appellatione Ordinariorum in *d. c. 5.* veniunt etiam inferiores Episcopi, habentes tamen jurisdictionem Episcopalem, quia sumus in materia adaptabili, etiam inferioribus. Notandum quoque, non exhibentes dispensationem super hujusmodi beneficiis intra, tempus, sibi ab Ordinario praefixum, praesumuntur illicitè illa retinere, nisi adducerent justum impedimentum, & audiendum esse, puto volentem producere jura sua elapso termino assignato in *Clem. saepe vers. non obstante de verb. signific. Norandum denique, ostendens sufficientem dispensationem non est amplius molestandus super iis, cum hujusmodi dispensatio, quod erat illicitum, faciat licitum.*

In Brixiensi. Possidentes ante Concilium Canonicatum cum Parochiali, non sunt cogendi ostendere dispensationem, secus si cum Parochiali obtineant dignitatem.

In Alexandrina Obtinentes Canonicatum in Cathedrali, & Collegiata, debet residere in Cathedrali, potest tamen cogi ad celebrandum Missas in Collegiata per alium, si non potest per seipsum.

An Aquilana. Obtinentes beneficia incompatibilia sunt cogendi exhibere suas dispensationes, etiam si per quindessimum possederint.

In eadem. Si quis narravit Summo Pontifici se obtinere duas Parochiales, non tenetur ostendere dispensationem, nisi essent obtentae ante Concilium.

In Mediolanensi. Deputatio Vicariorum habet locum in omnibus beneficiis incompatibilibus, non autem in Curatis, quando eas obtinentes, eis non inserviant.

In Augustana. Si Abbates Regularium ab Ordinariis moniti, reperiuntur negligentes ad corrigendum, Rectores Parochialium, suis Monasteriis unitarum, non propterea licet Episcopis dictos Abbates privare jure conferendi, ac praesentandi, ac decimis, sed providere Curae animarum, & quoad deputacionem Vicariorum debet executioni demandari Constitutio Beati Pii V.

Ad Secundum. Post examen faciendum super dispensationibus, ut obtineri possint plura incompatibilia Sacrum Concilium Tridentinum *d. sess. 7. cap. 6.* procedit ad alium abusum circa eadem beneficia in materia unionis perpetuae; nam etiam ad tempus conceduntur, ut puta ad vitam illius, cui conceduntur, de quibus etiam habetur *sess. 14. cap. 4. & 9. & sess. 21. cap. 5. & sess. 24. cap. 13. & sess. 25. cap. 9.* Ex decreto *d. cap. 6. sess. 7.* censuit Sacra Congregatio, non excludi Ordinarios, quominus possint uniones cognoscere in casibus, in quibus licet de jure communi etiam ultra quadraginta annos. Et cum Episcopus quidem examineret uniones juxta dispositionem *dict. cap. 5. & cap. 9. sess. 25.* ante quadraginta annos in sua Diocesi factas, & quae antea, non tamen ante dictum tempus quadraginta annorum sortitae fuerint effectum, & ii, quorum intererat vigore praesentiarum suarum appellationum impedirent Episcopum ab hujusmodi examine, respondit Sacra Congregatio. Casum hunc a Concilio omisissum ideo ex decretis ejusdem non posse quidquam in eos attentari. Excluduntur autem ab hoc decreto *cap. 5. sess. 7.* Praesidentes, & alii Superiores Clausuralium. Et quaesitum fuit, an hoc decretum habeat locum in unione, quae tempore publicationis Concilii erant in parte effectum sortitae, & fuit responsum, non habere locum. Et nisi ex legitimis, aut aliis rationabilibus causis, ut evidenti necessitate, vel utilitate, *cap. exposuisti de praebend. alioquin*

quoniam facta non valeret, quia qualibet Ecclesia summi oportet habere Sacerdotem *cap. cum non ignores eodem tit. vocatis quorum interest, verificandis.* Quia causa in unione requiritur, atque idcirco adhibenda est causa cognitio, *Clement. ultim. de rebus Eccles. non alienand.* Sic etiam in unionibus factis a Papa oportet, ut de eis in partibus constet, aliter non essent validae, ut in regulis Cancellariae de unionibus; sed per surreptionem obtentae praesumuntur, quia sine causa fuerint factae, & ideo praesumuntur surreptitiae. Exercentibus autem curam animarum in beneficiis unitis, congrua portio assignetur.

16 Quadraginta anni, de quibus *in d. c. 6. sess. 7.* connumerantur a die publicationis Concilii. Uniones factae supra quadraginta annos remanent in terminis juris communis.

17 In Lancianensi; uniones perpetuae supra quadraginta annos factae, ab Ordinariis examinari non possunt.

In Spoletana. Praetendens unionem supra quadraginta annos, tenetur ostendere eam Episcopo.

18 In Vincentina Visitationibus deputati a Commendatariis Ordinis Vallisoleani sancti Benedicti non possunt cognoscere de juribus unionum factarum Ecclesiae sanctae Mariae de Monte Ferrato ejusdem Ordinis.

19 Ad tertium ita Sacrum Concilium Tridentinum decretum *c. 7. sess. 7. de reformat. Beneficia Ecclesiastica curata, quae Cathedralibus, Collegiatis, seu aliis Ecclesiis, vel Monasteriis, beneficiis, seu Collegiis, aut piis locis quibuscumque perpetuo unita, & annexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum annis singulis visitentur, qui saltem providere procurant, ut per idoneos Vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsis Ordinariis pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertia partis fructuum, aut majori, vel minori, arbitrio ipsorum Ordinariorum, portione, etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos animarum cura laudabiliter exerceatur, appellationibus, privilegiis, exemptionibus etiam cum iudicium deputacione, & illorum inhibitionibus quibuscumque in praemissis minime suffragantibus.*

20 Ex hoc autem decreto ampliatur, ne suppleret *c. de Monachis de praebend. & cap. 1. eodem tit. in 6.* & quod habetur in *Clement. 1. de jurepatr.* Nam aliquando Summus Pontifex, vel Episcopus propter inopiam Religiosorum concedit eis Ecclesiam ad tempus ut possint percipere redditus, illoque convertere in propriam utilitatem, conservato tamen pristino Ecclesiae statu, & ut consulari cultui divino, provisum fuit, ne quis praesentatus a Religiosis per Diocesanos admittatur, nisi ei tantum de Ecclesiae proventus fuerit assignatum, ut tam seipsum, quam incumbentia onera valeat sustinere *d. c. de Monachis in 6.* Imò nec ipsi Diocesani debent praesentatum ad aliquam Ecclesiam admittere, nisi intra terminum ab eis statutum provisum sit praesentato de idonea portione *d. Clem. 1.* Quod etiam habet locum contra exemptos *ex d. Clem. 1.*

21 Si autem cura incumbat certae personae, tunc non per Vicarium, sed per ipsam personam cura administranda est. Si vero toti Capitulo imminet ita, ut a singulis vicissim exerceatur, cogendi planè sunt singuli ad eam exercendam, ut notatur in *c. statutum de praebend. in 6.* quemadmodum censuit S. Congregatio, apud quam quaesitum fuit. An Vicarii perpetui constituendi essent in Cathedralibus, Collegiatisque Ecclesiis, curam animarum habentibus, quam curam temporaneam, mercenariique Capellani consueverunt administrare S. Congregatio respondit, nihil generali lege faciendum esse, sed singulis quibusque casibus, ubi se offerunt, prout magis expedire videbitur, prospiciendum.

22 In Ecclesiis vero Monasteriorum juxta moderationem Gregorii XIII. Episcopus ad denominationem Monachorum debet unum ex ipsis, praevio examine appro-

batur, & ad nutum eorumdem amovibilem, factisque erit, si cum tali Vicario unus Monachus habitet, ne plures extra claustra manere cogantur. In reliquis Constitutione Beati Pii V. edita ad favorem Regularium, quatenus disponit de Ecclesiis curatis, eorum Monasteriis unitis ac etiam illorum mensae, minime intelligatur revocata; Quod si Monachi nominare vellent Capellanum secularem ab Episcopo approbandum, ille minime ad ipsorum nutum moveri poterit, quemadmodum S. Congregatio censuit.

Quae quidem Sacra Congregatio etiam censuit, ut hujusmodi beneficia curata sunt unita Archidiaconatui, vel aliis dignitatibus, vel Canonicatibus, servandam esse dispositionem *c. extirpanda, & Qui vero de presb.* Si vero fuerint unita hospitali, seu Commendae Sancti Joannis Hierosolymitani, tam circa visitationem, quam deputacionem Vicariorum censuit eadem S. Congregatio servandam esse Constitutionem Beati Pii V. editam 12. Septembris 1571.

Deputacionem autem Vicariorum perpetuorum non esse faciendam, censuit Sacra Congregatio in Parochialibus quae sunt membra Monasteriorum, sed providendum juxta instituta Religionis, nec pertinere hoc decretum ad Ecclesias ipsorum Monasteriorum, quibus imminet cura animarum, sed in eis servandum *c. 12. sess. 25. de regul.* Quid si Parochialis unita sit perpetuo, & accessorie beneficio simplici? Respondit S. Congregatio, Parochialem ex hac unione assumere naturam simplicis beneficii, nisi cura in ea exerceatur per Vicarium temporalem. Hoc enim indicat, non esse suppressam.

Censuitque eadem sacra Congregatio, hoc decretum habere locum dumtaxat in actu visitationis, ideoque Episcopos visitare posse Ecclesias Curatas, etiam Monasteriis, quae capita ordinum sunt, unitas. Nec obstat *c. 11. sess. 25. de regul.* quia ibi excipiuntur Ecclesiae Monasteriorum, in quibus Generales, aut capita ordinum habent Sedem ordinariam principalem.

Et quamvis Concilium admittat, ut etiam per Vicarios amovibiles cura exerceatur, Constitutio tamen Beati Pii Quinti de Vicariis deputandis in Parochialibus unitis, sustulit hoc arbitrium Episcopis, & praescripsit formam deputandi Vicarios perpetuos cum taxatione congruae portiois, sicut Sacra Congregatio censuit. At quaeritur quomodo constituantur Vicarii perpetui? Sacra Congregatio respondit praevia erectione tituli, ac praefixo decem dierum termino ab Ordinariis ad quos nominatio Vicarii spectat ex constitutione, Beati Pii V.

Haec autem fructuum portio juxta moderationem Beati Pii V. assignanda est, in qua computantur etiam incerta, quae oblationes dicuntur ex pede Altaris, cum comprehendantur illis verbis Constitutionis Beati Pii, videlicet computatis omnibus, etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus, nisi facta esset institutio illius Vicarii, sed assignatio hujus portiois fieri non debet, partibus non citatis, quando ad evitandam Vicariorum institutionem, excipitur de fructuum tenuitate. Ideo respondit Sacra Congregatio, ubi apparent certi fructus, Constitutionem Beati Pii procedere, ut scilicet tot assignare Vicariis sufficiat. Ubi vero non apparent, dentur quinquaginta, cum verisimile non sit, esse Parochialem sine fructibus, praecipue si perspicuis probationibus constaret, nonnullos Parochialis fructus extare.

At ponamus, quod cura unita Collegiatae imminet, Archipresbytero, & Capitulo, portio ex quibus bonis deducatur pro Vicario, Respondit Sacra Congregatio, communiter ex bonis Archipresbyteri, & Capituli portio assignanda esse. Quaesitum etiam fuit, an Vicarius perpetuus constitutus vigore hujus decreti teneatur subire aliqua onera Ecclesiae, saltem pro rata? Gregorius XIII. ex relatione Sacrae Congregationis declaravit ex ipsa Constitutione Pii V. omnia onera in-

summentia Parochiali, in qua erecta sit Vicaria perpetua pertinere ad ipsum Vicarium perpetuum solum, nulla autem ex parte ad Ecclesiam, aut Monasterium, aut locum plium, cui unita fuit ipsa Parochialis.

29 Si autem hæc provisio fiat in visitatione, non est locus appellationi ad effectum suspensivum. Si vero fiat extra visitationem cum causa cognitione, ac processu ordinario appellationem non solum devolvit, sed etiam suspendi, dicit S. Congregatio, quæ etiam censuit tolli, etiam privilegia in fundatione concessa, etiam si in privilegio visitatio spectaret, non ad ordinariam, sed ad Metropolitanam, aut alium Prælatum. Non tamen ex hoc decreto Concilii Ordinarium tribuitur potestas visitandi loca regularia, quin etiam sublata intelligatur in memorabilis consuetudo deserendi per Capellanum amovibilem. At de his etiam alibi dictum à nobis est.

CONSULTATIO CLVIII.

De auctoritate Capituli quoad litteras dimissorias, Sede vacante. Pœna in contravenientes decreto Sacri Concilii Tridentini. Quæ ex causa Capitulum, vel eius Vicarius possit intra annum dare dimissorias? Et ex qua facultate? Pœna interdicti in decreto Concilii an lata sententia? Quid de litteris commendatitiis? Pœna interdicti personalis in decreto apposta, num reservata? Pœna privationis privilegii Clericis ibidem lata quomodo afficiat? Ordinatus in minoribus in hoc casu quomodo incurrit suspensionem? Quid in locis, in quibus Tridentinum non sit receptum? Quid de hoc ex antiquiori jure? Alioque assuetum practicæ ac theoricæ.

1 Antiquiori jure, quo Episcoporum ordinationes prolatore nefas habebatur, nec impunè erant, si aliquorum negligentia differrentur, piaculum credebatur, si vacante Sede, vel Capitulum, quisquam alius in ea Ecclesia, vel ordinationes faceret, vel fieri procuraret. Staturit siquidem Concilium Aurelianense quintum, canon. 8. ut in Civitate, ubi Pontifex jure humana conditionis obiit, nullus Episcopus ante substitutionem reparatam per ordinem successoris, aut in Civitate, aut per Parochias ordinare Clericos, aut Altaria audeat consecrare, vel quicquam de rebus Ecclesie præter humanitatem præsumat auferre. Quod si quisquam temerario ausu statuta transcendit, conventus ab institutione Pontificis, reverentia sua consulens sine dilatione ablata restituat. Si vero sua voluntatis arbitrio, vel quorumcumque precibus actus quacumque personam promovet, aut contra interdictum præsumpsit, anno integro missas tantum facere non præsumat.

2 Huic affine est, quod habet Regiense Concilium cap. 6. § 7. vicinum Episcopum exequiarum tempore accedere debere ad Ecclesiam vacantem, & per septem dies visitatoris vice res ejus Ecclesie distinctissime componere, ex in nullum ad eam accedere oportere, donec ad ordinationem futuri Episcopi à Metropolitanano vocetur, ne quid in ea præcisus populi compulsus egisse, dici possit. Hoc, inquam, cum Ecclesie non diu vacarent, observatum. Nam verbi gratia in Ecclesia Alexiensis, quæ diu vacaverat Sanctus Gregorius lib. 1. epistol. 79. Leoni Episcopo Presbyteros, ac Diaconos ordinandi fecit potestatem. Idem etiam lib. 2. epistol. 29. Felici Episcopo Acropolitano in Ecclesiis Velina, Buxentina, Blandana vacantibus, & Barbaro idem lib. 3. epistol. 39. in Ecclesia Hortanæ vacante ordinandi facultatem tribuit. E contra vero in Ecclesia Capuana lib. 4. epistol. 13. nec non in Ravennati epistol. 21. ejusdem libri, itemque in Tadinari lib. 7. epistol. 90. & alii, Sede vacante, Clericos promovendi vetat.

3 Jure autem communi postea introducto Capitulis concessum fuit, statim post obitum sui Episcopi, ut vicini

nos, vel alios pro arbitrio Episcopos ad ordinandos Clericos convocet, vel ad eos ordinandos dimittat. Quia nempe in omnem Episcopalem jurisdictionem succedit ut ex multis Ecclesiasticis Canonibus patet, cap. his, qui de major. § obedient. cap. si Episcopus, & sequentibus de supplen. negligen. Pralat. in 6. & alibi quorum plurimos collegit Pavinus de potestat. Sede vacante part. 1. quest. 1. numero tertio, iique maximè ad rem faciunt, qui vel Capitulum, Sede vacante, cap. Cum olim de major. § obedient. electiones infirmandi, & confirmandi iustribuunt, vel infirmitate gravato Pontifice, quæ sunt jurisdictionis explendi, Canon. Pontifices 7. quest. 1. & pro ordinibus celebrandis vicinos Episcopos convocandi ius apud ipsos residere innunt, cetèrè consuetudo obtinuerat, ut statim ab obitu Episcopi litteras dimissorias Vicarii à Capitulo electi petentibus concederent, quam consuetudinem Concilium Tridentinum sessione 7. cap. 10. de reformat. abolevit, prohibens, ne ante annum expletum ab obitu Episcopi, præterquam in gravi necessitate Capitulum dimissorias ullas concedat, sed res integra futuro successori reservatur, anno isto elapso, potestatem illam Capitulum non denegavit, sed juri communi & usui rem totam reliquit. Ideoque expleto illo anno, dimissorias dare potest, jure vero novo toto isto anno dare nequit, sed solum testimonialiter, quibus Diocesano- rum prohibitas, moreque commendatur, ut docet Navar. cons. 27. num. 5. de tempor. ordi.

4 Ut autem quæ de novo jure diximus, magis pateant, Concilii Tridentini circa prædictas quaestiones decreta omnia exhibeamus; Tridentinæ Synodi prior sanctio hæc est d. c. 10. Non liceat Capitulis Ecclesiarum Sede vacante, intra annum à die vacationis ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias, seu reverendas, ut aliqui volunt, tam ex jure communi dispositione, quam etiam consuetudinis vigore alicui, qui beneficiis Ecclesiasticis recepti, sive recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere. Si secus fiat Capitulum, contraveniens Ecclesiastico subiacet interdictio, & sic ordinari, si in Minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo privilegio Clericali, præsertim in criminalibus gaudeant, in majoribus vero ab executione ordinum ad Beneplacitum futuri Pralati sint ipso jure suspensi.

Ad cujus constitutionis expositionem annotandum est, tales suspensiones, quæ ad beneplacitum cujusdam præservari dicuntur, quibusdam non videri veras censuras, quæ irregularitatem inferant, si violentur, quibusdam vero videri, ideoque Navarro, qui negantem opinionem tuetur cons. 27. n. 1. de tempor. ordi. latis visum fuisse, quod ordinatus per litteras dimissorias Capituli ad minores ordines, vel sine dimissoriis procurreret ordinationem suam ab Episcopo, vel Archiepiscopo, novo ratam haberi.

In dicto autem c. 10. restringitur jurisdictionis Capituli Sede vacante. Poterat enim Capitulum, vacante Sede, concedere dimissorias à prima die Sedis vacantis c. cum nullus de tempor. ordi. in 6. Novum igitur est decretum, ut non possit concedere dictam licentiam ordinandis, nisi arctatis vel post annum vacationis, & Sacri Congregatio censuit, Capitulum, Sede vacante, posse concedere licentiam extero Episcopo pontificalia in sua Ecclesia exercendi, & ordines conferendi tam Clericis ipsius Diocesis, juxta formam hujus decreti, quam exteris, habentibus litteras dimissorias suorum Episcoporum, & Episcopo existenti notoriè hæretico, facultatem concedendi dimissorias juxta hoc decretum pertinere ad idem Capitulum, respondit eadem Sac. Congregatio, & tam in hoc quàm in aliis casibus, in quibus Capitulum concedere potest dimissorias, si Canonici propter hæresim dispersi sint, & nequeant convenire, aut convenire sine difficultate, sufficere dicit S. Congregatio habere dimissorias à residentibus capitularibus, etiam si unus dumtaxat residet, & pro susceptione Ordinum neque Metropolitanum sed Sedem Apostolicam adendum.

7 His omnibus etiam qui beneficii occasione, sive ratione curæ, sive oneris, ipsi beneficio quomodolibet, incumbentibus, arctantur, eadem Sacra Congregatio censuit, Capitulum intra annum dimissorias litteras posse concedere, quæ proprio annuo Episcopi sunt obstringenda, in remotis tamen partibus ultramarinis oportet, ut quinquè annulis obstringentur cap. de Cler. peregr.

8 Sed quia quatuor sunt genera canonicarum litterarum dimissoria, fortitæ, pacificæ, & commendatitiæ, breviter, sciendum est, dimissorias esse, quibus quis à suo Episcopo alteri ordinandus dimittitur, ut in d. cap. 10. sess. 7. Formate vero illæ, quibus apud exteros sacris initiatum prohibetur, excogitatae primo in Nicæno Concilio ad hoc, ne laici ordines mentirentur, neve aliquis præterita pietatis ex propria in aliam Diocesim sine litteris transiret, licet aliquando apud alios, ut Oparum Milevitanum pro litteris certa quadam formula conceptis, quas Episcopi ratione communicationis ultro citroque ad Romanum Pontificem mittebant, accipiantur quem sequitur Augustinus epistol. 263. disputando cum Donatista Fortunato suam Ecclesiam iactante, quaerens ab illo num Fortunatus Epistolam possit, quo vellet, dare, & apud Sietonium formata litteræ in vita Domitiani dicuntur à forma, quæ in his scribendis solet uti, vel quod singularem formam habent, vel propter græcos characteres quibus olim scribebantur, Pacificæ nihil aliud sunt quam communitas, & proficicendi licentia, dictæ quasi pacis arbitæ, & has, non nisi pauperibus dari solitas, assueverant. Aliqui etiam pacificas eas dixerunt quibus Romanus Pontifex approbat Ecclesiæ, ad quas eas mittebat, fidem, & communionem Commendatitiæ vero illæ sunt, quæ dantur in testimonium innocentie, atque dari solent ab Episcopo, qui eas petentes ordinari ad commendationem eorum. Confusæ tamen hæc quatuor genera litterarum à scriptoribus usurpantur, & indifferenter una vox ad significandum, quod proprie aliæ solent significare, ponitur, ut eas esse videre apud Gratianum dist. 73.

9 Censuitque Sacra Congregatio; Vicarium capituli, sede vacante, intra annum posse concedere dimissorias, ad primam consuetudinem ei, qui est presentatus à patronis laicis ad beneficium Ecclesiasticum jurisdictionis ipsorum, ut illud obtinere valeat. Id ipsum dicendum est ex sententia Sacre Congregationis in aliis consimilibus casibus veluti si quis in ordinandi favore suo beneficio renunciare vellet. Eisdemque Sacra Congregatio censuit d. cap. 10. non habere locum in insignito solum characterē primæ tonsuræ, & promorum ad minores ordines posse in susceptis Ordinibus ministrare, ac beneficia obtinere, non autem privilegiis, Clericis concessis, gaudere. Et in Placentina declaravit, Vicarium capituli sede vacante, posse instituere præsentatos à præsentis patronis cap. 1. de instit. in 6.

10 Posterior Sacri Concilii Sanctio illa est cap. 10. sess. 23. de reformat. Abbatibus & aliis quibuscumque, quantumvis exemptis, non liceat in posterum intra fines alicujus Diocesis, consistitibus, etiam si nullius Diocesis, vel exempti esse dicantur, cuicumque qui regularis subditus sibi non sit, tonsuram, vel minores ordines conferre, nec ipsi Abbates & alii exempti, aut Collegia, vel Capitula quocumque etiam Ecclesiarum Cathedralium, litteras dimissorias aliis quibus Clericis secularibus, in ab aliis ordinentur, concedant, sed horum omnium ordinatio servatis omnibus, quæ in hujus Sanctæ Synodi decretis continentur, ad Episcopos, intra quorum Diocesis fines existunt, pertineat non obstantibus quibusvis privilegiis, prescriptionibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus. Pœnam quoque impositionis illius, qui contra hujus Sanctæ Synodi sub Paulo III. decretum a capitulo, Episcopali Sede vacante litteras dimissorias impetrant, ad illos, qui eisdem litteras non à Capitulo sed ab aliis quibusvis in jurisdictione Episcopi, loco Capituli, Sede vacante, succedentibus obtinerent, mandata extendi. Concedentes autem dimissorias contra formam decreti, ab officio, & beneficio sint ipso jure suspensi.

Hoc decretum fasè alibi explicavimus. His autem verbis comprehenduntur tum ii, qui Vicaria à Capitulo in spiritualibus, Sede vacante, constituti sunt, tum etiam ii, ad quos loco capituli ex aliqua consuetudine jurisdictionis Episcopalis devolvitur, quomodo Archidiaconos, & Archiepresbyteros in quibusdam locis, ait Glossa in c. significasti de officio Archidiaconi Episcopo succedere. Episcopum vero Augustodunensem, Antistiti Lugdunensi mortuo, quoad administrationem ejus Diocesis tam in spiritualibus, quam in temporalibus ex veteri consuetudine, succedere in Gallia sunt, qui testantur, quam consuetudinem ex Beati Gregorii privilegio lib. 1. epistol. 114. fortitam Ecclesiam Augustodunensem iisdem credunt, cui missa ad Syagrium pallio, inter omnes Ecclesias, Lugdunensi subditas, primam esse, concessum est, eisque Episcopo primum locum tenere, ac subscribere, quamvis ordinatione posterior esset. Cetèrè olim vicino Episcopo vacantes Ecclesie committebantur, ut patet etiam ex Gregorio lib. 2. epistol. 29. qui Felici Episcopo de Acropoli ob viciniam vacantium Ecclesiarum curam se committere dicit.

Unum etiam hic notandum est; cum Capitulum è iustitiam Ecclesie suæ aliquem Episcopum elegerit, qui ad Diaconatus, vel Presbyteratus ordinem, non dum promotus esset, solitum fuisse cum aut Metropolitanano, aut digniori, vel antiquiori Episcopo, vel ei, qui Metropolitanano locum in electione renuissit ordinandum in Diaconum, vel Presbyterum offerre. Sic enim legitur, Fulbertum Carnotensem Episcopum epistol. 30. Leutherico, qui electioni Odolici in Aurelianensem Episcopum auctoritate primæ Sedis absente Leutherico Senonensi præfuerat, hunc sibi, ut facile ex dicta ejus epistola ad Leuthericum Senonensem colligitur: oblatum in presbyterum consecrasse, quod tamen Leuthericum Senonensem graviter tulisse ex sequenti epistol. 11. conjicitur. Sic testatur Ivo Carnotensis epistol. 62. Hugoni, Joannem Aurelianensem sibi per litteras Regis, & Capituli oblatum suo tempore ordinandum in Presbyterum, cum Sedes Senonensis Metropolitana vacaret. Quod etiam fieri solitum fuisse clarius ostendit idem Ivo epistol. 38. Congregationi Senonensi Beati Stephani, seu Capitulo iis verbis rescribens, petitorio vestro mandavit vobis vestra fraternitas, ut electum vestrum in Purificatione Beate Mariæ, pro officio nostro ordinemus in Presbyterum, in eo, quod ait sibi electi ordinationem à Capitulo mandata, Capituli potestatem agnoscat, in eo vero, quod ex officio sibi eandem innuit peragenda aditiam alicui Episcopo hanc ordinandi potestatem facile conciliet, ut non cuivis Capitulo electum suum offerre, sed digniori Episcopo Provincie, vel qui electioni præfuisse, præsentare ad ordinandum deberet quomodopodum id observatum in istis ordinationibus animadvertimus.

Officiales autem Episcopi, seu Vicarii Generalis, quorum etiam nomine comprehenduntur Archidiaconi, & Archiepresbyteri ex prædicta Constitutione Beneficium Octavi in cap. Cum nullus de tempor. ordinat. dimissorias concedere nequeunt, nisi Episcopo in remotis agente. Quid sit autem Episcopum in remotis agere, disquirat Glossa in d. cap. v. remotis, primoque eorum opinionem ponit, qui dicunt; in remotis Episcopum esse videri ipsam esse ultra montes, cum Diocesis ipsius sit citra montes, vel è contra, quorum opinionem refellit, quia nempe qui montium interfecto spacio à suis civitatibus distant, non tam remoti, quam valde remoti in iure dicuntur, cap. nihil de elect. quæ quidem valde differunt, cap. si de elect. quæ quidem valde differunt, ut colligitur ex l. Sancimus, Cod. de verbor. significat. & l. si legitur ex l. Sancimus, Cod. de verbor. significat. & l. si legitur ex l. Sancimus, Cod. de verbor. significat. Variam itaque juris testimoniis profert, secundum quæ remoti quidam dicuntur, qui extra Provinciam, cap. coram de elect. & l. ut. Cod. de prescrip. decem, vel viginti ann. Qui duabus diebus, cap. eod. tit. Addit tandem arbitrarium esse iudici, quis locus dicatur remotus.

14 Notat. verò Joan. Andr. in d. cap. Cum nullus suo tempore, qui mos etiamnum perdurat, specialem, & expressam potestatem Vicariis Generalibus Episcoporum ab illis conferri solere, ut etiam ipsis presentibus, & in Civitate degentibus, litteras dimissorias concedant nec in eo videri sibi Canonibus repugnare, qui licentiam Episcopi requirunt, quia ea videretur ab Episcopo licentia concedi, quæ ipsius nomine conceditur. Sicut tamen Episcopos ne omnibus passim petentibus dimissorias concedant, monitos jamjam dicemus, ita & officiales Episcopi, ne id faciant in Concilio Colonienſi anni 1536. prohibitos legitur part. 1. cap. 29. Prohibemus, inquit, ne officiales nostri litteras dimissorias, quæ vulgò licentiariorum ordinandis vocantur, alicui temerè concedant; illarum enim prætextu, qui sua ruditate, & inscitia sibi confisi sunt nostrorum Vicariorum in Pontificalibus disquisitionem subterfugium, ac aliò migrant, ubi nullus canonice traditionis respectus habetur. Ob eandem rationem quoque Moguntinum Provinciale anno 1549. habitum cap. 84. Commissariis nostris serid inhihemus, ne in posterum alicui litteras dimissorias sine magna, & necessaria causa, quam bene exploratam habere debent, concedant.

15 Quoniam autem hæc materia frequens est apud Episcopos, operæ pretium esse duxi eam diligentius prosequi ad communem utilitatem, ad quam referre omnia, & facere causa sua debemus. Litteras, quibus Episcopi Ordinibus suscipiendi potestatem alicui ex suis Clericis faciunt, inaudito antiquis nomine Reverendos, nonnulli vocant Concil. Trident. sess. 7. de elect. cap. 10. præsertim Hispani quod à salutatione, quæ se invicem Episcopi, Reverendos, & Reverendissimos honoris causa alloqui solent, ut plurimum incipiunt. Easdem commendatitias, & dimissorias jus novum appellat Trident. sess. 14. cap. 2. & 3. & alia Provincialia Concilia passim, quod & personæ ordinandæ commendationem contineant, & ad alium Episcopum ad ordinem receptionem liberam eundi potestatem, seu dimissionem concedant, non tamen commendatitiæ litteræ, quibus prohibitas, sufficientia, dignitas personæ, etiam ad ordines obtinendos commendatur, illicò sunt dimissorias. Vide Navarr. cons. 27. de tempor. ordinat. Nam qui jurisdictionem non habent tales testimoniales litteras dare possunt, ad dimissorias autem concedendas Episcopali jurisdictione opus est, & qui à Papa habet dimissorias, ut à quocumque Antistite promoveri possit, ordinari tamen non potest ex decreto Tridentino sess. 23. cap. 8. de reform. nisi ab Ordinario suo habeat commendatitias, quibus probitas ejus, & mores laudentur, commendenturque. Earum verò litterarum, quoscumque eas nomine vocaveris, alius jam usus, ex prædictis, quam qui apud antiquos receptus; sic enim Episcopi Clericos suos ad ordinandum dimittunt, ut sibi in eos jus, & auctoritatem retineant, idèdque toties dimissorias indigeant, quoties ab alieno ordinari voluerint, nisi generalem ad quoscumque ordines recipiendos facultatem obtineant, quæ adhuc insufficientis erit, ut ad usum Episcopum missas, ad alium quis recurre voluerit.

16 Dimissorium ergo hujusce temporis aliæ sunt generales, aliæ speciales. Generales quoque duplicis sunt generis; quædam generales dicuntur, quod ad omnes Episcopos dirigitur, potestasque per eos concedatur, ut quis à quocumque Antistite Catholice communionis, non hoc, aut illo, qui determinatur, manuum impositionis beneficium consequatur, quæ ferè verborum formula, ut postea patebit, litteræ dimissoriæ jam concipi solent, in quibus juxta modum loquendi Innocentii III. in cap. veniens de prescrip. conceditur, ut à quocumque Antistite, ritè, & catholice promotò, gratiam & communionem Sanctæ Sedis Apostolicæ habente, idèst non excommunicato, non suspensò, non interdictò, ut explicat Gloss. in dist. cap. veniens, Ordines recipiantur. Aliæ dicuntur generales, quod vel ad consuram & omnes simpliciter ordines, vel ad eos solum, si qui plu-

res superint, excepto semper Episcopatu, recipiendos, generalem licentiam concedant, etiam ad unum tantum, vel alterum Episcopum dirigantur. Speciales quoque modo opposito duplicis generis dicuntur, quarum quædam ob restrictionem licentiæ ad consuram, vel certos ordines, aliæ ob determinationem personæ, ad quam dirigitur speciales dici queunt.

In dimissoriis generalibus priori modo hæc restrictio adhiberi solet à quibusdam, quod non nisi ab Antistite Clerum, & Populum habente ordinem recipiendorum licentia concedatur, ita nempè, ut facultas adimatur quibusdam Antistitibus titularibus, quorum potestatem restringit Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 2. de reform. vel aliis per Provincias vacantibus, qui disciplinam Ecclesiasticam turbant, & quoscumque ad se, sine prævio examine admittunt ad eò, ut de eorum quibusdam dubium eriam esse possit, utrum Episcopali charactere sint insigniti. Contra istos vide Concilium Vormatiense sub Pipino cap. 14. & Cabilonenſe II. sub Carolo Magno cap. 43. & alia.

Hæc tamen restrictio dubitandi occasionem suppeditat, utrum qui tales habet dimissorias ab Episcopo titulari, Clerum, & Populum non habente, qui in altera Diocesi rogatu Episcopi Diocelani; Ordines Generales, celebrat, ordinari legitime possint. Suppono verò legitimam fore ordinationem, si ab Episcopo, Clerum, & Populum habente, in aliena Diocesi ex rogatu Episcopi Diocelanos ordines celebrante, ordinari fuissent, quod infra docebimus. De titulari hic sermo illegitimè tales ordinari dimissorias à suis habentes triplici argumento probari possent.

Primo, quia non est extendenda ista gratia contra dimissoriæ epistolæ verba, & sensum. At ex hypothesi verba dimissoriæ expressè ferunt, ut ab Episcopo, Clerum, & Populum habente, Clericus ordinetur. Quæ verba cum exceptionem adhibeant, non erit legitima ordinatio ejusdem Clerici, si ab Episcopo non habente Clerum ordinetur. Deinde quia Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 5. de reform. volens ejusmodi titularium Episcoporum potestatem coercere, statuit: Ut nulli Episcopo liceat cujusvis privilegii prætextu Pontificalia in alterius Diocesi exercere, nisi de Ordinarii loci expressa licentia, & in personis eidem Ordinario subjectis. Quibus verbis videtur saltem ejusmodi Episcopis titularibus jure adempta facultas ordinandi aliquos, ei non subditos, in cujus Civitate Ordines celebrant, sed cum dimissoriis alterius Episcopi accedentes. Postremò quia cui commissum fuerit excommunicare, vel absolvere aliquos, vel dispensare cum irregularibus, id aliis demandare non licet ex Gregorii IX. sententia in cap. fin. §. ceterum de offic. & potest. Judic. deleg. Ergo cui dimissorium litterarum beneficio Clerici ordinandi potestas conceditur, alteri ut id faciat, potestatem dare non potest.

Contraria sententia his oppositis rationibus utitur. 20 Primo, quod nec concedentium litteras dimissorias, nec Concilii Tridentini intentio sit adimere ulli Episcopo, quantumvis titulari sine Clero, sine Plebe, dummodò rogatu, ac loco alterius habentis Clerum, & Plebem ordines celebret, jus ordinandi alios, ex aliis Diocesis cum dimissoriis accedentes. Sed Episcopi quidem dimissorias concedentes cum hac clausula excludi tantum volunt titulares Episcopos suo nomine celebrantes Ordines, ad quos Clericos suos accedere nolunt, ne vel rei sint præsumptæ ab iis sine licentia Ordinarii in alieno Territorio ordinationis, vel si illi ab Episcopo Diocelani, in qua Ordines celebrant, licentiam obtinuerint, ipsi tamen elanculum Clericos suos ordinandos dimittere, vel non sufficienter probatos alienum examen refugientes, & conspectum, ad Episcopum, officiales non habentem, quibuscum examinet, & in ordinandos diligenter inquirat, nec territorium habentem, in quo publicè examinet, quasi ordinationem suffraguratos, rejicere videntur. Quæ omnia cessant, ubi titularis alieno nomine

palam, ac publicè celebrat, iisque solum, quod Dicesanus, in cujus Civitate versatur, vel ejus officiales ad Ordines præsentant, sacram manuum impositionem imperitur.

21 Similiter Concilium Tridentinum supra de Episcopis tantum loquitur, qui suo nomine privilegium aliquod jactantes, cuilibet ad eos accedenti Ordines conferbant, non de iis, qui alieno nomine, & rogatu Ordines celebrant, qui communi jure can. Pontifices 7. qu. 1. nituntur, per quod alterius rogatu potest aliquis Antistes, ordines conferre, idèdque nec ex intentione conferentium tales litteras dimissorias, neque ex intentione, aut verbis etiam Concilii Tridentini, per quod intentio Episcoporum tales litteras conferentium dijudicari debet, quippè qui ex Tridentino Concilio talem restrictionem hauterint convincitur obesse prædicta exceptio, quominus quis ab Episcopo, non habente Clerum, & populum ordinari possit.

22 Secundo, quia dum talis Episcopus alieno nomine celebrat, non ipsi ordinario adscribitur, sed Diocelano, cujus rogatu celebrat. Esto ergo exceptis delegatis Apostolicis cap. Pastoralis de offic. Judic. deleg. non possit quis, cui excommunicandi, vel absolvi potestas committitur, alium subdelegare, cum ad hoc ministerium delectus sit, ejusque industria selecta. At ubi quis speciatim delectus non est, ubi ejus nec persona expressa, nec industria requisita, est ubi ad eum acceditur, qui jure communi potestatem habet alium pro se ordines celebratum ex causa rationabili advocandi, ubi quicquid industriæ in ordinatione requiritur, & diligentia per eum agitur; ad quem dimissoria generatim saltem dirigitur, quis tunc dubitet in eo casu valere generatim juris regulam, potest quis per alium, quod potest facere per seipsum, reg. 68. de reg. jur. in 6. Idèdque quis non fateatur Diocelano posse vel per se, vel per alium Antistitem, quem rogaverit, five Clerum, & populum habeat, five non, commendatos sibi per dimissorias ordinare?

23 Tertiò, quia nisi id admittamus, multò minus poterit Episcopus Clericum ad se ex aliena Diocesi dimissum sine examine, ut tenetur, & si capax fuerit, probetur, atque ordinetur, per alios examinare, ac probare, sed ipse per se discutere, & examinare debebit; nam ejus fidei, ac diligentia commissum examen minus delegari posse videtur, quam ordinario, quæ fidem, industriamque personæ minus requirit, id tamen est contra praxim, & qui id assereret, nihil proficeret, quinimò conscientiam multorum molestis dubiis, & scrupulis solum inquietaret.

24 Quarto, quia moris est, ut cum litteris dimissoriis, etiam habentibus prædictam clausulam, prædictis Antistitibus, Clero, ac plebe carentibus, à viris probitate, & doctrina spectatissimis, ordinandi passim offerantur. Hunc morem qui reprehenderet, & plurimorum, ac gravissimorum virorum auctoritati, quibus nemo vel mente contradicere, sese opponere, & scrupulos multos injiciet. Certè in hac rationum paris ferè momenti contrarietate consuetudinem tuto quemlibet sequi posse crediderim, cum aliquando legi, & rationi ipsa prævaleat.

25 Circa generales dimissorias, quæ ad omnes ordines recipiendos conceduntur, observandum est, tales à Concilio Mediolanensi 4. tit. quæ pertinet ad Ordinis Sacramentum, minimè probari, ut ex ipsis verbis patebit, eamque ipsius Constitutionem Aquisi Concilio, eod. tit. placuisse, nec sine iusta causa. Etenim vel ad ordines omnes dimissoria ista simul conceduntur, ut brevi tempore omnes istos Ordines, is, cui conceduntur, consequi possit, vel, ut non nisi diuturno, & à Canonibus præstituto tempore ordines isti ab alio recipiantur. Si eò sine dicamus istis litteris licentiam ad omnes Ordines concedi, ut quam brevissimo temporis spatio recipi possint, concedent ergo Ecclesiastici Canonis à Concilio Tridentino revocari, quibus, non nisi per aliquod tempus in finibus Ordinibus exercitatis Superiores Ordines conferri

prohibentur, corrumpet tota ista Ecclesiastica disciplina, quæ tamen potissimum Clerici probantur. Si verò prædictæ litteræ traduntur, ea tamen conditione, ut interstitia illa inter singulos Ordines, ministeriaque observentur, certè nihil urget, ut simul, ac semel ad illos omnes Ordines recipiendos eisdem litteris licentia concedatur. Quinimò videntur non prudenter concedi. Nam & in pejus illo interfecto tempore potest ordinandus ruere, potest & infamiam criminis subire, mores ipsius progressu istius temporis, vel deteriores fieri, vel exilitatio, nominisque dignitas lædi possunt. Quod si per istud tempus infamia laboret, vel irregularitatem contrahat, quanto Ecclesiæ præjudicio, virtute istarum litterarum homo perditæ famæ, atque conscientia ad Sacros Ordines nulla nova probatione tentatus, accedet?

Sed ponamus toto isto tempore innocenter aliquem vixisse; Unde verò constabit, Ecclesiasticos eum mores imbuisse, erga disciplinam melius affecturum vixisse, frequentius Sacramenta sumpsisse, presbyteris obedientiam, ac reverentiam majorem in dies exhibuisse, Sacra sui Ordinis ministeria devotè, ac piè tractasse, progressum fuisse de virtute in virtutem, sicut de gradu in gradum, quæ tamen Sacri Canones, & Synodi Tridentinæ decretum cap. 11. sess. 23. explorata esse volunt, antequam ad Superiores Ordines ascendendi licentia cuiquam concedatur. Flocci illa omnia faciat necessum est, qui dimissorias ejusmodi, litteras generales concedit, nisi gravi, & urgenti causa ad eas concedendas inducatur, ut si in remotissimas regiones Clericus pietatis causa profectus fuerit, si beneficium curatum obtineat, in quo functurus suo officio, quam brevissimo tempore fieri possit, debeat ordinari, quamvis in priori casu latius dimissorias secundum antiquum morem concedere, in posteriori nec generales passim concedi velim. Quis enim dubitet, quin v. gr. S. Audoeni tempore Ecclesiæ valde afflictæ fuerit, & ejus opera, quam maximè indiguerit, electus tamen ad Ecclesiæ, Rothomagensis gubernationem, tantisper ordinationem distulit, quo Ecclesiasticam disciplinam penitus calleret, vita S. Audoeni apud Surium 24 Augusti.

Has autem litteras dimissorias solus ordinari, ac regulariter Episcopus concedit. Eiusdem enim est litteras ad ordines dimissorias dare, cujus est per se ordinare, arg. ex reg. potest quis de reg. jur. in 6. Itaque sicut Episcopus originis, domicilii, beneficii ordinare potest, cap. cum nullus de benef. ordin. in 6. ita & litteras dimissorias dare. Per accidens tamen aliquando contingit, ut Episcopus, qui non potest per seipsum ordinare, possit dimissorias litteras concedere, puta si electus sit, nondum tamen consecratus, si in Archiepiscopum electus, & consecratus, sed nondum pallium habuerit. Nam electus quidem Episcopos, & confirmatos, quia habeat Episcopalem jurisdictionem, dimissorias dare potest, licet ordinare per se nequeat constantis juris est, cap. nosti, & cap. transmissum de elect. cap. avaritia eod. tit. in 6. ubi Gloss. v. Confirmatur, & cap. 1. de translat. Episcop. Archiepiscopis quoque, quos ubi electi, confirmati, ac consecrati fuerint, dimissorias concedere posse, nemo vel leviter ambigit, cap. suffraganeis de elect. ante pallii susceptionem Sacros Ordines conferre, quædam jura interdunt, cap. Quod sicut, §. super eo de elect. Per accidens, inquam, idèst contingit, per se enim potestas ordinandi cum potestate iudicandi conjuncta est. Unde Calixtus II. epist. 2. Sixtus II. epist. 2. Julius I. epist. 2. Hadrianus I. in cap. Ingitanno datus cap. 16. Concilium Moguntinum sub Arnulpho cap. 14. Capitularia Caroli lib. 7. cap. 308. & in addit. cap. 149. & alii passim auctores unum ex alio inferunt.

Et sanè naturalis est utriusque potestatis Societatem amplexu jurisdictiois connexio, unaque alterius Societatem amplexu expectat. Unde in aliquo violento veluti statu detinetur, imperfectaque est, nec sibi sufficiens jurisdictionis, vel Episcopalis potestas in Episcopo, cui potestas ordinis, vel nondum collata est, vel ad aliquod tempus suspensa, quamvis integra jurisdictionis competat, ratione cujus

dimissorias dare possit. Hinc fit, ut per se neque Prælati inferiores Episcopis, subditis suis, neque officiales, nisi ex speciali privilegio, neque Episcopi Vicarius Generalis, nisi ex speciali licentia, vel Episcopo absente, neque Capitulum, nisi fortè Sede vacante, dimissorias litteras ad ordines recipiendos dare possint. Hinc conclusio fidei facit Bonifacius VIII. in dicit. cap. cum nullus de tempor. ordin. in 6. his verbis: *Inferiores quoque Prælati Religiosi, vel alii, nisi eis, quod suos Clericos, aut subditos possint, à quo voluerint Episcopo facere ordinari, à Sede Apostolica specialiter sit indulgent, vel officialis Episcopi, cum ad hoc sui ipsius officium non extendat, hujusmodi nequeunt licentiam (suscipiendi ab alio ordines) impetrari. Episcopus autem in remotis agente, ipsius in spiritualibus Vicarius Generalis, vel Sede vacante, Capitulum, seu is, ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere, dare possunt licentiam ordinandi. Cujus Constitutionis capita omnia sigillatim examinanda sunt.*

29 Olim exempti ab Episcopis, et si speciali Indulto ab Apostolica Sede impetrato minime niterentur, iis tamen, qui sui corporis, seu Collegii, & Societatis essent, litteras dimissorias dabant, si facultatem istam consuetudine præscripsissent, ut notat Gloss. in d. cap. cum nullus v. Indultum. Poterant & inferiores Prælati, puta Archidiaconi, Archipresbyteri, Abbates consuetudine hanc facultatem præscribere. Notatque alia Gloss. in cap. Significasti v. litteras de offic. Archidiacon. Archidiaconos, & Archipresbyteros, quorum munus est ordinandos Episcopo suo præsentare, cap. 1. & cap. ut nostrum eod. tit. & cap. 1. de offic. Archipresby. posse erga alios Episcopos ex cap. 1. & c. ad hoc de offic. Archidiacon. & d. cap. 1. de offic. Archipresby. Si Diocesani Episcopi absentes essent, vel Sedes vacantes, idem officium gerere, id est dimissorias tunc temporis, Ecclesiæ necessitate, vel utilitate postulate concedere, cap. cum olim de major. & obed. quod non videtur fovere, si tamen consuetudo eis suffragaretur, cujus quidem consuetudinis exemplum habemus apud Rodordum lib. 3. hystor. Rom. cap. 11. ubi Metropolitana Remorum Ecclesia, Pastore vacante, impune cessit Lupo Catalaunensi Episcopo Harduini Remensis Diocesis in presbyterum ordinatio, quod eum Archidiaconus Remensis Ecclesie cum aliis ministris tam Canonice, quam Monachis, illi obtulisset. Nihilominus Innocentius III. in eis. cap. significasti, dimissorias litteras eis dare absolute prohibuit. Nec mirum, nam jus quidem repugnat, quominus ullus, præterquam Episcopus, potestatem istam sibi vindicare audeat, consuetudinis dumtaxat beneficium prædicti in dignitate constituti allegabant, sed quæ corruptela potius, quam consuetudo quibusdam visa est.

30 Abbatibus quoque quibusdam, & Superioribus Regularium olim plura privilegia concessa legimus dimissorias suis concedendi, quæ omnia revocata sunt, nisi quod qui ad tonsuram, & minores ordines suos promovere possunt, etiam alii aliqui absque dubio possunt, illud quoque haud dubie dimissorias ad istos ordines dare poterunt. Ex ea verò regula, quam statuimus, ejusdem per se esse ordinare, cujus dimissorias dare inferri potest, quod sicut Abbates, quantumvis exempti, & juribus Episcopalis donati, non possunt secularibus sibi subditis ordines dare, ita nec dimissorias concedere, quod utrumque novo jure cautum est in Concilio Tridentino cap. 10. sess. 23. de reformat. nisi fortè dimissorias concedere dicantur, quatenus sibi subditos regulares ad Episcopum Diocesani ordinandos præsentant, vel ad alium Episcopum, sed prius à Diocesano probatos, & examinatos, si ipse abfuturus sit, nec ordinationes habiturus dimittant, dummodò tamen nulla fraus subsit, quod suorum ordinationem in tempus absentia Episcopi Diocesani, aut quo ipse non est ordines habiturus, ex professo distulerint juxta declarationem Sacræ Congregationis Concilii die 15. Maij 1596. quam etiam referunt Piafec. in prax. Episcop. par. 1. cap. 1. n. 14. & alii alij auctores apud

Barbosam de offic. & potest. Episcop. par. 2. alleg. 7. n. 28. quam tamen Concilio Tridentino nequaquam præponderare existimo, cum omnes istæ declarationes in lucem editæ, à summis Pontificibus improbatæ sint, idèdque auctoritatis habeant quantum Concilii menti magis videatur congruere, & certius alijs argumentis nobis constat, eas ab Eminentissimis Cardinalibus promanasse, qualis est ea, de qua diximus. Sed id ultro concedamus, nunquam tamen dabimus novo jure posse ipsos, etiam qui magni Abbates dicuntur, & exempti sunt, & nullius Diocesis, & id olim, vel ex privilegio, vel ex consuetudine immemorabili, ac præscriptione habuerint, sæcularibus litteras dimissorias dare. Vide Henric. lib. 10. cap. 22. nu. 3. & c. 23. nu. 3. Quarant. in summa Bullar. v. Capitulum Sede vacante.

Idem dicas de Capitulis, aut alijs Præpositis, aut si Prælati inferioribus Ecclesiasticis, quantumcumque terulas, aut villulas habeant, in quas Episcopalem jurisdictionem, & contentiosam exercent, quemadmodum contra Abbatem Pincianum, & Metinensem Henric. d. cap. 13. & Præpositum Terræ Prati Florentinis Diocesis Farinacc. decis. par. 4. in Concil. Trident. cap. 10. sess. 13. de reformat. & Archipresbyterum Terræ Collis, & Archipresbyterum Marenum, & Capitulum Salmanticensis Romæ judicium referunt Henric. eod. cap. 23. non prætereundum est exempta illa Monasteria, vel Capitula, quod Concilii Tridentini sanctio ipsius significam non fuerit. Nam si in Diocesi, in qua ipsa sita sunt, legitime promulgatum est, si eodem ritu, quo Ecclesiasticæ leges in ipsa Diocesi promulgari solent, publicatum fuerit, vel decretum ipsius, quo privilegia ista revocantur, non dubium quin ista facta promulgatione concidant, cum in non majorem, imò verò minorem vim habeant, quam ipse leges. Idèdque non majori in iis antiquandis opus sit solemnitate, quam in legibus abrogandis, vel derogandis. Quod si ipsa acceptæ Concilii decretum renuant, an proinde nullius erit post promulgationem auctoritatis? Imò contrarium tenendum est. Nam paucorum dissensu vim suam lex non amittit, alias nulla lex Ecclesiastica valeret, quia nihil tam Sanctum, tamque salutare sanciri potest, quod non aliquos offendat, in quod non aliqui incurrant.

31 Quod ad Capitulum, Sede vacante, spectat, jam diximus. Non omnibus autem neque passim dimissoria littera concedendæ sunt. Videtur sanè Concilium Tridentinum, non nisi Episcopo, infirmitate gravato, velle ejusmodi litteras dimissorias concedi, & optare, ut ea cessante, ipse per seipsum omnes sibi subditos ordinet cap. 3. sess. 23. de reformat. Episcopi, inquit per seipsum ordines conferant. Quod si agritudine fuerint impediti, subditos suos, non aliter quam jam probatos, & examinatos, ad alium Episcopum ordinandos dimittant. Et sanè quis non ex historia Pontificæ sectione perspicere possit antiquos illos Summos Pontifices inter tot Ecclesiæ negotia, quæ ad ipsos ex universis terre partibus deferebantur, inter tot persecutionis procellas, quibus Ecclesia concutiebatur, nunquam tamen ab Ordinibus celebrandis cessasse, sed statim temporibus plures, paucioresve Episcopos, Presbyteros, Diaconos ordinasse? Vide Pontificale Damasi, seu vitas Summorum Pontificum, & Anastasium Bibliothecarium. Summa hæc videtur esse Episcoporum gloria, quod Patres Populo Christiano in Sacramento ordinationis generent. Singulatis hæc eorum prærogativa, quod non tantum filios, sicut Presbyteri, verum etiam Patres generare possint, Epiph. in her. Act. an. 75. Minor hæc videtur esse opera, major dignitas, quam Regum, Imperatorum creatio. Idèd Paulus, qui de seipso dicere audebat 1. Cor. 1. Non misit me Christus baptizare, sed Evangelizare, idem tamen non aliena ad ordinandum manu, sed propria, uti conveniens ducebat, placeque legitur ordinasse, quam baptizasse, qui ad Corinthios dicit ibidem, neminem vestrum baptizavi, idem 2. ad Timotheum 1. dixit. Admonito v. re resuscites

resuscites gratiam Dei, qua est in te per impositionem manuum mearum. Paterna hoc pietas, & polcit, ut quos per Evangelium genuisti, patres facias per Ordinationis Sacramentum, nec alicujus eos manibus subicias, quos tibi perficiendos Deus subjecit, refugitque paterna dilectio, non dicam, ne aliis nutricibus aleandos, sed alijs patribus fecundandos, ordinandos, ditandosque dilectissimos filios dimittas.

32 Vnum hunc casum ægritudinis, & infirmitatis agnovit etiam Nicolaus I. Alvino Januensi, seu Albino Viennensi Episcopo d. can. Pontifices 7. qu. 1. quo casu vicinorum usque ad sanitatem recipendam. Episcoporum auxilia surrogari postulat. Non tamen excludantur alia graves, & necessaria causæ, quibus præpeditus Episcopus ad alium possit Clericum suum ordinandum dimittere, ut expresse meminit Concilium Mediolanense Provinciale tertium à Sancto Carolo habitum tit. qua per. ad Ord. Sac. Neque si Episcopus ordines celebrat, cuius sine gravi causa debet litteras dimissorias concedere, ne vel paternum videantur refugere beneficium, vel examen Episcopi sui evitare. Concilium Colonienfe passim dimissorias prohibet; similiter Mogunrinum Provinciale cap. 84. anno 1549. Clemens verò quartus c. 1. de temp. ordin. in 6. in super jubet, ut in Clerici Ultramontani litteris causa rationabilis continetur, ob quam ipsum Episcopus ordinare non poterit, vel noluerit. Idem optandum est in cæterorum dimissoriis litteris contineri.

33 Fraudibus itaque, & subreptionibus occurrens Synodus Tridentina d. cap. 3. sess. 23. statuit, prius debere ab Episcopo quemlibet examinari, ac probari, quam dimissorias litteras accipiat, nec ullum debere extraneum admitti, cujus mores, & probitas ordinarii sui testimonio non commendentur, quas sanctiones explicans Mediolanensis tertia citata, cui etiam adstipularur ferè per omnia Aqueus supra sic habet: *Infirmas valetudine, aliave justa causa impeditus Episcopus, si suas sacras ordinationes habere non potest, & aliquem propterea Clericum suum ad alium Episcopum mittere velit à quo alicui Ecclesiastico Ordini adscribitur, testimonialibus litteris ei datis, hæc adscribat, & testata faciat, vicia in primis, & morum probitatem, doctrinam, qua idoneus examine habito judicatus est, Ecclesiasticum Ordinem, quo est proxime initiatus. Tum præterea natales, aut dispensationem, si quam super illis obtinuerit. Si majori ordini adscribendus est, etatem suam, & titulum, sufficientemque censum beneficii, vel pensionis, vel patrimonii, quod ille habet. Quicumque autem hujusmodi litteras attulerit, quibus ea omnia adscripta, testataque sunt ne adscribatur, perinde ac si nullas Episcopi sui litteras dimissorias impetravit.*

34 Æqua sanè Constitutio, ut Episcopo neminem sibi subditum patiatur ordinari, sacro ministerio indignum, neminem offerat, de quo non legitimum testimonium ferat, neminem, nisi commendatum, probatumque præsentet. Certè, si, quod ob divinum institutum, & mysterii significationem vacat crimine, crimini tamen dandam esset Jacobo, quod alienam benedictionem suffuratus sit Genes. 27. An putas immunis foret à reprehensionibus Rebecca, quæ instrumenta dederat, quibus eam suffurari posset? In me aiebat illa, sit ista maledictio. Nec dubium est, quin in Episcopum, qui dimissorias suis litteris, quasi primogenitura privilegio, secundogenitoris, & in gratia minus provectos ornant, maledictio ista convertatur, quæ in caput indignè suscipientis ordines pro benedictione effunditur.

35 Neque verò tantum ista constitutio iusta mihi videtur sed necessaria. Neque enim fieri potest, ut ea omnia, quæ in prædicta Synodo Mediolanensi enumerantur, æquè à quoquam discutiantur, ac ab Episcopo proprio. Careri in his rebus cœcutunt. Facile est circa etatem, titulum aliaque hujusmodi coram alieno Episcopo mentiri. Facile est falsa remotorum hominum supponere testimonia, eas etiam litteras fingere, quantum ignota ipsa

nomina sunt, & sigilla, qua de re jamdudum apud Alexandram III. capit. 1. de Cleric. peregr. quietimonia fuit, qui ob id quinque sigilla, vel plura Episcoporum, cum aliqui è distantibus valde regionibus veniunt, in ordinatione voluit esse necessaria, ut supra notatum est. Quare aut earum rerum disquisitio omittenda, aut coram Episcopo proprio facienda.

36 Neque verò tantum æqua, ac necessaria, sed antiqua hæc lex, atque regula. Isto enim antiquitus minus interesse videretur Episcoporum, qui Clericos à se dimittentibus, quales ad ordines recipere, qui per litteras dimissorias ab eorum potestate in alterius gubernationem transibant, ab Ecclesia ipsis subdita in alienam migrabant, & ex ipsorum Clericorum catalogo expuncti, alieno inscribentur. Nihilominus solebant litteris dimissorialibus eos commendare, quos à se dimittebant, non autem commendabant, nisi quos probaverant, formidantes, ut patet ex Augustino ep. 137. illos alieno Episcopo subintroducere, qui de quovis crimine notati, vel diffamati essent. Hinc litteræ, quæ ab iis dimissorias dabatur, commendatitiæ quæque dici solebant ex prædictis. Hinc in variis commendatitiis litteris, qui dimittuntur, idem etiam commendatur, ut in epistola Attici apud Gratianum can. Sanctissimo dist. 73. quam tamen in contrariam partem trahunt aliqui, Hermanno Clerico testimonium perhibetur, quod instructus, & attentus fuerit, nec aliquid amplius ad ejus commendationem coram Antistite dicendum videbatur, à quo non illic ordinandus, sed longo prius tempore tentandus, & conversatio divina probandus, erudiendusque sperabatur, quam ordinandus. Rectè quidem Atticus ejus arbitrio ordinationem Clerici sui relinquit, quam tradidit magistris.

37 Quo autem documento, quo exemplo ordinationem Clerici sui post unum, aut alterum mensem conferendam alteri Episcopo ullus committere possit, qui nec sibi notus, & probatus fuerit, nec alteri esse queat, hoc certè non video. Jam si Epistolam Luitandi inspicias, videbis egregium in ea Valfadi commendationem paucis, sed luculentissimis verbis comprehensam rom. 2. Concil. Gall. *Credimus enim, quoniam, & sapientia, & mores ad hoc idest majorum ordinum promotionem, dignum eum viderant. In epistola dimissoria Dadonis Episcopi Virdunensis de Aduino, hoc testimonium legitur ibidem. Ideo notum facimus paternitati vestra, quod præsens frater harum litterarum portitor nomine Aduinus, non pro sua nequitia expulsum est à nobis, sed postulantibus fratribus nostris, eo quod ex familia nostra fuit, deditur ei libertatem receptam à cornu altaris canonice. In epistola Hedilonis Rogerio testimonium probitatis, & scientiæ sufficientis istud perhibetur ibidem: *Vita vero, & moribus habitus, inter nostros probum, laudabilemque sciatis, scientia denique capax, ministerii quantum aurum officium scire dignoscitur. In epistola denique, quæ pro formula generali dimissoriarum proposita, Marculi cum alijs pluribus adjungitur, quænam de Clerico, qui dimittitur, Episcopus eum alteri commendandam testari debeat, his verbis explicatur ibidem: *Vide vestram fraternitatem compertam facimus, ut cumcumque placuerit eum suscipere, absque ulla ambiguitate hoc faciat, sciens illum, & boni testimonii esse, & à vobis sibi ab Ecclesia, qua nobis ad regendum commissum est, migrandi licentiam accepisse.***

38 Sanè qui Canones legerit, in iisque adverterit, neminem ad Sacra tractanda ex aliena Parochia venientem, olim dimissum, nisi testimonio Episcopi sui probatum, idem persuadere sibi non poterit, Clericos ad altiorem gradus ab alieno Episcopo, qui eos non nosset, eventos fuisse, nisi dimittentis Episcopi testimonio prius probati fuissent. Vigebat sanè tunc temporis Carthaginensis tertiæ Synodi can. 22. *ut nullus ordinetur Clericus, nisi probatus, vel examine Episcoporum, vel populi testimonio. Jam verò cum ordinatus ab alio Episcopo Clericus, proprio suo Antistiti steterit, aut cadat, nec in ordinantis Episcopi, sed*

dimittentis Clerum adscribatur, si cuiusquam est de ejus moribus, doctrina, pietate, industria, cæterisque, quæ in eis necessaria sunt, qui ad Clerum parantur, inquirere ac sollicitum esse, maximè erit Episcopi proprii, qui litteras dimissorias ad ordines concedit.

40 Aliquando tamen ob graves causas Concilium Senonense in decretis morum cap. 5. ante Concilium Tridentinum habitum sub Antonio de Prato anno 1528. prohibuit, ut alicui minimè examinato ejusmodi dimissoria litteræ concedantur. Tota Sanctio lecta digna est. Et quamvis, inquit, Episcopus originis, beneficii, aut domicilii non solum ad ordines promovere, sed etiam litteras dimissorias ad ipsos ordines concedere possit, injungimus tamen suffraganeis nostris, ut si quando litteras dimissorias ad Sacros Ordines indulgere voluerit, ne indigni assumantur, observent ordinem, qui sequitur, videlicet, quod volentes imperare litteras dimissorias, accedant ad Diocesanos, qui super præmissis ætate, litterarum, moribus, beneficio, seu patrimonio inquirant, serventque diligenter prædictas solemnitates perinde, ac si in propria ordinare vellent, ac tunc sic examinato, concedantur litteræ dimissoria, remittaturque ita examinatus cum litteris ipsis in quibus etiam declaratur prædicta solemnitas sic observata, fiatque mentio expressa de beneficio, aut patrimonio, ut Episcopus, ad quem se conferet ordinandus, cum sine scrupulo promoveat, & ordinare possit. Quod si propter infirmitatem, aut aliam causam rationabilem is, qui litteras dimissorias obtinere cupit, non possit commode accedere ad suum Episcopum, tunc remittatur super ætate, litterarum, ac moribus, ut prius examinandus ad Episcopum, cui litteræ dimissoria præsentabuntur, inseraturque in iis litteris dimissoriis clausula super quo conscientiam tuam oneramus, proviso tamen, quod nunquam concedantur litteræ dimissoria, nisi illi qui habuerit beneficium, aut patrimonium præcætaxati valoris.

41 Certè rarò quisquam Clericus alterius Civitatis Episcopo, sive Officiariis ejus examinandus relinquì debet, si facta recta disciplina haberi intenditur. Etenim, prout in aliqua Diocesi magis, minusve in Sacerdote, vel inferioris ministerii Clerico desideratur eruditio aut Clericorum major est copia, vel necessitas, vel disciplinæ major profectus vel minor, quis dubitet circa ordinandorum habitum, gestum, modestiam, doctrinam diversa fore judicia, diversas esse sententias? Itaque si quis ob rationabilem, & gravem causam Episcopus absenti litteras dimissorias dare constituat, ei imponendam esse hanc obligationem arbitraret, ut cum si quis fortè, vel in Civitate, vel in qua petens dimissorias moratur, vel in locis vicinis Episcopo concedenti bene notus sit, qui genitum loci, & quid Ecclesiæ ordinandi conducatur, optinè calleat, primum adeat, ab eoque probeatur antequam dimissorias accipiat, quibus tamen licebit ad majorem severitatem eundem ad Episcopi ordinaturi examen rejicere. Addit & aliam cautionem Mediolanensis quinta Synodus par. 3. tit. de iniuriis. Sacram. ut nempè si ita videatur, Episcopus alium Antistitem pro inquisitione sui Clerici, & examine deleget, nec prius litteras dimissorias concedat, quam litteras ab eo receperit, inquisitionem continentem, quas & ipse discutiat, & juxta eas, dimissorias, vel concedat, vel denegat. Quod est juxta declarationem Sacre Congregationis Concilii in Senensi 26. Februarii 1691. quæ est hujusmodi *Questæ Saera Congregatione hà pù volte risoluto, che gli Ordinarii possono conceder le dimissorie per gli Ordini etiam sacri à loro Diocesani assenti, purchè prima fatte le dovute diligenze, & inquisitioni consi loro de' requisiti, potendo essi commetter l'essame à persona idonea confidente nel luogo, dove si troveranno gli Ordinandi, e con l'approvazione poi attestare della loro sufficienzia.*

42 Verum quæstio est, an ubi ex litteris dimissoriis constat, ab Episcopo proprio fuisse aliquem examinatum, examinari iterum possit, aut debeat? Breviter respondeo, non esse quidem necesse, ut in vitam & mores inquiratur ordinandi. Nullum enim majoris auctoritatis haberi po-

test, quam Episcopi proprii testimonium, nec alius ipsius Judex est, ut in eum inquirere possit. Potest tamen si quid mali in eo compererit, Episcopum proprium monere, ut de eo quæstionem faciat, quomodo Sanctus Gregorius Clero, & Civibus Neapolitanis lib. 8. epist. 40. refertur in can. de Petro dist. 47. de Petro à Neapolitanis electo, quem alias personam sibi ignotam fuisse testatur, rescribit, ut diligenter inquirant circa crimen usurarum, de quo apud ipsum insinulatus fuerat, & si innocens comperitus esset, cum decreto ad eum ordinandum dimittent. Si pariter, vel levis de litteris Episcopi proprii dubitatio moveretur, non dubium est, quin satius esset aliquod tempus præstolari, quo vita, ac mores ordinandi diligentius inspicerentur, & litterarum testimonialium Episcopi fides augetur, maxime si probabile sit ipsum ordinandum in Diocesi ordinaturi commorari velle, ut patet tum ex canone 8. Concilii Africani primi, duo requiritis ad ordinationem Clerici, qui in alterius Civitate manere voluerit, puta & consultationem cum Episcopo proprio, & habitationem ordinandi in ea Civitate in qua morari vult, ut nempè interim mores ejus, & vita notari possit, & ex rescripto Alexandri III. cap. 12. de Cler. peregr. qui Clericum peregrinum consultit non esse recipiendum, nisi & litterarum dimissoriarum fides discussa fuerit, & aliquo tempore suspensè detineatur, donec de eorum actibus plenius Episcopus, eos admittentibus, instruat. Quæ quidem testimonia haud dubiè prævalent quibusdam Glossis quæ sine ulla probatione, & examine, dimissos ab Episcopo, & commendatos docent, eas tantum auctoritates proferentes, quæ sine commendatitiis Episcopi proprii litteris quemquam ordinari verant. Eæ Glossæ sunt in can. Episcopum 9. q. 2. quàm ibi sequuntur Præpositus num. 3. & Gemino. nu. 2. in can. si quis Episcoporum v. ordines 19. q. 3. & alia.

Tucius est autem, saltem si Concilii Tridentini sess. 23. capit. 3. & 8. de reformat. observatio in usu sit, non solum Episcopum, litteras commendatitias dantem, examinare ordinandos, saltem quoad doctrinam, & eruditionem, verum etiam Episcopum, ad quem dimissoria diriguntur. Nam Concilium, quod prius d. cap. 3. sess. 8. sess. 23. ut vidimus supra, expressè statuit, idem habentes litteras dimissorias, quibus à quocumque ordinari possint, ab Ordinario examinandos innuit, cap. 11. sess. 7. de refor. facultates, inquit, de promovendo à quocumque non suffragentur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam à propriis Episcopis ordinari non possint, in litteris exprimendam, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua Diocesi residente, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligenti prævio examine.

44 Quamvis enim possint ista dici decreta de iis, qui à Summo Pontifice facultates habent, ordines à quocumque suscipiendi, non dubium tamen est, quin ad eos etiam qui eandem à suo Episcopo licentiam habent, possint extendi, præsertim cum id Mediolani, teste Bonnac. de Sacram. dist. 8. quæst. punct. 4. ad fin. Neapoli, teste Quaranta, v. Ordo, vers. obligationem Episcopi, atque alibi observetur, nec periculum sit ullum, quod quis denuò examineur. Nam qui dignus est, semper reperietur dignus & aliquando accidit, ut indignus, sive ob festinationem interrogantis, ejusque inadvertentiam, sive ob incuriam, sive felici quodam eventu, ut quis in eas quæstiones rogatus fortuitò incidit, quas solum noverit, cum tamen in reliquis omnibus, vel ferè omnibus ignarus sit pro digno habeatur. Deinde minimum incommodum Ecclesiæ creatur ex ejus rejectione, qui utcumque dignus fuerit, maximum vero ex ejus receptione, qui omninò indignus sit. Itaque non tam curandum, ne dignus rejiciatur, quam cavendum, ne admittatur indignus, verendumque, ne dum Episcopus Clericum suum iterum examinandum credit, in examinando negligens, alter, qui ordinat, dum examinatum suspicatur, nimium facilis, uterque non satis cautus, ignarus in Ecclesiam inducat, hic sua manu, ille testimonio,

Plures

45 Plures alias cautiones in dimissoriis concedendis adhibet Mediolanensis Provincia, Præside Sancto Carolo, Synodus quarta tit. quæ pertinent ad Sacram. Ordinem. Quas etiam adhibet Aquisgranensis. & observare utilissimam fuerit Sæpè inquit, illud, facillè evenit, ut vel hominis mores mutantur, vel quod de illius vita minus antea notum, atque exploratum erat, id postea aliquo modo pateat, quo sit ut quem Episcopus superiorum aliquando probavit, dignumque existimavit, aliquo etiam Sacro Ordine initiari illum ipsum post inveniat indignum, neque idoneum esse, cui idem, aut major Ordo conferatur. Quare, ut erroribus, multiplicique fraudi occurratur, & plano serventur decreta illa Tridentina c. 11. sess. 23. Unum quo vetatur ad Superioris Ordinis gradum illos ascendere, qui in inferiori aliquando Episcopi judicio versati non sunt, quique cum ætate, vita etiam merito, doctrinaque majores non processerint. Alterum quo ibidem c. 8. cavetur, nemini licere ab alio Episcopo primam consuram, aut ordinem aliquem suscipere, nisi ejus probitas, & mores ordinarii sui testimonio primum commendentur, Episcopus, aliusve Superior, prout pro sua prudentia, pietateque expedire censuerit, in primis videat, ne cuiquam antequam Sacre Ordinationis tempus proximè instet, litteras ejusmodi testimoniales, dimissoriasve pro Ordinibus ab alio Episcopo suscipiendis sine necessaria causa nunquam concedat, neque item eisdem litteris facultatem det plures Ordines suscipiendi, quàm illos ipsos tantum, quos uno, eodemque tempore ab eo suscipi voluerit, ac per Sacros Canones, Conciliaque licuerit. Præsentat præterea in illis certum suscipiendi Ordinis, cui quisquam adscribendus est, tempus, menstruum scilicet, vel bimestre, vel longius, ut pro loci distantia, pro aliavè ejusmodi causa opus esse videbit. Quo præstito tempore transacto, eas litteras eo nomine à se concessas ei in posterum nihil suffragari, nihilque roboris habere ejusdem litteris declarat, quas etiam Cancellario Episcopali ab illo, cui concessa sunt, reddi discernat. Nec verò aliena Diocesis Clerico seculari, nec illi omninò regulari, litterarum auctoritate, quas dimissorias, testimonialesve, hic à Superiore, aut ille ab Ordinario suo habeat, Episcopus ordinem aliquem, vel minorem, vel majorem, ac ne primam quidem consuram, tempore illarum litterarum præterito conferat. Quod si nullum eisdem litteris spatium temporis præscriptum sit, ne item in Sacra Ordinatione quemquam promoveat, nisi eas recentem, aut scriptas, aut renovatas, confirmatasve is adferat, atque ita recentem quidem, ut non amplius duobus, tribusve mensibus ante Sacre Ordinationis, quæ illo proximè initiandus est, tempus, data, confirmatave sit, si modo aut loci distantia, aut ejus, qui ordinem susceperunt est, diuturna ab Episcopo suo, Superioreve absentia, aliaque id generis causa vetustiores litteras, ejusdem Episcopi judicio admitti, probatave non possint. Id ipsum quoque Episcopus in testimonialibus morum litteris cavebit, quas sua etiam Diocesis Clerici, alivè quicumque eo de genere afferent.

46 Ex iis autem primus modus sufficienter explicatur, quo litteræ dimissoriae extingui solent, si nempè temporis ad ordinationem dati spatium effluerit. Quod enim in causis aliquando evenire solet, ut lites longo eremodicio contritæ, & oblivione longissimi temporis sepultæ, novo diplomate excuscatari debeant, idem in his litteris contingit, ut elapso licentiæ concessæ tempore, nullo subsequuto effectu, litteræ ipsæ interciscæ, & obsolecæ, nullius utilitatis existant, sed aliæ ab Episcopo impetrari debeant, qui modus emortuæ epistolæ dimissoriæ usitatus esse minimè solet, quamvis maximè necessarius; quippe cum nullum certum tempus in litteris dimissoriis pro recipiendo ordine, quod consentaneum maximè esset ob rationes à Mediolanensi citato Concilio allatas, præscribi consueverit.

47 Alius modus est, revocatio litterarum dimissoriarum facta ab Episcopo, & ei, qui eas impetravit juridicè significata, ut per Gloss. in c. ex parte v. non valere de rescript. & in cap. mandatum v. revocato de procur. & alibi. Vel

decreto publico confirmata cap. si postquam, cap. dudum cap. si beneficia, cap. quidam de preben. in 6. quo casu significatione opus non est, sed revocatio eo ipso significata intelligitur, quo publicè promulgata. Unde ignorantibus obligat, quamvis qui contra revocationem ignorantè agunt à peccato nonnunquam, à pœna ferè tempore debeant excusari, ut colliges ex iis, quæ Theologi docent, agendo de legibus, & peccatis. Notatu autem dignum est, quod habet Navarrus conf. 34. de temp. ordin. non censeri Episcopum dimissorias litteras revocasse ex eo, quod ordinando dixerit, velle se ordines celebrare, ideoque nolle, quod ipse ab alio ordines suscipiat. Nam prohibitio ista expressè non videtur esse revocatio, sed simplex tantum prohibitio, cujus nec ipsa transgressio ex intentione prohibentis fortè colligeretur, peccatum ullum, vel saltem grave peccatum inducere, si tamen contemptus abfuerit. Certum est autem, Episcopum aduentem suæ dignitatis ministerium tam à Capitulo datas, quàm à prædecessore suo dimissorias revocare posse, ut per Rebuff. in prax. rubr. de form. litter. dimissor. num. 44. Campanil. rubr. 9. divers. jur. canon. cap. 8. & alios. Neque enim quicumque ante ipsum Diocesim administrarunt, eum ligandi auctoritatem habent.

48 Quæritur, an aliis modis dimissoriae litteræ extinguantur, an scilicet per revocationem Vicarii Generalis, an per mortem concedentis sive Episcopi, sive ejus Vicarii? Ratio dubitandi est, quia mandatum extinguitur morte mandantis l. mandatum, Cod. mandat. cap. gratiosa de rescript. in 6. Itemque, revocato procuratore, quæcumque postea in vim ejus procuratoris aguntur, nulla sunt capit. auditis de procurat. & alibi, eaque est revocationis vis, ut quæ saltem imperfecta sunt, revocatione impediuntur, quominus perfici possint, capit. 15. cum de preben. in 6. Quinimò revocato aliquo, quæcumque inde sequuntur revocata videantur Clem. 1. de immuni. Eccles.

49 Contrarium tamen juxta hodiernam praxim tenendum est. Tum quod gratia perpetua sit, nec cesset obitu concedentis, l. falso, Cod. de divers. rescript. Tum quod licet mandatum de conferenda gratia morte concedentis cessare fortè debeat, fortè dixi ob contrarium, cap. si super gratia de offic. de leg. in 6. & cap. si cui de preben. pariter in 6. At non eam gratiam cessare convenit, cui jam concessæ nihil præter usum, vel executionem deest d. cap. si cui & d. si super gratia. Decet enim concessum beneficium esse manurum, cap. decet de reg. jur. in 6. & d. cap. 15. cui de preben. licet pariter revocatio operetur, ut Vicarii, vel procuratoris revocari acta omnia post revocationem nulla sint, non tamen operatur, ut ante revocationem concessa etiam re integra stante, nulla sint, ut ex pluribus capitibus in tit. de procurat. Neque id tantum locum habere Auctores passim docent in Vicariis Generalibus Episcoporum, verum etiam Capituli, à quibus impetratas litteras dimissorias valere putant, re etiam integra, etiam post confirmatum, consecratum, & receptum Episcopum, Quartan. in summ. Bullar. v. Capitulum, vers. dubitatur. Petrus de Ledesma in summ. par. 1. de Sacram. Ordin. cap. 8. concl. 4. Molina de just. & jur. tract. 5. disput. 11. num. 4. & alii. Consultit tamen Gutierrez canon. quæst. lib. 2. cap. 17. num. 12. ordinariibus, ne postquam inaudierint novum Prælatum, possessionem sui Episcopatus adeptum esse, eas libenter acceptent. Vetitum autem est eorum ullam habere rationem, si revocata à novo Episcopo fuerint. Possunt vero, ut diximus, revocari, quod cum non infrequens sit, jure à quovis Antistite timeri potest. Cæterum dictum nostrum etiam ampliamus ad dimissorias, quæ non nostrum audita morte Antistitis in remotis agentis à Vicario Generali conferuntur. Nam quandiu de ejus morte nihil auditum est, Vicarius ejus Generalis auctoritate nihil auditum est, Vicarius enim accidit, ut potestas in moralibus legitima sit, eo quod pro legitima habeatur, ideoque dimissoriae ab iis concessæ ab auctoritate legitima promanantes,

D d 4

promanentes, eandem vim habent cum cæteris, quæ morte concedentis, vel ejus cujus nomine conceduntur, minimè expiunt.

Formula litterarum pro informationibus committendis, ac dimissorias exhibent acta Mediolana Sancti Caroli 8. & Rebuffus in *prax. benefic. d. tit. Barbol. in formular. &* alii plures.

Porro decreta Tridentini d. cap. 10. *sess. 23.* ampliatur ut capitulum, vel ejus Vicarius non possit dare dimissorias intra annum, ut supra arctato, alia causa quam beneficii, ut si necessarii essent ordines ad obtinendum gradum Theologiæ, Sanchez *opusc. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 38.* Item ampliatur, quod Vicarius Capitularis non potest dare dimissorias tam intra, quam ultra annum, Sede vacante, nisi ei fuerit hæc facultas specialiter mandata à Capitulo, secus est in Vicario Apostolico, nisi ei fuerit restricta facultas in litteris suæ commissionis, Guttier. *loc. cit. lib. 2. cap. 12. nu. 22.* cum Pavino, & Mandosio. Ampliatur denique, quod illa pœna interdicti est late sententiæ, Henric. *lib. 13. cap. 43. nu. 5.* Sanchez *ibidem num. 36.* Vivald. de *interd. nu. 18.* Sayr. *lib. 5. de censur. cap. 12. num. 15.* Quia verbum subjaceat, ut alibi diximus, est late sententiæ.

Id autem limitatur primò, quod non est verum per hæc decreta Concilii Capitulo, vel Vicario concedere commendatitias de vita, & moribus ad effectum ordines recipiendi, v. g. vigore Brevis à Papa obtenti, Navar. *conf. 19. n. 1. de tempor. ordin. Sanchez d. dub. 20. n. 37. ac dub. 26.* Secundò limitatur, quod interdicti illius personalis generici absolutio nemini est reservata, ideo poterit Episcopus successore absolvi ex *cap. super. tit. de sentent. excommunic. Coninch. de censur. disput. 17. n. 76.* Confessorius autem non potest in hoc casu absolvi particulares Canonicos. Limitatur tertio quod illa pœna privationis privilegii Clericalis, lata contra Ordinatios in minoribus vel prima tonsura initiatos, non afficit ante declaratoriam, ut per Bonacc. de *suspens. in partic. quest. 1. punct. 11. num. 21.* ut in simili habetur in Bulla Urbani VIII. *Secretis* contra Itales promotos falsis dimissorialibus. Imò aliqui dicunt, illam pœnam privationis privilegii Clericalis in hoc decreto Tridentino non late sententiæ, sed ferendæ propter verbum, non gaudet quod est futuri temporis ut Navar. *d. conf. 19.* Sanchez *loc. citat. d. b. 28. nu. 14.* Limitatur quarto, quod ordinati in minoribus in hoc casu non incurrunt suspensionem, tanquam ordinati sine licentia sui Episcopi, quia facta est commutatio in hanc pœnam privationis privilegii Clericalis, Suarez de *censur. disp. 31. sect. 1. n. 20.* & Sanchez *dub. 28. nu. 5. § 14.* Limitatur quinto, quod ubi Tridentinum non est receptum, servabitur jus commune, de quo d. *cap. cum nullus de tempor. ordinat. in 6.* ut possint etiam intra annum à Capitulo dimissorias concedi, Tolet. *lib. 2. cap. 49. vers. 2.* Sanch. *dist. dub. 20. num. 37.* cum Salzedo.

CONSULTATIO CLIX.

An, & quatenus facultates de promovendo suffraganeur? Et quomodo, & à quo unusquisque promovendi debeat? Pœna in contravenientes.

Exat hac de re decreti Sacri Concilii Tridentini *sess. 7. c. 11. de form.* in hæc verba: *Facultates de promovendo à quocumque non suffragantur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam à propriis Episcopis ordinari non possunt, in litteris exprimendam, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua Diocesi residente, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligenti previo examine.* Interim tamen dum promoveret, debet per Capellanum missarum onera, ad quæ tenetur, substinere, ex Sacra Congregatione in Olcen. & Algaren.

Hujusmodi facultates intelliguntur à Sede Apostolica concessas non autem ab Ordinariis, quæ appellantur litteræ dimissorias. Novum est hoc decretum, cui subre-

cto *cap. 8. sess. 23. de reformat. Ordinationes Sacrorum Ordinum statutis à jure temporibus, ac in Cathedrali Ecclesia, vocatis, presentibusque ad id Ecclesia Canonice, publice celebrantur. Si autem in alio Diocesis loco presentem Clero loci dignior quantum fieri poterit, Ecclesia semper adestur. Unusquisque autem à proprio Episcopo ordinatur. Quod si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei, etiam cujusvis generalis, aut specialis rescripti, vel privilegii prætextu, etiam statutis temporibus permittatur, nisi ejus probitas, ac mores ordinarii sui testimonio commendentur. Si secus fiat, ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus à susceptorum ordinum executione, quoadvis proprio ordinario videbitur expedire, sit suspensus.*

Ordinationes autem Sacrorum Ordinum statutis à jure temporibus celebrari debent, *cap. sanè ibique Gloss. v. quatuor, & cap. sequenti de tempor. ordinat.* Non tamen privilegium suscipiendi Ordines extra tempora intuitu personæ concessum, hoc decreto sublatum esse, censuit Sacra Congregatio. Et in Cathedrali Ecclesia, ut canon. *Ordinationes 2.* ubi Gloss. *dist. 75.* Quod nisi urgens necessitas aliud exposcere videatur, servandum dixit Sacra Congregatio. Si autem Episcopus contrafaciat, etsi perperam facere dicendum erit, non ideo Canonici ei dare assistentiam non tenentur, cum Episcopo, Pontificalia exercenti, sive in Cathedrali, sive in alia Ecclesia, in Civitate, vel suburbii, Canonici ex Sacra Congregatione teneantur præstare assistentiam.

Unusquisque autem à proprio Episcopo ordinandus est, ex quo declaratur *c. fraternitatem dist. 71. § tot. tit. de tempor. ordinat. in 6.* cum qui facultatem à Sede Apostolica obtinuerit, ut possit ordinari ab alio, quam à suo ordinario, ejus nihilominus probitas, & mores Ordinatii sui testimonio sine comprobandi, & signaturæ gratiæ Sanctissimi jamdudum consueverit in hujusmodi facultatibus ponere clausulam illam, de licentia Ordinarii, cujus testimonio mores, & probitas commendentur, & hoc ex Sacra Congregatione in omnibus ordinibus intelligendum est tam sacris, quam minoribus.

Et cum ex declaratione Gregorii XIII. ex sententia Sacre Congregationis edita, Regulares teneantur suscipere Ordines Sacros, vel dimissorias ab Episcopis, in quorum Diocesi est Monasterium, in quo dum ordinantur degunt. Sixtus Quintus dixit, Regulares posse concedere dimissorias ad Episcopum Diocesenum, eoque absente, ad quemcumque, debere tamen ab ordinante examinari quoad doctrinam, & quoad absentiam Episcopi Diocesani intelligendum est, si is statis temporibus ordinationes non habeat; subditum etiam alienum, qui cum dimissoriis sui Episcopi ab alio Episcopo ordinatur, poterit Episcopus Ordinans, si sibi videbitur, examinare. Et cum N. peteret, ne quis sibi subditos absque fide, & testimonio ipsius de vita, & moribus possit ordinari, Sacra Congregatio dixit, tunc tantummodo posse illum tales fides dare, cum ab Episcopis ordinantibus requiruntur.

Quærenti Cardinali Portugallie, an per hoc decretum *cap. 11. 12. 13. & 14.* esset sublatum indultum Apostolicum concessum Religioni Societatis Jesu dicte Provinciæ, ut possint extra tempora ad Sacros Ordines promoveri, Sacra Congregatio censuit, Indultum hujusmodi esse revocatum à Concilio.

Episcopus autem vocatus potest ordinare in Diocesi vocantis, *can. Pontifices 7. q. 1.* & exercere omnem jurisdictionem, etiam contentiosam in alieno territorio de consensu Judicis illius, & partium, quas tangit, ut tenet Alex. Jaf. & melius Decius in *leg. fin. n. 9. de jurisd. omn. judic.* & ex his potest etiam in alterius Diocesi cum licentia Ordinarii loci ordinare suos Clericos, & alios de licentia suorum Episcoporum.

Ordinarius permittere potest suum Diocesenum ad Sacros Ordines promoveri ab alio Episcopo, si tamen ipse

ipse prius probitatem ejus, & mores testimonio suo commendaverit, ut in hoc decreto, cui hac in parte non adversatur *cap. 3. dist. sess. 23. de reformat.* Ex Sacra Congregatione Concilii in Caietana 24. Septembris 1573. ut etiam infra.

In Brünon. Ordinatio potest fieri etiam in Ecclesia existenti in suburbii, Sacra Congregatio super Episcopis ex sententia Sacre Congregationis Concilii, quæ ita censuit, & decrevit 19. Februarii 1585.

Ex d. *cap. 3.* permittitur Episcopo, quando residet, & egrotat, dare dimissorias, non tamen in casu absentie prohibetur. Quod autem Episcopus egrotas possit concedere dimissorias, non est contra id, quod statuitur *in d. cap. 8.* dum dicitur unusquisque à suo Episcopo ordinatur. Quia ibi non prohibetur, quominus propter absentiam, vel alia causa impediens, concedere quis possit dimissorias, & sic ita non conceditur, ut dari possint dimissoriæ, & tunc solummodo dari possint cum quis egrotat. Quod si ex duobus his capitibus quis inferat, non licere Episcopo alium Episcopum in suam Diocesim adsciscere, & illi generalem facultatem concedere, Ordines suis subditis conferre, quod ex *cap. 5. sess. 6.* permitti videtur, dicendum in duobus his capitibus agi de iis subditis, qui extra Diocesim Ordines suscipiunt, non autem de iis, qui intra Diocesim Ordines suscipiunt, quo casu sufficit generalis licentia Episcopi absque licentia Sedis Apostolicæ. Quæ omnia semel, ac iterum à Sacra Congregatione fuerunt approbata.

Episcopi igitur, ut habetur *dist. cap. 3. sess. 23. de reformat. per se ipsos Ordines conferant, quod si agritudine fuerint impediti, subditos suos non aliter, quam jam probatos, & examinatos, ad alium Episcopum ordinandos dimittant.* Id, quod à primordiis nascentis Ecclesiæ cautum fuit Concilio Carthagini, *cap. 21.* ut nullus Clericus ordinaretur, nisi probatus, vel Episcoporum examine, vel populi testimonio. Id etiam liquet ex *can. quando dist. 24.* ex Concilio Nannetensi *can. 11.* Potestque Episcopus cuivis absentis litteras dimissorias dare, & ordinandum etiam subijcere suo examini, si ita sibi videbitur, & si absentes sint ad se examine causa evocare, si commodum erit, alioquin eorum examen debet committere ordinario loci, in quo illi degunt, & ordinandi sunt.

Hoc autem decretum *dist. cap. 3.* ad unguem est servandum, quando Clerici ordinari volentes, sunt presentes, quia tunc necessitas sunt examinandi, sed quando absunt, potuit examen committi Episcopo ordinanti, ejus conscientiam onerando, ut supra dictum est. *Mà non offanti le cose suddette la Sacra Congregazione ha sempre tenuto, che miglior pratica sia il fare esaminare prima da delegato il promovendo, & havendo relatione, che sia sufficiente, dargli le dimissorie, facendo mentione, che è stato esaminato, & approvato. E così si osserva da migliori Prelati.* Ita sapienter scripsit Sacra Congregatio super Episcopis.

De jure communi recipiens ordines extra tempora à jure statuta, non est permittendus in susceptis ministrare *dist. cap. sanè de tempor. ordinat.* Et olim quidem cautum erat, ut suspensus, seu depositus permaneret, donec à sede Apostolica restitutionis gratiam meruisset obtinere, *cap. Cùm quidam eodem tit.* Sed postea Gregorius Nonus in *cap. Consultationi eodem tit.* statuit, ut cum taliter ordinatus, penitentia peracta, ab Episcopo possit dispensari, ut in susceptis ministraret, ut notat Glossa ibi, & Sayr. de *censur. lib. 4. cap. 14. num. 2.* cum aliis. Quod est intelligendum de Episcopo, qui non fuerit culpabilis in tali ordinatione, Angel. v. *irregularitas numer. 35.* Maiol. *de irregul. lib. 3. cap. 24. nu. 9.* & Cardin. in *d. cap. Cùm quidam.*

Dubitatur primò, an dicta suspensio sit late sententiæ, vel ferendæ? Aliqui putant esse late sententiæ, ut Angel. *ibidem*, Sylvest. *dist. verb. irregularitas num. 12.* Tabiena *eodem v. 4. n. 7. q. 6.* Abb. in *cap. 2. de temp. ordinat.*

Sayr. *loc. cit.* Alii dicunt, esse ferendæ sententiæ, ut Innocentius, & Ostiensis, quos sequitur Avila *de censur. par. 3. disp. 5. dub. 7. §. secundo supponendum.* Jo. Andr. & Abbas *nu. 4. in d. cap. cum quidam, Tolet. lib. 1. cap. 48. §. Quarta.* Suarez de *censur. disp. 31. sect. 1. num. 30.* Quæ sententia videtur magis communis recentiorum.

Dubitatur secundo, an hæc pœna procedat etiam contra ordinatum in minoribus extra tempora? Affirmant Doctores, quia Textus d. *cap. Cùm quidam* generaliter loquitur. Ita Maiol. *loc. cit. num. 10.* Sayr. *ibidem num. 21.* Abb. in *d. cap. Cùm quidam* in figuracione casus. Ex Bulla Pii Secundi, quæ incipit, *Cùm ex Sacrorum*, fertur pœna suspensionis late sententiæ ab executione ordinum contra eos, qui sacros Ordines recipiunt extra tempora. Quod si celebrent in ea suspensione irregulares efficiuntur, ut ibi dicitur.

Nota, quod illius suspensionis absolutio ibi non est reservata Papæ, Avila *loc. cit. Reginal. lib. 30. tractat. 2. num. 60.* Quod non procedit illa pœna contra ordines minores, vel primam tonsuram recipientem extra tempora, Navar. *cap. 25. n. 70.* Mirand. in *manual. Errol. tom. 1. q. 39. art. 7. conclus. 1.* Suarez *disput. 31. sect. 1. num. 30. in fine.* Tolet. *loc. citat.* Et quod hæc suspensio est tantum ab Ordine sic male suscepto: Henric. *tract. de suspens. cap. 38. num. 1.* Suarez *ibidem num. 31.* Layman. de *Sacram. Ord. cap. 10. §. tertium.*

Ex Bulla verò 91. Sixti Quinti contra Clericos male promotos fuit lata suspensio, Papæ reservata contra recipientes ordines extra tempora, sed ea Constitutio quoad hoc fuit abrogata à Clemente Octavo Bulla 40. *Romanum decet*, & redacta ad terminos juris communis, & Bullæ Pii Secundi supradictæ, ut per Reginald. *loc. citat.*

Ordines conferens extra tempora, nullam censuram, seu pœnam ipso jure incurrit, sed sit suspendendus à potestate ordines conferendi per *dist. cap. sanè*, ibique Abb. *num. 3. de temp. ordinat.* Gloss. in *dist. cap. Cùm quidam.* Et quamvis per Bullam citatam Sixti Quinti incurreret suspensionem, & alias pœnas late sententiæ, tamen, ut dixi, eam Constitutionem moderatus est Clemens Octavus in ea parte, idè dictæ pœnæ cessarunt.

Advertendum autem est, quod Ordines Sacri solum conferendi sunt in Sabbatis quatuor Temporum, aut Sabbatho Sancto, aut Sabbatho ante Dominicam Passionis, *can. quod die dist. 75. cap. de eo de tempor. ordin. Concil. Trident. dist. cap. 8. sess. 23.* Nisi super hoc Papa dispenderit, ut per Sanchez *lib. 7. opusc. cap. 1. dub. 51.* Vel nisi in uno casu, quando scilicet ob aliquod justum impedimentum Episcopus, non potuit ordinationes implere in Sabbatis supradictis. Potest enim tunc in die Dominica immediatè sequenti, continuato jejuniæ naturali ab Episcopo, & ab Ordinandis, ordines supplere, *cap. litteras de tempor. ordin.* ubi Gloss. v. *percurrere.* Ostiens. Cardin. *numer. 1.* Anan. *numer. 3.* alique Canonistæ.

Ordines autem minores conferri possunt, non solum dictis temporibus, sed etiam mane in qualibet die Dominica, vel festo, si privata sit ordinatio, ut si unus, aut duo ordinentur, *cap. 3. de tempor. ordin.* immodò etiam si tres, aut plures, si non tam multi sint, ut videatur generalis ordinario celebrari; Sanch. *loc. cit. dub. 52.* Diana *par. 1. resol. 30. miscell. 2.* cum allegatis. Prima verò tonsura quovis die, & hora conferri potest, Sanch. *d. dub. 52. num. 1.* & de communi testatur Henric. *lib. 10. cap. 12. num. 1.* Episcopalis autem consecratio ex antiqua traditione, die tantum Dominica confertur, d. *can. quod die dist. 75. S. Leo epist. 79.*

CONSULTATIO CLX.

An, & quatenus à quocumque presentati ad beneficia Ecclesiastica, instituti sint ab Ordinariis? Ubi decretum:

Sacrum

Sacrum Concilium Tridentinum hac super re *sess.* 7. *c. 13. de reformat.* ita decernit: *Presentati, seu electi, vel nominati a quibusvis Ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolicæ Nunciis, ad quævis Ecclesiastica beneficia, non insistantur, nec confirmantur, neque admittantur, etiam prætextu cuiusvis privilegii, seu consuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius à locorum Ordinariis examinati, et idonei reperti. Et nullus appellationis remedio se tueri possit, quominus examen subire teneatur. Presentatis tamen electis, seu nominatis ab universitatibus, seu Collegiis Generalium studiorum exceptis. Vide *cap. 9. sess. 25. de reformat. c. 18. sess. 24. ubi exceptio videtur revocari.**

Secus verò si presentati fuerint à Cardinalibus legatis à latere. Cùm enim isti habeant intra suam legationem ordinariam jurisdictionem, *cap. Legatos de officio legat. in 6.* possunt presentati examinari ab ipsis, nec propterea ad alios locorum ordinarios remittendi sunt, sicut declaravit Sacra Congregatio. Nec ita hæc generalitas accipienda est, ut omnia beneficia eadem examinationem requirant. Nam in beneficiis curatis, quæ etiam ante Concilium exigebant examen, *cap. nihil de elect. sive sint jurispatronatus, sive liberæ collationis, examen faciendum est ab Episcopis Ordinariis ad præscriptum Concilii cap. 18. sess. 24.* In aliis collatio, vel ordinatio facienda est à quibusvis verò quibusvis beneficiis, ad quæ presentatio, seu personis Ecclesiasticis, Episcopo inferioribus, præsens decretum observandum est, & aliud in *cap. 9. sess. 25.* quod obtinet, etiam institutio pertinet ad Monachos, quando institutio facienda esset ab inferiore, dummodo non dependeat ab aliquo Jurepatronatus, quod per Concilium sublatum sit in *d. cap. 9. quemadmodum Sacra Congregatio respondit.*

Vindicat sibi locum decretum, etiam in iis, qui in Ecclesiis patrimonialibus, sive recepticiis, tam numeratis, quam non numeratis, ad beneficia, quæ vocant servitoria, admittenti sunt. Item in Ecclesiis, ubi cum Canonicatus vacaverit, ad illum presentati, & ab inferiore institui debet antiquior beneficiatus, & ad beneficium antiquior ex expectationibus. Quia hoc casu voluit Sacra Congregatio non sufficere examen, quo quis approbatus fuit ab Episcopo, cum ad expectandum fuit admittitur, sed quempiam singulo quoque assensu novum examen subeundum. Beneficia verò simplicia, & Canonicatus, quorum collatio liberè pertinet ad inferiorem, minime quidem hoc decreto comprehendunt, censuit Sacra Congregatio. A locorum autem Ordinariis examinari debent. Regulariter enim examinatio personæ ad eum pertinet, ad quem pertinet impositio manuum, *cap. Venerabilem, vers. est enim regulariter de elect.*

Quæro, an Episcopus, cui per litteras Apostolicas commissum est examen alicujus, qui beneficium simplex obtinuit, possit alteri examen faciendum committere? Sacra Congregatio respondit, posse committi, etiam si in litteris ipsius Episcopi conscientia esset operata. Sed pone, quod commissum fuerit examen requisitum ex hoc decreto, quæ partes erunt Ordinarii? Sacra Congregatio respondit, institutionem beneficiorum post Concilium factam, non prævio hujusmodi examine, esse irritam, & inanem ex *dict. cap. 9. sess. 25.* & taliter institutos in foro exteriori privati debere, & ad fructuum restitutionem compelli. Si tamen volent se ex integro subicere examini, posse eos admitti, ut eadem beneficia, quatenus reperiantur idonei, consequi valeant, ab iis conferenda, ad quos prior collatio de jure pertinebat. Ut autem Episcopi scire possint, an possessores beneficiorum rectè illa post Concilium fuerint consequuti, censuit Sacra Congregatio, licere Episcopi virtute dictorum decretorum compellere beneficiarios ad exhibendum suas provisiones.

Ex his verbis, etiam prætextu cuiusvis privilegii, cen-

suit Sacra Congregatio, sublatum esse quoad hunc effectum, etiam privilegium exemptionis in fundatione concessum. Hæc autem presentatio, sive exhibitio faciendæ coram Ordinariis locorum, ad effectum examinationis dumtaxat, non impedit aliam presentationem faciendam coram iis, quibus aliqui legitime competit jus instituendi, aut confirmandi tales presentatos, sive electos; & Constitutiones de admittendis resignationibus, comprehendere etiam beneficia simplicia, censuit Sacra Congregatio.

In Pennensi. Obtinentes beneficia curata à collatoribus inferioribus, debent examinari ab Ordinariis; secus in beneficiis simplicibus, quorum examen ad inferiores collatores prædictos pertinebit, & idem servandum de beneficiis, quæ de jurepatronatus sunt.

In Tarentina. Licet presentati, vel nominati à quibuscumque sint approbandi ab Episcopo, hoc tamen non habet locum in iis, qui assumuntur in Ecclesiis recepticiis, quorum magnus est numerus in Regno Neapolitano.

In Iacensi. Presentati ad portionem jurispatronatus laicorum, quorum institutio pertinet ad Capitulum debent examinari, & approbari ab Episcopo, priusquam à Capitulo instituantur *cap. 9. sess. 25. c. 18. sess. 24.*

In Casaraugustana. Rectores, presentati à Parochiales Religionis Hierosolymitanæ, non sunt admittendi, nisi ab Ordinario examinatum, & approbentur.

In Cremonensi Mansionarii Ecclesiæ Cremonensis, qui ad nuntiam amovibiles eliguntur à Capitulo, & ab Episcopo approbantur, & confirmantur, possunt ab eodem examinari.

In Vercellensi. Videre, an beneficium sit Jurispatronatus, & cognoscere de juribus litigantium spectat ad inferiorem collatorem, qui jus instituendi habet. Examen autem super idoneitate presentatorum, & eorum approbatione ad Episcopum loci spectat.

Ordinarius in sui præjudicium potest prorogare tempus concessum patronis ad presentandum per quatuor, vel sex menses, ut fuit decretum in Rota, teste Crescentio *decis. 148. manuscriptis, Patif. de resignat. lib. 7. qu. 29. num. 11.*

In Pennensi. Hoc decretum procedit in beneficiis, quæ sunt de jurepatronatus simplicibus. Quod iterum fuit declaratum in una Regiensi.

In Cremonensi. Quando agitur de beneficiis simplicibus jurispatronatus, examen pertinet ad Episcopum, non autem ad Præpositum, etiam exemptum, super idoneitate atatis, litteris, & sufficientia.

Sacra Congregatio Concilii declaravit, Presbyteros, Diaconos, & subdiaconos Collegiæ Ecclesiæ Fogiæ Troianensis Diocesis, examinandos, & approbandos esse ab Episcopo quocumque presentantur, & eliguntur pro Canonicatu ejusdem Ecclesiæ, quamvis ordinem annexum non habeat mense Junii 1590. & ita Romæ observatum, quamvis communiter prædicti non examinentur, præfata declaratione, & stylo Romano non obstant, hac ratione, quia Diaconus censetur idoneus ad beneficium simplex, & ad Canonicatum in Collegiata, ordinem annexum non habente.

CONSULTATIO CLXI.

1. Acta prima instantiæ intra quot dies dari debeant gratis reo appellanti?
2. Testes deponentes contra Episcopum quales esse debeant? Ubi quid de causis Episcoporum?

AD 1. Ex Sacro Concilio Tridentino *sess. 13. cap. 3. de reformat.* sic habetur: *Reus ab Episcopo, aut ejus Vicario in spiritualibus generalis, in criminali causa appellans coram Judice, ad quem appellavit, acta prima instantiæ omnino producat, & Judex nisi illis visis, ad ejus absolutionem minime procedat. Is autem à quo appellatum fuerit intra triginta dies acta ipsa postulantem gratis exhibeat, alioqui*

alioqui absque illa causa appellationis hujusmodi, prout iustitia statuerit, terminetur.

Hoc decretum plene novum videtur. Nam in *cap. ubi debetur de appell. satis erat, si appellans causam aliquam iustam suæ appellationis afferbat, ut Judex, à quo posset de appellatione cognoscere. Idem habetur *sess. 24. c. 20. ad finem.**

Is autem, à quo appellatum fuerit intra triginta dies acta ipsa postulanti gratis exhibere debet. At *d. cap. 20. sess. 24.* nullum tempus est præfixum. Puto, responderi posse, hoc decretum loqui de reo appellante in causis criminalibus, illud verò de appellante in causis civilibus. Hoc verò tempus triginta dierum posset dubitari, an incipiat à die sententiæ, an autem à die requisitionis.

Censuitque Sacra Congregatio, nihil esse distinguendum, an ex Judicis officio, an ad querelam partis in causa criminali procedatur. Et notandum, quæ in hoc decreto habentur, intelligenda esse de persona Judicis, qui in criminali causa sententiam tulit, & à quo appellatum fuit, ut is scilicet quantum in se est, acta ipsa postulanti exhibeat gratis, atque ita nullam mercedem eo nomine accipiat, quæ habentur *d. cap. 20. sess. 24.* intelligenda sunt de persona notarii, qui actorum copiam tenebitur exhibere appellanti, congrua mercede accepta. Item respondit Sacra Congregatio, si Cancellarii Judicis à quo sunt iidem, & notarii, mercedem eis debere ex dicto decreto *cap. 20. sess. 24.* alioqui nihil solvendum esset ex hoc decreto.

Eadem Sacra Congregatio censuit, confitto de contumacia Judicis, à quo, recusantis exhibere acta, partes Judicis, ad quem esse absolvere partem appellantem à molestationibus, & pronunciare attentata, & sententiam Judicis, à quo, si unquam reperiaatur, causa fore ac esse vana.

Porro, ut alibi dixi, decretum hoc, in quo dicitur, quod acta postulanti gratis exhibentur, intelligitur de Judice, & de Commissario illo, qui pro officio exercendo habent constitutum salarium, aliis autem notariis solvenda sunt juxta locorum consuetudinem ex *dict. cap. 20. sess. 24.*

Itemque edico, quod Sacra Congregatio super Episcopis scripsit Episcopo Hostunensi, nempe: *Il vescovo fa bene a non vendere la Masfradattia, ma non dee partecipare esso di guadagno alcuno nelle scritture, e nelle cause criminali quando si da il processo da trasportarsi al Giudice all'appellazione, non si paga cosa alcuna, ne al vescovo, ne al suo cancelliere, stante la disposizione di questo decreto, ma al notaro della causa si dee ben pagare la sua mercede per il cap. 20. sess. 24. de reformat.*

Ad 2. Ita etiam habetur ex Concilio Tridentino *dict. sess. 13. cap. 7. Testes in causa criminali ad informationem, vel indicia, seu alias in causa principali contra Episcopum, nisi contestes, & bonæ conversationis, existimationis, & fama fuerint, non accipiantur, & si odio, temeritate, aut cupiditate aliquid deposuerint, gravibus poenis mulcentur, can. accusatio quoque, can. accusatio Episcoporum, can. testes 2. q. 7. can. ult. 2. qu. 5. Concil. Roman. lub Sylvestro juxta Anacleti Papæ *epist. 2. & Carthag. 2. cap. 6. & Carthag. 4. cap. 96. Sicut III. epist. 3. cap. 2. c. 9. qualiter, & quando 2. de appell.**

Unde cùm delictum sit Ecclesiasticum, & testis laicus multandus est à Judice Ecclesiastico, ut etiam significatur *cap. 3. sess. 25. Glossa, & Doctores in cap. licet de poen. tradidit Felin. in cap. Irrefragabili, S. Ceterum de offic. Ordin. ibique Doctores, quod Episcopus propria auctoritate id possit sine invocatione brachii secularis, quod etiam asserit Abb. in *cap. Cùm sit de for. compet.**

Die 4. Januarii 1594. Cùm in causa Andriensi contra Episcopum examinari existerent aliqui Testes pro fumo, ut dicitur, ad deliberandum, an concedendus esset Commissarius, ad partes, & Sacræ Congregationi non visum esset, quod sufficerent dicta prædictorum Testium accesserunt alii Testes ad Urbem ad se examini subji-

ciendum contra eundem Episcopum & data exceptione pro parte Episcopi contra ipsos ex eo, quia non essent bonæ vitæ, ac fama, requirit Concilium, contra ipsos produxit aliquos processus. Tractatum fuit, an dicti testes essent examinandi, & servato stylo hæcenus servato à Sacra Congregatione, & ab Auditoribus Cameræ Apostolicæ, fuit conclusum, præfata exceptione, & Concilio Tridentino non obstantibus, dictos testes examinandos esse, & D. Cardinalis Plato ponderabat verba illa *d. cap. 7. sess. 13.* testes in causa criminali ad informationem, vel indicia, seu alias in causa principali contra Episcopum, nisi contestes, &c. dicebat debere intelligi; quod Judex post sumptas informationes non debeat contra Episcopum habere in consideratione dicta illorum Testium, qui non fuerint bonæ vitæ, famæ, & contestes.

Causæ verò Episcoporum, cùm pro criminis objecti iustitiam comparere debeant, coram Pontifice Maximo referantur, ac per ipsum terminentur, Concilium Sardinense *cap. 3. cap. ad abolendam de heret. Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 8. c. 24. cap. 5. de reformat.* ubi id ampliatur, quod possit committi Metropolitanis, vel Episcopis à Sanctissimo Domino Nostro eligendis per rescriptum manû Sanctitatis suæ signatum: Et quamvis, de jure antea Episcoporum causæ à Metropolitanis possent cognosci, tamen non poterant terminari, *can. quamvis liceat 3. q. 6.*

CONSULTATIO CLXII.

De salvoconductu hæreticis dando. Quid continere debeat? Exceptiones hæreticorum contra Concilium Tridentinum. Ea dilantur.

Quanta cum diligentia, & charitate Summi Romani Pontifices hæreticos, & schismaticos ad unitatem Ecclesiæ Catholicæ reducere conati sunt, constat ex pari benignitate, qua usus est Clemens Quartus in amplectendis Græcis in unionem Ecclesiæ Catholicæ, qui scribens ad Imperatorem Constantinopolitanum sic ait: *Aliquos de peritioribus, quos repereris in Clero, vel populo, ad nostram mirte presentiam, nolque, qui juxta Principis Apostolorum sententiam parati fuerint omni potestate nos de ea, qua in nobis est fide, & spe reddere rationem; illos, quos miseris charitative tractabimus, & patienter quicquid proponere voluerint, audiemus. Et tam plene donante Domino, satisfacemus eisdem quoad, amoto cujuslibet dubietatis scrupulo, fidei veritatem agnoscant, & ad te cum gloria remeabunt.*

Quinimò publicam fidem turo veniendi, ac recedendi, quæ vulgò appellatur salvo conductus, Pontifices dare solitos Sanctus Gregorius testatur *lib. 3. epist. 41.* ubi dum Bonifacium, ac ceteros ad examinandos eorum errores & veritatem dignoscendam pluribus ecc. fir. hæc addit: *Hi autem, qui dubitationis vestrae participes sunt, si ad me venire voluerint, nullam ex me, quasi ex processu procedentem, violentiam pertimescant. Et lib. 4. epist. 43. Petrum & Prudentium Episcopos à rebus si de deviantes ad se invitans, hæc inter cetera scribit: Ego verò, divina protectionis gratia suffragante, satisfacere vobis, de quibus dubitatis paratus sum, & confido de Omnipotentis Dei misericordia, quod ita vobis satisfactio mea interius inhaerebit, ut nihil charitati vestrae de cetero possit ambiguum remanere. Nam illa, qua Sanctissima quatuor Synodi sapuerunt, atque desinuerunt, sicuti prædecessor noster Sanctissimus Leo Papa, ita ea, & nos sapimus, sequimur, ac tenemus, nec ab eorum fide aliquo modo dissentimus: Sed quia plus persona present, quam epistola satisfaciit, hortor, dilectissimi fratres, ut ad me venire, si ut præfatus sum, debeatis, dummodo ratione per epistola à concordia Sancta universalis Ecclesiæ differi vos nulla dissidiet. Hoc tamen certa sit vestra curatio, qui vos, & cum assensu, quo decet suscipiam, & cum gratia relaxabo.*

Nec aliquam vos, vel quoscumque alios, qui pro hac ad me causa venire voluerint, afflictionem, vel molestiam sustinere permittite, sed seu ad consentiendum mihi cor vestrum misericordia divina compunxerit, siue quod absit, in ea vos durare dissensione contigerit, ad propria vos remeare, quando volueritis, juxta promissionem meam sine lesione, vel molestia relaxare curabimus.

Id ipsum Gregorius Decimus cum Græcis in Concilio Lugdunensi, & Eugenius Quartus Marcum Ephesinum, & Nicolaum Metonenstem, qui cum quibusdam aliis unionis decreto consentire noluerunt, incolumes permittit à Concilio abire. Quod si benignitas, & clementia cum hæreticis nihil proficiet, saltem id operabitur, ut unusquisque cognoscat eorum perniciam, & nullam excusationem habere apud Deum, & homines prudentes, quemadmodum legitur in decreto Theodisii, & Valentianæ Imperatorum pro Concilio Ephesino de eo, qui ad Concilium vocatus, non promptè venit, inquit: Nos harum rerum multam gerentes curam, neminem abesse à Concilio patemur, neque ullam habeat apud Deum, neque apud nos excusationem, qui non statim juxta prædictum tempus ad definitum locum diligenter pervenerit. Etenim qui ad Sacerdotalem Synodum vocatur, si non prompto animo concurrat, non rectè videtur esse conscientia. Hoc Patres ejusdem Concilii Imperatori scripserunt, dum Nestorium se vel, iterum, ac tertio vocatum non venientem condemnarunt dicentes, quod non oportebat Sanctam Synodum sine effectu manere.

Potè summa cum ratione hæc cum hæreticis in Conciliis via initur. Nam, sicut inquit Sanctus Leo Juvenali Episcopo Hierosolymitano, Concilium tempus indulgentiæ est, quo quis respicientiam magis, quam pertinaciam eligit. Et de Eutychete hæretico inquit, dum videtur insipientiæ suæ sensum catholicis moribus displicere, revocare se à sua opinione debuerat, nec ita Ecclesiæ Præsides commovere, ut damnationis sententiam mereretur accipere, quam utique si in sua sententia voluerit permanere, nullus poterit relaxare. Sedis autem Apostolicæ moderatio hanc temperantiam observat, ut & severius agat cum obduratis, & demum veniam præstare correctis.

Magnus, & amplius est salvus conductus à Concilio Tridentino datus Protestantibus in fine sessionis 13, his verbis expressus: Sacrosancta, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, presentibus in ea visidem Sanctæ Sedis Apostolicæ legatis, & Nunciis, omnibus, & singulis, siue Ecclesiasticis, siue secularibus personis univèrse Germaniæ cuiuscumque gradus, status, conditionis, & qualitatibus sint, qua ad æcumenicum hoc, & Generale Concilium accedere voluerint, ut de iis rebus, qua in ipsa Synodo tractari debet, omni libertate conferre, proponere, & tractare, ac ad ipsum æcumenicum Concilium libere, & tuto venire, & in eo manere, & commorari, ac articulos, quos illis videbitur, tam scripto, quam verbo, offerre, proponere, & cum Patribus, siue iis, qui ab ipsa Sancta Synodo delecti fuerint, conferre, & absque ullis convitiis, & contumeliis disputare, necnon quando illis placuerit, recedere possint, & valeant, publicam fidem, & plenam securitatem, quam saluum conductum appellant, cum omnibus, & singulis clausulis, & decretis necessariis, & opportunis, etiam si specialiter, & non per verba generalia exprimi deberent, qua pro expressis haberi voluit quantum ad ipsam Sanctam Synodum spectat, concedit. Placuit præterea Sanctæ Synodo, ut si pro majori libertate, ac securitate eorum, certis tam pro commissis quam pro committendis per eos delictis, Indices deputari, cupiant, illos sibi benevolos nominent, etiam delicta ipsa quantumcumque enormia, ac heresim sapientia fuerint.

Amplius ab eodem Sancta Synodi salvus conductus

datus fuit sess. 14. Amplissimus verò sess. 18. Germanicæ nationi. Uude perpetam excipiunt, Concilium Tridentinum non fuisse liberum, nec Germanicæ nationis, Nam Tridentinum est in Italia, loco parum salubri, cujus Episcopus fuit Cardinalis.

Verùm majorem libertatem vel in Concilio, vel Republica datam nemo facile dixerit. Itaque dum timorem causantur, satis ostendunt causâ se dissidere, lucem veteri, malle se in Germania simpliciter fallere, quàm Ecclesiæ conspectum subire. Cur enim locum, & libertatem declinet, cum illum totum Imperium approbavit. In decreto imperiali anno 1548. Augustæ promulgato, id habetur, quo lectorem remitto. Cur hic univèrsum Imperium nihil de loco, de libertate, & Convocatore Concilii queritur? Sed illius sententiæ se subjicit: Quis autem fascipavit multos, ut nec veteri Ecclesiæ, nec recenti Concilio, cui omnis antiquitas consentit, crederent? Quis tam citò transtulit Germanorum constantiam, ut nec venient ad Concilium, nec decreta ejus tuerentur? Nempe illi, qui à primâ Ecclesiâ eos abscederunt, nunc hoc agunt, ne cum teliqua christianitate coalescant, & ne hoc aliquando fiat, miseris in plurimas sectiunculas, & monstruosa tam nomina, quàm dogmata, dividant.

Facile igitur ab æstu tuerentur Prædicantes, præsertim cum Imperator, & Julius Pontifex, nisi impedimento prohibiti fuissent, eo se conferre parati essent. Cùm tot hominum opulentorum, & principum fuerit idonea Sedes, maxime cum inter Italicos soles, & alpium frigora quasi temperata aura repeat. Nam fugus, quod Tridento adscribunt Cosmographi, Itali, & Hispani, mirus est boreali algore, est tamen Saxoniam, Balticamque hietem vinceret. Tridentinum gelu, ea de re queri Italos, Siculos, Hispanos, Francos oportebat, quos ex nativo calore in rigentes plagas Germanorum discordiæ attraherent, nonne illi, mirus Cælum, paulòque quietius orarent?

Quod autem de libertate negata querantur iniquissimum est, solum ad invidiam Catholicis fista formidine concitandum. Nam Civitas Germanicæ nationis est Tridentum, sub ditione Ferdinandi tum erat, & nunc quoque Augustæ Domus Austriacæ est. Quomodo igitur Oppidum Cæsareum libertatem immittunt, quam Cæsares ipsi sartam rectam servabant? Nec Cardinalis obstitit, immò nec potuit, cum non ipse modò, sed univèrsum Concilium cum Pontifice, & Imperatore omnibus Germanis, cæterique nationibus saluum conductum non semel, sed iterum, iterumque ediceret? Tantum tota Ecclesiâ Christiana nationi Germanicæ indulgit.

Secunda exceptio solet esse contra Concilium, quia à Pontifice collectum est, cum id fieri debeat ab Imperatore.

Non est tamen hæc legitima exceptio. Cur enim Germani, & Angli cum paucis nondum in scripto quærent cum reliquis Orbis Concilium veneretur? Ipse Imperator caput Imperii hoc egit, ut à Papa indiceretur, atque continuaretur, si honore sui Principis tanguntur, ne ejus sollicitudinem Concilium quærentis aspernerent. Cur Saxoniam confessionem anno 1551. Concilio obtulerunt? in qua aiunt, se de concionatoribus suis non esse alicujus erroris, val in doctrina, vel in Ecclesiæ gubernatione sibi conscios, attamen non dubitare eos tanta modestia, & pietate præditos, quia, si testimoniis cælestis doctrinæ, & verò consensu Ecclesiæ Catholicæ admoniti fuerint, ædificationi, & tranquillitati Ecclesiæ haud quaquam sint defuturi.

Si verò repudiant Concilium, quia Papæ auctoritate est collectum, cur recipiant Nicenum, quod non modo à Sylvestro Papa collectum est, sed suo etiam decreto definit, quis jure indicare Concilium possit? Athanasii epistol. ad Felicem de infestationibus Arianorum verba

verba sunt: Scimus in Nicena magna Synodo trecentorum, & octodecim Episcoporum, ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere absque Romani Pontificis sententia Concilia celebrari. Inde, & Socrates lib. 2. historia: Nullius roboris esse Concilia, qua aliter celebrantur, quam regula Ecclesiastica jubeat, non oportere præter Romani Pontificis sententiam Concilia celebrare. Tantum igitur abest, ut Pontificis auctoritas in celebratione Concilii interposita absterere debeat Status Augustanæ confessionis, ut potius ea causa promptissimè suscipi conveniat, cum sine tali auctoritate Concilium sit invalidum, Concilium enim ab eo colligendum est, qui Ecclesiæ præest. At Imperatores non sunt Ecclesiæ præsides, imò sæpè fuerunt persecutores.

Deinde mitari satis non possumus, quid rationis illi prætendant, qui Imperatoris Caroli, Maximiliani, Ferdinandi, Rodulphi, Mathiæ auctoritate Concilia colligenda probare se dicunt; nam eorum doctores voce, & scriptis hos Imperatores Antichristianos esse calumniatur, decicorrem bestiam esse Imperatorem, vel Imperium contendit Aretius Apocalyp. 13. 2. & 15. Nomen bestia est, esse filium Romanæ Ecclesiæ, seu Catholicum, seu Romanæ Ecclesiæ membrum. Idem: Draconem esse diabolum, qui sua ornamenta affigit imperio. Idem: Bestiam adorare: esse Imperatores superstiosè colere, & id eos est facere, qui invictum Imperatorem appellant. Idem queritur vers. 8. homines mirari Principum successum, idè in corde partes transire.

Quomodo igitur Concilium auctoritate Imperatoria, hoc est bestiali, draconica, antichristiana, persecutoria, idololatrica, ut ipsi horrendum in modum Majestatem blasphemando, fingere solent, pro Catholico, & legitimo approbant? Quorum igitur Imperatorem nobis obijciunt, cujus si auctoritatem in Synodi Congregatione agnoscent, cur modestiam, prudentiam, fidem, religionem, zelum, quo in Concilii inchoatione, & continuatione Pontificem movit, adjuvit, audivit, sententiam Concilii amplexus est, non sequuntur? Secuti est ille in re maximi momenti Constantinum, & alios pios Imperatores. Concilium quærit imperatoriam auctoritatem congregatam, quod dari non potest, cur quod auctoritate imperatoria defensum, probatum, cultum est, non sequimini.

Denique & Patens, & Archiconcionator Saxonicus auctoritate principali imperari Concilium posse sentiant, ut integrum non sit, illud quocumque modo recusare, quia potestatem etiam coactivam ad Synodum esse necessariam judicant. At qui Imperator cogit Hispanos, Italos, Gallos, Anglos, Suevos, Polonos, alios? Scilicet exterios, nec scepro suo obnoxios, ad iterum pericula, expensarumque damna coget, quem vos adè imbecillum putatis, ut ipsa paucos negotiatores Mulhaimenses, ab iniquo conatu, & infano sumptu faciendo cohibere non possit? Quem in adibus illis imperatorii vigoris provocatricibus dormientem pinxistis, cujus aquilam implamem contumeliosè formastis?

Tertia exceptio est: Soli Episcopi, Cardinales, Monachi sententiam dixerunt, à jure suffragii laici exclusi sunt. Non igitur fuit concilium legitimum.

Nemo exclusus est, cui jus est veniendi, & sententiam dicendi. Verba Pontificis, Concilium indicentis ista sunt: Omnes omnibus ex locis tam venerabiles fratres nostros Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & dilectos filios Abbates, quam alios quoscumque, quibus jure, aut privilegio in Concilio Generalibus residendi, & sententiam in eis dicendi permissa potestas, &c. Veteri religione standum est, ac proinde veteri jure Concilia indicenda, & celebranda sunt. Cum verò potestas detur univèrsis veniendi, sententiamque dicendi, quibus jure, aut privilegio concessum est, nemo quæri potest, se exclusum, nisi contra jus venire justum esse quis judicet.

Tom. X.

Olim autem fuisse de fidei controversiis judicium Sacerdotibus permillum, clarus est, quam ut doceri oportet. Quid enim clarius, quam Nicenæ Synodi 318. Episcopus subscripsisse, nullum laicum? Aut igitur unicum ex omnibus Conciliis det, cui cum Episcopis laici subscripserint, & sententiam definitivam dixerint, & de Tridentino querelas audiemus, aut si non potest, omnia vetera Concilia unico nutu abijciat, sequæ ad hostes omnium Conciliorum, hoc est totius Ecclesiæ, apertè, & absque insidiola simulatione conferat. Scimus quibusdam Imperatores subscripsisse, sed pium illi consensum ea re se testati sunt protestati, non judicandi sibi partes atrogare.

Quarta exceptio. Prælati, qui Concilio interfuerunt, rejurando Pontifici obligati fuerunt. Non igitur libera sententia dixerunt.

Constituto hoc, quod verum esse fatentur omnes, legitimo juramento Judicium, Consiliariorum, Senatorum, non tolli sententiæ dicendæ libertatem, sed firmari, disquirendum est de juramento Prælatorum in Concilio Tridentino, anne veritati obstitit? Potius profuisse docet Petrus Fontidonius oratione ad Germanos. Nam jurjurando ad veritatem docendam, atque acceptandam, prout sciverint, & poterint, adacti sunt. Non autem obstat, quominus libere veritatem inquiras, si id te facturum esse juraveris. Alioqui Principes subditis, quos sibi juramento devinciunt, libertatem eripere censerentur. Cum verò juramentum non sit vinculum iniquitatis, optimè norunt omnes, se nullo juramento teneri, vel ad mendacia defendenda, vel opprimendam veritatem. Quid verò? An Principes Imperii, quia juramento obligati sunt Imperatori, idcirco à veritatis confessione arcentur. Quis Theologorum Protestantium non multis, imò injustis juramentis obstrictus est? Adjuratus, & adjurans in suæ Academiæ hæreses?

Quinta exceptio. Concilii Tridentini definitiones, & Canones non sunt secundum verbum Dei. Merito igitur illos recusamus. Cur enim humanis nos subjiciamus legibus? Solum Christus sententiam dicat, solum ejus verbum audiat.

Non constat sibi incertus error, in seipsum impingit, sequæ elidit tandem falsitas, dum undique veritatis manifestationem fugit. Paulò ante laicorum suffragia æquabant Sacerdotum decretis, nunc solum Christum, hoc est Scripturam audire dignantur, arque utinam audiant, sic enim audirent etiam Sacerdotes, quos audiendos esse Scriptura pronunciat. Quæ de Scriptura sola dicenda erant, variis locis explicata sunt à Bellarmino, & aliis. Si enim sola scriptura sufficit, quid opus Concilio; Nam in eo agendum est de vero sensu, & interpretatione scripturæ. Non ignorabant scilicet Principes Imperii de hac causa agi, cum Concilium peterunt. Nec dubitasse de veritate divinatorum eloquiorum, sed interpretationum pacem quæsisse tanto labore constat.

Sexta exceptio. Scandala sunt in Papatu, & mala sæpè vita Paparum. Non igitur legitimum Concilium.

Non utar communi, sed vera, & quam Christus quoque probavit, responstone, Luc. 18. Nec vicissim regerant tibi trabem inhætere qui evellere de Papatu felluram laboras, quia non debeo vitia errantium componere peccatis Orthodoxorum. Iniqua est comparatio catholici cum hæretico, maxime imputatio, cui nullum factum justitiam excutit. Hæc itaque mirramus, ne nos cum Luthero docere cogamur, Evangelicos septem diabolis in Evangelio obsessos esse, qui unico solum antea vexabantur, ne cum Calvino queri ex Calvinistis vix decimum quemque sincerum esse.

Hoc unicum, atque unice rogo, ne illi assentent innocentes, atque ex invidia nominis, odioque communem causam faciant, ego nocentes non defendam. In Concilio multi docti, Sancti, atque vita integra fuerunt Cardinales, Episcopi,

E

Episcopi, Sacerdotes, Doctores, si de moribus iudices ex vero, non ex detractorum maledicentia. Quis ex tanto numero publice infamis instar Calvini, & Bezae; Ecce tantum Concilium in conspectu est, recente subscriptorum peccata, & proba, si accusas, aut probate te posse asserere, si conviciaris at parietibus recta sunt. Hoc tibi unde notum sit, quæro, quod tam sollicita cautione rectum est? Nam, si absque argumento accusas, calumniator.

26 Sint tamen, & apud nos scandala, ut revera sunt, atque utinam in auctorum exitio, atque damnatione sisterent, non tamen definit Ecclesia esse, quamvis etiam intra septa sua malos, teneat, nec Christus non erat caput Ecclesiae, quia erat, & Judæ; non amittit naturam triticum, quamvis sit inter zizania. Episcopus non amittit dignitatem, & officii potestatem, imò nec fidei veritatem, etsi non sint opera ejus plena coram Deo suo. Alioqui cur Principes sæculi peccando non excedunt sedibus suis, si in ordinem redigitur Episcopus, ubi captus fuerit? Quod si decreta de reformatione legeris, facile animadvertes Concilium recta docere, monere, hortari, reprehendere, sive Pontificum, & Romanæ Curiae, sive Regum, & Magnatum sint. Nemo vel si moniacum, vel alia flagitia probavit, sed vero iudicio omnes amputanda censuerunt, licet multorum malis impares sint leges, quod solum illi nesciant, qui humanum genus ignorant.

27 Septima exceptio. *Falsa est doctrina Concilii. Ipsum agitur Concilium est repudiandum.* Jam supra monstravi, & alii probarunt, Concilii decreta, atque dogmata ex veteri Ecclesia ad nos usque perpetua, & nusquam interrupta serie pervenisse. Hoc sanè operæ precium fuerit, cognoscere, quinam sint, qui Concilium Tridentinum falsitatis accusant, qui mediis in discordiis, & derelictione contentionibus, quibus Germania concutitur, universalem Ecclesiam iudicant. Vestris dissidiis medelam à Concilio quaeritis, arbitros elegistis, nunc Judicem, postquam causa cecidisset rei, calumniari juvat. Germani suis dissidiis agitati Christianum Orbem implorant, Concilium rogant, ægro membro uno totum concussum est corpus, una pars Ecclesiam universam fatigat, & ejus pro se laborem ultrò contemnit, consilium aspernatur, imitata phreneticorum insaniam, quorum furor primo contra medentium sollicitudinem asperatur.

28 Pacem religionis habebat. Italia, majorum institutis vivebat Anglia, ut servatur Ungari, Pontifex, & Cæsar annitebatur, Gallia quietabat, nullus enim erat Calvinianus, Lusitania in Oriente, Hispania in Occidente fines Imperii, & Evangelii propagabat, tanta bona turbavit, & spes majores intercidit nova fides Germanorum, & postquam in se divisa, & lacera, ferre amplius, quæ ipsa fecerat mala, non poterat, ad universam Ecclesiam respexit, ut domesticas factiones universitatis iudicio, & consensione componeret, atque utinam in eo, quod rectè institutum erat, perseverasset. Sed iidem Curiones, tubæ civilis belli, restituendæ paci obstiterunt.

29 Itaque, contempit Concilio, dati in reprobum sensum, in se mutuo conversi amplius etiam furere cœperunt. Quid enim audacius, stolidiusque, quam eos, quos Judices omnes elegerunt, à reorum desperatissimis damnati, & quorum jam causa prostrata, atque evicta extremo suffragio damnanda erat, eos iudicium præoccupare subsellia, & quæ sibi mala timebant, in iudices convertere? *Doctrina, inquit, Concilii falsa est.* Falsa igitur doctrina illa, quam Concilio Tridentino vetera Concilia, Patres traderunt? Si non est igitur in toto Orbe veritas, in qua Germaniæ factione demum illa domicilium habet? Pacis omnem spem abscindit hæc accusatio, in eo est Memnonista, nemo Zuënkfeldianus, nemo Ubiquitaris, Socinianus, Trinitarius, Sacramentarius, Flavianus, Majorista, Anglopapista, Puritanus, qui non hac oratione omnia vetera, nova, maxima, minima Concilia irridere possit, atque eludere, si falsum id esse dicat, quod suæ opinioni est repugnans, suæ voluntati ingratum est, suæ gloriæ, aut commodis adversum.

Hinc illa immanis in novitiis Religionibus, & celeberrima schismatum, atque novarum sectarum propagatio. Hinc æterna bella sunt, in quæ dæmones eos præcipiat, qui remedia pacis contemnant. Nam quæ pax in regno, quæ civium concordia, quæ familiarum poterit esse conjunctio, mutuæque officia, nisi aut Magistratus, aut paterfamilias finiendarum litium habeat potestatem; Quis ferre poterit eos, qui omnem Judicem, atque iudicium prorsus fugiunt? Qui enim Concilium contemnant, quem Judicem tandem admittent? De illis rectè Cyprianus lib. 1. epist. 3. *Quales putas eos, quid Sacerdotum hostes, & contra Ecclesiam Catholicam rebelles, nec Domini comminatione, nec futuri iudicii ultione terrentur? Neque enim aliunde hæreses oborta sunt, aut nata schismata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex, Christi vice cogitatur, cui si secundum magisteria divina obtemperaret fraternitas universa, nemo adversus Collegium Sacerdotum quicquam moveret. Itaque evidens est signum schismatis, Concilii fuga, aut obretractio.*

Octava exceptio. *Concilia raro prosperos eventus habere, non igitur Tridentinum est suscipiendum.*

Concilia legitime instituta non sua culpa, sed hominum impietum malitia, & calliditate interdum bella, persecutionesque peperere. Christus ipse docendo, rectè vivendo, miracula edendo invidiam Judæorum in sese armavit. Leges iustæ, & servandæ Republicæ prudentes, lætæ, multis exitio sunt, ipsa disciplina, monitio, atque correctio tumidis, atque asperis ingenii est detrimento. Nicenum Concilium, quas dedit turbas, cum primum stylo, & voce, deinde armis munita hæresis Ariana se de orthodoxis vindicasset? Nemo in accusationem legum vertitur, quia lege in maleficus agitur. Nemo disciplinam accusat, quia sæpe irratat feroces animos, ut in abrupta vitorum licentiosius, atque desperatius ruant. Non sunt hæc vitia rerum bonarum, & quarum custodia Civitibus, & Regnis necessaria est, ad frangendos improborum conatus semper retenta, sed hominum impiorum, qui legibus contineri, & regi nolunt. Ita nec Concilium Tridentinum, paci consecratum, pacis studiosissimum, quod ad unius nationis pacem conciliandam, & reliquæ christianitati conjungendam toto Orbe convenit Episcoporum, atque Doctorum multitudo turbarum sequentium causa fuit, verum illi, propter quorum turbulentos conatus Concilium congregari oportuit.

Verum plura de fructu tam magni, Sanctique Concilii dicenda arbitror. Nam primo consensus Catholici Orbis in eo patuit, non inter diversorum Regnorum Theologos dumtaxat, sed cum primæva Ecclesia.

Deinde, reformati mores Cleri, & Plebis, quæ reformatio etiam Germaniam magna parte illustravit.

Postremo, omnes hæreses Concilii anathemate, quasi fulmine dictæ, deteriori conditione fuere, quam ante, sensim ad vetustatem, & interitum tendere inceperunt. Anno 1564. confirmata est Synodus, cum ultima sessio inchoata fuisset anno 1563. die 3. Decembris, absoluta die 4. Post illud tempus multò magis dividi hæreses, & interire multis anathematissimis cœpere. Uique adeo, ut nunc vix ulla Civitas in Germania invenitur, quæ omnes eas hæreses tueatur, in quas tum, cum inchoaretur Concilium conjuratur. Nemo jam confessionem Augustinam integram profertur, dimidia pars Lutherianorum interea ad Calvinismum defecit, vel ad Catholicam unitatem rediit, Calvinismus inter Catholicos propugnari desit ea, qua ante pollebat potentia, quin & ipse jam in plures factiones divisus ruinam minatur.

Nona exceptio. *Qui in Concilio condescerunt, inimici sunt, & adversa factiones. Non igitur audienda sunt nobis, nec est æquum nos hostium stare iudicio.*

Utinam vel Tridentinorum vos hostes non essetis, vel illos esse hostes vestros non fingeretis. Quomodo enim hostes, qui toties ad concordiam invitantur? Qui vestri causa

causa sumptum fecerunt, molestias peregrinationis sustinuerunt? Errorum advertarios fuisse nullus dabit, cum ipsi, ne dubitare quis possit, eos damnari, *Sed tamen hostile Concilium.* Sed obsecro quodnam amicum Concilium voces? Si Calvinianus es, Lutherani sunt suo iudicio turbulenti veritatis hostes. Si mollis Calvinista, Rigidi te quovis Hæretico, Turca, & Judæo deteriore iudicant. Si Rigidus es, molles & Manichæum, & Bourbonitam asseverant. Si Majorista es, aut Flavianus, aut Osiandrinus, omnes habebis inimicos, qui tuæ factionis esse nolunt. Quale igitur Concilium eligis? An ex eo hominum genere, quod tibi additum est, aut cui tu auctoritates? Tali Concilio vinces sine certamine, sine periculo, prudentissime enim iudices elegisti; neminem enim admittis, nisi qui te jam ante absolvit, nisi cui eadem tecum est causa. Et hæc contra Paxem. Vide quæ de Salvo-conductu alibi scripsimus.

CONSULTATIO CLXIII.

De casuum reservatione in Sacramento penitentiae. A quibus fieri possit? Quid de Regularibus? Quid de Sacerdote non approbato in articulo mortis, presente Parocho, vel alio Sacerdote approbato? Quid de Sacerdote esset Hæreticus, vel Schismaticus? Sententia Sacra Congregationis Concilii.

1 **E**ste in Ecclesia potestatem reservandi aliqua peccata Superioribus Judicibus est de fide definitum in Concilio Tridentino sess. 14. cap. 7. *Et can. 11.* & probatur ex antiquissimo usu. Nam in Concilio Carthagenensi 3. cap. 31. & in Concilio Africano cap. 10. quod habetur 26. q. 6. c. ult. dicitur, ut Presbyter non absolvat penitentem, in consulto Episcopo, nisi necessitate cogente, in ipsius Episcopi absentia. Idem colligitur ex can. Latorem 33. q. 2. ubi est sermo de peccato matricidii, simul est in Concilio Vormacienle cap. 30. Verum in his, ac similibus decretis non est sermo expressus de hoc Sacramento, sed interdum de penitentia publica. Verisimile tamen est, quando penitentia erat reservata, etiam absolutionem à culpa reservatam fuisse, ut colligitur ex Cypriano lib. 3. epist. 16. alias 12. & ex Benedicto Undecimo in Extravag. Inter cunctas de privilegiis ubi sit expressio, mentio casuum reservatorum, sicut & in Clem. 1. eodem tit. & in Extrav. Et si Dominici de penit. & remiss. & in cap. si Episcopus eodem tit. in 6. Pro hac etiam sententia refert Waldensis Innocentium Tertium in Concione de Sanctis Apostolis Petro, & Paulo; citari etiam solet Origenes homil. 8. in Levit. & homil. 10. in Num. & Augustinus in can. in actione 4. de penit. qui partim desumptus est ex Enciclid. cap. 65. & ex epist. 118. cap. 3. sed ex his locis non potest desumi argumentum, quod admodum urgeat.

2 Et quamvis de hac reservatione hæreticus Wicleph effutiverit id esse contra charitatis regulas, ut refert Waldensis tom. 2. de Sacram. cap. 149. ubi hunc errorem ex Patribus impugnat, & hæretici etiam hujus temporis negant Ecclesiam hanc potestatem in foro interiore, eamque vocant commentum politicum, quia putant in Ecclesia non esse potestatem ad absolvendum in hoc foro, & consequenter negant potestatem reservandi; verumtamen hi hæretici supponunt falsum fundamentum, etiam diù reprobantur. Et quod de lege charitatis ait Wicleph, nullius momenti est. Nam, supposita potestate, potest hæc reservatio esse conveniens ad commune bonum, immò & ad privatum singularum personarum, & ideo non est, cur charitati repugnet talis reservatio.

3 Major ratio dubitandi est, quia videtur hæc reservatio repugnare institutioni, & veritati Sacramenti penitentiae. Nam essentialiter postulat, & integram confessionem, & integram absolutionem, ergo etiam postulat integram jurisdictionem circa omnia peccata mortalia. Repugnat igitur institutioni, & naturæ hujus Sacramenti dare jurisdictionem circa quadam peccata mortalia, & tollere circa alia.

Tom. X.

At, ut diximus, certum est de fide, esse in Ecclesia hanc potestatem, non solum quoad exteriùs iudicium, & politiam, sed etiam apud Deum, ita ut facta reservatione, absolutio data ab inferiori, non sit valida coram Deo; ex Tridentino loco citato, ubi ex natura, & conditione iudicii, quæ huic Sacramento competit, & ex Ecclesiam uti id probatur, ac definitur extra mortis articulum Sacerdotes alios casibus reservatis nihil posse.

Ratio autem est, quia cum in hoc Sacramento requiratur non solum Ordinis potestas, sed etiam jurisdictionis, quæ inferioribus à Superioribus communicari debet, consequens est, ut superior possit hanc jurisdictionem magis, vel minus limitare. Quod non repugnat huic Sacramento, ut objiciebatur. Quia quando alia peccata fuerint conjuncta cum reservatis per se loquendo, cessare debet minister inferior ab uti jurisdictionis, etiam circa alia peccata propter connexionem, totumque hoc includitur in reservatione ipsa. Congruentia verò est, quia ex Concilio Tridentino visum est pastoribus Ecclesiarum hoc expedire ad rigorem disciplinæ, & ut fideles magis contineantur ab hujusmodi peccatis, saltem propter difficultatem obtinendi absolutionem, & ut à Pælatibus melius corrigantur, & ad emendationem juventur.

Difficultas tamen est quomodo possit Episcopus reservare sibi aliquos casus, à quibus Parocho absolvere non possit? Nam Parocho eo ipso, quod sunt Parocho, sunt Pastores, & habent jurisdictionem ordinariam in suam populum, quam non videntur omninò habere ab Episcopo, sed ex institutione Summi Pontificis, à quo provenit Parochiarum divisio. Ad hanc difficultatem respondet Suarez, Vasquez, & Navarrus apud Cardinalem de Lugo de Sacram. penit. disp. 20. sect. 1. n. 4. & 5. quorum responsio non videtur ipsi de Lugo esse juxta mentem Concilii, quicquid & ipse dicat.

Major difficultas est. Cum verba Christi, quæ in ejus persona profert Sacerdotes consecrando Episcopos: *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata, remittuntur eis & quorum retinueris, retenta sunt,* facta esse non possint, omnibusque, ac singulis equaliter dicantur, scandalosum videtur de novo Sacerdotibus ordinatis hic verbis à Christo, aut Episcopo Christi nomine, qui ita omnes equaliter illam ratam habere auctoritatem, & jurisdictionem, alia distincta approbatione prævia dari, quin & datam sæpius adimi, sæpiusque limitari, cum ita quasi contingere putetur, ut pro tempore, quo hæc impeditur facta videatur.

Si in his etiam difficultas remaneret, ut facta prius diligenti examine de ordinandorum idoneitate, doctrina, prudentia, vitæ, morumque integritate, & parciore foret in admittendis subiectis ad tantæ dignitatis sublimitatem, & admissis simul atque admittuntur, plenam quoque jurisdictionis potestatem superiores tribuerent, cum non sic sublimior ordo in medio Ecclesie supra candelabrum omnium oculis expositus, qui & lapis offensivus, ac petra scandali cunctis sua quavis insufficientia esse solet, quemadmodum & natalium splendor, modestiæ, reliquarumque virtutum candore illustratus, summum in Ecclesia lumen accendit, quod luceat omnibus, qui in domo Dei congregati sunt.

Quam indignum sit hanc sublimitatem subterni pedibus eorum, qui eam talem, ac tantam æstimare nesciunt, ut vel hinc in miserabilibus quibusdamque ex omni facie hominum collatis, nullaque penitus virtute naturali, aut acquisita ornatis collatam dignitatem Sacerdotalem, immunitatemque Ecclesiasticam vilissimis quoridie factellum manibus tractari, legarique necesse sit, quis est qualicumque saltem Christiani nominis dignus honore, qui non perhorrescat, ubi qualemcumque secularium Principum ministraculum, & hujus pedissequum ab hac injuria videat immunes?

Hæc tamen, & id genus alia, quæ Sanctæ Marris nostræ decori deserviunt. Christi magis immediatos ministros laicæ potestati, atque hæreticorum, aliorumque

Tom. X.

quorumcumque intuentium oculis venerabiles reddunt verbo divino ab eis prolato, ac ministerio, fidem, devotionem, reverentiamque debitam conciliare nata sunt, ejusdem Sanctæ Marris prudentissimæ directioni, pietatique relinquuntur. Videantur interim Suarez, de Lugo, alique. Nobis sufficit Concilium Tridentinum de hisse *dist. cap. 11. Si quis dixerit, Episcopos non habere jus reservandi sibi casus, nisi quoad externam politiam, atque idem casuum reservationem non prohibere, quominus Sacerdos à reservatis verè absolvat, anathema sit.*

11 Magnopere igitur ad Christiani populi disciplinam pertinere, Sanctissimis Patribus Nostri visum est, ut atrociora quædam, & graviora crimina non à quibusvis, sed à summis dumtaxat Sacerdotibus, absolventur. Idem censuit Sacra Congregatio posse Prælatos Regulares in Regulares sibi subjectos, & seculares inferiores jurisdictionem quasi Episcopalem in loco habentes, ac nulli Diocæsano, nec ipsi, neque eorum subditis subjacentes. Præsertim verò quoad illa, quibus excommunicationis censura annexa est. Unde Regulares non possunt ex privilegiis, præsertim ex illo, quod Mare magnum appellatur, eis concessis, absolvere quemquam in casibus, quos Episcopus sibi reservaverit, de quo alibi.

12 Comprehenduntur etiam exempti, non autem qui sunt nullius Diocæsibus, qui ut supra, possunt sibi reservare casus, nec possunt absolvere ad cautelam tam in exteriori, quam interiori foro eos, qui incidisse videntur in Bullam Cœnæ Domini. Omnes autem, qui audiunt confessiones, possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis virtute Bullæ Jubilæi, indicti à Summo Pontifice cum facultate absolvendi à quibuscumque excommunicationibus reservatis, etiam Sedi Apostolicæ, etiam in Bulla Cœnæ, sed non virtute privilegiorum, & facultatum perpetuò concessarum ipsis Regularibus, & Confraternitatibus, ut puta Rosarii, & aliorum piorum locorum, & declaravit Sacra Congregatio.

13 An autem presente proprio Sacerdote, aut delegato, possit quilibet Sacerdos absolvere in articulo mortis, affirmant Navarr. *consil. 15. numer. 2. de penit. & rezziff. Henricus lib. 6. summ. cap. 11. Rodriguez par. 1. summ. cap. 15. numer. 1. Ledesm. par. 1. summ. c. 15. de penit. dist. 2. post primam conclusionem, Vega par. 1. summ. cap. 6. casu 16. Joan. Sanchez in select. disput. 49. numer. 5. Probatur ex Trident. sess. 14. cap. 7. in quo declaravit, quod omnes Sacerdotes absolvere possunt in articulo mortis, & quod tunc nulla est reservatio, nec adhibet ullam restrictionem. Ergo non debet restringi, ut valeat tantum in defectu Sacerdotis, qui alias posset absolvere. Quia lex universalis, præsertim favorabilis, debet universaliter recipi.*

14 Negant verò Sanchez *lib. 2. in decalog. cap. 13. Suarez disput. 26. de penit. sess. 4. numer. 4. Valquez in 3. par. qu. 93. art. 1. dub. 4. Coninch. disput. 8. de Sacram. Penit. numer. 16. alique. Probatur. In Extravag. 1. S. Decernimus de sentent. excommunic. declaratur, penitentes in certis casibus posse in articulo mortis absolvi, si non possint recurrere ad Superiorem, & cap. eos, qui eod. tit. absolutus ratione imminentis periculi à censura reservata, cessante causa, tenetur comparere coram Superiore. Ergo si sit præsens, non poterit ab alio absolvi. Item talis facultas est concessa ab Ecclesia, ut obvies necessitati, & periculo, quod moribundus moriatur sine confessione: Ergo est concessa solum in defectu alterius Sacerdotis.*

15 Hæc sententia tenenda est. Unde Sacra Congregatio Concilii *ad dist. cap. 7. sess. 14.* censuit, Sacerdotem, alioquin idoneum, non tamen ad audiendum confessiones approbatum, juxta *cap. 15. sess. 23.* non posse validè à peccatis mortalibus absolvere penitentem, in articulo mortis constitutum, ubi citra moræ periculum haberi potest copia Sacerdotis approbati, & longè id minus, si ipsemet Parochus præsens id prohibeat, paratque

fit infirmi confessionem audire, illumque absolvere, nec ulla subbit causa Parochum ipsum recusandi. Et omnes Sacerdotes in articulo mortis absolvere possunt, non tamen si isti Sacerdotes essent hæretici, aut schismatici ex sententia Sacræ Congregationis.

CONSULTATIO CLXIV.

De virtutibus heroicis christianis, præsertim in martyribus. Ubi queritur, cui virtuti potior laus in opere martyrii debeatur?

1 Probabilis est eorum sententia, qui existimant, mortuum, ex quo martyr mortem acceptat, esse illi arbitratium intra genus honesti supernaturalis ira, ut ex quocumque motivo voluerit, sive charitatis, sive Religionis, alteriusve cujuscumque virtutis, possit elicere, ac imperare, vel dumtaxat elicere acceptionem martyrii. Non enim martyr adstrictus est ad certi alicujus motivi honesti usurpationem. Sufficit motivum acceptandi martyrium esse supernaturale, & cum fide vera aliquatenus complicatum, atque adeò pertinens ad virtutem aliquam infusam, sive theologiam, sive moralem. Hinc adduco virtutum omnium certamen inter se contententium, quædam in opere martyrii primas ferat, & triumphi palmam.

Primo. Fides sibi potior laudem debet in martyrii opere conteadit. Quia sic illa martyrius præluxit, ut quod corde crediderunt ad justitiam, ore confessi sunt ad salutem, & pro fidei confessione tormenta, & mortem animosè subiere ipsius fidei robore firmari. Tunc enim, ut ait Cyprianus *de laud. Martyr. omne fidei robur expanditur, & Ambrosius serm. de Sancto Nazario, & Celsa: mater martyrii fides Catholica est; & Chrysolog. serm. 128. Non tam mors, quam fides martyrem facit.* Præclare Laur. Justinian. *in lign. vita tract. de fide cap. 5. & initio serm. de S. Laurentio: Unde illis tam gloriosa victoria, magnanimitas tanta, atque inexpugnabile robur? Nonne utique dixerim aliud, quam ex illuminatione fidei?*

Secundo contendit spes, ubi omnino adscribendam in opere martyrii eminentiam. Ut enim inquit Sanctus Gregorius *lib. 6. moral. cap. 16. Spes in aternitatem animi erigit, & idcirco nulla mala exterius, que tolerat, sentit.* Firmissima hac spe, qua æterna gaudia prægestabant, tormenta, & cruciatus hilari vultu, & infracto animo excipiebant in corpore, cujus instaurationem, & redivivam incolumitatem intrepidè sperabant: *Est eorum hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est, Sap. 3. 4.*

Tertio charitas primas sibi debet urget. Quia ut Clemens Alexandrinus *lib. 4. Stromat. cap. 2. ait: martyrium perfectum opus ostendit charitatis.* Egregiè Tertullianus in *Scorpiaco cap. 6. Dilectio hominem martyrem excudit, in sua plane succensa fornace, igne suo, & flammis, quibus correpti martyres faciliè superarunt, vel dictu horrendos cruciatus, omnis timor exclusus ingruentium calamitatum, & tribulationum.* Et quidem, majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis *Joan. 15. 13.*

Quarto occurrit prudentia, & principatum sibi expostulat, quia reliquarum virtutum veluti aurtiga est, decorque luminosus, sine quo in tenebris, & magna imperfectione jacerent. Illa ductu, arbitrioque prudentiæ operantur, à qua opus martyrii, egregium, laudabile efficitur in eoque ipsa est, ut in navi gubernator, & splendor solis in mundo. In martyrii namque opere cernitur iudicium, electio, actio, usus, in quibus est prudentia, illa inquam, Prudentia tantopere à Christo commendata in suis Athletis: *Estote prudentes sicut serpentes.* *Matth. 10. 16.* Ut enim serpens totum obijcit corpus saxo, baculo, gladio pro tuendo capite, vitæ origine, sic martyres exquisitissima prudentia sua, ne caput perdant, Christum scilicet, Christique fidem, sua corpora damno, ac periculis obijciunt,

Quintè

6 Quintò efficere nititur Justitia sibi primatum debet, quod ipsa in martyrio summo perè resplendet. Ut enim hanc virtutem martyres propugnarent, tormenta, & mortem perulere. Idè ab *Isaia 62. 4. appellantur fortes justitia.* Et Christus *Matth. 5. dixit: Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam,* cui consonat Petrus *epist. 3. 14.* Per hanc virtutem affecti martyres amore communi transfuderunt in proximos quicquid habebant, quadam inclementia sui, Creatori, & creditori Deo debitum ex justitia reddidere.

7 Sextò urget fortitudo. Quia ex Sanctorum Patrum, & Doctorum sententia virtus hæc longè præ aliis uberius fulget in martyribus, cum martyrii acceptionem fortitudini soleant tribuere S. Thomas, alique communiter, qui statuunt martyrium esse actum fortitudinis, ut elicientis. Inde illi constantes, ac fortes in excipiendis quantumvis immanibus tormentis.

8 Septimò certat Temperantia, qua excellere Martyres dum hac virtute edocti voluprates omnes, præsertim corporeas, quæ ex gustu, & tactu percipiuntur restringere, excluderuntque nimium sui ipsorum amore immoderatum vitæ propagandæ studium, ac mortis metum, seipios egregiè abnegarunt, odio corpora sua prosequentes sancto, maximeque laudabili, & omni proflus carnificinæ exponentes pro animæ salute, & Christi gloria. Rectè Theodoretus *lib. 8. contra Græcos. Quid enim esse martyribus temperantius posse, qui noluerunt ab inceptis illis, dogmatibusque discedere, qua olim bona esse crediderunt.*

9 Non est meum decidere hanc litem, interim velim, ut unaquæque virtus florem suum conferat ad corollam rum martyribus, tum aliis Sanctis texendam. Verè inter virtutes in martyrio promicantes palma incerta, cum martyr ex cujuscumque motivo possit elicere, & impetrate acceptionem martyrii, at obsequium certum, cum omnes suo more, ac modo martyribus ad tam egregium opus obsequantur. Rectè hic Sanctus Gregorius Nazianzenus *orat. 16. Et quidem haud admodum promerem, & facile inter virtutes, eam, que ceteras vincat, invenire, eique palmam dare. Quemadmodum etiam in prato quodam plurimis, & suavibus floribus reperire, aliò nimirum, aliàs olfactum, & aspectum ad se distrabente, atque ad primum illum decerpendum alliciente.* Ex amœnissimo ergo, & florido virtutum omnium prato texendæ sunt coronæ martyribus, Sanctisque aliis, Singulæ virtutes, singuli flores erunt pulcherrimi, varii, versicolores, suavissimè spirantes, ac ridentes, non solum verè primo, vel ætate, sed hieme potissimum martyrii asperissima.

10 Quod si una fortitudinis, vel charitatis virtus, martyribus, cæterisque Sanctis primas ferre contendas, non idcirco reliquarum illis neganda est. Nam posita alicubi una virtute in gradu perfectò; ei omnino reliquæ consonant, & connectuntur exquisitissima harmonia, & nexu mirabili. Quemadmodum si fides contenta in idem melos sint, una pulsa, altera etiam resonare circumferretur, & experientia comprobatum est, ut scribit Aulus Gellius *lib. 9. cap. 7. & observat propè ad rem nostram Gregorius lib. 1. moral. c. 4. inquit: Hi, qui chordarum harmoniam temperant, tanta hæc arte dispensant, ut plerumque cum una tangitur, longè alia, ac multis interjacentibus posita chorda quatuor, cumque ista sonitum reddit, illa, que in eodem cantu temperata est, aliis imperscussis, tremat. Sic ergo in Scriptura Sacra plerumque de virtutibus sic agitur, ut dum loquendo aliud insinuat, aliud tacendo innoscat.* De hac virtutum inter se connectione. Vide quæ alibi diximus.

CONSULTATIO CLXV.

De causis canonizandi Sanctos. Et qua in eo, qui canonizandus est, requirantur?
Tom. X.

Ad primum, ut subortæ fraudes tam hæreticorum quam aliorum impiorum hominum caveantur, utque ambitio cum affectu humano adjuncta evitetur, & simulata sanctitas detegatur, major in Canonizatione Sanctorum inquisitio præstari cœpit. Hæretici enim atque schismatici cruciatus, ac necem passi pro Christi nomine aliquibus videbantur, quos tamen à Catholica fide alienos Ecclesia Catholica non recipit. Martyrem namque Christi, ut ait Augustinus *tom. 2. epist. 61. & 166.* non poena facit, sed causa. Er quicquid patiuntur ij, qui extra Ecclesiam Catholicam sunt, perfidia poena, non martyrium esse censetur. Exemplum præbet Hermannus quidam Hæreticus fidei sanctitatis. Is enim vita sanctus, sanctitatis opinionem, ac venerationem consequutus fuit, totoque viginti annorum spatio retinuit, cujus corpus postea Bonifacius VIII. exhumari, comburique jussit, diligentissima de ipsius hæresi, fideique sanctitate habita inquisitione, Platina in Bonifacio VIII.

Affectus item humanus cum ambitione conjunctus causa etiam fuit, cur ex hac vita pie decedentes, tum consanguineos, tum affines, & amicos, tanquam Sanctos pro suo quisque arbitrio, & affectu veneretur, patrociniūque ab eis publicè imploraret, hinc perturbatione, atque confusione suborta ille, qui à quibusdam, uti Sanctus colebatur, ab aliis magno cum scandalo irridebatur.

His, aliisque de causis res tanti ponderis, cujusmodi Sanctorum canonizatio est, non nisi mora interposita, & quidem longa, diligentissimaque habita per investigatione, mediis interea magnorum Principum, Civitatum, & nationum summis precibus, ut scilicet veritas ipsa magis, atque magis eluceat, in annos plurimos differri solet, ac jure debet. Id, quod aliis omissis in Canonizatione Sancti Stanislai Episcopi Cracoviensis, & Martyris, qui anno 175. post martyrium Catalogo Sanctorum fuit adscriptus, factum constat.

Ad secundum. Fama inculpata vitæ longa temporum ferie ad finem usque illius inclusivè nunquam interrupta, pro quovis canonizando in primis requiritur, ac postulat. Vitæ autem rectitudo, catholica fide prævia factis, ac dictis comprobatur. Nam circa spirituaalia, & corporalia misericordiæ operat circa item castitatem, sobrietatem, & abstinentiam; circa bonos mores, actus & labores multos, vel pro fide, vel pro animarum salute constanter toleratos? & circa denique virtutes omnes, præsertim verò circa christianam humilitatem versatur. Vitæ namque Sanctimonia potest esse simulata, & ficta cujusmodi vitæ hypocritarum est. Vera itaque vitæ integritas, & Innocentiæ miraculis interdum illustratur, ac declaratur.

CONSULTATIO CLXVI.

Miracula vera pro Canonizatione Sanctorum quomodo à non veris discernantur? Miracula vera quomodo à bonis, & malis christianis, & non vera à magis, ac demoniis fiant?

De his, aliisque hujusmodi plura leguntur in opere nostro de violatæ fidei Catholicæ Sacrosancto Tribunali, quod apud Supremam Romanam Inquisitionem adhuc retinetur, revisendum. Porro miraculorum investigatio diligentissima esse debet, cum tam à malis, quam à bonis hominibus fieri possint, imò & à Dæmonibus ipsis mirabilia quædam, perpetrari soleant, quæ tamen vera miracula non sunt. Miraculum namque propriè sumptum, sicut docet Sanctus Thomas, ac cæteri Doctores *par. 1. qu. 110. art. 4. quæst. 114. art. item 4.* illud est, quod fit præter totius naturæ creatæ ordinem, sub quo omnis virtus creata continetur. Si enim lapis, qui susapte natura deorsum tendit, non præter totius naturæ, sed tantum ipsius lapidis naturæ ordinem, à quopiam sursum proficiatur, id nequaquam miraculum dici potest.

E e 3

E e

Et quidem quatuor in miraculis pro aliquo canonizandis requiruntur. Primum est, ut miraculum non ex arte, aut à dæmone fiat. Secundum, ut sit contra naturam. Tertium, ut non ex vi verborum; sicut panis in verum Christi corpus miraculosè transubstantiatur, sed ex merito hominis fiat. Quartum, ut miraculum ad fidei corroborationem fiat. Herba enim, ut aiunt, hominis ministerio transit in vitrum, nulla fidei corroboracione intercedente. Ita Ostiensis lib. 3. *summ. de relig. & vener. Sanctor. Cassan. par. 3. catal. glor. mund. confid. 49.* post Gloss. in cap. 1. de reliq. & venerat. Sanctor. in 6. verb. *Sedis Apostolicæ.* Ea itaque opera, in quibus dictæ conditiones desiderantur, miracula vera dici non possunt.

Miraculum propriè sumptum, non nisi à Deo fieri potest. Si autem ab Angelo, vel à Sancto aliquo verum fiat miraculum, id virtute tantum divina factum fuisse dicas oportet. Fit quoque verum miraculum non solum à bonis, sed etiam à malis christianis. A bonis, ut ait Sanctus Thomas par. 1. q. 110. art. 4. non nisi per publicam sit iustitiam, quæ in toto mundo est, sicut lex publica in Civitate, hoc est, ut inquit Sanctus Bonaventura lib. 2. sent. dist. 7. par. 2. q. 2. art. 2. per fidem veram, quæ vera iustificat, & à veritate prædicatur, ad ipsorum Sanctitatem, necnon ad Dei gloriam indicandam, & ad prædicatam veritatem confirmandam. A malis autem istuc ipsum, Deo concedente, fieri nonnumquam potest, non propriè per publicam iustitiam, sed per publicæ iustitiæ signa, quia ipsi fidem habent, & opera videntur habere, Christi nomen invocantes, vel aliqua Sacramenta exhibentes.

Hinc S. Math. 7. malos christianos in die iudicii dicturos hinc testatur verbis: *Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Prophetia enim necnon demones eiecendi, & miracula faciendi facultates sunt gratiæ gratis datæ, quæ, ut tradunt Theologi omnes cum peccato mortali stare possunt. Hujus autem generis facultates malis christianis à Deo interdum conceduntur, non ex meritis eorum, qui operantur, sed ex invocatione nominis Christi ad condemnationem eorum, qui Christi nomen invocant, atque ad utilitatem eorum, qui talia vident, & audiunt, ut quamvis ea signa facientes contemnant, Deum tamen, ad cuius invocationem tanta sunt miracula, venerentur. Nam & Saul, & Balaam, & Caiphas prophetarunt nescientes quid ipsimet dicerent, 1. Reg. 10. Num. 23. Joann. 11. Pharao, & Nabuchodonosor somniis cognoverunt, Genes. 41. Daniel. 2. & in Actibus Apostolorum, filii Scævæ, Sacerdotum Judæorum Principis, demonia eiecere videbantur, Judas denique Apostolus cum animo proditoris multa signa inter cæteros Apostolos fecisse narratur. Hæc ex Hieronymo in *Matth. lib. 1. cap. 7. tom. 6.*

Mali namque Christiani ex fide absque charitate, sine qua vitam æternam mereri non possunt, dictis de causis demones eiecere, miracula operari, & prophetare queunt. Hinc Chrysostomus de iis dixit homil. 14. in cap. 7. *Matth. tom. 2.* incerti Auctoris. *Sed considera, quia in nomine Christi se prophetasse dicunt non in Spiritu. Prophetant enim in nomine Christi, sed in spiritu diaboli, quales sunt divinatores. Demoniam eiecunt in nomine Christi, habentes spiritum inimici. Magi autem non eiecunt, sed eiecere videntur, colludentibus sibi demonibus. Faciunt & virtutes, id est miracula, non verita, & necessaria, sed inania, & vana.* Ita Chrysostomus, qui malos Christianos fidem tamen habentes, & Christi nomen in miraculis faciendis invocantes, cum magicam artem exercerentibus videtur confundere. Magi enim miracula quedam faciunt interdum, quæ reipsa miracula non sunt, eaque non nisi per pactum, ut ait Sanctus Thomas d. art. 4. ad 2. cum dæmone initum perpetrant. Mali vero Christiani per publicæ iustitiæ signa, veluti Christi nomen invocando, vera miracula, sed divina quidem virtute faciunt. Miraculum namque propriè dictum, quod est, ut sapè diximus, extra totius naturæ creatæ ordinem,

causam habent omnibus omninò occultam, à solo Deo fieri potest, à bonis autem, & malis Christianis eo, quem explicavimus modo. Dæmones item, qui exactissima omnium rerum scientia insignes conditi fuerunt, quibus etiam integra post lapsum remanserunt naturalia, mirabilia quedam efficiunt, quæ tamen miracula non sunt, quia causam omnibus omninò occultam non habent, nec extra totius naturæ creatæ ordinem sunt, cuiusmodi vera miracula esse debent, ex Theologis cum Sancto Thoma loc. cit. & quest. 105. art. 7. in corp. Alia alibi diximus.

CONSULTATIO CLXVII.

Opera dæmonum ab Auctoribus narrata, cur miracula dici nequeant? Quot modis fiant?

Modo jam dicto facta esse, credendum est, opera dæmonum illa, quæ plures nominatim Augustinus de Civit. lib. 18. cap. 16. 17. ac 18. de Diomedis, & Ulyssis sociis, illis in volucres, his verò à Circe in alias bestias immutatis, deque Arcadibus in lupos, deque aliis in asinos conversis, narrat. Hæc, & genus alia superficiei tenus, ut ait idem Augustinus loc. cit. hoc est dæmonum ludificatione fieri possunt. Hinc idem in lib. de spir. & anim. c. 28. de aliis dæmonum præstigiis, quas omnes mirabili eorum perspicacitati, necnon experientia, tam magno seculorum numero exercitata, motusque æerei corporis miræ velocitati ascribit: *Dæmones, ait, & acrimonia sensus hoc est subtilitate cognitionis, & celeritate motus aeri corporis terrenorum corporum sensum facile præcedunt, & quedam cogitata prænunciant, quæ homines mirantur propter tarditatem terreni corporis. Accessit autem dæmonibus per tam longum tempus, quo eorum vita præceditur, rerum longe major experientia, quam hominibus potest evenire propter brevitatem vite. Idcirco quedam futura prædicunt, & quidam mira faciunt, quibus homines alliciunt, & seducunt. Unde quedam muliercula post Satanam conversa, dæmonum illusionibus, & phantasmatis seducta credent se, & præsentur nocturnis horis cum Diana, Paganorum Dea, vel cum Herodiade, & Minerva, & innumera mulierum multitudinem equitare, earumque iussibus obtemperare. Ipse namque Satanas, qui transfiguratur se in Angelum lucis, cum mentem cuiusque muliercula, cepert, & hanc sibi per infidelitatem subjugaverit, illico transformatur se in diversarum personarum species, ac similitudines, & mentem, quam captivam tenet in somnis deludens, modo lata, & modo tristitia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per devia quæque deducit, & cum solus hoc patitur spiritus infidelis, nec in animo, sed in corpore evenire opatur. Idcirco omnis stultus, & hebes, qui hæc omnia, quæ spiritus sunt, etiam in corpore accidere arbitrat, cum Ezechiel, & alii Prophetæ, Joannes etiam Evangelista, & Apostoli in spiritu, non in corpore visiones viderint. Quæ ferè omnia ex Concilio Anquirensi à Gratiano inserta leguntur in can. Episcop. 26. q. 5. Toto autem illo tempore, quo homines arte dæmoniaci sopiti existunt, à dæmone eorum corpora juxta naturæ exigentiam, sustentantur, aliquo scilicet alimento, & subtili quidem in ea corpora libenter immisso.*

Dæmonum igitur opera miracula non sunt, quia vires naturæ non superant, sed ijs, qui talium operum causas, aut talia faciendi modum ignorant, mirabilia videntur. Ea enim Dæmones faciunt, aut humanorum sensuum illusionibus, aut naturalium rerum operatione, naturales videlicet rerum causas disponentes, mira que celeritate adjuvantes, activa denique passivis applicantes, vel corpora huc, atque illuc deferentes. Angeli namque tam boni, quam mali omnium rerum cognitionem, ac scientiam callent exactissimam, eisque ad nutum, quantum ad motum, res corporeæ obediunt. Hinc dæmones ob naturalem omnibus spiritibus inditam facultatem, si à Deo interdum non impedirentur, tot, tantaque nobis inferrent damna, quot, quantaque à nobis excogitari non possunt, ut videre est in libro Job. cap. 1.

CON

CONSULTATIO CLXVIII.

In qua fusè, & articulatim disceptatur, quæ opera admiranda possint facere dæmones, vel per seipsos, vel per Magos.

Præter dicta in citato nostro opere de Sacrosancto violatæ fidei Tribunali, in quo ea omnia, quæ ad illud pertinent hac super te accuratè discutimus, duo sunt hic ponenda ad evitandas fraudes in causis Canonizationum Sanctorum ex Sacris literis manifesta. Primum est, dæmones per se ex uno loco in alium moveri, & quidem maxima celeritate: legimus enim in libro Job 1. & 2. Satan Deo interroganti, unde veniret, respondisse: *Circuivi terram, & perambulavi eam, & Dominus in Evangelio ait, quendam spiritum nequam, egressum ab homine, quem tenebat, perambulasse per loca arida, & inaquosa, & iterum assumptis aliis septem spiritibus nequioribus se, ad eundem illum hominem revertisse, Matth. 12. & Petrus 1. admonet fideles, ut sobrii sint, & vigilent, quoniam adversarius eorum diabolus, tanquam leo rugiens circumit quærens, quem devoret.*

Alterum est, dæmonem non solum posse movere seipsum, sed etiam alia corpora ex uno loco in alium transferendo. Id quoque ex sacris literis certum est. Dæmones enim per peccatum non perdidit dona naturalia. Sicut igitur Angeli naturali vi movent orbes cælestes, sic dæmones possunt movere alia corpora, & sicut Angelus ille Dan. 14. Prophetam Habacuc capillo capitis apprehensum ex Iudæa Babylonem usque transportavit, indeque reportavit in Iudæam, ita potest dæmon idem facere. Quinimodò id eum fecisse certum est. Legimus enim Matth. 4. diabolum tulisse Dominum nostrum in pinnaculum templi, & in montem excelsum.

Neque hoc loco disputandum est, an talis virtus motiva dæmonis sit distincta ab ejus intellectu, & voluntate, nam distinctam esse equidè arbitror, licet plerique negent. Nec definitio nunc quanta sit virtus motiva dæmonis, vel quot corpora, aut quanta movere queat, & non amplius. Id enim incognitum mortalibus puto. Existimo tamen in dæmonibus superioribus majorem esse hanc vim motivam, inferioribus verò minorem. Sicut enim eorum natura sunt, vel perfectiores, vel imperfectiores, ita quoque eorum potentia sunt vel fortiores, vel imbecilliores. Nam quia Angelus est terminatæ speciei, ac definitæ naturæ, & perfectioris, idè nec potest esse ubique locorum, neque potest quantacumque velocitate quantumlibet corpus movere.

Præterea sciendum est, duplicem esse dæmonum actionem, quæ à philosophis vocatur transiens. Alteram immediatam quæ immediatè proficitur à dæmone, & hæc est motus localis, quo mover corpora. Nam sicut intelligentia non per aliqua media instrumenta, sed immediatè movent orbes cælestes, sic dæmones immediatè possunt movere corpora secundum locum. Altera eorum operatio transiens, est mediata, nempe quæ motionem localem ab ipsis factam consequitur. Dæmones enim afferendo in variis locis, & invicem applicando causas naturales, & per agentia invicem, & patientia componendo, varios producant effectus, qui immediatè quidem existunt ex causis naturalibus, mediantè verò à dæmonibus, qui illas causas præfentes fecerunt, & materiis, quæ ab illis aptæ sunt pati accommodaverunt. His positis quænam opera admiranda possint dæmones facere, demonstremus.

Principiò per motum localem multa possunt dæmones facere, quæ fidem excedere videntur, quorum nonnulla hic subjiciam. Primò possunt ignem ex superiori aëris parte dimittere, quo multa consumant, & perdant. Possunt etiam immittere vehementes ac turbulentos

Tom. X.

ventos, qui magna diruant ædificia, sicut fecisse legitur adversus Iob 1. *Cecidit, inquit Scriptura, ignis de Cælo, ac calcas oves, puerisque consumpsit, & repente ventus irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos suos, & moriunt sunt.* Potest dæmon gravissimas tempestates, & procellas in mari excitare, vel aquas maris ab imo commovendo, vel per concitatissimos ventos. Potest terram magnis motibus concutere, vel immittendo vehementem aliquem spiritum in cavernas terræ, vel in illis inclusum vehementissimè agitando. Sic fuisse fieri potuit, quod narrat Philostratus de duobus dolijs, quæ vidit Apollonius apud Indos, quæ aperta, imbres, & ventos emittebant, clausa verò eadem cohibebant, atque compecebant.

Secundò. Potest transferre ex uno loco in alium, quantumvis remotum, vel homines, vel animalia, vel quævis alia corpora. Sic diabolus Christum tulit in pinnaculum templi, & in montem excelsum, & historia Ecclesiastica narrat, Simonem Magum à Dæmonibus per aëra elevatum esse in Cælum. In historiis etiam Gentilium traditum est nonnumquam visos esse, dracones, & homines per aëra volantes. Quin etiam Albertus tradit aliquando Boves, seu vitulos voluisse, Quod hac ratione factum esse existimandum est.

Tertiò. Potest dæmon subito res præfentes è conspectu hominum subtrahere, atque ita reddere invisibiles, sicut Apollonius cum esset in conspectu Domitiani Imperatoris, repente ex oculis omnium excessit, & nisi volumus fabulam fuisse id, quod de Gyge memorat Plato in 2. de republ. & Cicero lib. 3. de offic. hac etiam ratione dicemus, Gygem, cum volebat, potuisse latere oculos præfentium, & spectantium, idque fecisse, non vi, & potestate ejus annuli, quem gestabat, ut illi tradunt, sed potius dæmonum artificio.

Quartò. Potest facere, ut statuæ, vel aliæ res inanimatæ ambulent, & incedant more hominum, dæmone illas movente, ac motum moderante. Sic factum est, quod ex Philostrato legitur de tripodibus lapideis, & pinceris aëris, qui apud Iarcham, præfente Apollonio in convivio per se movebantur, & more famulorum ministrantium mensis, & pocula, & ferula convivii suo loco, & tempore præbebant.

Quintò. Possunt facere, ut statuæ, arbores, animalia loquantur more humano. Qua ratione fieri potuit, quod narrat Valerius Maximus lib. 1. cap. ult. de simulacro Iaronis Monetæ, quod Romani Veis Romam transferre religionis ergo cupiebant. Cum enim quidam militum per jocum interrogaret illud simulacrum, an Romam migrare veller, velle se respondit, qua voce audita, lusus in admirationem, & religionem versus est. Simulacrum etiam fortunæ mulieris à matronis Romanis, cum ædè sua consecratum, his loquutum esse, idem Valerius auctor est, his verbis: *Ritè me matrone vidistis, ritè me consecratis:* Et Caius Volunnio, & Servio Sulpitio Consulibus dicitur, bos humano sermone loquutus. Bello etiam Punico secundo Cneo Domitio bovem dixisse: *Cave tibi, Roma.*

Hic quoque pertinet, quod narrat Philostratus, cum Apollonius esset cum Gymnosophistis Æthiopum, quorum princeps erat Thespecion, ejus tacito iussu arborem ulmum humana voce Apollonium salutasse. Nec putandum est vel leones, vel arbores, vel alias res inanimas modo hominum loqui posse, sed dæmonem esse, qui sermones illos articulatos, & humanis similes in aëre formet juxta, vel intra corpora. Sic Angelus, qui occurrit Balaam, ei mortem intentans, fecit, ut ejus aëna loqueretur: Nam etiam videmus esse quosdam, qui per organa, vel alia instrumenta mulica, tanto artificio modificare, ac temperare possunt statum, quo illa pulsantur, ac resonant, ut voces, & cantus hominum emulati, ac reddere videntur.

Sextò. Possunt facere, ut animalia mirabili quadam ratione se ipsa moveant, & quedam agant, quæ lineæ

Ee 4

intelligentia, & ratione nec ea quidem vulgari, sed admodum solerti, ac prudenti, minime fieri posse videantur. Tale est, quod narrat Valerius *lib. 1. cap. 8.* quod est de miraculis, de serpente illo Æsculapii, quem Romani quasi volentem, & intelligentem, & quædam rationis, ac religionis, necnon divinitatis cuiusdam signa dantem, Epidaurum Romam advexerunt. Huius etiam generis est, quod narrat Philostratus *lib. 5. cap. 15.* de leone quodam mansuetissimo, qui loco veluti canis, in Ægypto per Urbes dacebatur, contræstantibus se non modo non nocens, sed etiam blandiens, qui ad genua Apollonii, modo supplicantium hominum humiliter se abiecit, quem aspiciens Apollonius, ad eos, qui aderant: Hic, inquit, *Leo me rogat, ut vos doceam hominis animam illum habere. Fuit enim hic quondam Amasis Ægypti Rex.* Quæ simulatque dixit Apollonius, leo miserabiliter fremens, lacrymabilem rugitum edidit, tum dentibus infrensens cum plorare videretur, uberrim lacrymas fundebat: *Fluere, inquit, Apollonius, Leonem censeo Leontopolim mistendum, & in templo collocandum. Regem enim in Regiam belluam conversum, tamquam egenum mendicare indignum iudico.* Quæ omnia arte magica Apollonii, & opera Dæmonum facta sunt, quo facilius error Pythagoricus de transmigratione animarum humanarum in varia bestiarum genera hominibus persuaderetur.

12. Septimo, quod in historiis Romanorum legitur, Claudiam mulierem Vestalem, quo suam pudicitiam probaret, navim ita hærentem in Tiberi, ut multi eam homines loco movere non possent, Zona sua, quod volebat nullo labore traxisse. Et Tucciam item Vestalem, aquam Tiberi haustam, ad Capitolium usque cribro tulisse: Hæc, inquam, facta sunt opera dæmonis, qui & navim occultè promovebat, & aquam, ne per cribrum dilaberetur, suspensam tenebat.

13. Octavo. Potest facere, ut subito globus aliquis igneus, vel flamma appareat, vel circa aliquem fulgeat, sicut Plinius *lib. 2. cap. 107.* Servio Tullio dormienti ex capite, flammam emicuisse, & L. Martio in Hispania interemptis Scipionibus concionanti, & milites ad ultionem exhortanti, arsisse simili modo.

14. Nono. Potest aquas fluminum dirimere, & eas retro pellere ita, ut flumina retrofluere videantur, quod Plinius suo tempore accidisse scribit *lib. 2. cap. 103.* his verbis: *Amnes retrofluere, & monstra vidit ætatis, Neronis Principis anno supremis, sicut in rebus ejus retulimus.*

15. Decimo. Potest demon varia corpora variè formata assumere, & que movere ita, ut homo, vel Angelus, vel ea, aut aliud quodvis animal videatur, idque facit vel ad exterrandos, vel ad decipiendos homines. Legimus enim beato Antonio dæmones in variis animalium formis, & quidem horribilibus, ac terrificis ad eum perterritificandum, & à sancto proposito removendum apparuisse. Sic accipiendum est, quod scribit Valerius Maximus *lib. 1. cap. 8.* Romanis apud lacum Rheginum pugnantibus cum acie Tusculanorum, Castorem, & Pollucem Romanorum partium propugnatores visos hostiles copias pernitius fudisse, & Publ. Varinio noctu Urbem perentem, obvios esse factos duos juvenes excellenti forma, albis equis insidentes, nunciantes, illo ipso die Persam Regem à Paulo fuisse captum, quod ita evenisse postea competent est.

16. Undecimo. Potest demon representare varias figuras cujuslibet rei, vel auri, vel gemmarum, vel dapum, vel hominum. Nam sicut fictores, sculptoresve ex materiis sibi subjectis varias formas, & figuras rerum effingunt, & interdum tales, ut veræ, ac naturales videantur, sicut traditur de illis uvis à Zeuxide pictis, adèd perfectè naturales uvas reddentibus, ut eas ab avibus appetitas esse dicatur, sic demon ex aere condensato, vel alia quavis materia cujuslibet rei figuram effingere potest, cujus rei ex Philostrato exemplum exhibemus Lamie cujusdam, quæ Menippo, quem decipere volebat, maximas opes, pretiosa ornamenta, magnam copiam vini, & epu-

larum ostendebat, quæ Apollonius ostendit esse tantum inania simulachra, & imagines earum rerum, quæ videbantur.

Duodecimo. Possunt concitare, & conturbare humores, vel spiritus, qui sunt in corpore humano, disjungere etiam, atque distrahere partium compages, & connexiones, qua re gravissimos morbos, & acerbissimos cruciatibus efficiunt, sicut in iis, qui à dæmonibus torquentur, cernere licet.

Decimo tertio. Possunt etiam spiritus animales, qui interiorum sensuum functionibus peragendis inserviunt, ita movere, & conformare, ut res quasdam, vel præteritas, vel præsentis, vel futuras representent. Possunt etiam eosdem spiritus, in quibus insunt species rerum sensibilium, extrinsecus per sensus exteriores impressæ, usque ad ipsos sensus exteriores devolvere, ita ut etiam qui vigilant, videantur sibi aliquid videre, audire, & facere, quod re vera non est. Hoc enim videmus accidere in phreneticis, Quod igitur homini vi alicujus morbi contingit, dubitandum non est, etiam id dæmonum artificio in homine effici posse.

Decimo quarto. Possunt dormientium phantasmata movere, & conformare ad representandum aliqua futura, quæ dæmones cognoscunt esse futura, ut ita decipiant homines, fidem habentes somniis, & ex ipsis actiones humanas, vel suas, vel aliorum cognoscere, ac dirigere velint; atque hinc quidem ortum duxit divinationio per somnia; cuius divinationis exempla sunt plurima apud Valerium Maximum *lib. 1.* & apud Ciceronem in *libris de divinatione.* Simili Dæmonum artificio fidem, & veritatem invenit apud Gentiles Augurum, & Aruspicum disciplina per volatum, vel garrum avium divinarum, & per inspectionem extorum animalium castrorum, vel per electionem sortium. Ejusmodi enim rebus dæmon se ingerit, & immiscet, quo mentes hominum superstitionibus imbuat, & variis erroribus implicet. Nam quod in Romanis historiis traditur, in victimæ opimæ, quam Julius Cæsar immolaverat, extis, non esse inventum cor, & in aliis vel jecur, vel principem aliam partem corporis non esse repertam, non alia ratione, quam dæmonis occulta vi partes illas ablatas esse, credendum est.

Decimo quinto. Possunt dæmones sensus exteriores immutare, ac seducere dupliciter. Vel extrinsecus, obijciendo sensibus varia sensibilia non vera, hoc est, non talia, qualia videntur, sed solas eorum imagines, & simulachra. Vel intrinsecus commovendo spiritus, & humores, quorum commotione etiam sensus exteriores variè afficiuntur, & turbantur, ut non rectè judicent de suis objectis. Id, quod cernimus sensibus exterioribus phreneticorum accidere.

Decimo sexto. Possunt varias passiones, vel amoris, vel odii, vel timoris vehementer excitare in homine, idque facere dupliciter. Aut obijciendo species rerum, quæ ad tales passiones excitandas plurimum valent. Aut interiori movendo phantasmata ad similes res representandas, vel agitando, & accendendo humores, qui sunt harum passionum materia, nimirum vel sanguinem, vel atram, aut flavam bilem.

Atque hæc sunt & alia horum similia, quæ dæmones per motum localem facere possunt, & interdum quidem faciunt. Neque enim quæcumque possunt facere, licet eis facere, sed quantum eis per divinam providentiam permittitur. Habent enim potentiam à Deo restrictam, & quasi ligatam, quam eis interdum laxare solet Deus, vel ad exercendos bonos, ut adversus Job, vel ad puniendos malos, ut adversus Achab, & Prophetas ejus. Sicut enim dæmones permittit Dei, ingressi in porcos, præcipitarunt eos in mare, sic homines in omnia malorum tam culpæ, quam pœnæ genera deturbarent, si eis Deus quantam vellent potentiam, ac malitiæ suæ exercendæ potestatem faceret.

Per alteram porro actionem dæmonum, quæ non est motus

motus localis eorum, sed eum consequitur, hoc est per actiones causatum naturalium, quas dæmones invicem applicant, & temperant, mira quoque dæmones possunt efficere. Sunt enim singulares quædam virtutes occultæ, & ignotæ hominibus, sunt inquam, in certis quibusdam aquis, terris, succis, gemmis, lapidibus, herbis, lignis, animalibus, & in ipso hominis corpore mirabilem, ac penè incredibilem operum effectrices, quarum rerum exempla citato opere nostro de sacrosancto violatæ fidei Tribunali, tractando de magia naturali, ac dæmoniaci plura posuimus, sed plurima reperiuntur apud Solinum, Plinium, & Albertum, & alios, ibi adductos. Hæc virtutes, quibus in rebus naturalibus insunt, ubi lacorum lateant, quibus cum rebus componi, misceri, ac temperari debeant, quo tempore tempestivè, & opportunè ad operandum adhiberi oporteat, notissimum est dæmonibus, quas etiam undecumque & quocumque voluerint, maxima facilitate, celeritateque clam dæmones transferre possunt.

24. Hujusmodi autem effectus quatuor ob causas sunt hominibus admodum mirabiles. Primò quia sunt novi, & inusitati. Deinde quia modus, quo dæmon illos molitur, est occultus, & invisibilis. Tum quia sicut homines variè temperando, & accommodando res naturales, possunt aliquos effectus producere, quos nonnunquam per se causas naturales produxissent, sicut patet in arborum incisionibus, in distillationibus aquarum, in ciborum, & condimentorum confectioibus, & in medicamentorum compositionibus, sic dæmones effectus aliquos singularem per causas naturales possunt producere, quos ipsi per se nunquam produxissent. Postremò quia, ut inquit Sanctus Thomas *lib. 3. adversus Gentes cap. 103. & par. 1. q. 110. art. 2. ad 3.* cum Angeli, vel dæmones adhibent causas naturales ad effectus aliquos procreandos, utuntur eis, tanquam instrumentis, non secus quam medicus utitur herbis ad sanandum. Ex instrumento autem procedit effectus, non tantum virtuti ejus respondens, sed etiam ea superior, & præstantior, nempe respondens virtuti principalis agentis, à quo movetur ad operandum illud instrumentum; quemadmodum securus non solum secat, sed etiam facit lectum, vel mensam, vel hominis statuum, ut est instrumentum hominis ex arte operantis; & calor naturalis, qui est in semine, vel in animal, non solum calefacit, rafe facit, aut segregat, sed etiam generat sanguinem, carnes & ossa in virtute animæ, vel animalis, cujus est instrumentum.

25. Sic etiam causæ naturales interdum prodiderunt effectus præstantiores suis ipsorum virtutibus, ex eo, quod sunt instrumenta Angelorum, vel dæmonum à quibus moventur, & reguntur. Possent igitur dæmon plurimos morbos arte medicinæ, quam homines calant, incurabiles, magna celeritate, ac facilitate sanare, Tum quia novit optimè omnes morborum, etiam abstrusiorum, causas, & affectiones. Tum quia scit omnia genera remedium, & idoneam eorum applicationem, sed non omnes tamen posset sanare, quia sunt morbi aliqui simpliciter incurabiles. Vide præfatum opus nostrum, ubi de phlitis ad amorem, ad odium, ad morbos, ad alia.

CONSULTATIO CLXIX.

Quæ demon nec per Magos, neque per seipsum possit efficere?

Per motum localem, qui est immediata dæmonis operatio transiens, multa ipse non potest facere. Ut enim inquit Sanctus Thomas in questionibus de potentia *qu. 16. art. 8. & in lib. 3. adversus Gentes cap. 108.* non potest destruere, aut subvertere ipsum universum. Sunt enim dæmones pars universi. Pars autem non habent vim, atque potestatem in totum, cujus est pars, & ut ait Paulus ad Hebr. 2. non subiecit Deus Angelis orbem

terram. Nec possunt pervertere ordinem universi, cum auctore Arist. bonum universi sit ordo. Non possunt item perturbare, vel suis locis commovere principes partes mundi, ex quibus ejus integritas coalescit. Non possunt sistere Cælum, vel motum ejus in contrariis partes agere. Non possunt elementum aliquod ex uno loco in alium transferre. Non possunt facere, ut detur vacuum, cum vacuum tollat conjunctionem, connexionem, atque subordinationem omnium partium universi, in quo ejus conservatio, atque gubernatio consistit.

Dixi non posse dæmonem ejusmodi res facere vel simpliciter, vel secundum potentiam ordinariam eis à Deo concessam, & quam eis concedi possit æquissima divini providentiæ ratione. Et cum dæmones habeant vim motivam definitam, alii quidem majorem, alii veto minorem non possunt quantumlibet corpus quantumlibet velocitate movere, nedum in instanti. Non possunt facere, ut duo corpora sint simul in eodem loco; vel unum corpus in duobus locis simul, vel ut unum penetraret dimensiones alterius. Nec potest dæmon distans à corpore, illud movere secundum locum, quia movens, & mobile debent esse simul, alioquin posset movere per vacuum & per quantumcumque distantiam, Non potest transferre corpus de extremo ad extremum, & non per medium.

Multa quoque sunt, quæ per alteram actionem dæmonum, quam mediatam diximus, cujusmodi est naturalis alteratio, corruptio, generatio rerum naturalium non possunt à dæmonibus effici. Et primo non potest dæmon immediatè producere ullam formam substantialem, vel accidentalem. Cum enim sit incorporeus, non potest immediatè alterare materiam corpoream, unde formæ naturales edificantur.

Secundo, non potest, aliquid creare ex nihilo. Tum quia id requirit infinitam virtutem activam, qualem Deus solus habet. Tum quia nec motus localis dæmonis, neque operatio, quam per causas naturales exercet, in nihilo recipi, aut circa nihil versari possunt.

Tertio, non potest ex quolibet facere quodlibet.

Quarto, nec per quantumlibet causam, vel instrumentum potest quemlibet effectum producere, sicut medicus non potest per quantumlibet medicinam quemlibet morbum sanare, nec artifex per quævis instrumenta quodcumque voluerit opus perficere. Atque hoc est, quod Augustinus compluribus locis docet, nec dæmones, nec Angelos esse creatores rerum, nec posse transmutare formas rerum, nec materiam corporalem ad naturam illis obedire.

Quinto non possunt dæmones producere formas substantiales, non præviis alterationibus & præmissis dispositionibus.

Sexto, nec possunt eas in instanti, aut quantumlibet & parvo tempore producere.

Septimo, non possunt quantumlibet rem naturalem immediatè in quantumlibet aliam transmutare, etiam adhibendo causas naturales.

Octavo, non possunt animalia perfecta sine semine producere. Quare si visi sunt unquam, vel ex lapidibus, & lignis producere equos, vel Leones, vel ex nubibus plures vitulos, non est putandum sic eos fuisse generatos, sed vel aliandè invisibiliter per dæmones illos translatos, vel non fuisse vera animalia, sed eorum tantum imagines, & simulachra, cernentium oculos fallentia.

Nono, nec possunt animalia producere subito secundum perfectam ejus magnitudinem, & virtutem. Denique quod superat vires agentium naturalium, quodque naturali eorum dispositioni, & ordini repugnat, & ad quod virtus agentium naturalium nullo modo se extendit, id fieri à dæmone nequaquam potest.

Decimo non potest pervertere, atque immutare ordinem, qui est inter formas, & dispositiones rerum naturalium, ut possit posteriores inducere, non inductis prioribus, aut extremas, non inductis mediis.

Undecimo,

33 Undecimo, non potest mortuos ad vitam revocare, propter causam supradictam.
 34 Duodecimo, non potest impedire, ne agens naturale habens omnia requisita ad agendum, non agat.
 35 Disputari posset hoc loco, an ulla res naturalis habere possit vim in demones expellendo, propter, id, quod dicitur in libro Tobiae cap. 6. & 8. de jecore cuiusdam piscis, cujus fumo fugabantur demones in perpetuum, sed & de melodia Davidis, qua expellebatur spiritus malus à Saule, ac de radice Salomonis, cujus odoratu demon exibat per nates ejus hominis, quem tenebat. Verum de his, aliisque rebus nostras disputationes, & sententias, mihi lector reperies, in dicto opere nostro de Sacrosancto fidei Tribunali, quod annuente Deo, saltem posthumum, lectitabis, interim lege theologum magistrum in quaestionebus *Disp. q. 6. de miracul. art. 1.*

CONSULTATIO CLXX.

Quomodo sensus hominum à demone ludificantur ad ejus illusiones cavendas in probatione miraculorum pro canonizatione Sanctorum? Phis de demonis prestigijs ad ejus illusiones cognoscendas?

Quoad sopitos, aut ludificatos tam exteriores, quam interiores sensus atinet Aegyptius lib. 2. sent. dist. 3. q. 2. art. 5. dub. 1. id tribus modis fieri posse tam rationibus, quam exemplis docet. Nos autem, praeter alibi dicta, hanc rem paucis explicabimus. Humanorum itaque sensuum tum exteriorum, tum etiam interiorum ludificatio tribus modis ratione scilicet objecti, medij, & organi, quantum ad figuram, colorem, & imaginationem, fieri potest. Objectum, ut de sensu visus loquamur, est res sentata visibilis, quae visui sese offert. Medium est aer perspicuus, per quem res visibilis ipsi visui offertur. Organum autem, hoc est instrumentum videndi, est oculus. Duo prima facillimè à demone, & quantum ad colorem, & quantum ad figuras immutari possunt, ut Augustinus lib. 18. de Civit. cap. 1. restatur dicens: *Quod enim homines coloribus, & corporibus veris, hoc demones figuris fictis facillimè possunt.*

1 Hujus autem generis illusiones, vel per fictionem colorum, vel per immutationem sensuum à demone fieri solent, Modica enim in sensu mutatio ludificat sensum, ita tamen, ut quod non est, ei appareat, sicut phreneticis evenire solet, quibus, quae revera non videntur, videre videntur. Id ipsum ferè nobis dormientibus accidere interdum constat, calore, qui animae sensitivae instrumentum est, à corde ad interiora sublatum. Hinc sensus exteriores sopitos manere, necesse est.

3 Immutari etiam potest organum phantasticum, hoc est imaginativum instrumentum, quod est medius cerebri ventriculus, in quo phantasmata, sive species eorum tam praesentium, quam absentium à communi sensu phantastica, seu imaginativae ipsi oblatæ imprimuntur. Sicut enim organo phantastico per fumositarum ascensum desiccato, dormientes sibi videre videntur, quae non vident, ita & demone tali desiccatione dictum organum immutando, facere potest, ut falsae imaginationes, aut species, quales sunt, quas dormientes videre sibi videntur, hominibus suo ipsius arbitratu, sensibus sopitis, appareant, nisi à Deo impediatur. Homines autem hunc in modum illusum, quamvis non dormiant, dormientibus tamen, sensibus immutatis, aut sopitis, assimilantur. Demones enim, quibus ad nutum res corporeae quantum ad motum obediunt, omnem figuram in quamcunque figuram, omnemque colorem, in quemcunque colorem convertere videntur humore oculorum variato, vel alterato.

CONSULTATIO CLXXI.

Vivorum, & Mortuorum apparitiones ad illusiones demonum in Canonizatione alicujus cavenda, explicantur.

1 Angelus, sive boni, Deo jubente, sive mali, Deo saltem permittente, ad alicujus mortui, vel viventis

personam repraesentandam, illi scilicet ad utilitatem, & consolationem, isti vero ad ludificationem praestandam, apparent ex Augustini sententia in lib. spirit. & anim. c. 29. dicentis: *Cum homines mortui, sive vivi hominibus dormientibus, vel vigilantibus apparent, non in ipsis rebus, ne sum, videntur, sed in quibusdam similitudinibus rerum. Illud autem angelicis operationibus fieri credimus per dispensationem providentiae Dei, bene utentis bonis, vel malis secundum inscrutabilem altitudinem judiciorum suorum, sive hinc instruantur mentes mortalium, sive fallantur; sive consolentur, sive terrentur, sicut unicuique vel praebera est misericordia, vel irroganda justitia ab eo, cujus misericordiam, & judicium non inaniter decantat Ecclesia.* Id Augustinus loc. cit. ratione comprobatur his verbis: *Quae iterum oportet adducere: Ibi siquidem sunt Spiritus defunctorum, ubi non vident, neque audiunt, qua aguntur, aut eveniunt in ista vita hominibus. Ita tamen est eis cura de vivis, quamquam quid agant, omnino nesciant, quemadmodum cum est nobis de mortuis, quamvis quid agant, utique nesciamus. Nesciunt quidem mortui, quid hic agatur, sed dum hic agitur, postea audire possunt ab eis, qui hinc moriendo ad eos pergunt, non quidem omnino, sed quantum scitur eis iudicare, & eos oportet audire. Scire etiam possunt ab Angelis, qui hic nobis praesentant, & animas nostras ad illos deferunt. Spiritus enim Dei revelante, cognoscere possunt, qua hic aguntur, qua necessarium est eos cognoscere.*

Num autem mortuorum fiant apparitiones per eorumdem praesentiam, an personas mortuorum Angeli in corporibus assumptis repraesentent, revocat in dubium Augustinus, inquit: *Quidam etiam ex mortuis ad vivos rapi possunt, non per propria naturam, sed per divinam potentiam. Verum tamen ista fiant per eorum praesentiam, an per Angelos suscipientes eorum personam, affirmare non audeo. Deus enim Omnipotens, qui est ubique praesens, per Angelica ministeria usquequaque diffusa potest praebere ista hominibus solatia, quibus in hujus vita miseria iudicatur esse praebenda.*

Atque hunc in modum Sanctus Ambrosius ad Altare Mediolani rem Sacram faciens, somnoque correptus, exequijs Sancti Martini Turonensis interesse potuisset, si verum esset, quod Gregorius Turonensis lib. 1. miracul. S. Martini cap. 5. tom. 7. biblior. Patr. Surius tom. 6. die 11. Novembris, ac Lippom. p. 1. com. ead. die, hac de rescribunt. Eodem namque tempore Sanctus Ambrosius inter celebrandum Mediolani, & Turonis in S. Martini exequijs, ut aiunt, visus fuit. Fieri enim potuit, ut Sanctus Ambrosius somno consopitus, per visionem imaginativam, & virtute quidem divina exequias illas adeo clarè viderit, ut eis intersuisse sibi visum fuerit, sicut dormienti, ut eis intersuisse sibi visum fuerit, sicut dormienti solet. Personam insuper, aut imaginem Beati Ambrosii ministerio Angelico in corpore assumpto, repraesentatam illic fuisse, censendum est.

Hinc factum fuit, ut qui dictis exequijs adfuerint Beatum Ambrosium eis intersuisse sine dubitatione crediderint, dummodo historia enarrata concedatur; quandoquidem Cardinalis Baronius in annot. ad Martyrolog. Gregorium Turonensem redarguit, dum S. Ambrosium ante Beatum Martinum diem suum obiisse perspicuis argumentis demonstrat.

Atque haec dicta sint, ut vera à falsis miracula, praesertim vero in ipsa mortuorum suscitatione facilius dignoscantur, necnon ad fallacias, & illusiones demonum cavendas cautior quisque reddatur. Opera enim demonum mirabilia revera sunt, & ab iis, qui miram eorum scientiam cum longa experientia conjunctam, atque potestatem non impeditam, ignorat, miracula, tanquam à Sanctis viris facta existimantur, quae tamen sunt demonum ludificationes ad mentes hominum decipiendas praestitae. Vera namque mortuorum suscitatio, quae potissimum in canonizatione tenet locum, à solo Deo, & à Sanctis divina tamen virtute, fieri potest.

CONSULTATIO CLXXII.

De suscitatione Samuelis Prophetae, incantationibus Pythonissae, deque aliorum mortuorum suscitationibus, & apparitionibus ad illusiones demonum cavendas in suscitandis mortuis miraculis pro canonizatione alicujus cum fama sanctitatis defuncti.

1 DE Necromantia plura in saepe citato nostro opere de Sacrosancto fidei Tribunali diximus. Hunc qualis, quanta ve sit ejus vis, vel potius fraus, & fallacia breviter ostendamus.

2 Necromantici profitentur, se animas mortuorum evocare posse, ex iisque cognoscere multa, quae sunt occultissima, vel etiam futura. Animas autem mortuorum praesertim eorum, qui flagitiose vixerunt, aut violenta morte de vita deturbati sunt, Magis eas invocantibus adesse, respondere, multaque manifestare, docet Porphyrius lib. 2. de abstinentia animalium. Nam cum de pravis, & fallacibus demonibus dixisset, mox subdit haec de animabus. *Tales, inquit, sunt & animae mortuorum, quae vivis oppleta à corpore migrarunt, consiliantur enim etiam tunc ira, & concupiscentia perturbantibus, & in naturam conversa demonum, similes illorum redduntur, noxia, ac turbulenta in varias se vertunt formas, ac modo conspicuas se oculis praebent, modo recedunt, & ita eludunt aciem tum intuentium, tum etiam cogitantium.* Et quodam alio loco: *Pravia, inquit, anima, quae corpus suum violenter reliquit expolata ad hoc ipsum deinde se admoveat, ibique moras trahit. Unde nonnunquam visa sunt animae lamentari. Nam anima carentium Sepultura circa corpora immorantur, quibus malefici abutuntur ad ministerium suum explendum, compellentes animas à positione corporis, vel partis cujusdam assumptione. Quocirca qui vaticinantium animalium insinuari sibi animas optant, praecipua illorum membra deglutientes, veluti cervorum, vel talparum, vel aliarum accipiunt, & ita praesentem sibi faciunt animam, Dei ritu vaticinantem. Talis enim anima una cum sui corporis in terra summptione in corpus humanum se penitus ingerit.* Haec Porphyrius.

3 Magnam sane huic arti fidem facere videtur, quod legitur lib. 1. Reg. cap. 28. Pythonissam rogatu Regis Saulis excitasse à mortuis animam Samuelis, fecissetque, ut Sauli de eventus impendentis belli consulenti, quae mox ei eventura erant, praenunciaret. Et quidem Augustinus lib. 2. ad quaestiones Simpliciani, respondens ad tertiam quaestionem, & in libro de octo Dulcitius quaestionibus, q. 6. disputat in utramque partem, an fuerit ille verus Samuel, an potius daemone specie, ac figura Samuelis; propensior tamen ad credendum, illum non fuisse verum Samuellem, sed ejus imaginem, & Simulachrum, arte demoniacâ formatum, & aspectui Saulis praesentatum, appellari autem in scriptura Samuelem, quod illum habitu, specie, & auctoritate repraesentaret. Non enim raro tum in communi hominum loquendi consuetudine, tum in sacris literis rerum imagines, & simulachra nominibus ipsarum rerum appellantur.

4 Hoc idem circa dubitationem ullam traditur in lib. 2. de mirabil. Sacrae scripturae cap. 2. & in lib. quaeest. veter. & nov. Testament. q. 27. qui libri nomine Augustini in ejus operibus numerantur. Tertullianus in lib. de anima, non solum hoc probat, sed contrariam sententiam omnino improbat. Nam loquens de Samuele, haec scribit: *Ecce hodie ejusdem Simonis haereticos tanta praesumptio artis magica extollit, ut etiam Prophetarum animas ab inferis movere se spondeant, & credo, quia mendacio possunt. Nec enim Pythonico tunc spiritali minus licuit animam Samuelis effingere, post Deum mortuos consulente Saule. Absit autem, ut animam cujusquam Sancti, nedum Prophetam à demone credamus extraham, certum, quod ipse Saule transigretur in Angelum lucis, nedum in hominem*

lucis, etiam Deum se asseveraturus, signaque potentiosiora edisurus, ad everrendos, si fieri posset, electos. Quibus verbis, aliisque proximè consequentibus aperte docet, non fuisse illum verum Samuelem.

Sanctus Thomas p. 1. q. 89. art. 8. & 2. 2. q. 95. art. 5. ad 2. & q. 174. art. 5. ad 4. dubitanter de hoc loquitur, se quibus nimirum Augustinum. Idemque fit in decretis can. nec mirum 25. q. 1. sed, ut Lytano, & Toftato, & ni fallor, etiam Augustino lib. de cura pro mortuis agenda cap. 15. sic etiam & mihi probabilis est, imò certum, fuisse veram animam Samuelis, quae Sauli apparuit, exercente quidem Pythonissae artem suam magicam, sed non ejus artus vi, & potentia, sed Dei imperio ab inferis excitatam, quae dispensatione divina Pythonissam, & Saulem latentem, ostendit se aspectibus iniqui Regis, divina eum sententia percussura, ut impius Rex, quae post mortem supplicia suae impietati debita passurus erat, jam tum acerbissimo doloris sensu praegustaret. Idque etiam Saul à Pythonissa, ut invocato demone, suscitaret, postularit, dicens: *Samuelem mihi suscita.* Divina enim volunrate non Pythonissae invocationem, neque ad mererit Saulis, sed ad Regni scissuram, quam Sauli Regi Samuel, dum viveret, praedixit, confirmandum, factum fuit, ut Samuel ipse, Propheta Domini verax, & ab ipso dilectus, excitaretur, arte magica impedita. Hunc in modum consultatio demonum ab Ochozia Rege Israel, ut in 4. Regum lib. legitur, tentata; nuncijs ab eo ad Beelzebub, deum Accaron missis, impedita, fuit, Elia propheta ad ipsum Ochoziam allegato, qui mortem, id est scire cupienti, praedixit. Huic admixtum evenit Balaam, qui cum esset acriolus, & magus, Balac Moabitarem Rege postulante demones pro eo consulentes, à Deo non semel impeditus fuit. Hinc pro maledictione, quam Israel Balac inferendam cupiebat, benedictionem, respondens demonum impeditis, tandem emisit. Neque ad hoc probandum, aut persuadendum opus est testimonij, vel argumentis. cum id in Sacra scriptura perspicue traditum sit. Nam in lib. Ecclesiastici capit. 46. sic legitur: *Et post hoc dormivit. Samuel, & notum fecit Regi, & ostendit illi finem vita sua, & exaltavit vocem illius de terra prophetae, delere impietatem gentis.* Et sane Beatus Augustinus libro illo de cura pro mortuis agenda, & S. Thomas 2. 2. non obcurè significant, si liber Ecclesiastici, tanquam Sacer, & canonicus recipiatur, necessarium sentiendum esse, verum Samuelem apparuisse Sauli. Loquuntur autem illi conditione liter de auctoritate libri Ecclesiastici, non quod non cum pro Sacro, & canonico haberent, sed quia nec Hebraei cum recipiant, & reponunt in libros canonicos, & quidam Catholicorum olim de ejus auctoritate, dubitarunt. Quare nobis, ut de ejus libri fide, & auctoritate, sic neq; de vero Samuele, Sauli post mortem prophetante, dubitare licet.

Nec obstat huic sententia, quod ille Samuel dixisse legitur Sauli, *Cras tu, & filii tui mecum eritis, cum certum sit, diversas esse Sedes post mortem bonorum, & impiorum, & in Evangelio Luc. 16. legatur, Abraham dixisse illi Epluloni, inter se, & ipsum, maximum, & intransibile chaos intercedere, hoc inquam, non obstat. Nam illa verba Samuelis, ut rectè interpretatur Augustinus, respondens ad tertiam quaestionem Simpliciani, non ad aequalitatem felicitatis, sed ad similem conditionem mortis referri debent, ut sit sensus, Cras, & non amplius eris inter vivos, sed inter mortuos, inter quos ego sum. Quin etiam, & tunc, & usque ad Christi Domini resurrectionem, omnes tam boni, quam mali apud inferos, licet sedibus disclusi detinebantur.*

Samuel autem, ut ait, Toftatus in d. cap. 28. lib. 1. Reg. in corpore suo suscitatus non fuit, sed anima ejus in corpore aereo assumpto, Angeli ministerio ex receptaculis mortuorum à Deo revocata ad solam Saulis prophetiam indicandam, non in Ramata, ubi Samuelis erat Sepulchrum, sed in Endor, vultu tamen, & habitu Samuelis repraesentato, arteque magica impedita, apparuit.

Porro Necromantia olim multis locis, & apud multas gentes celebratissima fuit, Othanes apud Plinium *lib. 30. cap. 2.* hujus artis nobilissimus professor, promittebat quorumlibet mortuorum excitationes, & colloquia cum vivis. Et quidem majoris est admirationis, quod extremo illo capite subdit Plinius *Adolescentibus nobis*, inquit, *visus Appion grammaticæ artis prodidit cynocephalam herbam, qua in Aegypto vocaretur Ophrytes, divinam non in vivos modo, sed etiam in mortuos habere potentiam, eaque se evocasse umbras ad percunctandum Homerum, qua patria, quibusque parentibus genitus esset.* Cicero Alculanus in Commentariis, quos in sphaeram edidit, nominat librum, qui olim extabat, & inscribatur *Scriptura Cham*, opus magicæ, ac maleficæ, impietatis plenum, continens elementa, & praxim Necromantiae. Tertullianus *lib. de anima*, ubi de inferis, & defunctorum evocatione differit. *Publica*, inquit, *jam literatura est, qua animas, etiam juxta estate sopitas, etiam proha morte disunctas, & prompta humatione disunctas, evocaturus se ab inferorum incolatu pollicetur.*

Fuerunt quondam multa apud varias gentes loca Necromantiae usu nobilitata, & a defunctis oracula, & responsa petebantur. Homerus *lib. 11. Odyss.* Cymmericum oraculum ad Avernum Campaniae lacum celebrat, quo Ulysses concessit, ut Thiresiam de reliquo itinere suo consulere, cujus etiam meminit Strabo *lib. 5. geographia.* Tesprotium in Epiro Orpheus celebre fecit, in eo manes cantu permulcendo, & Euridicæ conjugii ad superos reditum impetrasse creditum fuit, de quo etiam Virgil. *lib. 6. Aeneidos.* Apud Lucanum Ericthone venefica Thessala mortuorum evocat, qui Sex Pompeio exitum Pharsalicæ pugnae denunciât. Phigaria, Arcadiae Civitas habuit hujusmodi Necromantas, a quibus occulta, & futura sciscitari usitatum fuit, Beatus Augustinus *lib. 9. de Civitate.* cap. 11. etiam Apuleium affirmantem, animas hominum demones esse, & ex hominibus fieri lares, si meriti boni sunt, lemures autem, aut larvas, si mali, quibus nullis bonis sedibus in terra vagatione puniuntur, inane tectulamentum bonis hominibus, ceterum noxium malis. Cum verò incertum est, quæ cuique sortitio obvenit, utrum larva, an larva, manes Deos nominat, & fanis, atque caeremoniis, vulgo admittuntur, ut oracula reddant, ut in Bœotia Amphiaras, in Africa Mopsus, in Aegypto Ostris, alius alibi gentium, Esculapius ubique. Hæc ex Apuleio, quem ibi Augustinus verè, graviterque refellit. Et apud Tertullianum in *lib. de anima sic habes. Nosomanas propria oracula apud parentem Sepulchra manstante captare, Eracles scribit. Celtas apud virorum fortium busta, eadem de causa obnoctare, Nicander affirmat.*

Verum has omnes mortuorum, quæ arte Necromantica fiunt apparitiones, vanas, & fallaces esse, non est dubitandum; pleraque enim ab ipsius Necromantis, aliisve fictas esse compertum est. Si quæ autem revera contigerint in his existimandum est, non animas defunctorum apparuisse vivis, sed ipsos demones tates se ostendisse Necromantis, vel eos consulentibus, tales inquam habitu, specie, ætate, voce, & affectu, quales fuerant olim mortui, cum inter vivos versarentur.

Hanc ego opinionem, ut proculdubio veram putem rationibus, testimoniisque, & experimentis adducor. Ratio nec obscura, nec sanè infirma sit ea, qua S. Thomas *p. 1. q. 117. art. 4.* hoc ipsum confirmat. *Non potest*, inquit, *anima separata naturali virtute sua movere aliquod corpus. Cum enim sit naturalis forma humani corporis, non habet vim movendi secundum locum, nisi corpus, quod informat, & vivificat. Nam etiam cum est unita corpori, si sit aliquod membrum mortificatum, non obedit animæ ad motum localem. Quare animæ defunctorum nec assumere corpora, nec cum illis ad vivos venire possunt.*

Deinde Necromantæ, non habent vim, & imperium in animas defunctorum, quæ sunt in Cælo, nec quæ sunt

in Purgatorio. Non enim convenit, aut decet animas Sanctorum impiis Necromantarum artibus subjacere, neque in animas, quæ sunt in inferno. Nam cum illuc sint à Deo tanquam in carcerem detrusæ, ut æternas scelerum suorum poenas luant, nulla inde vi possunt efferrî, nec nisi Dei mandata egredi. Non est autem credibile, Deum id concessurum Necromantis, per quos Dæmon fatagit mortales decipere, & à veri Dei cultu avertere. Sic enim Deus artem Necromanticam, & per se infamem, & toties à se in sacris litteris reprobam, extremoque mortis supplicio condemnatam, non solum honoraret, sed etiam fide, cultuque apud mortales dignam redderet. Profecto, si cui mortuorum redditus ad vivos concedendus fuit, videbatur, concedendus diviti illi, cujus mentio sit apud Lucam *cap. 16.* qui obnoxie rogabat Abraham, ut de iis, qui simul erant in inferno, aliquem mitteret ad amicos, cognatosque suos monendos, ut benè vivendo, diras, & perpetuas inferni poenas evaderent, nec tamen ei concessum est.

Non inficior, animas, quæ sunt in Purgatorio, nonnumquam apparuisse vivis. Id enim Beatus Gregorius in *4. lib. dialogor.* nonnullis, & quidem certis probat exemplis. Nec equidem nego, etiam animas beatas, vel martyrum, vel aliorum Sanctorum, descendere in terras hominibus eorum auxilium implorantibus, opem, & solatium laturas. Id enim confirmat Augustinus in *lib. de cur. pro morte. agenda cap. 16.* exemplo B. Felicis Nolani Episcopi, quem Civibus suis Nolanis, cum à barbaris oppugnarentur, apparuisse, & subvenisse affirmat Augustinus, se non incertis rumoribus, sed certis testibus audivisse. Hæc, inquam non nego, sed aio, animas mortuorum, cum apparent vivis, non id facere sua voluntate, & arbitrari, nec naturali potestate, multoque minus vi, & potentia artis necromanticæ, sed id fieri singulari quodam Dei consilio, voluntate, ac potestate.

Nec animas defunctorum interesse rebus vivorum minus est miraculum secundum Beatum Augustinum loco citato, & secundum Beatum Thomam *part. 1. quest. 89. artic. 8. ad 2.* quam vel illuminatio cæci, vel alia quæ in magnis Dei miraculis numerantur. Adscribam hic in hanc sententiam Beati Augustini verba ex eo loco quem proximè indicavi. *Verum ista, inquit, divinitus exhibentur, longe aliter, quam sese habet usitatus ordo singulis æreaturarum gradibus attributus. Non enim ideo putandum est vivorum rebus quoslibet interesse posse defunctorum; quoniam quibusdam sanandis, vel adjuvandis Martyres adjunt; sed ideo potius intelligendum est per divinam potentiam Martyres vivorum rebus interesse, quoniam defuncti per naturam propriam vivorum rebus interesse non possunt.*

Sed audiamus Tertullianum, qui in libro *de anima*, ubi de inferis, & animarum evocatione agit, hanc sententiam gravissimis discretissimisque verbis comprobavit. *Necromantia, inquit, secunda est idololatria, in qua se demones perinde mortuos fingunt, quemadmodum in illa Deos. Quidni? cum & Dii mortui sint? Itaque invocantur quidem defuncti, sed demones operantur sub eorum obtentu. Hanc autem fallaciam diaboli sub personis defunctorum delitefcntis, ni fallor, etiam rebus probamus, cum in exorcismis nostris interdum demon aliquem se ex hominibus affirmat, interdum gladiatorem, vel bestiarum, sicut, & alibi Deum, nihil magis curans, quam hoc ipsum excludere quod prædicamus, ne credamus animas universæ malorum ad nihilum redigi, ut & iudicii, & resurrectionis fidem turbent. Et tamen ille demon postquam circumstantes circumvenire tentavit, instantia divina gratia victus id, quod in vero est, invitus confitetur: sic etiam in Necromantia, quæ jam quiescentes animas evellere ab inferis creditur, & conspectus exhibere, non alia fallacia vis est, operari, planè. Quia & phantasma præstat, & corpus effingitur, nec magnum illi exteriores oculos circumvenire,*

circumvenire, cui interiore mentis aciem excavare per facile est. Nulli autem animæ omnino inferos patere, satis Dominus in argumento illo pauperis requiescentes, & divitiis ingemiscentes, ex persona Abrahæ sanxit, non posse relegari renunciationem dispositionis inferna, quod vel tunc licere potuisset & Moyse, & Prophetis crederetur. Sed et si quasdam revocavit Dei virtus in documentum juris sui, non idcirco communicabitur fidei, & audacia Magorum. & fallacia somniorum, & licentia poetarum. Nam in hac mortuorum resurrectione, qua Dei virtus in corpora animas repræsentat solida, & contrectabili, & satiatæ veritate præjudicatum est, hanc esse formam veritatis, ut omnem mortuorum exhibitionem incorporalem, præstigias judicet. Ita Tertullianus.

Simulant igitur Dæmones animas defunctorum, secundum Augustinum, & Chrysostomum, quorum testimonia loco supradicta memorat Sanctus Thomas, quo facilius errores Gentilium animis hominum inferant ad eos decipiendos. Primum enim sic dæmon facilius homini quidquid vult persuadet. Namque homines animabus defunctorum, vel parentum, vel cognatorum, vel amicorum suorum, quos diligunt, & à quibus se diligere non dubitant, libentius, & promptius credunt, quam dæmoni, quem naturaliter horrent. Deinde ita persuadet hominibus, infernum non esse carcerem perpetuum, ex quo non liceat aliquando egredi, nec esse adeò graves, & perpetuas inferni poenas, sicut homines putant: Ad hæc sic facit, ut homines putent, animas etiam post mortem habere corpora, vel posse qualibet se in corpora induere, vel in qualibet hominum, aut bestiarum corpora migrare, qua re conjicitur error Pythagoricus de transmigratione animarum, eoque concepto labascit fides, & spes Christianæ resurrectionis. Præterea hac ratione faciunt dæmones, ut vivi mortuos, vel tanquam terrificos, & noxios sibi metuant, & variis superstitionibus placare, sibi que conciliare studeant, vel tanquam beneficos, sibi que vel amicitia, vel necessitudine divinctos animorum superstitiosè diligant, & colant, vel tanquam animas hominum quorundam apud mortales, aut sapientia, aut fortitudine, aut potentia clarissimorum, non humanis modò, sed divinis etiam honoribus protequantur, atque venerentur.

Hugo Sancti Victoris *lib. 6. eruditionis didascalica c. 5.* numerosius hanc Magiæ varietatem enarrans, in hunc modum scribit: *Magia reperitur primus creditur Zoroaster, Rex Babiloniarum, quem nonnulli asserunt, ipsum esse Cham, filium Noe, sed nomine mutato. Hunc postea Ninus, Rex Assyriorum bello victum interfecit, cuiusque codices artibus maleficiorum plenos igne cremari fecit. Scribit autem Aristoteles de hoc ipse, quod usque ad his, & vicies centum millia versuum ejus de arte Magica ab ipso dictata. Hanc artem postea Democritus amplavit tempore, quo Hippocrates in arte medicina insignis habebatur. Magia in philosophia non recipitur, sed est extrinsecus falsa professione omnis iniquitatis, & malitiæ magistra, de vere mentiens, & veraciter ladens animos, seducit à Religionem divina, culturam demonum suadet, morum corruptionem ingerit, & ad omne scelus, ac nefas mentes sequacium impellit. Et mox.*

Hæc generaliter accepta quinque complectitur genera maleficiorum, Mantice, quod sonat divinationem, & Mathematicam vanam, sortilegia, maleficia, Præstigias. Mantice autem quinque continet species sub se. Primam Necromantiam, quod interpretatur Divinatio in mortuis. Unde est divinatio, qua fit per Sacrificium Sanguinis humani, quem demones sument, & in eo delectantur usu. Secunda est, Geomantia, id est divinatio in terra. Tertia est, Hydromantia, id est, divinatio in aqua. Quarta est, Aeromantia, id est divinatio in aere. Quinta est, divinatio in igne, qua dicitur Pyromantia. Varro enim quatuor dixit esse, in quibus divinatio constaret, Terram, Aquam, Aërem, Ignem. Prima ergo, id est, Necromantia, ad Infernum videtur pertinere. Secunda ad Terram. Tertia ad

Tom. X.

Aquam. Quarta ad Aërem. Quinta ad Ignem. At de his, aliisque suo loco, in citato volumine opere de Sacrosancto fidei Tribunali, satis abundanter dictum.

CONSULTATIO CLXXIII.

Iterum atque uberius, de miraculorum generibus. Sumpra naturam. Præter naturam. Contra naturam. Eorum gradus, ac differentia. Quomodo majora, & minor a dicantur?

Miraculum, propriè sumptum, illud est, ut non semel diximus, quod est præter totius Naturæ ordinem. Huc non nisi à solo Deo virtute propria fieri potest; à sanctis verò, & à malis hominibus, non virtute propria, sed divina, diversis tamen rationibus, ut explicatum est. Quamvis autem miraculum ab admiratione sortitum sibi fuerit nomen, propriè tamen miraculum dici non debet, si aliquibus tantum ipsius effectus causa sit occulta. Eclipsis enim solis aut Lunæ causa rudibus est occulta, Astrologis verò notissima est. Illud igitur, quod Naturæ vires excedit, vel præter totius Naturæ ordinem est, propriè miraculum tam supra Naturam, & præter Naturam, quam contra Naturam dici potest, ac debet, cujus causa ab omnibus omnino ignoratur.

Tribus modis, ut Sanctus Thomas *2. sentent. distinct. 18. quest. 1. artic. 3.* & Egidius ibidem *dub. 13.* docent, miraculum esse potest. Supra naturam, Præter naturam, Contra naturam. Atque hæc tribus modis conversionem Beati Pauli miraculosam fuisse docet eo loco Egidius.

Miraculum supra naturam tunc dici debet, quando natura in substantiam facti agere non potest, veluti est divisio Maris rubri, mortuorum suscitatio, idque genus alia.

Miraculum præter Naturam illud est, in quo quamvis Natura quantum ad substantiam facti operari queat, illud tamen fit præter Naturæ operationem jussu divino ac tribus quidem modis. Primo modo præter Naturam dicitur propter excessum, & singularem facti modum, cujusmodi fuerunt ranæ in Aegypto productæ tanta multitudine, quantam nemo antea vidit unquam. Secundo modo præter Naturam nuncupatur, quatenus miraculum ad divini nominis invocationem præfinita hora contingit. Id, quod Jeroboam, declaratur exemplo, cum scilicet manus ejus contra Prophetam extensa, fuerit arefacta, & ara ejus divisa. Tertio modo præter Naturam miraculum vocatur dum aliquid generatim, ac universè contingit, ut est illud, quod in veteri Testamento de aqua Zelotypiæ legitur, post cujus potionem venter adulteræ divino miraculo putrescebat, aquæ maledictione virtute.

Miraculum contra Naturam appellatur, quando rei aliquid inest, quod est contrarium ei, quod fit, ut exempli gratia, si grave, quod suapte natura deorsum tendit, sursum moveatur, si virgo pariat, & hujusmodi alia, ita scilicet, quod Natura manente contraria, quæ scilicet contrarii actus principium est, miraculo expresso sequatur actus.

Atque hæc de tribus miraculorum generibus, quæ à solo Deo propria fiunt virtute, à Sanctis verò, & à malis hominibus divina virtute, diversis tamen rationibus, ut sæpe diximus, fieri possunt. A Sanctis ad eorumdem sanctitatem indicandam, & veritatem comprobandam. A malis autem hominibus, ad solam prædicatam veritatem confirmandam. Mala etiam agentes, & veritatem prædicantem miracula interdum facere possunt ad hominum utilitatem, ad Christi nominis, quod invocant commendationem, & ad Sacramentorum, quæ exhibent, venerationem. Quamvis enim mali Christiani, malam scilicet vitam degentes miracula dicentis de causis facere nonnunquam possint, falsam tamen

Ff

doctri-

doctrinam prædicantes, non item, ne Deus, qui in miraculis veris operatur, falsitatis rebus existat. Vide quæ alibi de hac resparsum diximus.

7 Quod verò admiraculorum gradus, ac differentias, si infinita Dei potentia consideretur, nihil miraculum dici potest factum enim quodcumque ait S. Thomas p. 1. q. 105. art. 8. divinæ potentie comparatum, minimum dici debet juxta sententiam Isaia dicentis: *Ecco Gentes quasi Isai 44.* Si autem nonnulla, quatenus totius Naturæ vires excellunt, considerentur, tunc illa verè miracula dici possunt, ac debent. Aliqua tamen majora, aliqua verò minorâ miracula, in eo scilicet, quod illa magis, & hæc minus Naturæ facultatem excellunt, appellantur. Tribus autem modis Naturæ facultas à re aliqua superari potest. Vel quantum ad facti substantiam, id est, quantum ad id, quod fit. Vel quantum ad id, in quo fit, vel ex quo fit. Vel quantum ad faciendi modum.

8 Primo modo vires Naturæ superantur, si Sol retrogradiatur, vel in medio Cæli persistat, ut in libro Josue factum esse constat. Vel corpus humanum glorificetur, sicut corpora Beatorum in resurrectione universali fore credimus. Quæ sanè omnia vires Naturæ superant, summumque inter miracula obtinent locum.

9 Secundò modo vires Naturæ superantur quantum ad mortui suscitationem, & cæcorum illuminationem, & quantum ad ejusmodi alia. Potest enim Natura dare vitam, sed non mortuo, visum etiam præstare potest, sed non cæco. Potest item natura producere aurum, & arboram, sed non ex nihilo. Hæc autem inter miracula medium tenet locum.

10 Tertio modo Naturæ facultas quantum ad modum, ac tempus faciendi superatur, ut si quis divina virtute, nulla curatione prævia, nulloque consueti Naturæ ordine, aut cursu, à febre illico liberetur. Potest enim medicus sanare ægrotum, sed non illico, nec absque medicamento: Potest item Magnus, vel dæmon, vel Natura ex ligno producere Serpentem, sed non immediatè Superatur etiam Naturæ facultas, si divina virtute absque naturalibus causis, ac statim in pluvias densetur, sicut ad Sammelis, & Eliæ præces, 3. Reg. 18. factum esse perhibetur. Quamvis autem hæc inter miracula infimum obtineant locum, diversos tamen recinent gradus, quatenus alia magis, aliâ verò minus Naturæ facultatem excedant.

11 Miraculorum itaque unum, divinæ potentie comparatum, majus alio dici non potest. Quia illa omnia, quatenus totius naturæ facultatem longè superant, à virtute infinita fiunt, Unum tamen quantum ad rem factam, majus alio est. Suscitatio enim mortui major est, quam curatio Leprosi, & Leprosi major quam subita ægrotantis, aut febre laborantis curatio. Idipsum si operandi modus consideretur, affirmare necesse est. Majus est enim Leprosi, vel quampiam ægrotantem solo verbo quam tactu, & per unibrâ majus esse, quam per verbum curare, dicas oportet. Verbum namque aliquid est virtutem habens ab humano ore prolatum, sed umbra ipsius hominis nihil est, sed sola ex corpore interjecto lucis privatio propriè nuncupatur. Quod in *Apl. Apostol. c. 5.* factum legitur. Quamvis enim ab Apostolis multa fierent signa, & prodigia, sicut Beatus Lucas Evangelista testatum reliquit, Petrus tamen, tanquam Apostolorum Princeps, sola sui ipsius umbra homines ab ægrotudinibus liberabat, ut impleteretur illud Salvatoris dictum. *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet.* Christus namque umbra sua homines curasse non legitur.

CONSULTATIO CLXXIV.

De miraculis super ordinem Naturæ quoad operandi modum, & quoad id, in quo fit ex Testamento novo.

Miracula omnia, ea præsertim, quæ circa ægrotudinum curationes versantur, ferè semper produci solent, dum alicujus Canonizatio proponitur in Sacrorum Rituum Congregatione. Cum autem miraculorum cognitio, sive tractatio inter primarias, maximeque arduas Canonizationis partes connumeretur, ea idcirco, veluti utriusque quadam, juxta proprias miraculorum conditiones suo jam loco explicatas, examinanda sunt, illis etiam additis conditionibus, quas infra narrabimus, & observandas dixerimus.

Miracula in primis omnia, ut sæpissimè diximus, supra totius naturæ creatæ vires esse debent, ita scilicet, ut effectus ipsi viribus Naturæ, vel in illo saltem instanti produci nequeant. Si quis enim, ut ad miracula circa ægrotudinum curationes examinanda deveniamus, morbo aliquo, nulla prævia dispositione, sive nulla temporis intercapedine illico liberetur, eum miraculosè liberatum dicas, necesse est.

Hujus generis exempla tam in veteris, quam novæ legis Testamento videre licet. Nunc autem sat erit commemorare, quæ apud Evangelistas, & in Actis Apostolorum conscripta leguntur. Et primò illud præcipuè miraculum de Socru Simonis febre laborante ab Evangelistis recitatum, sed à Beato Luca magis insigniter expressum, in hæc verba: *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogaverunt illum pro eu. Et stans super illam, imperavit febrim, & dimisit illam. Et continuo ministrabat illis, apud Luc. 4. Matt. 8. Marc. 1.*

Hunc in modum, nulla scilicet temporis mora, nec dispositione medicamentorum prævia, moribundum Reguli filium temporis momento sanatum constat. Postquam enim Regulus Salvatori nostro dixit: *Domine descende prius quam moriarur filius meus,* ad hæc Salvator: *Vade filius tuus vivit, & ad magnam Reguli Fidem, sine corporis Salvatoris nostri, præsentia filius Reguli ab imminente morte revocatus, quia moribundus, vel quia, ut Evangelista inquit, incipiebat mori, perfectæ illico sanitati fuit miraculosè restitutus.*

Idipsum de Leproso manu Salvatoris mandato affirmatum omninò est. Nam ubi primum Leprosus Salvatorem nostrum adoravit, & obsecravit, dicens *Domine, si vis potes me mundare,* ad hæc duo Salvatoris verba: *Volo mundare,* temporis momento sanatus est, Matthæo test. cap. 8. qui ait: *Et confestim mundata est Leprosus, nulla scilicet inter præceptum, & opus, morula intercedente.*

Neque ab simile est illud Centurionis exemplum, qui servum suum paralyticum solo Christi verbo sanari posse firma fide credens, ipsum solo verbo sanatum audire meruit his verbis *Matt. 8. Vade, & sicut credidisti, fiat tibi.* Quod Evangelista testatur, dicens: *Et sanatus est puer ex illa hora,* uno scilicet horæ momento.

Hoc etiam modo Publii patrem febribus, ac dysenteria, intestinorum videlicet exulceratione vexatum, ad Beati Pauli orationem, manuumque impositionem protinus sanatum in Actis Apostolorum sic legimus: *Contigit autem, patrem Publii febribus, & dysenteria vexatum jacere, ad quem Paulus intravit, & cum orasset, & imposuisset ei manus, salvavit eum.*

Hæc de variis ægrotudinum curationibus miraculosè præstitis, quæ licet medicamentis, & longo temporis intervallo vix unquam curari valuissent, absq; tamen prævia medicamentorum dispositione, & nulla interposita mora, in instanti temporis nequaquam fieri potuissent. Illa enim naturæ facultatem superant, non quantum ad substantiam facti, vel quantum ad id, quod fit, nec quantum ad id, in quo fit, sed quantum ad naturalem operandi modum, & ordinem, ob idque miracula sunt, & hunc in modum nonnisi divina virtute fiunt.

Si quis autem morbo aliquo ad invocationem Dei, vel Sanctorum à medicis non destitutus paulatim liberaretur, tunc illud revera miraculum dici non videtur, curationem tamen, sive sanitatem illam, divina operante

lante gratia, sanctique intercedentibus paulatim, sensimque recuperatam fuisse, credendum est. Morborum namque curatio miraculosa judicatur, si repente, ac confestim fiat, vel à Medicis jam desperata, temporisque momento perfectè præstetur.

10 Si quis præterea tertiana, vel quartana, sive quotidiana febre laboraret, & post Sancti alicujus invocationem terminus ille febris, statis vicibus evenire consuevit, amplius non rediret, vel si febris continua esset, Sancto jam invocato, abjecta omni cunctatione, evanesceret, miraculum omninò illud est. Eoque præstantior, & evidentior, magisque miraculosa censetur curatio, quo morbus medicam omninò subterfugiens erum, principis Naturæ curari nullo modo possit, ejusmodi est homo à nativitate claudus; vel cæcus, mutus, vel Surdus & hujusmodi.

11 Quod verò ad miracula quantum ad operandi modum, & quantum ad id, in quo fit, homo, ut ait Lucas *Apl. c. 13.* ex utero matris suæ claudus, à Beato Petro sanatus fuit his verbis: *In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula.* His deinde S. Lucas hæc subnectit verba: *Et apprehensa manu ejus dextera, alleluavit eum, & protinus consolidata sunt bases ejus, & plantæ. & exiit inquit, & ambulabat, & intravit cum illis in templum ambulans, & exultans & laudans Deum.*

12 Ille item alter, ut inquit, Luc. *Apl. c. 14.* ex utero matris suæ claudus, his B. Pauli sanatus est verbis: *Surge pedes tuos reclus, Et exilivie,* eodem Evangelista teste, & ambulabat.

13 Homo etiam à nativitate cæcus vel totius medicamento naturæ adversante, hoc est luto super oculos imposito, non virtutem habente medicam, sed solum mysterium representante, supra naturæ facultatem à Christo Domino sanatus est, visu recepto, ubi primum in natatoria Siloe, hoc est in piscina, aut fonte ad Sion Montis radicem sito, oculos suos ex præcepto Christi Domini lavit.

14 Hæc autem miracula de claudis, & de cæco à nativitate, quantum ad id, in quo fiunt, nonnisi divina virtute, fieri possunt. Quia licet, uti diximus, natura visum præstare possit, non tamen cæco à nativitate. Quamvis item membrorum rectitudinem dare queat, non tamen claudis à nativitate. Illa item miracula paulò superius enarrata, quantum ad modum operandi, hoc est sine medicamentis, ac sine perceptibili ferè temporis momento præstita, vera sunt miracula; licet enim ægrotudines illæ medicamentis, & longo tempore curari potuissent, illo tamen temporis momento, quo divinitus curata fuerunt, arte sanè humana, etiam principis Naturæ mediis, curari nequivissent.

CONSULTATIO CLXXV.

An Endamones, sive Cacodamones sua virtute ægrotudines non à Nativitate, sed ex accidenti contractas temporis momento, ac sine medicamentis curare possint?

Angeli, sive boni, sive mali, quibus quantum ad motum, res omnes corporeæ ad nutum obediunt, tanta omnium rerum pollent scientia, quantum docti omnes, præsertim verò medendi arte egregiè instructi. Quicquid igitur longo temporum spatio medicinæ arte fieri potest, illud ipsum, sed multo exactius, quam omnes, qui medicinam optimè callent. Angelos omnium medicorum scientissimos, temporis momento principis naturæ mediis facere posse fatendum est. Angeli enim sive boni, sive mali, exactissimam omnium rerum scientiam penitus habentes, penitissimæque morborum causas cognoscentes, materiam sibi subjectam mira facultate, ac celeritate ad sanitatem suscipiendam disponunt, impedimentis, quæ medici, vel ignorant, vel amovere nequeunt, amotis; quicquid enim à Natura, medicamentis

præviis, ac magno temporum intervallo effecisset, vel igaorata morbi causa, & edicus nunquam efficere potuisset, Angelis, principis Naturæ mediis, Naturam ipsam adjuvantes, statim efficiant, & hunc in modum sua virtute sanitatem conferre dicuntur. Hujus autem generis morborum curationes miracula revera non sunt. Quia ægrotudines illæ principis Naturæ mediis curari possunt. Quæ autem istdem principis curari nequeunt, si fuerint, tunc effectus ipsi miracula, re ipsa dicuntur, ac sunt quidem.

Huc spectare videtur, quod Cornelius Tacitus *lib. 4. hystor.* scriptum reliquit de Vespasiano Imperatore, qui monitu Serapidis, quem alibi Tacitus vocat Esculapium, Apollinis filium, ob medicinam ab ipso ampliatam, in Deorum numerum à Gente superstitionibus addita, receptum, cuidam oris exciemento visum, alteri verò pedis contactu usum manus, temporis momento, si Tacito credimus restituit. Ita enim ait Tacitus: *Ex plebe Alexandrina quadam oculorum tate notus, genua ejus, Vespasiano scilicet, adhibetur, remedium cæcitatis exposcens gemitu, monitu Serapidis Dei, quem dedita superstitionibus Gens ante alios colit, precaturque Principem, ut genas, & oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. Alius manu eger, eodem Deo auctore, ut pede, ac vestigio Cesaris calcaretur, orabat. Vespasianus primò irridere, aspernari, atque illis instantibus, modo famam vanitatis memere, modo observatione ipsorum, & vocibus adulantium in spera induci, postremo astimari à medicis jubet, an talis cæcitas, ac debilitas ope humana superabiles forent. Adiecit variè disserere. Hinc non exorsam vim luminis, & rediuram si pellerentur obstantias; illi elapsos in primum artus, si salubris vis adhiberetur, posse integrari. Id fortasse cordi Dii, & divino ministerio Principem electum. Denique patrari remediū gloriari penes Casarem, irriti, ludibrium penes miseros fore. Igitur Vespasianus cuncta fortuna sua patere ratus, nec quicquam ultra incredibile, lato ipse vultu, erecta, quæ astabat, multitudine, jussa exequitur. Statim conversa ad usum manus, ac cæco relaxat dies.*

Hæc Tacitus, cui Suetonius Tranquillus in Vespasiano adscriptum, & sanata loco manus, de oculis, & cruce sanatis loquitur in hæc verba: *E plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili cruce sedentem pro tribunali pariter adierunt, orantes opera valetudinis, demonstrantem à Serapide per quietem, restitutum oculis, si inspuisset, confirmatum crus, si dignaretur calce contingere. Cuius vix fides esset, rem ullo modo successuram, ideoque non experiri quidem auderet. Extremò hortantibus amicis, palam pro concione utrumque tentavit, nec eventus defuit.*

Hæc Taciti, & Tranquilli verba si rectè perpendantur, dæmonem ob facilem superstitionum hominum credulitatem sub Serapidis nomine in Vespasiano, dum cæcus, & manu, seu cruce læsus curatur, operatum esse, illaque opera, etsi mirabilia, miracula tam non fuisse, fatendum est. Ægrotudines namque illæ testimonio medicorum, ut ait Tacitus, ope humana superabiles erant, impedimentis quæ à dæmone, & fortassis non à medicis, noscebantur, amotis. Curationes autem fuerunt mirabiles, non quoad substantiam facti, nec quoad id, in quo facta, fuerunt, sed quoad modum, & ordinem operandi hominibus tantum ignotum, non autem naturæ. Quia hoc modo fuisset saltem miraculum illud, quod inter miracula infimum tener gradum, uti jam suo loco explicavimus. Quamvis enim in Vespasiani spatio, & calce virtus sanandi ægrotudines illas revera non fuisset, cæcitas tamen, & manus, sive cruce debilitas sine intrinseco medicamento per amotionem impedimentorum præstito, curatæ non fuerunt. Impedimentorum namque amotio intrinsecè non evidenter, aut non visibiliter operata, medicamentum quoddam est. Et quamvis interea temporis momento curatæ videantur, prævia tamen dispositione, impedimentis amotis, aliqua item temporis intermissione, & non sine aliquo

medicamento intrinseco, sensum factas fuisse dicendum est.

5 Et hoc modo oculum dextrum equi cuiusdam viri nomine Lenæi, ictu quodam læsum, & officio suo privatum à Demone sub Serapidis nomine restitutum in pristinum fuisse censendum est, ut *Alianus lib. 11. c. 3. de animalium natura* testatur. Is enim Auctor post multas equi laudes enarratas, ac studiosissimam Lenæi precationem Serapidi habitam, equum, ut ipse ait, extimium sed oculo læsum, eoque captum; fomentis denique ad Serapidis iustum redintegratum fuisse narrat his verbis: *Tum Deus, utcumque magnus, non neglexit, neque contempsit brutum, utcumque animal, & pariter ipsius supplicantis miseris remedium dedit, iubeatque oculum equi, non quidem perfundit liquido ullo remedio, sed fomentum per meridiem in ambitu templi caleferi. His peractis equi oculus redintegratus est, & Lenæus Deo, ut gratum se declararet, sacrificavit. Equus jam integer saltabat. & hincibat circa templum. 1. inque grandior. & formosior videbatur, sequens veluti ostentans ad aram usque non sine ambitione accurrebat. Denique circa gradus se volutans, Deo servatori, quo possit modo gratias refererebat.*

6 Quæ autem divitiis sunt, sive à sanctis, sive à malis hominibus, ad invocationem tantum nominis Dei, juxta circumstantias jam enarratas, nulla p̄venerunt, neque intrinsecè, neque extrinsecè morbis adhibita, solo jussu, ac temporis momento sunt, ut videtur est in illis hominibus à nativitate claudis, Nam ad sola hæc verba *In nomine Jesu Christi Nazareni, surge, & ambula.* Et *surge super pedes tuos rectus, Act. 4. & 14.* ambo exiliverunt, & ambulaverunt laudantes Deum.

7 Si qua verò corporea res adhibeatur, illud ad mysterium repræsentandum fieri, credendum est, ut in homine illo à nativitate cæco actum vidimus. Nam, ut S. Joannes Evangelista testatur c. 9. Christus Dominus in cæco sanando, exivit in terram, & lutum ex spuro fecit, & linxit lutum super oculos cæci, deinde oculos in Natatoria Siloe lavari præcepit. Hinc S. Augustinus in hunc locum ait: *De saliva sua fecit lutum, quia verbum caro factum est. Vel, ut indicaret se esse, qui ex limo terra hominem formaverat, ut ait S. Thomas, & colligitur ex Chrysost. homil. 9. in Marc. apud quem fit mentio de illo altero cæco per spiritum item paulatim sanato, quem ut ibi ait Beda, uno verbo totum simul curare poterat, paulatim curat, ut magnitudinem caritatis ostendat, qua vix, & quasi per gradus ad lucem redeat, & gratiam suam nobis indicet, per quam singula perfectionis adjuvat incrementa. Vel id factum fuit propter imperfectam ipsius cæci, & ostentum scientiam, ac inquit S. Thomas ex Chrysostomo, & aliis, qui citatum Marci locum interpretantur, p. 3. q. 44. art. 3. ad 2. & in Marcum c. 8. ibique Lyranus.*

8 Ægritudines itaque ex accidenti contractæ, principiis autem Naturæ curabiles, quamvis curatu difficillimæ, & à medicis desperatæ, à demone tamen curari possunt, ita verò repente, absque ullo medicamento extrinseco, aut morbis apto, & congruenti, ut curationes ipsæ miracula videantur. Atque hoc item modo curationes à demone cognitæ in Æsculapii templo sub ficto Æsculapii Dei nomine factas fuisse censeo, sicut Græca inscriptio marmore incisa, in eodemque olim templo ad Insulam Tyberinam, ubi remedia morborum, vel gratiæ impetratæ scribebantur sita, nunc verò, in antiquarum totius Orbis inscriptionum libro, quem Martinus Smercius edidit, Græcè, ac Latine impressa, & Superioribus annis in ædibus Cardinalis Maffei extabat. Vide *Theatrum vitæ hum. tom. 5. pag. 1404 §. Tabella.*

9 Quare hujus generis opera, & alia item multa diligentissime examinanda sunt, ne demonum fraudulentis operibus sive falsis sive veris, ab hypocritis, aut pseudo-sanctis decipiamur. Cætera verò miracula, quæ principis Naturæ medici fieri nullo modo possunt, quatenus Naturæ facultatem omnino imperant, cujusmodi sunt curationes circa ægritudines à Natura contractas, mor-

tuorumque, suscitationes tantam inquisitionem, atque investigationem non postulant. Quæ sanè miracula à Prophetis, à Sanctis Apostolis, & à Christo Domino facta in Scriptura S. passim leguntur 3. Reg. 17. 4. Reg. 4. & 13. Matth. 9. 27. Marc. 5. 6. 16. Luc. 3. 5. 7. Jo. 11. Act. 3. 5. 9. 14. 19. 20. Hebr. 11.

CONSULTATIO CLXXVI.

Quomodo miracula Magorum, malorumque hominum à veris miraculis differant, & cognoscantur? De signis, & virtutibus, deque prodigiis, ac portentis, aut ostentis.

1 Terum, ac tertio argumentum hoc versamus, quia 1 necessarium. Admiranda Magorum opera, non solum Ethnici, sed etiam nostri Theologi interdum vocant miracula, vel quia verorum miraculorum sunt similia, vel æstimatione hominum, quod ea ipsi nec facere, nec quemadmodum facta sint intelligere possunt, non Naturæ, sed divinitatis opera existimantium.

Et sanè nonnulla faciunt Magi in speciem non diffimilia eorum, quæ faciunt Sancti. Nam Magi Pharaonis similiter, ut Moses, & virgas suas verterunt in serpentes, & aquam mutaverunt in sanguinem, & magnam ranarum vim subito produxerunt, Exod. 7. Savant nonnullam Magi ægrotos, & Dæmones ex corporibus hominum ejiunt. Nec tamen hæc operum similitudo facit, ut Magorum opera vera sint miracula, & alioquin miraculum non esset idoneum declarandæ, probandæque Deitatis, atque veritatis argumentum, quare ratio fidei, ac doctrinæ Christianæ, quæ miraculis tanquam veris divinæ potentia signis obsignatur, omnino periret. Docere igitur breviter convenit cum alibi præsertim ac prolixè id docuimus in nostro opere de Sacrosancto fidei Tribunali cur hujusmodi Magorum facta non sint miracula, & quibus rebus differant, quibusvis notis, atque insignibus à veris miraculis intrinsecantur.

2 Tripliciter potest intelligi, aliquid esse miraculum. Primo simpliciter, & absolute, nempe comparatione cujuslibet naturæ. Hac significatione nullum planè est miraculum. Nihil enim est, quod divinæ potentia, & sapientia comparatione, miraculum dici queat. Nam miraculum alicui dicitur, quod ejus, & facultatem, & intelligentiam excedit. Deus autem nihil est, quod admitti possit; quippe cum, & causas omnium, quæ sunt optime noverit, & ipse Princeps causa sit efficiendi omnia. Nam qui per ludum, & jocum, ut est in Proverbiis Salomonis cap. 8. ex nihilo mundum condidit, quid ei magnum, nedum miraculum esse queat; Cum ut est apud Isaiam cap. 40. & in lib. Sapientia cap. 9. Omnes gentes, totusque terrarum Orbis apud ipsum sint tanquam gutta rovis antelucani, & quasi pulvis, & tanquam inane, & nihil.

Deinde potest appellari miraculum respectu hominum, qui quæ sunt ipsis inusitata, & quorum causas ignorant, quoniam ea maxime admirantur, dicunt miracula. Qua ratione non modo Dæmonum, & Magorum, sed etiam Sapientum hominum inventa quædam nova, & artificiosa opera, qualia fuerunt illa Archite, & Archimedis, aliorumque, de quibus alibi, miracula nominantur. Sed verè, ac propriè miraculum dicitur opus, quod ideò verè, ac meritò mirandum est, quia omnis Naturæ creatæ vim, atque potestatem excedit.

Hoc autem multis modis potest evenire. Nam excessus naturæ creatæ, vel est in eo, quod sit, quale nullo modo natura potest facere, cujusmodi est, ut duo corpora simul sint in eodem loco, & se permeent, vel ut corpus humana evadat immortale, impassibile, & gloriosum, & alia hujusmodi, de quibus sæpè diximus, quæ quidem tenent primum locum. & gradum in miraculis. Vel excessus est non in eo, quod sit, sed in eo, vel ex quo, vel in quores fit. Vel excessus est in modo, vel ordine, vel

vel in alia qualibet circumstantia, aliisve rebus, cum quibus omnibus naturaliter opus illud fit, de quibus pariter alibi exemplum attulimus, quæ ut modò melius intelligantur, latius explicabimus.

6 Dæmonum, & Magorum miracula, non vera, differunt à veris miraculis, quæ in scripturis, & historiis Ecclesiasticis à servis Dei facta legimus, his quinque modis. Dignitate virtutis efficientis. Qualitate eorum, qui faciunt. Diversitate factorum. Modo faciendi, & fine, cuius gratia sunt vera miracula, cum omnis naturæ creatæ vim exsuperent, solius Dei potestate possint effici. Nam quamvis per Angelos, vel servos Dei fieri videantur, illi tamen non agunt virtute sua, sed Dei, cuius sunt administrari, & tanquam instrumenta. Magi autem opera sua faciunt, vel virtute quarundam rerum naturalium, quibus utuntur occultè, vel opera dæmonum, qui clam Magis auxiliantur. Vera miracula, licet interdum faciant etiam homines mali, raro tamen, nec nisi ad confirmationem veritatis, & divinæ virtutis declarationem, ferè autem Magis homines sunt flagitiosi, & malefici, quos proinde divinis, humanisque legibus consulere, & adire prohibemur.

7 Quæ faciunt Magi, vel sunt tantum phantastica, & simulata, & idè nec diuturna, vel sunt perniciofa, vel inutilia. Vera autem miracula sunt opera solida, & vera, utilissima hominibus, & non nisi magna aliqua necessitate, & utilitate facta. Magi opera sua faciunt, vel per causas naturales, vel ope dæmonum, utuntur multis præstigiis, mendaciis, ludificationibus hominum, figuris, characteribus, verbis, vel nihil, vel absurda significantibus, aliisque superstitionis cæremoniis, miscetque facta profanis, namque nonnulla verba facta, quæ usurpant, adjunctis superstitionibus scædant, & contaminant. Docent enim ea dici debere sub certo quodam constellationum situ, certoque loco, & tempore, toties signo Crucis facto, tot candelis accensis adhibitis, vel filis, aut velis, vel chartis, quas vel pueri, vel virgines tantum tetigerint. Adhibent etiam quædam, quæ nihil prorsus ad effectum producendum pertinent, sed ridiculam habent vanitatem. Dicunt enim, oportere tali hora, & toties, & tali aqua lavare faciem, radere capillos, hac, vel illa veste indui. Sed quod impietatis plenissimum est, sanguinem ex humano corpore mittunt, eoque libamina quædam consecrant, nomina quorundam dæmonum usurpant quibusdam animalibus familiariter utuntur, & cum eis colloquuntur, dæmonibus sacrificant, nomen, & fidem Christi abjurant, prohibent homines signare se signo Crucis, aliaque faciunt partim superstitiosa, partim ridicula, partim penitus execranda. Nihil tale Sancti faciunt edendis miraculis, sed vel interiori, vel etiam exteriori supplicatione, & invocatione divinæ virtutis, vel facto signo Crucis, vel aliquibus verbis sacris recitatis, miracula operantur.

8 Ad extremum cur, vel dæmones, vel Magi faciant illa sua miracula, non est obscurum, nimirum vel lucri, vel gloriæ & honoris cupiditate, sibi divinum nomen, & cultum aucupantes, vel ut veritatem pervertant, & falsitatem hominibus persuadeant, vel ad patranda maleficia, veluti furta, adulteria, homicidia. Sancti autem faciunt miracula non sua causa, cum & divitias continent, & honores fugiant, sed ut Deum honorent, Ecclesiam ædificent, hominesque non solum corpore, sed multo etiam magis animo juvent.

9 Qui igitur sanæ mentis est, & studiosus veritatis, amatorque virtutis, non erit ei difficile vera miracula à falsis discernere. Qui autem flagitiosè vivit, & Christi doctrinam odit, nec studio veritatis, sed vanæ curiositatis cupiditate miracula querit, is iusto Dei judicio permittitur, ut quia veritati consentire, & acquiescere noluit, circumveniatur mendaciis, & falsis miraculis persuasus, perveram doctrinam, falsaque dogmata, piis, verisque repudiatis, amplectatur. Hoc est enim, quod docuit B. Paulus 2. epist. ad Thesal. c. 2. præmonens venturum Satanam, vel Antichristum in omni virtute, in signis, &

prodigiis mendacibus, & omni seductione iniquitatis, non quidem omnibus, sed iis, qui charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent: his enim mille Deus operationem erroris, ne credant mendacio, & mulcentur omnes, qui non credidit, ut veritatem, sed consenserunt iniquitati.

Idipsum docet Augustinus, qui inter miracula Magorum, & Sanctorum hominum discrimen in 82. questionibus assertit his verbis: *Cum talia faciunt Magi, qualia nonnunquam Sancti faciunt, talia quidem visibilia esse apparent, sed & diverso fine, & diverso jure sunt. Illi enim faciunt, quærentes gloriam suam, isti quærentes gloriam Dei, & illi faciunt per quædam potestatum concessa in ordine suo, quasi privata commercia, vel beneficia, isti autem publica administratione, jussu ejus, cui cuncta creatura subiecta est.*

Eadem ferè habet D. Thomas lib. 2. sent. dist. 7. q. 3. ar. 1. ubi sic exactius rem hæc definit. Quantum ad efficaciam & durationem differunt miracula bonorum hominum, & Magorum. Quia miracula à bonis hominibus facta, non nisi virtute divina sunt, cujusmodi est suscitatio mortui, & id genus alia, virtutem naturæ activam excedentia, quæ dæmones revera facere non possunt, nisi præstigiis quibusdam, hoc est incantationibus, & illusionibus, quæ diù durare non possunt.

Differunt etiam quantum ad utilitatem, quia bonorum miracula non nisi utilitatem afferunt, cujusmodi sunt admirabiles ægritudinum curationes; Magorum autem signa sunt noxia, & vana, dum volutum affectant, & ostentant, stupidaque hominum membra efficiunt.

Differunt etiam quantum ad operandi modum. Boni enim homines Dei nomen piè, ac reverenter invocantes miracula faciunt. Magi verò quibusdam utuntur deliramentis, dum se cultus incidunt, & alia id genus turpia operantur.

Differunt tandem quantum ad finem. Quia bonorum miracula ad Catholicæ fidei ædificationem, atque ad rectos mores propagandos efficiuntur: Magorum verò signa, non nisi manifestum fidei, & honestatis detrimentum afferre solent.

Quoniam verò miracula modò virtutes, & signa, modò prodigia, & portenta vocitantur, ideò quid horum unum quodque sibi velit declarandum est. Miracula omnia quatenus totius naturæ vires excedunt, si considerentur illud, quod sit, virtutes nuncupantur. Si autem considerentur illud, propter quod miracula, ad aliquid videlicet super naturale indicandum sunt, tunc miracula vocantur signa, quatenus per illa aliquid supernaturale significatur. Miracula denique per excellentiam, quatenus aliquid præostendunt, portenta, sive ostenta dicuntur. Quatenus autem futura prædicunt, prodigia nuncupantur. Portendunt enim, & quasi prædicunt aliquid futurum.

CONSULTATIO CLXXVII.

Specimina aliquot, præter alia alibi adducta, miraculorum variarum sanationum, quæ ad secundum, ac tertium miraculorum gradum pertinent.

Præservationis à morte alicujus post invocationem servi Dei veneno sibi præparato, & propinato, quod probatur tum auctoritatibus, tum rationibus. Primo, ut inquit Baccius de venen. cap. 4. Hercul. Saxonia lib. 10. præf. med. cap. 38. & Amatus Lusitanus curat. med. centur. 2. curat. 72. cum venenum sit res non naturalis, quæ quomodolibet corpori humano admoveatur, naturam illius sua malignitate corrumpit, ac destruit, necessariò mortem debet inferre. Secundo Paul. Ægid. lib. 5. cap. 29. agens de venenis, inquit, si expectatur, nihil planè in medicina spei est ægris propter moram jam deploratis, desperatisque, quæ in casu de applicandis præstidiis non solum esse debet omnimoda, sed nihil auxilii applicati.

- 2. Quod clarius evinceretur ex sequentibus. Primò si natura debet prevalere ipsi veneno, ut succedat sanatio, id fieri non potest, nisi vel aliqua evacuatio superveniat, puta vomitus, aut alia expulsio idonea, unde ager melius se habeat, quod est indicium spei ad salutem. Vel vis veneni in aliquam aliam ægritudinem degeneret, quorum cum nihil unquam evenisset, remanet evidens miraculum in hac sanatione.
- 3. Secundò solent evasi à veneno propinato remanere aliqua morbosa dispositio per longum tempus infecti, ut tunc contumaci uterida, ac saltem corporis debilitate. Quod non solum remanere non debet in sanato, sed in illo met instanti, quo se commendat servo Dei, libere lecto surgere debet.
- 4. Tertio brevitatis temporis, qua activitatem suam vis veneni demonstrat, ostendit esse venenum agens à proprietate, sive à tota substantia, non solis qualitatibus manifestis, quibus facilis est adversari suis contrariis. Et quia venena, quæ tota agunt substantia, sunt omnium infensissima. Unde celeritius succedere venenatis interitus solet, ut inquit idem Baccius *loc. cit. c. 18.* nil aliud est vendendum, quam interitus, dum morbus non dat inducias, ut adhiberi possint præsidia.
- 5. Si ergo constiterit tam de extremo propinationis, quam de pessima veneni qualitate, quod patientem in manifesto vitæ discrimine constituit fatari oportet præfervationem à morte fecisse supra vires naturæ, ac proinde hoc miraculum secundo generi adscribendum.
- 6. Subitæ restitutionis iudicii. De quo miraculo dubitare non licet, cum agatur de subita, & perfecta sanitate demeritæ, quæ satis dignoscitur ex ingenti furore, cæterisque effectibus, Rotæ *dec. 2. num. 4.* post Zacch. *gg. medicoleg. tom. 2. p. 365.* & sanabilis natura est, ut tradit etiam Paulus de Castro *in l. qui testamento 20. §. nec furiosus n. 3. ff. de testament. ubi ait: qui semel incipit fatuizare, nunquam liberatur, & in Schola Medicorum hæc infania cum furore vocatur ex Græco idiomate Mania, quæ præfertim, quando confirmata est, difficillima curata censetur ab Avicenna adducto per Jacob. Sylv. *de melanch. morb. curat. pag. 413.* Daniel, Sennert. *tom. 3. lib. 1. par. 4. cap. 15. de mania, & Fort. tom. 1. cent. 1. consult. & respons. medic. obser. 19.* ubi & mania loquens, ait: *Affectus quidem curatus difficillimus. Etiam totum sanguinem depurare difficile quidem, sed intemperiem auferre admodum laboriosum evadit, quæ etsi ad habitum redigantur, impossibile. Tunc enim toto vitæ curriculo delirio detineretur, modò maniaco, modò melancholico, præter quam quod, brevi tempore fato cedere posset. Et hanc maniam facile oriri etiam ex nimio studio, docet Sennert. *tom. 2. lib. 2. par. 3. cap. 4.* Quamobrem repentina, & perfecta sanatio auxilio alicujus servi Dei implorato, tribuenda est, Et simile miraculum celebratur à Clemente V. per Canonizationem S. Petri Cælestini *constit. 4. Bullar. tom. 1. §. 16.* his verbis: *Quidam factus ita furiosus, & amens, ut ne seipsum, aut alios offenderet, funibus, & catenis ferreæ ligaretur. Adductus ad dicit fratris præsentiam, cum comedisset de pane per ipsum exhibito sic est curatus perfectò, ut de dicta infirmitate nil ulterius unquam sentiret.***
- 7. Cæterum inhærendum non est in abstracto theoriis medicorum, quæ ex variis facti circumstantiis, ut notat Tiraquell. *de nobilitate c. 31. nu. 4. 2. & segg.* omni casui non sunt aptabiles, sed in omni dementia habendum est in concreto iudicium medici, qui dementem curavit, & solemnij juramento adstrictus, pensatis omnibus, sanationem demeritæ, seu manie certo servi Dei miraculo tribuit, eique propterea fides præbenda est, tanquam peritio in arte, & de ipsa infirmitate versato *7. septimo mense, ibiq. Bald. ff. de stat. homin. Specul. tit. de prob. par. 2. §. ult. Rota dec. 207. nu. 6. par. 2. diver. & dec. 38. numer. 6.* coram Ubaldo, ac in ulterioribus terminis Auditores ejusdem Rotæ in relatione Canonizationis S. Thomæ de Villanova post Contel. *pag. 677. & 697.* Sanctæ Mariæ Mag-

dalene de Pazzis *sub. §. 1.* post obitum in fine, Sancti Caietani Thienæi *tit. de mirac. super. 1. mirac. §. sanationem venerabilis servi Dei Gregorii Papæ Decimi super 13. miraculo, §. Quæ omnia, venerabilis Ancilla Dei Catharinæ Ricciae parte 3. super 3. mirac. sub §. defectum, & ex relationibus Sanctæ Francisæ Romanæ, Sancti Caroli Borromæi, & Sancti Ignatii Loiolæ firmat Contel. c. 18. n. 12.*

Præsertim si remedia per eundem medicum sub initium morbi præscripta, nihil profuerint, Unde facilius subsequuta sanatio tribuenda est invocationi servi Dei. Exemplum extat Lucæ *cap. 8. de emorhoisla, quæ in medicis erogaverat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari.* Quem locum exponens Sanctus Bonaventura, ait: *Probabile, si curabilis fuisset ægritudo, quod per artem fuisset curata, attemen ars non profuit. Ubi natura arti non proficit, magis nocet.* Unde ex medicaminum inutilitate augetur ratio miraculi, ex iis etiam, quæ de se ipso aiebat Sanctus Gregorius Nazianzenus in vita scripta à Cardinali Baronio *c. 19. in 2. tom. mense Maii apud Hentchenium, & Papebrochium, videlicet: Adsum hic tibi ager, Christe, à medicis veniens, nullum autem fructum consecutus, quam quod nihil pluris facere didici, quam te, à quo ut cætera proficiuntur omnia, sic etiam remedium vires. Saltem tu mihi Salvator dis verbum aliquod, & consilium labor.* Et plene firmant Auditores Rotæ in relationibus Canonizationum Sancti Andree Corsini apud Lexaniam *constit. 1. num. 261. & 269. & Sanctæ Theresiæ sub miracul. 11.* post obitum. Idque planum fit ex pluribus Canonizationum diplomatibus, nempe Sancti Coelestini *ex Constit. 4. Clementis V. §. 15. Bullar. tom. 3. Sancti Raymundi ex Constit. 77. Clementis VIII. §. 34. & 49. tom. 25. Ignatii Loiolæ ex Constit. 3. Urbani VIII. §. 36. tom. 4. & Sanctæ Rosæ Limanæ ex Constit. 37. Clementis X. §. 54. & 57. tom. 6.*

Liberationis ab imminente periculo mortis. Libratis enim singulis facti circumstantiis tam circa primum, & secundum extremum, quam circa invocationem servi Dei, undequaque refulgebit miraculum liberationis ab imminente, & inevitabili periculo mortis, cum etiamsi adhibita fuissent medicæ artis præsidia, difficillimè æger, præsertim infantulus à tali periculo ereptus esset ex casu, relato à Schenchio *obser. med. lib. 3. obser. 4.* recensente: *Concubina cujusdam nobilis cum in ultimo mense partus gravida foret, poma cruda immatura, quæ à Divo Joanne nomen habent, cum avidius sine masticatione deglutiisset, gula ita infarcta fuit, ut noctu pene suffocata, voce quoque in totum suppressa, anhelitu impedito, animam agere videretur, Ad quam noctu evocatus, speculo in os immisso, nihil quicquam in gutture inspicere potui, permanserat in tali angustia, & sine voce per duas horas. Sed cum forte fortuna propè lectum animadvertissem poma illa cruda adesse, interrogavi, numquid ex iis quadam devorasset? Annuit autem, cum eloqui non posset, digitoque monstrabat in gutture habere, cum neque per os cerusiam sumere posset, ea ipsa ad nares regurgitante, oxymel continuo lambendum dedi, quo ructibus emissis, tandem per continuum usum oxymelitis, pituita crassa per eos excurrente, mox poma incisa per acetum in stomachum delapsa sunt, & anhelitum, ac vocem recuperavit, & præter omnium opinionem à præfocatione hoc præsidio liberata fuit. Idque etiam patet ex pluribus, & arduis remediis, ac instrumentis, quorum nullum adhibuitur est pro extrahendis è gutture rebus similibus casu deglutitis, quæ insinuantur à Sennerto *tom. 3. lib. 2. p. 1. c. 23. vers. Inanimata.**

Quapropter harum rerum extractio sola ope servi Dei secuta, ejusdem miraculo referenda est, ut similibus periculi evasio extollitur in relatione Sancti Isidori apud Contel. *de Canonizat. Sanct. pag. 751.* & à Leone Decimo pro Canonizatione Sancti Francis de Paula *constit. 38. §. 28. Bullar. tom. 1. & in 3. lect. officii de Sancto Blasio ad diem 3. Februarii, ubi inter Sanctos ab eodem Sancto refertur: In illis puer fuit, qui desperata à medicis*

- medicis salute, transversa spina faucibus inherente, animam agebat.*
- 11. Subitæ sanationis morbi in oculis. Ex hac sanatione miraculum evidenter emergit, propterea quod oculorum sustinatio est humorum circa pupillam congelatio, quæ visum virtutem impedit ex Aërio *retrabil. 2. serm. 3. c. 51.* cujus morbi curationem difficillimam, præsertim in pueris, affirmant Galen *lib. 14. method. medendi c. ult. Jonstontus lib. 4. idea medic. art. 2. Arculan. in 9. ad Almanforem.* Cum itaque remedia ab initio applicita nihil præsidij attulerint, sed fortasse motum auxerint, nec aliud fuerit adhibuitur tempore invocationis, nec paulò antea, subita, & perfecta sanatio non alio pharmaco, quam de Cælo è servo Dei præstito, tribuenda est. Et hanc liberationem ab oculorum caligine miraculo adscriperunt Clemens IV. pro Canonizatione Sanctæ Hedvigis *constit. 96. 14. Bullar. tom. 1. Leo X. pro Canonizatione Sancti Francis de Paula Constit. 38. §. 24. eodem tom. 1. & Urbanus VIII. Canonizatione S. Ignatii Loiolæ Constit. 3. §. 40. tom. 4.*
- 12. Et notandum est, quod si statim post imploratam opem, vel admotam Imaginem alicujus servi Dei fuerit sublata malitia morbi, sufficeret ad rationem subitæ, & miraculosæ sanationis, ut post plures Auditores Rotæ relationes firmat Contel. *c. 17. num. 14.* Sed etiamsi ipse morbus recesserit, licet cum aliqua virium debilitate, quam etiam in instanti sublata esse, non requirit, tradunt Auditores Rotæ in relatione Canonizationis S. Mariæ, Magdalenæ de Pazzis *in 2. mirac. in vita §. nec aliquod, & in relatione Ganonizationis S. Ludovici Bertrandi sub. 9. mirac. post mortem §. maxime non excluditur, asserentes, quod virium recuperatio paulatim facta, non derogat perfectioni miraculi, & in relationi Sancti Andree Corsini apud Lezanam *d. constit. sub. n. 195. & Contel. d. c. 17. n. 16.* Sufficit ergo, quod vis morbi in instanti tollatur ad hoc, ut supra ejus vires sanatio contigisse dicatur. Quia natura non potest in instanti sanationem operari, sed omnis alteratio, & mutatio per ipsam fit in tempore, ut ex Avicenna inquit Auditores Rotæ in d. relatione S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis *in 7. mirac. in vita, & in 3. post. obitum §. hac sanatio.**
- 13. Sanationis mæmorrhæciæ. Nam River. *in prax. medic. lib. 2. cap. 7. ait, hamorrhagis nimis copiosa, & vehementes, pessime sunt, ad convulsionum deserunt, & Ludovic. Mercat. præct. med. lib. 1. de intern. morb. curat. c. 25. de fluxu sanguinis narum lit. C. inquit. Quo factum est, ut sanguine immoedicè fluente corpus in graviora pericula promptius dilabatur.*
- 14. Idcirco cum sanguis repente cohibitus fuerit cum perfecta, robusta, & continuata valitudine patientis, id tantummodò fieri potuisse liquet divina ope, & hoc ipsum miraculum sanatæ fluxionis sanguinis è naribus probant Auditores Rotæ in relatione Canonizationis Sancti Caroli Borromæi *par. 3. tit. de mirac. in vita mirac. 1. & Sancti Joannis de Deo in 5. mirac. post. obitum.*
- 15. Nec officit, quod Zacutus *in prax. med. admiran. lib. 1. obser. 72. narret, curasse mulierem gracilem, quæ septenduo 31. libras sanguinis per nares emiserat.*
- 16. Primò, quia Zacutus non refert sanguinem fluxisse per narem, quo casu talis fluxus mortiferus reputatur. Secundò, quia in casu curationis Zacuti effluxio non fuit ita vehemens, & abundans. Nam spatio septem dierum, quot fluxus duravit, emittere debuisset longè majorem quantitatem libris 31. si sanguis emanasset ea copia, & impetu, quibus profliit sanguis sanati ope servi Dei. Tertio, quia à Zacuto adhibita fuerat longa curatio per totum tempus septem dierum per varia, & fortia remedia adstringentia, & præ cæteris applicitum fuit cauterium, veluti auctor ibidem narrat.
- 17. Sic alter casus ex eodem Zacuto relatus à Riverio *in prax. med. lib. 4. c. 7.* circumstantiis sanari per miraculum destitutus est, & illi vetula datum fuit sterces afininum per os cum Saccharo spatio septem dierum, ut narrat

Riverius, propterea non idem iudicium effortmandum est in sanatis ope servorum Dei ex circumstantiis nimis diversos Gloss. *in Extravag. antiqua Joannis XXII. v. censendum, sed ut Sanctus Augullinus de doctr. Christi. lib. 3. cap. 12. tom. 3. rectè docet; Fæta judicantur ex circumstantiis.* Et Sanctus Bernardus *epistol. 73. lectabit: In similibus omnia factis causa dissimilis simile recusat iudicium.*

Subitæ sanationis eryspelatit gravissimi in capite. 18. Nam ex Hipocrate *6. aphor. 25.* habetur *Eryspelas ab exterioribus ad interiora convertitur, malum est.* Quamobrem cum non suppuraverit, nec per externas partes eductum fuerit, sed admota servi Dei Imagine, vel Reliquia retrocesserit, ex materiæ illius ad interiora recessu, in lethale periculum æger incidit, ut docent Sennert. *tom. 1. lib. 2. cap. 16. & Joan. Fort. consult. & respons. med. tom. 1. cent. 1. obser. 95.*

Præsertim ex madefactione partis affectæ cum vino 19. stillatio; nam in curatione talis morbi omnia calida vitanda sunt; quia ea in bilem facile convertuntur, & incendium augent, ut tradit Villacotta *tom. 1. diffus. 2. dub. 2. de curat. Eryspelatit.* Quare subita, & continuata sanatio servi Dei auxilio tribuenda est. Maximè extante circumstantia repetitini reditus, & recessus morbi ex apposito, ac deinde sublato laneo funiculo, ut similibus circumstantia extollitur in fines 5. lectionis officii de Sancto Basilio ad diem 14. Junii, qua miraculi comprobatione carebat sanatio similis eryspelatit ope Sanctæ Theresiæ à Moniali obtenta, quæ pro illius Canonizatione inter miracula recensetur à Gregorio XV. *constit. 20. sub §. 18. Bullar. tom. 4. & latè Auditores Rotæ in Relatione Canonizationis ejusdem Sanctæ tit. de mirac. art. 2. miracul. 2. in vita, & S. Petri de Alcantara p. 2. art. 2. mirac. 5. post. obitum.* Atque hujusmodi ligamina nullius esse virtutis ad pellendos morbos, fusè probat Caspar à Reyes *elys. jucund. q. camp. q. 23. præcipue n. 10.*

Pateretque miraculum, si statim post appositam Reliquiam, vel invocationem servi Dei infirmus vim cælestem illius experiat, & somnus placidus contra solitum præcedentium nocturnum subsequatur, ab eadem Reliquia, vel invocatione mirè productus, aded ut diluculo expergefactus inegrè sanum se habeat, ut in simili observarunt Auditores Rotæ in relatione Canonizationis S. Andree Corsini apud Lezanam *d. constit. 1. num. 261. recensentes: Propinavit cibum puella, & jam obdormivit, & clarius exponitur in diplomate Canonizationis Sancti Ludovici Bertrandi Episcopi Tholofaris Bullar. tom. 1. Constitut. 2. Joannis XXII. §. 27. ubi dicitur, dormire cepit, & expergefacta à verbo pœnitentiæ curata, & pro Canonizatione Sancti Thomæ Aquinatis idem Joannes XXII. Constit. 11. §. 15. inquit, Emissaque voto, cum nocte sequuta dormisset, in crastinum se liberatam sancti meritis reperit, ut optabat.*

Sanationis attracti. Et quidem paralytim curatu difficillem esse, utpotè octam ex variis morbis, productis, præcipuè à lue venerea, ex qua sæpè nervorum contractio nascitur, firmant Zacutus *tom. 2. prax. hist. lib. 1. c. 10. de paralyti.* Sennert. *tom. 3. præct. lib. 1. par. 2. c. 27. de paralyti.* Jo. Fort. *com. 2. consult. & respons. med. cent. 1. consult. 32. & River. in prax. med. c. 5. de paralyti.* ubi ait, paralytis ab humore pituitoso nervorum substantiæ impactu, genita, curatu difficilis est, quia ægerimè discutitur propter frigiditatem partis, ejusque debilem expultricem, quæ remediis cooperari debet; & sicut spinæ, nervorumque profundum ita, ut ad eas partes vis medicorum integra pervenire non possit.

Maximè si morbus non cesserit remediis exhibitis 23. Paralytis autem cum vehementioribus non cesserit medicis auxiliis, inexpugnabilis censenda est, inquit Joan. Fort. *tom. 1. consult. med. cent. 1. consult. 54.*

Sanatio autem paralytis non semel à Sede Apostolica 23. inter miracula recensita fuit, & præsertim pro Canonizatione Sancti Thomæ de Villanova, ut ex Relatione

Auditorum Rotæ post Contelcor. de Canoniz. Sanct. pag. 402. & 690. ubi agebatur de paralyfi brachii ad dies decem, & octo tantum protracta, & pro Canonizatione S. Paylon ex alia relatione Auditorum Rotæ in c. 9. mirac. post obitum, & pro declaratione martyrii B. Josphat Polocensis, ex relatione eorundem Auditorum Rotæ par. 4. vers. ab extremo, ac sæpe in aliis.

24. Miraculum autem undequaque coruscet ex subita integritatum virtium recuperatione exemplo paralytici à D. Petro valetudini restituti in act. Apostol. 9. ubi Cornel. à Lapide pag. 95. col. 2. littera D. exponens verba, ambulans, & auxiliens, inquit, Duplex fuit miraculum. Prius, quod claudo restituta sit pedum rectitudo, & firmitas, Posterior, quod illico promptè inceserit, imò exilerit. Qui enim diu non ambulavit, esto sanati sint, & valeant pedibus, ut in carcerati, tamen ex longa disuetudine ambulandi expedire incedere nequeunt, ut experientia cunctis esse. Et apprimè favet simile miraculum à Congregatione Sacrorum Rituum approbatum pro Sancti Francisci Salesii beatificatione, quod legitur in actis Canonizationis illius. Agebatur enim de Paralyfi Claudi Juliani, & ibi dicitur, qui tertia vice delatus à matre ad sepulchrum Salesii cum illud oscularetur consolidatis bubibus, & plantis, momento surrexit, & exiliens stetit, & ambulavit.

25. Et sanè cum validiores corporis partes, fuerint frigida, & emortua, innatus calor in illis partibus absumptus fuerit, ac propterea non remaneat amplius possibilitas naturalis enutriendi easdem partes frigiditas, & emortuas, signum etenim indicans partem aliquam esse depauperatam calido innato, ac vitali, si cum frustratoria nutritione, conjuncta sit motus impotentia ex Hippoc. lib. 2. praedict. 2. 5. docente: Quibus cura cum hoc, quod movere non possunt quassunt, & ex Galeno lib. de tremor. 83. palpit. lib. 3. sect. 1. c. 3. habetur: Convulsiones, quarum scititas causa est, minimè medicaberi. Et rursus lib. 12. method. med. c. ult. in fin. idem Galenus de hac convulsione inquit: Quæ ex remotarum partium scititate provenit, insanabilis est. Idemque comprobant Petrus Forest. lib. 10. observ. 106. Jacob. Holler. in schol. ad c. 12. lib. 1. de morb. intem. tit. de convuls. Ludovic. Duret. in annos. ad eund. Holler. & Jodoc. Lemn. lib. 2. observ. med. part. 34. ad rem addit: Qualibet resolutio nervorum mediocri vix sanatur, vehementer sanari non potest.

26. Et quod revera hujusmodi partes fuerint emortua, affirmare debet medicus, aperteque patebit ex deperditione motus, cum vita explicetur per motum activum, & provenientem ab intrinseco, ut in Genes. 1. 23. legitur. Creavit Deus omnem animam viventem, atque metabolam, ac in Levit. c. 11. dicitur, quæ in aquis moventur, & vivunt. Unde post Aristotelem lib. 1. de anima text. 5. D. Thom. par. 1. q. 18. art. 8. & in com. lib. 1. de anim. text. ult. ait: Vivere propriè est eorum, qui habent motum, & operationem ex seipsis, sine quo moveantur ab aliis.

27. E contrario igitur, ubi motus deficit, vita abest, & quod asseritur de toto homine, proportionabiliter asseri debet de partibus emortuis, ut tradit Paul Zach. q. medicol. lib. 4. tit. 2. q. 8. n. 41. ubi assignans discrimen inter paralyfim, & atrophiam, quod scilicet ista sit partis alicujus consumptio, & ariditas, quæ amplius nutrimento non fruitur, ostendit, hanc priorem fore existimandam paralyfim propter vitæ carentiam in illa parte his verbis: Non multum abest à paralyfi natura atrophiam, hoc est partu consumptio, in qua passivè corpus, & corporis pars aliqua non amplius nutrimento fruitur, & naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis verò in eorum loco subeuntibus summa macies oritur, ut Cornel. Celsus dicebat lib. 3. c. 22. Pars ergo, quæ atrophiam laborat, vita carere dici potest, cum vita per nutritionem existat. Et restitucionem talium partium sic deperditarum idem auctor ibid. miraculo adscribit.

28. Ac ita quidem, ut nullo pacto morbus reputari possit

torpor, qui consistit in levi imminutione motus, ut explicat Riverius prax. medic. cap. 5. §. duplex item, ubi loquens de paralyfi imperfecta, eam sic describit: Altera imperfecta, in qua functiones ista tantum imminuuntur, est le vis sit earum imminutio nondum paralyfis, sed torporis, vel stuporis nomen obinet. Quando igitur non adest sola functionum naturalium imminutio, sed totalis impossibilitas ob partes frigiditas, & emortuas hoc casu vera paralyfis, & curatu difficillima existimatur ab eodem Riverio d. cap. 5. §. Quoad prognosin, dicente: Paralyfis ab humore pituitoso, nervorum substantie impactio curatu difficilis est, &c. & id pro miraculo habitum fuit in Canonizatione Sancti Joannis de Deo in attracto solum in crutibus, qui reptans incedebat, & Chirurgus eum morbum Cianca, qui est idem, ac torpor, nuncupavit, illiusque miraculi approbatio patet ex Bulla Canonizationis, ibi, Duo ex pluribus miraculis post concessam venerationem à Deo editis in ante dicta Congregatione manurè discussis, &c. probatur. Primum videlicet instantanea Sanationis Joannis de Marino crutibus, ac tibiis impotentis, & attracti Quinimò in talis morbi sanatione ad constituendum miraculum, opus non esse, ut in instanti fiat, planè tradit Cardinalis de Laurea in 3. sentent. tom. 4. disp. 20. de mirac. art. 20. n. 862. & seqq. & nu. 867. & 868. ac 874.

Unde si sanatio trium dierum spatio successisset, non 29 excluderetur instantaneitas, habito respectu ad diuturnitatem, & gravitatem morbi precedentis absque ullo medicæ artis auxilio. Quandoquidem adverbium statim, illic, incontinenti, ac similia in sanationibus miraculosis non physicè, sed moraliter accipienda sunt secundum qualitates morborum, quibus pensatis fit locus arbitrio Judicis, ut tradit Malver. de Canoniz. Sanct. dub. 3. §. 3. numero tertio & quarto, inter tractat. gener. tom. 3. par. 83. inquit: Conclusio est, quod dictio mox, statim, & similes in materia indifferenti recipiunt interpretationem arbitrio Judicis, Gloss. in cap. an sic v. incontinenti de appell. ita in hac materia judex debet arbitrari qualitates febris, an sit magna, vel parva, vel fortè quartana, quæ cum difficultate solet recedere. Item an febricitans sit valde gravatus aedo, quod Medici asserunt de ejus salute, & sic de singulis, ex quibus judex poterit arbitrari infirmum potius divina gratia & sic supernaturali sanatum. Idemque tenet Contelcor. cap. 17. n. 13. libenter itaque id admittendum est in hoc pertinaci morbo, qui non est simplex febris, sed attractio, & deperditio medietatis corporis cum suis circumstantiis, quibus concurrentibus instantanea sanatio dicitur, quæ in triduo, aut in fine tridui succederet, idem Malver. loc. cit. num. 28. Laurea dict. disp. 20. artic. 20. num. 800. Qui numer. 864. hæc subdit: Adverte 3. quod dupliciter accidere potest, ut miraculum non sequatur statim, seu illico ad invocationem. Primum, quia facta invocatione, seu applicatione non sequitur, sed sit aliquod remedium, vel accidit crisis, vel morbi periculus advenit, & tunc nullatenus eventus ille censendus est miraculosus, sed naturalis, vel saltem dubius. Secundo accidere potest, ut post invocationem in illa die, vel hebdomada, vel mense obtineatur eventus, at medio illo tempore neque fuit applicatum remedium, neque accidit crisis, neque constat de periodo, & tunc eventus ille erit miraculosus, neque efficit, quod in prima invocatione, sed in postrema accidit eventus, quia, ut dicemus, id ex duplici capite potuit provenire, vel ex defectu fidei, seu fiducia in patiente, aut invocante, vel ex Dei providentia exigente majorem dispositionem in patiente, vel probante illius patientiam.

Neque id tribuendum vehementi imaginationi, alioquin actum esset de miraculis, & hoc ipsum cuperent hæretici, qui Pomponatio duce, omnia miracula nedum Sanctorum, sed & ipsius Christi Domini vi imaginationis evenisse dicunt, ut admonent Paul. Vecchi observat. med. in Sacr. Script. observat. 32. §. 4. Emanuel Valle de imp.

de incantat. seu Ensalmo. opusc. 1. sect. 2. cap. 4. numer. 6. & segg. & Caspar à Reyes in elys. jucund. q. camp. quest. 50. num. 22.

31. Quinimò ex ipsa ingenti fiducia miraculum certius redditur. Nam Matth. 9. 2. scriptum est: Videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili. Quæ verba explicans ibidem Cornel. à Lapide, inquit, Paralyticus hic jam habebat fidem, & spem in Christo, sed Christus jubet, in illam corroborare, & adaugeat. Et post pauca subdit: Paralyticum excitavit ad actum magna fidei. Rufus in 2. ad Cor. 3. proptius ad rem nostram sic disserit: Talis est fiducia, quæ suggeritur Sanctis à Spiritu Sancto ad faciendum miracula, quia Deus non tantum in impetrante, sed in suscipiente miraculum, aludvè donum Dei quasi congruam dispositionem exigere, ac præmittere priusquam donare, & inspirare solet ut anima per abundantiam hanc se dilatans, & erigens, miraculi, vel doni illius fiat capax. Unde Cassianus collat. 9. cap. 92. rectè dixerat: Signum futura impetrationis esse, quando Spiritus Sanctus movet ad petendum magna fiducia, & quasi securitate impetrandi. Quamobrem concludendum est cum Aud. toribus Rotæ in relatione Canonizationis S. Caroli Borromæi par. 3. tit. de mirac. in 11. mirac. §. secundò videlicet, & 13. mirac. §. tertia tandem, & 14. mirac. §. quarta circumstantia, affirmantibus: magna fides infirmi verisimiliter reddidit miraculum.

32. Subitæ sanationis ulceris cancerosi. Et quidem gangrænam, quam periculolusum esse malum cuius facile periet, inquit Sennert. tom. 5. pract. lib. 5. par. 2. c. 19. in prognost. nu. 1. rationem ibidem reddens, nisi cum celsissimo auxilio feratur, in sphaculum brevi degenerat, & patienti planè emortuatur. Et similem sanationem ulceris Lepius miraculum existimant. Auditores Rotæ in relationibus Canonizationum S. Mariæ Magdalene de Pazzi 2. & 8. mirac. in vita, S. Ludovici Bertrandi tit. de miracul. mor. ac. 11. B. Andreæ Avellini p. 3. eod. tit. mirac. 2. S. Elisabeth, Regina Portugallie 3. mirac. in vit. & S. Francisci Xaverii 11. mirac. post obitum, super quo miraculo scripuit Angel. Viator. consult. 25.

33. Subitæ sanationis à fortissima apoplexia. Ponderus miraculi satis apparet ex ipso apopleptico morbo. Etenim Zacutus tom. 2. prax. hist. lib. 1. c. 7. in princ. ait: Nullus est morbus gravior apoplexia, hoc illius nomen aperit significat. Apoplexia enim vox Græca est, quæ percussione significat. Quare apoplectici vocantur, quasi percussi, sumpta similitudine ab animalibus, quæ in Sacrificiis ante aras cadebantur, quæ percussa statim in terram concidebant. Causam verò hujusmodi fuisse in patiente phlegmatum copiam, ut admonuit Sennert, 103. pract. lib. 1. p. 2. cap. 33. de apoplex. ex eo liquere poterit, si medicus ad expurganda è stomacho eadem phlegmata, portionem præscripserit, & ex symptomatibus patebit forem fuisse hanc apoplexiam, & ex Hippoc. 2. aphor. 42. habetur: Apoplexiam fortiter solvere impossibile est, debilem, non facile, & similem morbum infantibus magis periculolusum existimat idem Sennertus lib. 4. tract. de infantibus morb. p. 1. c. 10. in prognost. n. 1. Et propterea apoplexiæ sanationem miraculum censuerunt Auditores Rotæ in Relatione Canonizationis Sanctæ Mariæ Magdalene de Pazzi mirac. 7. in vita, Beati Andreæ Avellini mirac. 16. post mortem, Beati Felicis Capuccini mirac. 3. & Venerabilis Nicolai Factoris mirac. 11. in vita.

34. Subitæ liberationis à periculolissimo puerperio. Nam omnis partus difficilis, periculolus, & cum mater, tum fetus in eo periclitantur, solentque gravia mala vaforum uteri, & aliarum partium in abdomine, ut & pulmonum ruptiones pervenire, ait Sennert. tom. 4. pract. lib. 4. par. 6. sect. 6. c. 4. de part. diffi. natural. q. 4. in prognost. n. 1. ubi ex Guil Fabricio refert foeminam è partu difficili intra 24. horas mortuam fuisse, & River. tom. 4. observ. & curat. singul. observ. 93. pag. 487. ad liberandam à partu difficili mulierem per triduum laborantem, ejus vires admodum dejectæ erant, plura remedia adhibuisse, restatur.

Et in geminorum puerperio, eos, & matrem facile interire probat Zacch. q. medicol. g. tom. 1. lib. 1. tit. 2. q. 7. n. 14. & Latus lib. 7. tit. 3. q. 4. n. 11.

Et similem liberationem à lethali puerperio miraculum reputatur Auditores Rotæ in relatione Canonizationis S. Caroli Borromæi miracul. 14. & B. Jacobi de Marchia miracul. 7. & exprimitur pro Canonizatione Sancti Raymundi à Clemente VIII. Consultu. 77. §. 46. Ballar. tom. 3. his verbis: Altera item honesta conditionis forma, Roma appellata, Beati Raymundi parienti doctoribus premeretur. &c. tribus integris diebus, ac noctibus gravissimo cruciatu torqueretur, nihil propius factum est, quam ex hac vita decederet. Nam ob languentis stomachi fastidium, cibos omnes, haustusque respuebat, atque à sensibus alienata, vocisque usu privata, jacebat exanimis, quo tam præsentis uxoris suæ periculo Michael vehementer animo consternatus, ad templum illico excurrit, Beati Raymundi operi, subsidioque implorans, qui simul, ac domum rediit Roma felicissimum partum edidit, atque omni dolore est liberata.

Subitæ sanationis diurnæ ischiadiæ, seu Rheumatismi. Relevancia hujus miraculi patet ex causa, & origine morbi, ut si ex menstruum sit defectu per integrum vitæ cursum, vel per longum tempus. Siquidem River. in pr. med. lib. 15. c. 6. de hyster. passion. in pr. ait: Dum semen, & sanguis mensis præter naturam retinentur in mulieribus, putrescunt, ac corrumpuntur, necnon malignam, & venenatam qualitatem acquirunt, unde vapores maligni elevantur, & ad varias corporis partes deferuntur propter nimium consensum, quem verus habet cum omnibus propendendum partibus. Et ex Democritio in epist. ad Hippocratem subdit: Sexcentarum annorum, atque calamitatum esse uterum, & deinde fuscè tetenti vitæ effectus passionis hysterice, qui morbus incurabiles gignunt.

Idq; sive morbus sit ischidiæcus, sive rheumaticus, cum sit ejusdem generis, quia uterque provenit ex eodem humore per articulos descendente periculo plenus est. Et sanationes similis morbi existimant miraculose Auditores Rotæ in relatione Canonizationis Sancti Caietani tit. de mirac. quart. Sancti Francisci Borgie p. 3. art. 2. mirac. 5. Sanctæ Francisæ Romanæ art. 6. mirac. 6. post obitum, & Venerabilis servi Dei Hieronymi Emiliani n. 48.

Dubitandum non est, tamen sit, &c. sunt verba Auditorum Rotæ in relatione S. Hiacynti §. Circumstantia, quedam nebule difficultatum, ut illustriora miracula remaneant, toleranda videantur. Siquidem nihil inter homines sic est indubitatum, ut non possit suscipere quandam sollicitam dubitationem, inquit Imperator in auct. de tabel. c. 1. §. 3. quod effectum uti perpetuè menti tenendum, haud temel repetit Gloss. in c. bona memoria v. recipit de elect. & in c. cum dilectus v. judicanda de purg. can. & in can. Lotharius sub initio 2. q. 1. & in can. pudentia v. notissimum 24. q. 1. & in Extravag. Sedes Apostolica Joannis XXII. v. possit.

Cordium in malo pertinacium repentina, atque adeo prodigiolæ conversiones. Sive enim cum Sancto Thoma 2. 2. q. 178. art. 2. miraculi veritatem metiamur ex supernaturali hominum utilitate, sive cum eodem par. 1. q. 105. art. 8. ex altiori supra naturam excessu, quid vel hominibus utilius, vel ultra naturæ metas altius spectari potest ea mutatione dexteræ Excelli qua obdurati peccatores ad solum aspectum, vel contractum alicujus servi Dei, imò ad primum ominus conspectum ictu subitaneo compuncti lachrymis permaduerunt, ejulantur, simulationes, ejurantur vitæ præterite fecunditates?

Primum miraculum in Cana Galilee S. Ambrosius serm. 2. Epiph. magnum planè signum appellat. Nam hoc signo utriusque Resurrectionis mysterium continetur. At nemo dubitat longè præclarior idem contineri mysterium in subita conversione peccatoris, qua videlicet non

etione instrumenti insurgit notorium. Quare instrumentum publicum facere probationem probatam, sepius sumavit Rota precipue dec. 96. nu. 1. & dec. 590. n. 1. par. 1. & dec. 2. n. 4. & dec. 430. nu. 1. par. 4. tom. 2. & dec. 17. n. 1. & dec. 220. nu. 1. & dec. 234. n. 1. & dec. 238. n. 9. & dec. 356. n. 2. par. 5. & dec. 122. nu. 1. & dec. 327. nu. 1. par. 6. rec. Ac ita, ut probatio per scripturas, instrumenta publica, seu documenta authentica in concursu praevalent probationibus, per testes ad textum in l. census, ff. de probat. Rota coram Seraph. decis. 33. num. 7. Cavaler. decis. 294. nu. 1. & coram Coccino decis. 235. num. 17. & in recent. decis. 582. num. 1. parte 1. Quia cum probatum per scripturas non indigeat alia probatione, & frustra recurritur ad probationem per testes, cum illa sit magis tuta, sincerior, & expeditior, Rot. dec. 34. nu. 1. par. 1. & dec. 589. nu. 2. part. 2. & decis. 46. num. 13. decis. 235. num. 12. part. 5. recent.

Imò Sacerdoti referenti factum in persona propria plenè creditur in materia difficilis probationis, ut est ista facti miraculosa, Simoneta in relat. S. Francisci de Paula, Rota in Relationibus Sancti Hiacynthi in 2. mirac. S. Raymundi part. 2. Sancti Caroli miracul. 18. Sanctae Franciscæ Romanæ miracul. 8. Sanctae Theresiae mirac. 3. Sancti Ignatii mirac. 2. Sancti Francisci Xaverii mirac. 9. Gregorii Papæ X. mirac. 3. neque dubitavimus, Beati Jacobi de Marchia miracul. 3. Beati Caietani Thienæi mirac. 1. & 2. & B. Andrea Avellini mirac. 4. pluribusque comprobatis Contilor. de Canoniz. S. mltorum. c. 18. num. 18. ac seqq.

Idque potissimum, si agatur de depositione Sacerdotis recepta per Notarium publicum cum interventu testium, qui in verbo Sacerdotis, & cum juramento, ut moris est, haud dubiè narravit præcedentem statum infirmitatis, & sequentem instantaneæ sanationis, cui propterea omnimoda fides adhibenda videtur. An autem, & quatenus credendum sit unico testi asserenti in sua persona patratum esse miraculum, quando aliter probati nequit, cum de facto proprio deponat alibi disseruimus.

Quinimò, quando cum dicto unius testis concurrunt indicia, & adminicula, præsertim notorietas, ac publicitas facti miraculosa, ex quibus Judex potest animum suum informare, quod testi sit credendum, concurrente præcipue communi reputatione, miraculum probari, testatur Contilor. de Canoniz. S. mltorum. c. 18. num. 17. Subdens, quod Leo III. fidem adhibuit unico testi, dum S. Svitbertum Canonizavit, & Innoc. III. in Canonizatione S. Homoboni fidem pariter adhibuit testimonio Osbertii Presbyteri, qui fuerat patrinus dicti Sancti, atque Bonifacius IX. in probandis miraculis S. Brigidae admisit testimonium filiae, ut refert Panvin. in relat. S. Bonaventurae part. 2. artic. 4. Simonet. in relat. S. Francisci de Paula in fine.

Nam si in factis, ac materiis antiquis ratione difficultis probationis qualibet negativa probatur per publicam vocem, & famam sicut post Martinum de Fano, Bartolum, Baldum, Alexandrum, Decium, & alios tradunt Herculan. de negativa n. 290. juncto nu. 309. & Pacian. de probat. lib. 1. cap. 49. nu. 47. Sanè fortior, ac concludentior censenda est probatio per notorietatem facti, non indigentem probatione, Bartol. in leg. Si verò §. qui pro rei qualitate num. 1. ff. de integr. res. & in leg. emptorem num. 4. ff. de act. empt. Bald. in l. non idcirco n. 3. C. de contrahen. empt. in leg. Croes num. 1. C. de appell. & in leg. 1. nu. 7. C. quand. & ad verba quosdam, ut ait, in leg. is, cui bonis num. 2. ff. de de testam. notorium æquiparatur sententiæ quoad liquidationem facti, & in l. ea quidem nu. 22. C. de accus. cum impossibile sit notorium non esse notorium, negatio illius nihil operatur. Nam, ut subdit num. 19. notorium est communis, ac indubita certitudo rei, de qua quaeritur, indubiam idè fidem faciens, ut negari, vel inficiari non possit, concludens id proce-

dere non solum in notorio actus de præterito, quando notorium ex manifestis quondam principiis, & tunc non negabilibus procedit.

Quod corroboratur ex Sacra Scriptura, Act. cap. 3. referente miraculum patratum ab Apostolo Petro in persona claudi, exilitentis ad portam Templi. Siquidem ex sola notorietate, ac publicatione facti, convicti remanserunt Judæi, qui miraculi veritatem denegare conabantur, & hoc argumento notorietatis usus est contra eos, Petro Apostolo dicente: Et in fide nominis ejus, hunc, quem vos vidistis, & nosis confirmavit nomen ejus, & fides, qua per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum, & infra cap. 4. Videntes autem Petrus constantiam, & Joannis, hominem quoque videntes stantem cum eis, qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere, & conferebant ad invicem dicentes. Quid faciemus hominibus istis, quoniam quidem notum signum factum est per eos, omnibus habitantibus Hierusalem manifestum est, & non possumus negare.

Signum ergo, seu miraculum, quod patens, & notum fuit omnibus habitantibus in loco, in quo patratum fuit miraculum, negari, vel inficiari non potest, cum hujusmodi notorietas indubiè fidem faciat, & concludentem miraculi veritatem præbeat. Constito itaque tam de primo extremo, quam de aliis requisitis, miraculosa, & instantanea sanatio recensendi est.

Quare ex his non obstat unicitas in hoc substantiali aded, ut res ipsa maneat incerta, neque idè ad finem, de quo agitur, attendenda juxta monitum Sixti Pontificis, de quo Gratian. in §. His ita respondetur 30. q. 5. & Sancti Joannis à Capestrano in speculo conscient. §. restat. nu. 185. tractat. tom. 2. fol. 348. à tergo, nempe: Incerta nemo Pontificum judicare præsumat. Et quamvis vera sint, non tamen credenda, nisi qua veris indicis comprobentur, qua manifesto indicio convincuntur, nisi qua judicatio ordine publicantur?

CONSULTATIO CLXXXI.

An, & quatenus sanatio ab ariditate crurum aliorumvè membrorum ex appositione terræ sepulchri alicujus servi Dei supra, vel ultra naturam vires censenda sit.

Negativè respondendum videtur. Quia hoc mirum tribui potest nativæ indoli terræ prædictæ, quam medicamenti vires habere, ait Augustinus de Angelis in lectio. meteorolog. disput. 4. & de impressionibus terreis lect. 1. nu. 19. Mirandas enim terræ proprietates variis in locis inveniri, notat Caspar à Reyes Francus in campo Elyso q. 34. n. 15. & nos alibi.

At verò affirmandum puto, si solo tactu terræ sepulchralis statim sanatio omni ex parte perfecta probetur. Quare, etiamsi daretur quod absolute negatur, quod nativæ indoli terræ prædictæ inesset virtus sanandi infirmos, attamen hoc solo tactu, & in instanti fieri minime potest.

Auctores verò, quos in contrarium adduxi, & adduci possunt, solum loquuntur de terra apta ad disseccandum cadavera, & ea præservanda à putredine, de qua nos alibi. Quod sanè latius probavimus, cum de miraculo multiplicationis terræ sepulchralis alibi egimus.

Cumque igitur aliquis servus Dei in illa terra sepultus fuerit, terraque solita distribui infirmis sit illamet, quæ ab ejus sepulchro extrahitur, & crura tangit infirmi, si in ea adesset aliqua vis naturæ indolis, proculdubio esset exsiccandi, & consumendi citius. At cruribus jam exsiccat, & aridis, non potest suscitare partes illas jam emortuas unico illius tactu exteriori.

Eoque magis, si crura, aliaque membra multo tempore permanerint semper immobilia, & sicca cum abolitione

abolitione totali nutritionis, motus, ac sensus, quæ sunt infallibilia signa demortui alicujus membri in vivente corpore. Hæc autem symptomata, quamvis distinctim data, possint superari ab arte, vel ab ipsa Natura, simul tamen ex collectione sumpta, nunquam possunt naturaliter admittere regressum ad gradum vitalem, quando jam ejus realis privatio successit, & partes infimæ non moventur, nisi à movente externo, quia sunt expertæ vitæ. Ea namque non habent vitam, quæ ab extra tantummodo moventur, secundum Divum Thomam in 2. de anima lib. 1. text. 3. Nam in eis deficit principium intrinsecum motus, quod est ipse calor nativus. Calor enim naturalis est principium, quod movet in homine ex Averroe 7. physio. textu 32.

Nam, præter influentem, innatus etiam calor in illis partibus absumitur, ac propterea non remanet amplius possibilitas naturalis renutriendæ partis, & sic velut emortua, amplius reviviscere non potest, signum quippe indicans, partem aliquam esse depauperatam calore innato, ac vita, si cum frustratione nutritionis conjuncta sit motus impotentia ex Hippocrate, qui lib. 2. prædict. 2. §. ait: Quibus unà cum hoc, quod movere non possunt, morbosa corporis pars attenuatur, hi in sanitate restitui non possunt. Quo modo prænunciandi solum in deploratis utitur Hippocrates.

Et quidem certum id est, si crura, aliavè membra sint auida. Nam illud, quod aridum est, perfectè etiam sicum est ita, ut sit congelatum ob defectum propriæ humiditatis, Aristot. 2. de generat. & corrupt. §. 1. cap. 2. text. 11. Quæ ariditas nunquam reperta fuit in arte, vel opè naturæ sanatis. Quo modo comprobatur exemplo virentis arboris, cui si exsicceret aliquis ramus utque ad ariditatem, nunquam amplius reviviscere potest. Et similitudo procedit, quia alterius potestatis actus, & functio est quid commune animalibus, ac stirpibus, ut per Alexand. Aphrod. in 1. de anim. cap. 21. Quare præter ariditatem partem naturaliter excludit renutriti, ac reviviscere. Quia viventis forma in subiecto realiter, & substantialiter mutato, atque destructo inhabili ad naturalem vitam.

Ex quibus hujusmodi miraculum reponendum est in secundo ordine. Tamdiu enim vivimus, quamdiu nutrimur, & hoc posse evenire in partibus tantum abique eo, quod eveniat in toto, clarè patet. Quia partes corporis propter partes animæ sunt secundum D. Thom. 3. de anim. lib. 14. text. 46.

CONSULTATIO CLXXXII.

An Testes desumpti ex processu, auctoritate Ordinarii confecto, in causis Canonizationis Sanctorum, attendendi sint?

Non videntur attendendi quia in causis Canonizationum solum inserviunt loco denunciationis facti, quæ Summo Pontifici fieri debet, antequam causa committatur, non autem vim probationis obtinet, reservate soli Romano Pontifici, ex notatis per Ostiens. ac ceteros Canonistas in cap. 1. de Reliq. & venerat. Sanctor.

At verò attendendos esse, autumo. Nam licet Episcopi nequeant aliquem Sanctorum Ordini adscribere, cum ille actus sit reservatus soli Summo Pontifici, possunt tamen informationes capere de sanctitate vitæ, moribus, & miraculis ejus, qui petitur beatificari, vel canonizari, quod quæ eorum processibus fides adhibita fuerit, & faciant plenissimam probationem, patet ex pluribus relationibus Sacræ Rotæ, relatis à Conclonno de Canonizat. Sanctorum cap. 4. num. 20. & 21. in fine, addito in specie in relationibus Sanctorum Hiacynthi, & Raymundi fidem adhibitam fuisse processibus, factis per Vicarios eorundem, quod repetit Tom. X.

Lezana consult. 1. numer. 212. in fine. Quin etiam Contilor. dist. cap. 4. numer. 23. asserit, idem censuisse Congregationem Sacrorum Rituum die 7. Augusti 1596. & probasse Clementem Octavum, ac propterea in causa Canonizationis Sancti Didaci peractæ à Sixto Quinto, habitum fuisse pro valido antiquum processum Complurim factum auctoritate Archiepiscopi Toletani ante annos 170. circiter.

Et meritò quidem, dum hujusmodi testes, morte præventi, non possunt reperti coram Judicibus Apostolicis. Quo casu etiam de jure, non solum faciunt per se semiplenam probationem, juxta theoreticam Bartoli in leg. admonendi num. 45. ff. de iurejurand. quam probant Jason ibi num. 98. cum seqq. & in leg. 2. n. 24. Cod. de edend. Alexand. in leg. sapè nu. 71. post med. ubi Bartol. ff. de re judic. & consil. 156. num. 7. volum. 2. Imol. in cap. fin. nu. 7. de iurejurand. Felip. in cap. causam, qua nu. 19. de testibus, & in cap. quamvis nu. 1. de sentent. & re judic. cum utrobique putatis per Addentem, concludendo non esse ab opinione descendendum in consulendo, & judicando, Marfil. singul. 179. nu. 8. & singul. 435. nu. 1. Dec. consil. 42. nu. 14. & consil. 109. nu. 2. atque Aymon. cons. 585. nu. 7.

Imò plenissimam, quando depositio prædictorum testium judicialiter excepta fuit cum legitimo contradictore, quo testes fuerunt examinati cum interrogatoriis Promotoris Fiscalis Mensæ Episcopalis, ipsoque in omnibus actibus citato; Quare bene probant æque, ac sententia lata in causa status, ad textum in leg. ingennum, ubi notant omnes ff. de stat. hominib. & in leg. 1. §. penultim. in fin. ff. de liber. exhib. Gloss. ultim. in cap. quamvis, ibique Felin. sub num. 9. de sentent. & re judic. Alexand. in dist. leg. sapè cum similibus. Etenim à pari procedunt sententia, acta, & probationes, Butr. in dist. causam qua num. 4. de testibus, Alexand. loc. cit. num. 125. Gratian. disceptat. 869. num. 16. Achill. decis. 5. in fin. de judic. Gregor. XV. decis. 535. num. 9. Rota decis. 271. nu. 2. par. 1. recent. & coram Bichio in Britonoriensi fideicommissi 24. Martii 1641. §. delatagie causa.

Sublatis igitur omnibus contrariis, firma remanet probatio infirmitatis arre humana, & natura insanabilis, atque aded ejus sanitas in secundo gradu miraculorum ponenda.

CONSULTATIO CLXXXIII.

An liberatio à periculo partu, edito factu mortuo in utero, post imploratam opem alicujus servi Dei, vel applicatam ejus imaginem, aut reliquias adscribenda sit miraculo?

Non videtur. Nam facilis est curatio in hoc casu, quam describit Zacutus Lusitanus in prax. histor. lib. 3. cap. 17. de factu mortuo, vers. Curatio pag. 509. column. 1. Necnon etiam refert Joann. Skenkius observat. medic. lib. 4. de partu observ. 12. pag. 567. pluraque exempla matrum, quæ superstites foetum mortuum diu in utero gestarunt, recenset idem Skenkius loc. cit. de sanibus in utero putrefactis observ. 4. & 5.

At ego affirmandum puto. Quo in casu plurimi faciendi est depositio obstetricia ob suam peritiam, ac experientiam, pro miraculo hujusmodi partum habentis. Ab experientia enim validum esse argumentum, tradunt Riminald. Sen. consil. 657. num. 8. vol. 6. & Sard. consil. 132. num. 23. Cum experientia sit omnium rerum mater, & magistra, faciatque artem, cognitioque veritatis ex ea sequatur, Bald. consil. 136. nu. 2. lib. 2. & Barbol. axiom. jur. 88. per totum.

Nec dicatur, facilem esse hujusmodi curationem. Nam dato, quod asseritur de retentione foetus mortui à prædictis medicis, verum sit, si diligenter ponderentur etiam scripta, apparebit factus hujusmodi extrusus fuisse, vel præcedentibus triplicatis balneis, variis herbarum

genetibus compositis, paulatim in frustula, vel exci-
tato abscessu, fuisse excreto, vel ferro unco extractos,
quemadmodum precipit Hippocrat. lib. de excels. feb.
Paulus lib. 6. cap. 74. Celsus lib. 4. cap. 29. Aetius Te-
trabil. 4. serm. 4. cap. 23. Avicenna 21. 3. tract. 1. cap.
14. Rasis 22. Contin. tract. 7. cap. 5.

4. Ex quibus apparet ex opposito facilitas hujusmodi
partus, in quo nullo ex praedictis modis fuerit enixa
mulier, sed statim, ac invocaverit servum Dei, in in-
stanti emisit mortuum foetum, quod non erat naturali-
ter expectandum. Nam si in naturali partu tot scopuli
obstant, emergunt ærumna, dolores, angustia, quan-
to magis in violento, & morbofo ingruere debent im-
mania, anxietas ingens, acerbi cruciatus, delicia,
aliave funesta accidentia, quæ mortem horrore plē-
nam minantur?

5. Præterea solent, debentque auxilia celeritate, ac
summa efficacia præstari. Nam si pro naturali partu
requiruntur matris, & infantis robustæ vires, ut ait
Galenus lib. 5. aphor. 55. Quid erit expectandum, ubi
non sunt auxilia congrua administrata, ubi mater vi
corporis, animique dejicitur, & foetus extinctus, imò
putrefactus?

6. Quare supernaturali tantum virtute foetum hujusmo-
di emigere dicendum est, implorata ope servi Dei,
vel applicata ejus imagine, aut reliquia supet ventre,
matte læta, & valida remanente, maxima cum admira-
tione adstantium, præcipue obstetricis. Ideoque mira-
culo adscribendum.

CONSULTATIO CLXXXIV.

An liberatio à morbo nephritico cum suppressione urinae
per triennium, emisso, post invocatum auxilium alicujus
servi Dei, calculo insar oliva adscribenda sit miraculo?
Ubi quid si testis non reddat rationem per sensum corporis
& auditum?

1. Videtur non mereri miraculi nomen. Nam Tul-
pius observat. medic. lib. 3. cap. 7. refert mulierem
agentem annum octuagesimum nonum, ubi per trien-
nium integrum animosè tulisset in vesica urinaria calculum
ponderantem tres uncias cum duabus drachmis,
illum felicissimè enixam fuisse, ac quotidie in publi-
cum produisse, frequentassèque Sacras conciones, ac si
nihil vitii esset perpessa. Pluresque etiam historias emis-
sorum calculorum ingentium refert ScKenKius obser-
vat. 6.

2. At verò id quoque miraculo adscribendum esse, cen-
seo. Nec exempla relata officiant, cum prædicti Medi-
ci intelligendi sint loqui de his solum, qui ante emis-
sionem prægradis calculi, ut plurimum lapillos, vel
solos, vel multos simul conglobatos pluries antea ex-
cussissent, unde ab his dilatati ureteres aptiores fiunt,
per quos tunc transire possit magnus calculus, si quis
tandem in renibus producat.

3. Secus autem dicendum est de eo, qui nullibi con-
stat unquam ante calculo laborasse, sed prima vice ma-
ximum calculum cum ingentibus, ac diuturnis cruciati-
bus explosisse, miraculosè à mortis periculo evasisse
fatendum est. Quando enim in angusto uretere præ sca-
britie, seu magnitudine calculi impactus remanens
transire nequit, utinam supprimit, ac mortem in-
fert, ut testantur Trincavellius 10. de morbis capit. 9.
Parcus 24. chirurg. cap. 19. Forettus lib. 24. observat.
medic. 29. Acciditibus præsertim in hinc instantaneæ
sanationis vehementi rigore, maximo languore ob-
lancinantes dolores, & syncope cum dolore, cruciatus,
vigiliis per longum tempus adò, ut imbecillimus, in-
curabilis potius recendendus esset.

4. Imò hujus miraculi magnitudo augetur ex suppres-
sione urinae cum vehementi rigore. Id enim signum
lethale esse, asserit Hippocrates lib. 1. de prædict. & in

coactis prænot. ubi ait suppressæ cum rigore urinae mala-
tum alias, tum si antea sopor apprehenderit. Nam
fere semper huic malo suppressionis urinae concomita-
tur somnus gravis, qui mortis imminens est signum
ex Ludovico Mercato lib. 4. de intern. morb. curat. cap.
12. cum sit argumentum putrefactionis evaporantis ad
caput, quæ rigori conjuncta lethalis est ex Hippocrate
superius allegato.

Etenim suppressionis tempus trium dierum non po-
test, quin mortem afferat, ad summum quarta die,
prognosticante Roderic. Fonseca lib. 1. de calculo capit.
21. qui ita inquit: Manifestum est, si duo insignia sympto-
mata huic malo copulerentur, magnus scilicet dolor, & uri-
nae retentio, nec lapis ullo remedio promoveatur, perseve-
rantibus symptomatibus, mors quartum diem non tran-
scendet. Ideò si sanatio quarta, vel quinta die contige-
rit, miraculum esse dicendum est.

Quod verò ad testes, si deponant per verba præsen-
tiam impotentia, quamvis eo non fuerit explicite
narrata, utique ex necessitate dicendum est, quod fue-
rint præsentis omnibus iis, de quibus deponunt juxta
doctrinam Baldi in capit. tertio loco de testibus, ubi in
difficilioribus terminis sic ait: Mirabile est, quia non
deposuerunt per sensum corporis, nec de ipsorum præsentia.
Sed respondeo, quod tacite hoc videntur dixisse. Nam cum
ipsi essent de Conventu, & dicant, quod totus Conventus,
&c. & quod vox fuit unanimitas, &c. includat de necessi-
tate reipsa fuisse presentes, &c. Additque num. 60. ubi
notabile, ac menti tenendum, quod ubi testis non in-
terrogatur de præsentia, & loquitur assertive, præsu-
mitur fuisse præsens. Id ipsum docet Felin. idem nu. 4.
egregiè comprobans, quod etiam testes non reddant ra-
tionem per sensum corporis, & auditum, tamen beni-
gna interpretatione inspecta satis, videntur hoc asserere,
ac Dec. num. 39. & seqq. hoc latè comprobant, ad-
vertens num. 41. & 42. dicta testium benignè interpre-
tanda, & juvanda esse, non cavillanda, & quod ratio
testis adaptari debet ad id, quod dicit, se scire. Idem-
que tradit Fatnac. de testib. qu. 70. n. 154.

Quod si admittitur etiam, ubi testis nihil dixit de
proprio visu, fortius admittendum est, si faciat men-
tionem de visu; Idque comprobatur ex alia receptissima
conclusionone, quod ubi testis deponit de re sensu cor-
poris perceptibili, probatio est perfecta, etiam absque
redditione causæ scientiæ, dum testis de ea non fue-
rit interrogatus, Barbof. in leg. solum nu. 3. de testibus,
Gomez. var. tom. 3. cap. 12. num. 10. Vivius opin. 898.
num. 1. ubi de communi, Fatnac. dict. quæst. 70. n. 93.
Contilor. de Canoniz. cap. 25. num. 72. ac Rot. decis.
286. num. 9. coram Merlino.

Accedente maxima verisimilitudine, si nempe testes
sunt domestici, ac famuli, pluries viderint infirmum
tali morbo laborantem. Similitudo enim plurimum con-
fert ad probationem, leg. ob carmen, §. fin. ff. de testibus,
Roland. consil. 49. num. 41. & seqq. Corn. consil. 23. n. 6.
vol. 4. Cravett. consil. 95. num. 10. Mascard. conclus. 1370.
nu. 8. de probat. Rot. decis. 18. n. 16. par. 4. recent. tom. 2.
& decis. 263. nu. 6. par. 7. ac Surd. decis. 235. n. 5.

Eoque præsertim si coadjuverit probatio ex inspe-
ctione oculari facta per Judices remissoriales infirmi, in
cujus corpore vestigia, & signa, exempli causa, le-
præ, à qua mundatus fuerat, remanebant, ex scripto-
ribus hoc factum referentibus, & similibus. Quamvis
enim hæc considerari non possent nisi tanquam admini-
culla, plurimum tamen ea conferunt ad perficiendam,
& magis concludentem reddendam probationem, Abb.
in cap. præterea num. 7. de testibus, Butr. in cap. cum cau-
sa num. 12. de probat. Bald. consil. 400. num. 9. vol. 5.
Mascard. de probat. conclus. 55. n. 5. & seqq. & firmavit
Rota decis. 205. num. 29. ac decis. 417. num. 4. tom. 2.
& decis. 192. numer. 23. par. 5. ac decis. 169. num. 130
par. 6.

CON

CONSULTATIO CLXXXV.

An mundatio à lepra, applicatis ei reliquiis, aliisve
rebus, quæ eas retigerint, sit miraculo adscribenda?

1. HAc de re tertio edico, id esse miraculum magnitudi-
ac secundi generis, data probatione facti omnino
concludenti, ac perfecta, cum verè incurabilis sit lepra,
præsertim dum est confirmata, ut ferè omnes Medici
fatentur, & præ aliis æ antiquis Aetius Tetrab. 4. ser. 1.
cap. 120. de Elephantiasis loquens, est autem gravis mor-
bus, & ex eorum numero, qui incurabiles existunt, &
Paulus Aegineta lib. 1. cap. 1. ejusdem Aetii auctoritatem
sequutus, inquit: Rectè mea sententia Cappadox Aetius
memoria prodidit auxiliorum vim morbis fortiores esse
oportere, idèque elephantiasim nullam curari, ut qua
nulla potentior medicina reperitur. Et Rasis lib. 9. ad
Almenforem Regem cap. 13. asserit: Hac passio postquam
mansiva fuerit, incurabilis est.

2. Mansivam autem fuisse elephantiasim, seu lepram,
qua quis affligitur, clarè dignoscitur, si Testes depo-
nant plura fuisse applicata remediis præstidia absque
ullo fructu. Ex ex recentioribus Jacobus Uvecherus
suz syntaxis lib. 1. par. 2. in qua habet, quod elephan-
tiasis inveterata nunquam curatur, & inveterata nomi-
ne eam intelligit, quæ per plures menses duravit, ut ibi
videre est, & Felix Platerus lib. de vitis cap. 4. osten-
dens difficultatem maximam præsertionis à lepra, sic
asserit: Multò minus si confirmata sit, curari poterit; ac
subdit, nec dum qui eam curarent hætenus inventi fuerunt.
Unde pater tutam non esse opinionem Casparis Reys
in suo Campo elyso quæst. 60. n. 4. quod facile possit re-
mediis naturalibus sanari, idèque miraculi effectum
funditus destruit.

3. Præsertim verò, si testes asserant fuisse deperditam
omnem spem, eo quia facta experientia, nulla medica-
menta juvaverant, quemadmodum fuerat in hac specie
ponderatum in relatione Sancti Francisci Xaverii ad pro-
bandam incurabilitatem simili morbi miraculo 9. post
mortem, §. Eoque magis.

4. Tandò magis, si fuerit infans, qui in utero matris
leprosus elephantiasis potest evadere, dum concipitur
menstruationis tempore, ut tradit Ludovic. Mercat. de
mulier. affect. lib. 3. cap. 7. Roderic. Castrens. lib. 3. de
nat. mulier. cap. 4. Bernard. Gord. in libro medic. par. 1.
cap. 22. Hieronym. Mercurial. lib. 4. de morb. mulier.
cap. 1. Ac etiam hæreditario jure à leprosis parentibus,
vel ab altero eorum dumtaxat contrahi valeat, juxta
sententiam Aver. 3. Colleg. cap. 7.

5. Sique lepra susceperit jam magnum incrementum ita,
ut humor cholericus in toto corpore sparsus jam putre-
fieret, ut ulcera subsecuta indicabunt. Nam Avicenna
lib. 4. ser. 3. tract. 3. cap. 1. in princip. & in fine, asserit
esse difficultis curationis, ea ratione morus, quia si can-
cer, inquit, qui est lepra membri unius, est de illis,
quibus non est sanatio, quid dicemus de lepra, quæ est
cancer totius corporis?

6. Ideò cum à morbo insanabili contigerit curatio in
instanti, hoc miraculum esse instar illius, quod narrat
Matth. cap. 8. Marc. cap. 1. & Luc. cap. 5. pro certo sta-
tuendum est. Cumque à morbo insanabili contigerit
perfecta undique, ac instantanea curatio, verum mira-
culum constituendum est ad instar undecim leproforum
in novo Testamento, à servatore nostro sanatorum,
curatio omni ex parte fuit supernaturalis, si citi re-
fert Paulus Zacchias quæst. medicoleg. lib. 4. tit. 1. quæst. 8.
num. 59.

7. Et magnitudo hujus miraculi augetur, si patratum
fuerit sola applicatione terræ sepulchralis servi Dei, fo-
lorum aut florum ex ejus sepulchro, ac similibus. Hoc
enim miratus est Sanctus Gregorius Nazianzenus, lo-
quens de miraculis patratæ ad martyrum sepulchra serm.
Tom. X.

de summis. anim. cast. temp. ita inquit: Magna sunt
hæc, sed quod ad Reliquias spectat, majora his addimus,
quod non tantum tenuis pulvis ex ossibus Martyrum, ca-
pillus, vel pannus vilis talia præsent, sed etiam super illor-
um sepulchra flores, vel alii hujusmodi admoveantur;
tantum ex his, quæ intus sunt Sacris Reliquiis virtutem
hauriunt, ut ad animarum, corporumque salutem conse-
quendam, ac insuper ad mortuos suscitandos, potestatem
accipiant.

8. Meritò igitur cum Theologis hujusmodi mundatio
lepræ cum perfecta sanatione tot ulcerum reponenda
est in secundo ordine miraculorum, utpotè omnino ex-
cedens facultatem totius naturæ create, quantum ad id,
in quo fit.

9. Dato autem, quod lepra hodie non dicatur morbus
contagiosus, & incurabilis, postique curari, adhuc
miraculum ratione instantaneæ illius curationis erit re-
nunciandum. Natura enim non potest in instanti ope-
rari tam mirabilem curationem, neque in illo tempo-
ris momento arte humana, etiam validissimis artis me-
dicis curari potest, sed longo temporis intervallo, etiam
ratione ulcerum. Quia non possunt illic, ac repente
sola florum, aliarumve rerum applicatione ad sanita-
tem perduc, sicque necessario miraculum concurrere
fatendum quidem est. Quia ulcera nunquam curantur,
nisi prius abstergantur, & à sordibus purificentur, exsic-
centur, & ad cicatricem perducantur, ut ex Hipo-
crate lib. de ulceribus. Quæ omnia licet à Natura; &
ab arte fieri possint, debito tamen tempore fieri de-
bent. Ideoque ratione modis, quo hujusmodi curatio
succedit, semper pro miraculo habenda est, saltem in
tertio miraculorum ordine reponenda.

CONSULTATIO CLXXXVI.

An pulsationes, sonitus, crepitus, strepitus, rymò-
res, tinnitus, concussiones, & id genus alia, quæ au-
diuntur inus arcos, sive sepulchra, in quibus quiescunt
corpora quorundam servorum Dei, sint adscribenda mi-
raculo?

1. Negativè respondendum videtur. Nam prætermissa
suspensione Alberti Magni lib. 2. miracul. admonen-
tis, hæc multoties esse deceptiones hominum, & Sacer-
dotum ad pæcuniam, sive honorem aucupandum, quod
Pomponatius de imaginat. cap. 10. pag. 146. veris. Perus.
testatur nostris temporibus aliquando contigisse, exem-
plumque addit Polydor. Virgil. de prodig. pag. 247. sub
finem, dicitur, hanc prodigiosam pulsationem; quate-
nus supponitur indicare prosperos, aut sinistros even-
tus in salutem, sive perniciem Reipublicæ, in sententia
Aristorelis, naturaliter fieri ab intelligentiis mediantibus
corporibus cælestibus, ut latè probat Pomponatius loc.
cit. Et quatenus diceretur, id auditum ab omnibus pro
responsio ad eorum preces, id facile potest tribui vehe-
menti imaginationi, qua credunt exaudire ictus optatæ
pulsationis, strepitus, sonitus, &c. Nam per phanta-
siam multa nos agere, & pati contingit, teste Aristote-
le lib. 3. de anima cap. 3. inferente ex hoc, quod ima-
ginationes immanentes, sensibus similes sunt. Quare
etiam lib. de motu animal. cap. 6. faceret phantasiam al-
terare sensus & meditationes, & Thomas Fienus de vi-
rib. imaginat. qu. 4. sub versio. Probatur secundo ex eo-
dem lib. 3. de anima cap. 5. arguit, phantasiam posse
operari secundum naturam talis sensibilis, qualis fit
imaginando. Leges aliquando, annuente Deo, quæ
nos mira scribimus de hujusmodi prodigiis, deceptioni-
bus, viribus imaginationis in nostro opere de Sacro-
sancto fidei Tribunali.

2. Nec dissimilia narratur de sepulchro Pionis filii He-
raclis apud Urbem Pioniam, unde fumus sponte exilit,
dum cives illi parentant, quod vidisse testatur Pausanias
in Bœotica lib. 9. pag. 357. sub versio. est ibi modica, in
tumulo pænes Insulam Lipari, in quo cymbala cum
Tom. X. G g 2 crosilo-

crotalorum boati exaudire ex Aristotele refert Nicolaus Leonicus de vana historia lib. 1. cap. 89. In sepulchro Ajacis penes litus Sigæum, à quo vox truculenta emissa fugere coegit pastores Phrygios, qui illius memoriam maledictis lacefferant, teste Philostrato in primo dialogo Heroicorum.

Et cetero lib. 1. de divinat. asserit, quod paulò ante Leuëtricam calamitatem passam à Lacedemoniis, arma sonuerant in Herculis Fano. Plutarchus in vita Timoleonem refert, quod Adrianæ apertis portis evocarant Timoleonem, quia visum fuit, ostiis Templi patescētis, Deum pili cuspidem concussisse, & Julius Obsequens de prædig. cap. 31. enarrat, statuam Martis tam Laviniæ, quam Faleriæ excussisse hastam, quam manu tenebat sub Consulatu Cnei Servilii, & undecimo Consulatu Quintii Flamini cap. 34. idem contigisse Prænestæ Consulibus Q. Fabio Maximo, ac tertio M. Claudio Marcelli, cap. 35. arma magnum sonitum edidisse in Templo Jovis Vicillini Comitatus Cassani sub Consulatu Q. Fabii Maximi, & undecimo Sempronii Gracchi, cap. 43. magnum strepitum cum horrendo rumore accidisse in Templo Junonis Lanuvii, Consulibus Cornelio Cethego, & P. Sempronio Tuditano, cap. 60. hastas Martis ibidem contremuisse sub Consulatu L. Anilii, Pauli, & Cnei Bebii Pamphili, cap. 104. & 110. Bis hastas Martis per se moras, & concussas fuisse, semel Consulibus Mario, & Q. Lactantio, iterum Consulibus P. Crasso, & Q. Scevola, & cap. 113. Festis ingratum strepitum auditum fuisse sub telluri, Consulibus C. Claudio, & M. Perpenna. Oracula quoque Dodonæ Jovis Hammonis per tinnitus è leberibus æneis ad numerum, sive casu, sive consulo edi consuevissent memorant Alexander ab Alex. genial. diar. lib. 6. cap. 2. versic. Quotiescumque oraculum edebatur, ibique Tiraquellus in annotat. versic. Lebetes æneis.

Ex his enim liquet hujusmodi pulsationes, sonitus, strepitus, rumores, &c. non posse miraculo adscribi, dum constat, non dissimiles olim auditos, tinnitusque etiam ad numerum editos minimè habitos fuisse pro miraculis, sed priores pro accidentibus prodigiis dumtaxat, novissimos autem ad casum, vel studiosum artificium, quale mathematicis instrumentis quotidie fieri videmus.

Et quidem in Belgio habent Urbes præcipue in Turri Templorum cymbala ænea compluta, quæ ita ordine modulato temperantur, ut priusquam horologium grandiori sono horas narret, misceant dulcem strepitum, & musicum hymnum æneis labris emodulerent. Incinere autem soleat, dum rota versatur, cujus pars convexa, cetera sit claviculari artificiosè asperata, dispositio itè funiculos ferreos, vertigine sua mordet, ac deprimit, funiculi verò dum inclinantur, sustollunt alligatos malleolos, atque hi, postquam remisit impetus, supra ipsas rotulas, cadunt, statimque æra personant numerosè. Sed & licet iis rotulis canere, motis taxillis libera manu, & micantibus digitis. Quemadmodum in musico organo fieri consuevit. Quæ harmonia tam læta, & tam genialis potest audiri jam Romæ in ædibus Barberinis. Nam ad horas quascumque, aut quoties phanasco, seu cytharæto libuerit, modulabitur. Hinc egregium Epigramma 62. Josephi Silos centur. 3. de horologio organum singulis horis personante apud Antonium Cardinalem Barberinum.

*Pegmate, quæ cello vocalis machina surgit,
Quam belle harmonico dividit ære diem.
Namque ubi labentes horas notat aurea cuspis,
Organa dulcis sono carmine pulsa canunt.
An resonat dum currit iter revolutibila tempus,
Vt sibi seu relevet radia longa via?
Fluxilis an vita, ut tristes tibi temperet horas
Finnula mellifluis verberat æra sono?
Fallimur. Insidia sunt hæc variabilis ævi,
Et nova lærentum musica monstra videt.*

*Namque tuam tempus vorat inter cymbala vitam,
Cuspide & exorta dum canit hora, necat.*

At nihilominus, seclūs fraudibus, & imposturis improborum hominum, hujusmodi pulsationes, sonitus, strepitus procurantium ad pecuniam, & honorem aucupandum, teste enim Lactantio Firmiano divin. Institut. lib. 1. cap. 4. voluntas fallendi, & mentiendi illorum est, qui opes appetunt, lucra desiderant. Et paulò post: A quibus adfuit studium lucri, absfuit etiam studium, & causa fallendi. Et probato per legitimos testes, quod nulla arte humana eveniant, dubitandum non est, quin inter miracula debeant referri. Nam cum sit effectus admiratione plenus, & habeat causam omnibus occultam, ei profectò convenit definitio miraculi tradita à Bagnes, & ab aliis in S. Thom. part. 1. quæst. 105. art. 7. Et quatenus velimus investigare causam, sive auctorem hujusmodi pulsationis, sonitus, strepitus, eisdem convenit altera definitio, quam tradit idem Div. Thomas loc. cit. art. 2. quod miraculum dicitur aliquid arduum, & insolitum præter facultatem, sive ordinem naturæ, ac spem admirantis proveniens.

Aut enim hujusmodi strepitus, sonitus, concussiones, pulsationes tribuuntur corpori alicujus servi Dei, & tunc inter miracula resurrectionum, vel secundi gradus, quæ juxta D. Thomam dist. quæst. 105. art. 8. circa subiectum, in quo fiunt, consistunt, sunt connumerandæ, quia cum servi Dei corpus in arca, vel in sepulchro mortuum exsultat, non potest, ut vivum operari absque eo, quod supernaturaliter vivificetur.

Aut adscribuntur animæ ipsius servi Dei, & tunc 8 violenter patitur adscribendæ miraculo secundi gradus. Quia cum anima hominis, separata à corpore, non possit localiter corpora movere, ut per Div. Thomam part. 1. quæst. 117. artic. 4. Fienium de virib. Imaginat. cap. 2. quæst. 8. & quæst. 12. sequitur, quod nec etiam possit hujusmodi strepitus, sonitus, ac pulsationes naturaliter dare.

Aut tribuuntur immediatè Deo, & tunc inter miracula tertii gradus, quæ secundum D. Thomam d. 9. 105. art. 8. consistunt circa modum, & ordinem faciendi, possunt numerari. Nam licet in arca, vel sepulchro possit naturaliter sonus audiri, quia tamen naturaliter non datur sonus absque motu ex Aristotele de anim. lib. 2. cap. 4. nec motus absque motore, ex eodem de physico. audit. lib. 7. c. 1. cum in illis audiatur profusus absque naturali motore, consequitur, quod ille sonus supernaturaliter existimari debeat ex traditis à Divo Thomam d. quæst. 105. art. 8. in responsione versic. & cum statim, & Zachia lib. 4. quæstion. medicolegal. quæst. 2. num. 2.

Nec officit, motorem esse Deum. Nam effectus supernaturalis non ideò dicitur miraculum, quia produciatur à Deo, cum ejus respectu nihil debeat reputari miraculum. Sed quia Deus hujusmodi effectum operatur contra Naturam, sive præter ordinem à se in creatione mundi decretum. Non enim est miraculum, quod grave, nulla arte humana mediante, ascendat, aut leve descendat respectu omnipotentis Dei. Quia sicut disposuit, quod leve ascendat, aut grave descendat, sic potuisset contrarium statuere, sed quia id evenit contra ordinem ab eodem in creatione mundi constitutum, ut per D. Thomam d. 9. 105. art. 8.

Neque obstat, quod hujusmodi sonitus, pulsationes, &c. non sint inter miracula recensendæ, cum possint contingere mediāntibus intelligentiis, quæ sicut possunt naturaliter corpora movere, ita possunt percutere arcam, vel sepulchrum, & efficere, ut sonus percussione audiat.

Nam effectus intelligentiarum, præsertim Angelorum, 12 qui etiam naturaliter possunt cōtingere debent aliquando nuncupari miracula respectu obedientiæ prælitæ à natura, sive intelligentiis ad divini nominis invocationem, sive Dei jussum, & in terminis earum rerum, quæ fieri possunt ab intelligentiis, Angeli Sacrosanctam Domum Laurentianam

retinam in Illyricum primò, deinde in Italiam transportarunt, & nihilominus id supernaturaliter contigisse, nemo non fatetur. Angeli pariter, assumpto corpore aereo pro Isidoro arant, & Rota in relatione de illius Canonizatione in primo miraculo id recenset & inter miracula, ea quidem ratione, quia licet non sit extra spheram naturæ Angelicæ assumere corpus apparens, quando tamen talis assumptio, est ad aliquem sanctum effectum, tunc fit virtute divina, & talis assumptio, sive actus superat vires naturæ Angelicæ, & sic omninò ad miraculum referendus est ex Divo Augustino, D. Thoma per Bagnes allegatis. Templum in mari constructum, in quo fuit repositum corpus S. Clementis, fuit similiter ab Angelis naturaliter constructum, & tamen Catholica super Ecclesia naturaliter id evenisse affirmat in Lectionibus Breviarii Romani, quæ in ejus die festo recitantur, idque nedum ex ratione adducti à Rota, sed etiam quia licet Angeli possint movere naturaliter corpora, nihilominus cum unufquique sit deputatus à Deo ad proprium officium, non possunt ad aliud opus se convertere, nisi præter ordinem naturæ à Deo constitutum, atque adeo nonnisi supernaturaliter ad tradita per D. Thomam d. 9. 105. art. 7. ibique Bagnes.

Et quidem hujusmodi miracula non consistunt in eo, quod Angeli faciunt, quæ sibi sunt naturalia, sed in eo, quod nulla præcedente causa naturali abstrahant se à munere sibi injuncto à Deo in creatione universi, & agant in hoc Mundo inferiori, quæ illis Deus jubet. Nam quod opera corpora, sive Angeli obediunt Deo in aliquo opere, etiam eis naturali peragendo ex solo jussum divino ut aliquando belli victoria reportatur auxilio Angelorum & quando repente imbres Cælo mittuntur, nulla præcedente causa naturali tunc effectus prædicti miraculis sunt abscribendi juxta D. Thomam citata q. 105. art. 8.

Nec dubitandum hujusmodi pulsationes, sonitus, strepitus ab Angelis fieri, si agatur de referendo inter sanctos aliquem Beatorum. Quia cum certum sit Beatum fuisse beatifica visione, ex quo fuit à Summo Pontifice ex Legitima probatione (super illius sanctitate vitæ, virtutibus, ac miraculis ad numerum Beatorum adscriptus, nullo modo credendum est per malos Genios ad ejus sepulchrum hujusmodi sonitus, ac pulsationes fieri, ex quibus cultus, ac veneratio erga Beatum in dies magis, ac magis augetur, nec sineret Deus homines diù sic à demone decipi, si ad malum finem ab eo fierent.

Eoque præsertim, si testes deponerent, se magna cordis læticia ex ejusmodi pulsationibus misericè affectos fuisse. Nam sicut inter signa, quæ à Theologis mysticis dantur, an visiones sint bonorum, an malorum spirituum, illud præcipuum est, quod si ex eis oriatur cordis læticia, tunc quidem bonæ sunt censendæ, ut præ cæteris ait Sancta Theresia in vita à se scripta cap. 25. paulò post principium, si vero mœstitiam afferant, malæ. Sic etiam demones dum exorcismo ab obsessis corporibus excutiantur, sonitus, ac strepitus edunt, non læticiam, sed terrorem incutiunt.

Atque ex his responderetur exemplis, quæ adduximus ex Paulania, & aliis. Nam effectus illi, si veri fuerint, à demone emanarunt, & ideo non sunt miracula, ut per S. Thomam, & alios alibi à nobis adductos. Valde enim interest, an Angeli hæc faciant, an demones. Nam Angeli, qui sunt ad proprium officium à Deo destinati, dicente Divo Paulo: omnes sunt administratores spiritus, non possunt se ingerere in hoc mundo inferiori ad aliquod opus peragendum, ne quidem naturale, nisi deferendo proprium officium, atque adeo præter ordinem à Deo ipsis injunctum, & absque speciali Dei jussu, ex Lactan. Firm. divin. Institut. lib. 2. cap. 16. & Bagnes in D. Thom. q. 53. art. 1. dub. 3. ac proinde absque eo, quod miraculum censeri debeat. Demones verò, qui per universum vagantur ex eodem Lactan. loc. cit. possunt hæc facere, ac sine miraculo. Tum quia naturaliter operantur. Tum quia non

pervertunt ordinem Naturæ deferendo suum officium, cum nulli sint quasi addicti.

Nec refragatur, quod hujusmodi sonitus, compulsationes, ac strepitus possint esse phantastica. Nam licet imaginatio alicujus possit hujusmodi effectus sibi assignare, ut quam plurimis relatis exemplis tradit Cæli Rhodig. antiqu. lect. l. 17. c. 2. & 3. Thom. Fienus de virib. imagin. q. 10. conclus. 36. non tamen potest efficere, ut aliorum imaginationes idem percipiant, cum anima, sive illius potentia non possint movere ullo modo phantasiam sive aliorum potentias animales, aut ipsam animam, & quatenus corpora aliena moveant, nonnisi per sensus exteriores id efficiunt, ut docet idem Fien. q. 2. conclus. 12. & q. 12. conclus. 39. Et quidquid esset de unica, vel binis vicibus, & in unius vel alterius hominis imaginatione secus esset de multiplici, satisque frequenter pulsatione exaudita ab hominibus quamplurimis perfecti iudicii, perfectæque prudentiæ, ac imaginationis per vehementiam non depravatæ temporibus omninò diversis.

Neque item refragatur quod fortasse non sit notus finis ob quem hujusmodi ictus, sive pulsationes fiunt, ideoque censeri non debeant miracula, nam si finis esset certus, ac exploratus, ille operaretur tantummodo, ut possent vocari prodigiola, cum prodigium sit quoddam insolitum, certè rem aliquam portendens. At inde non sequeretur, quod esset miraculum, nisi aliunde constaret, cum interdum prodigia non sint miracula, ut sunt Cometae, ac hujusmodi alia, quæ propter miraculum in hisce pulsationibus non consistit in certitudine finis, sed in eo, quod fiant à Deo, vel corpore, vel anima alicujus servi Dei, hoc absque dubio supra Naturam contingit, & quatenus ab Intelligentiis, id fieri ab Angelis, non à demone.

Minus refragantur prodigia, quæ pluries evenisse dicuntur. De sepulchro enim Pionis nil mirum, cum collocatum fuisset apud Insulam Lipariam, quæ ex sulphurea materia non modò fumum, & ignem, sed boatus emittit. De voce truculenta semel emissa è sepulchro Ajacis, de unico armorum strepitu in Herculis fano exaudire, de triplici excussione statuæ Martis, de Oraculorum quasi vocibus, de ingenti strepitu semel audito sub telluri, quis non dixerit, postremum hunc ex terræ vaporibus evenisse? Et nuper antequam à Vesuviano Monte ignis erumperet, rumor magnus exauditus fuit, alia vero arte demonum, ita permittente Deo, aut eorumdem illusionis evenisse.

His autem robor accedit, quia consuevit Deus permittere, ut hujusmodi sonitus, sive pulsationes ad Sanctorum Sepulchra audiantur. Narrat enim Vvadingus in anal. Minor. tom. 7. anno 1491. num. 40. de Beato Eulachio sequens miraculum in hæc verba: *Perpetua quidem bina illa repute miracula, quod integro, pulchro, odorifero, molli aspectu gratissimo in diem hunc persistat corpore, & quod pulsata sensibilibus arca, in qua jacet perpetuo præmoneat aliquam ex Sororibus decessuram. Exploratum est, nullam eo loco obuisse, quin sonitum hunc admirandum omnines præsenferint. Hujus prodigiola præmonitionis experimentum, quod nollet, in se probavit Leonora Ojoria, Sicilia Præregina, Joannis de Vega comborialis quæ Monasterium ingressa anno 1550. ad locum transpulsari interius audivit, & expavit, paulò post Panormum profecta, hæc vita decessit.*

Scribit itidem Didacus Lopez in vita Sanctæ Theresiæ lib. 2. cap. 4. sub initio, quod in arca, in qua corpus hujus sanctæ primo loco sub humo collocatum fuit, sapissimè audite fuerunt hujusmodi pulsationes donec supra terram audire postum. Et inferius eodem capite ait, quod cum Joannes Cavillus Theaurarius Ecclesiæ Abulensis in Capitulo Generali Discalceatorum Carmelitarum instaret pro translatione corporis dictæ Sanctæ ex Alba ad Civitatem Abulensem eadem hora, qua litteras patentes ad id obtinuit, Moniales Monasterii Albe audierint tres ictus in arca, ubi corpus Sanctæ in eorum Ecclesia quiescebat.

- 22 Acheruntii, quæ est Civitas Lucanæ, seu Basilicaræ, quam appellant, in festo Patroni, seu Divi Turelaris, sub altari strepitus inauditur instar murmuris magni, quasi clamor sit interfectorum Apocalypsis dicentium: *Vindica sanguinem nostrum, Deus noster.*
- 23 In Hispaniæ Oppido Vdilla, sito ad ripam Iberi, haud procul Cæsaravgusta est nostra, & avorum memoria petreæ campana, quæ nobilissimos quoque eventus, seu trisium, seu latorum pro Christiana Republica prænuñciat sonitu, nullo impellente. Auritæ, & oculati testes plurimi hoc serid affirmant, Vairus se ait lib. 2. de *fascio cap. 14.* huius rei testimonium per publicos tabelliones transmissum à Protegibus illius Regni sæpius legisse Joannes Mariana lib. 21. de *reb. Hispan. cap. 1.* pulsam eam edidisse sponte scribit pridie quam capti Reges, & iterum sonuisse, quo tempore composito Mediolani fœdere Aragonius in libertatem est restitutus. Joannes Eusebius Nierembergius de *mirac. natur. in Europa lib. 1. cap. 8.* Quid opus est, inquit, aggerere Auctoritates, cum testatissima res sit, & ipse quæser, aut quinque nostris diebus auditu pulsatum, quod fide publica, & multis testimoniis comprobatum Regibus nostris remunerationis fuit insigni aliquo eventu subsequente. Sic ipse, qui apud Japonenses scribit admirationem esse campanam ad similem, qua tumultus ait, & simulates enuciari.
- 24 Salerni Cœnobium est Dominicanorum, cui fama est, tum ab insigni thesauro, nempe manu D. Thomæ Aquinatis, tum à nolula, quæ fune nullatenus revincta, sonum edit quoties est moriturus aliquis Religiosorum ex ea familia. Si æger quispiam decumbit, salva res videtur, sed magnopere anceps, si omnes valent prosperè. Aliquando ibi externus religiosus sollicitus de primitiis postridie in Templo futuris, ab Ordinis Neomystra, turrim Campanarum ascenderit, signum videlicet daturus, & prolapsus inde momento interit, pro cuius funere nolula illa eo die pariter audita fuerat.
- 25 Ferunt etiam, cum noctu diriperetur argentea theca in qua includebatur manus D. Thomæ, campanulam eandem sponte sonuisse, veraque dedisse indicia, manè fuit manifestum. Postquam enim diluculavit, repetita est manus super aram absque argentea ejus hierotheca.
- 26 Joannes Lupus, Episcopus Monopolitanus, perhibet ejus ingenii campanulam sponte vocalem in Cordubensi Cœnobio S. Dominiæ ultro tintiendo, feratur semper portendere mortem aut alicujus Religiosi ex ea familia, aut primarii saltem vicæ ex ordine Dominicanorum.
- 27 Idem Episcopus in Monasterio Camorensi hujus etiam Ordinis in Hispania pulsu suo, ait triduo ante præmonere aliam nolulam, quando ibi ex domesticis aliquis est è vivis excessurus.
- 28 Surtius in vita Sancti Meinulphi tom. 5. scribit esse campanulam in Pardenio Cœnobio Saxonie Bodkenæ, seu Budicensi, cui magna est reverentia, vel ideo, quia sanctimonialibus spontaneo strepitu prædicat mortem imminetentem.
- 29 In Stiria est monasterium aliud Sanctimonialium Ordinis Sancti Benedicti, quod Gossense appellatur, & in quo solum, quando ex hac vita migratura est loci Antifista, major campana duabus, aut tribus hebdomadis ante obitum, nemine trahente funebrem sonum edit. Id verò anno 1611. Patres societatis annuis litteris Provinciæ scripserunt contigisse, qui adfuerunt Antifistæ morienti, atque eam Sacra exomologei expiarunt.
- 30 Legitur etiam Campanas aliquoties sponte sua edidisse sonum, uti cum Romæ obiit Sanctus Alexius, vel in paterna domo ignotus, & pannosus in humili strato. Id evenit perinde in obitu Sancti Alberti Ordinis Carmelitarum, atque insuper ad Sacras reliquias S. Vnebal-di Abbatis ex Surtio in Augusto, & in Decembri.

CONSULTATIO CLXXXVII.

An testes deponentes de solo auditu alieno, publicaque voce, & fama, admitti possint ad probandum miraculum?

lum? Quidvis si adfuerint alii testes de visu, & certa scientia? Et an circumstantia miraculi debeant plene, & concludenter probari? Quotque testes requirantur ad probationem miraculi? Opinio testium an probet factum? Quid de teste impubere? An, & quatenus probet? Quid de testimonio puberis de visis in pupillari ætate? Quid de infante?

Quod ad primum attinet, certum est nullam eorum rationem habendam esse per textum in cap. tam literis in principio, ubi, nihil esse contra Lucanum electum sufficienter ostensum, nisi de auditu, & fama de testib. cum notatis per Gloss. d. v. de auditu, Ostiens, num. 2. Bald. num. 1. Abb. num. 5. & Aretin. num. 3. in 2. notab. alioque relatos à Farinacio testante de communi eodem tractatu quest. 69. cap. 1. num. 22. Pertriturumque etiam est, nullam sufficientem probationem in factis recentibus orti ex voce communi, & fama publica l. 3. §. ejusdem ff. de testib. Gloss. in cap. 1. v. fama, ibique post antiquiores Dec. num. 36. de appel. Bald. in l. milites 8. n. 1. C. de q. Rota dec. 16. de probat. in nov. Castador. decis. 2. eod. tit. Gregorius XV. decis. 325. num. 14. & dec. 387. num. 13. Quod fortius urget, dum agitur de probatione miraculi, requirente certam scientiam veritatis facti, quod dicitur miraculosè paratum, ut evitetur omnis suspicio elusionis in fama, qua ut plurimum solent homines decipi ex notatis ab Angelo Roccha de Canonizat. Sanctior. cap. 25. & Zucchia quest. medicolegal. lib. 4. tit. 1. q. 8. n. 1. Quare ubi requiritur scientia vera, ac certa, non sufficit scientia per famam, Gloss. in Clem. causa v. plena de elect. quam ita intelligunt Cardinalis ubi v. Intimatio q. 14. n. 5. & Imola n. 79. Felin. in cap. Cum contingat n. 4. de rescript. Buratt. dec. 459. n. 6.

Verùm id accipiendum est, quando ad probandum factum miraculosum adfunt tantummodo testes de auditu & publica voce, & fama, secus verò quando adfunt alii testes de visu, ac certa scientia Tunc enim sicut testes de auditu debent conjungi ad plenam probationem faciendam, ita multo magis debent conjungi testes deponentes de publica voce, & fama, cum majorem gradum probationis efficiant, quam testes de auditu, Farinac. dist. q. 69. num. 16. adeo, ut multis in casibus unus testis de certa scientia & duo de fama publica sufficiant ad plenam probationem faciendam, ut tradit Gabr. de probat. conclus. 1. n. 8. Gregor. dec. 258. dum. 2. & dec. 273. n. 1. ibique Add. n. 9. Quare probatio non debet tantum residere in duobus testibus, sed etiam in aliis, qui partim deponerent de visu, & partim de auditu, & in aliis testibus de auditu, & publica voce & fama. Nam simul juncti, prout conjungi debent, non est dubium, quin indubitatam constituent probationem, Gabr. loc. cit. conclus. 1. num. 1. Gregor. dec. 345. n. 2. & 3. Nec testes dicerentur singulares, si nonnulli ex ipsis, præter depositionem de actibus præcisus, testarentur etiam de aliis actibus in genere, tempore non adjecto. Unde reduci poterunt ad alios actus, per ceteros testes specificè expressos, & sic redderentur contestes in eodem actu, nempe in eodem genere miraculi. Admittunt enim Doctores, quod si unus ex testibus deponat de certo actu, adjecto certo die, loco ac tempore, alius vero deponat de eodem actu, non recordatur de tempore, & loco, ii testes præsumuntur contestes, & non singulares, Crot. de testib. q. 7. n. 321. Aymon. de antiq. temp. aliique per Farinac. relati eodem tract. q. 64. num. 74. Præsertim ubi agitur de probatione actus miraculosi successivi, & quasi continui, quo casu testes, tempus præcisè non exprimentes, non dicuntur singulares, sed probant ut per innumeros, quos adducit, ac sequitur Farin. d. q. 64. n. 90.

Præterea quamvis agitata sint inter Doctores controversia, an probent testes qui nullo modo de tempore deponunt, & pro affirmativa, nempe quod in testibus regulariter non sit de substantia tempus, testantur præpositus, Bald. Nelliuss, aliique relati à Farinacio dist. quest. 64.

quest. 64. n. 92. Pro negativa verò, quod testes non deponentes de tempore, minimè probent, tradunt ii, quos citat Farinac. ibidem n. 94. & seqq. Concordantur tamen, quando tempus non est de substantia facti, de quo agitur, ut per Farinac. n. 96. Si igitur testes rectè, ac concludenter deponant de eodem miraculo successivo, & in hoc, verè sint contestes in hoc, & in illo actu individuali, cum omnes tendant ad ideam genus miraculi, est facienda omnis interpretatio, ut testes dicantur contestes, & non singulares, Bald. in d. l. de quibus n. 38. ff. de legit. Quod verissimum fatetur cum aliis à se relatis Farinac. d. q. 64. in fine.

Ad secundum. Certum item existimo, quod circumstantiæ miraculi debeant plene, & concludenter probari absque ulla profusa hæsitacione. Nam respiciunt essentiam miraculi, qua ratione monuit Troyl. Malver. de Canoniz. Sanctior. dub. 3. n. 64. tom. 14. fol. 101. à tergo, quod in miraculis probandis fieri debet examinatio testium super singulis circumstantiis, subsdens, ita intelligendum esse dictum Bartoli in tractat. de teste §. Qualitas sive substantia, & Martini Laudensii in Canonizatione S. Bernardini.

Hinc non videtur attendenda opinio testium, si de regatur erronea, tanquam inducta à principiis non evincens factum, asserente Baldo in l. scire leges n. 3. ff. de legibus, quod opinio sit morus animi elicientis sibi aliquam conclusionem ex aliquibus principiis, quæ cum possint esse fallacia, sequitur illi minimè standum esse in materia requirente probationem necessariam, non præsumptivam adeo, ut veritas probanda sit concludenter, non conjecturaliter sola præsumptione, quæ idem Bald. in l. 1. n. 28. C. de serv. fugit. notat differre inter se, subsdens propterea in l. proprietates n. 6. C. de probat. quod notitia veritatis non debet esse in teste per rationem disputandi, sed in ipsius veritatis actu cadente sub sensu, cum veritas dicatur vera certitas, non autem conceptus mentis se applicandis ad alterum extremorum juxta descriptionem opinionis relata ab eodem Baldo in l. plagionis 8. C. ad l. Floro. de plagiar.

Quoad testem impubere dicendum videtur, quod impubes, nondum superato anno decimoquarto, non est admittendus ad ferendum testimonium, ad textum in l. 3. §. lege Julia, junctâ Glossa v. impubes, ac v. Lubricum, & in l. inveni in fine, ff. de testib. cum aliis plena manu congestis à Farinacio de testib. quest. 38. num. 1. Præsertim si in eo comprobetur dictum Alber de Malet, Campege. Emilian. Cagnol. & Clar. cujus meminit Farinac. dist. q. 58. num. 59. Quod si facta sint talia, quæ non cadant in sensum, ac intellectum pupilli, ejus testimonium super illis non valeat, quamvis subjiceretur examini jam pubes effectus.

Et quoad testem puberem deponentem de visis in pupillari ætate, idem dicendum videtur. Obstat enim communis assertio Sibentium, quod non valeat testimonium puberis de visis in pupillari ætate, quando erat proximus infantie, ut inquit Alber. d. l. 3. §. à lege Jul. n. 26. & Florian. ibidem n. 5. de testib. Aretin. in l. ad testium n. 3. ff. de testam. Joan. Faber. in §. testes autem n. 2. Angel. Aretin. n. 4. Institut. de testam. ord. Abb. in c. Cum nobis n. 6. ibique Felin. n. 9. de rescript. aliique, etiam testantes de communi, quos recenset Farinac. q. 58. n. 62.

Quod fortius asserendum videtur de infante. Indubitatum quippe est, infantem nullam fidem facere de visis tempore infantie. Nam talis ætas quicquid vider, ignorat, l. 1. Impuberes C. de falsi. monet. per quam Bald. in l. testium n. 9. C. de jur. delib. negat credibile esse testimonium infantis, sicut præter Alber. Jo. Fabr. Aretin. & Felin. loc. cit. tradunt in specie Bartol. d. §. l. Julia n. 1. Dec. in l. 2. §. Impuberes n. 11. ff. de reg. jur. Feder. Sckenk. de testib. num. 15. Campege. eod. tract. reg. 250. Clar. in §. fin. q. 24. n. 18. Vivu. com. opin. v. testis non esse non potest pupillus, Farin. d. n. 62. Didac. Didac. de Narbona in annal. an. 7. q. 44. n. 2.

Et quamvis Joan. Andreas in addit. ad specul. tit. de testib. §. 1. n. 35. lit. V. dixerit, infantem, effectum majorem, posse deponere de visis in infantia, si talia sint, quæ cadant in intellectum, ac sensum ipsius, utpotè memoriâ parentum, ac ætas Socii coætanei in Scholis, non tamen ejus assertio procedit in aliis exigentibus animadversionem, ut ibidem subdit Joannes Andreas, & observant Felin. in d. c. Cum nobis n. 9. de rescript. Alber. de Malet. de testib. n. 22. eodemque tract. Campege. reg. 112. fol. 6. dictaque regula 250. Emilian. part. 1. var. testis adductus sub n. 10. & 11. Farinac. dist. q. 58. n. 63. cum seqq. & Narbon. d. q. 44. n. 15.

Et nihilominus tenendum est, quod, si quis examinaretur, dum esset impubes, nondum completo decimo quarto anno, & sic proximus pubertati, illius testimonium, si non est habendum, tanquam dictum integri testis, faceret saltem aliquale iudicium, & admitti deberet, Farinac. de testib. q. 58. n. 18. prout etiam testis non esset deducendus ab aliis ex eo, quia propter defectum ætatis non debuerat examinari, si fuerit examinatus, Parte non opponente, quo in casu nulli dubium est, quin ex ejus dicto resulter iudicium ad probandum ea ad quæ fuit inductus, Farinac. dist. q. 58. n. 290. præsertim si testaretur de iis, quæ cadebant in illius sensum, ac intellectum, & de facto rem gravi, ac memorabili, facilisque recordationis, Farinac. loc. citat. n. 63.

Idque multo magis dicendum est de testibus, qui viderunt, ac sibi eviderunt, in puerili ac infantili ætate. Quia cum eorum dictum sit circa ea, quæ cadebant in eorum sensum, ac intellectum, rectè possunt de illis ferre testimonium, Farinac. d. quest. 58. num. 63.

CONSULTATIO CLXXXVIII.

- 1. Intra quod tempus processus Canonizationis consisti debet?
- 2. Ad probandum miraculum quot testes sufficientes?
- 3. An apponendo diadema capiti alicujus Beati, ac exhibendo illi, vel subscribendo illius imagini ritulum Sancti, transgrediantur limites Beatificationis?

Ad primum. Debet absolvi intra terminum novem mensium, juxta declarationem Alexand. Stiath. in prax. cap. 6. relata à Farinac. de testib. q. 77. num. 137. & numeratur à die præsentationis remissorialium, etsi aliàs oppositus fuerit textus in l. 1. §. l. fin. C. de dilat. & can. spatium 3. q. 3. quod intelligendum est est à die concessæ dilationis. Defectus verò exhibitio- nis remissorialium, coram binis dumtaxat ex tribus deputatis, cessat ex clausula seu duobus ipsorum; apposita etiam inscriptione literatum.

Ad secundum. Duo tantum sufficientes, cum quilibet actus duobus testibus concludentissimè probetur, cap. novit ille de judic. cap. in omni, & cap. licet de testib. Et in specie, quod miraculum duobus testibus comprobatur, firmiter Collect in c. 1. de relig. & vener. Sancti. n. 6. Felin. in d. cap. licet n. 21. Gabr. de testib. conclus. 2. num. 59. Panvin. in relat. S. Bonaventuræ p. 2. art. 4. Castellan. de Canoniz. q. 7. §. Quare, Rota in relatione Sancti Raymundi p. 2. art. 8. & in relatione S. Isidori Agricolæ in 4. miraculo post mortem, & in relatione Sancti Ignatii Loyolæ in primo miraculo, & Beati Andree Avellini in 1. & 13. miraculo, & alibi pluries, teste Contiloro de Canoniz. Sanctior. cap. 28. num. 3.

Ad tertium. Affirmativè respondendum videtur. Nam Imago Beatificati cælatur; aut piangitur cum radiis tantum, Canonizati verò cum diademate circum caput, ut inter eos appareat differentia, testibus Troyl. Malver. inter eos appareat differentia, testibus Troyl. Malver. de Canoniz. Sanctior. dub. 1. n. 19. ad 20. tract. tom. 14. fol. 92. & Contiloro. eod. tract. cap. 2. n. 10. & seqq. Cum- ter se, ut inquit Scauhus de notis, & signis Sancti. sect. 1. cap. 3. lit. B. pag. 97. & 98. ac Lezana consulti. 1. n. 60.

ann. segg. non est beatificatio tribuendum nomen Sancti, quod ab Ecclesia usurpatur pro superiori respectu inferiori, prout d. c. 8. pag. 98. animadvertit Scahus sub eadem lit. B.

At verò quoad diadema, etiam si vera esset distinctio Malvetii circa signorum significationem, nihilominus dum nulla lege prohibetur pingi Beatos cum diademate, potest, nulla habita ratione distinctionis pingi à pictore imago alicujus Beati cum eo signo, ex quo omnia censentur permitta, quae non reparantur prohibita, Oldrad. conf. 228. n. 1. Anchar. conf. 243. in princip. Alex. conf. 57. n. 1. vol. 1. praesertim quia pictores supra capita Beatorum promittent quodlibet signum ad suum libitum pingere consueverint, ut asserit Contilor. loc. cit. c. 2. nu. 12.

Quod verò ad prænomen Sancti, cum illud à Surio, Lippomano, & à Sanctis Patribus indifferenter omnibus tum Canonizatis, tum iis, qui cum fama Sanctitatis obierunt, tribuatur, utique poterit praeponi nomini illius, qui à Sede Apostolica titulo Beati fuit insignitus, absque eo, quod transgrediantur limites Beatificationis, cum dici poterit non fuisse additum ad significandam solemnem Canonizationem, sed potius gloriam, quae in Caelis fruitur, prout proprie in aliquibus Regionibus illud nomen accipitur. Quandoquidem in interpretatione verborum magis inspicenda est significatio Regionis, in qua profertur, quam alterius, seu propria ipsius verbi, ut per Alexan. conf. 131. nu. 4. vol. 6. Surd. dec. 227. nu. 4. ac Rota dec. 390. nu. 7. p. 2. recen.

5 An autem Canonizatio differat essentialiter à Beatificatione alibi disceptavimus.

CONSULTATIO CLXXXIX.

An puer submersus in mari, in puteo aqua, musti, spatio trionis, vel quadrantis hora vel semiquadrantis unco per vestes extractus, lividus, & lingua exserta, si invocato auxilio alicujus Servi Dei, non moriatur, id miraculo sit adscribendum?

Affermo, & confirmo, quod alibi de hac re disserui. Potest enim iteratò cum fructu idem argumentum versari. Ut autem id prohem, praefari primum oportet, quod calor, in quo praesertim vita animalium, sanguine praedictorum, consistit, adeo est vehemens in corde hominis ob eandem sanguinis abundantiam, ut nisi continuè respirations, & expiratione refrigeretur, illic perire necesse sit ex sententia Aristotelis de respir. cap. 2. in fine, cap. 7. & Fernel. in physiol. tit. de fune & humor. lib. 6. cap. 16. sub initio. Quodque tanta est in homine respirations necessitas, ut licet in historiis, recensitis à Zacchia quæstion. medicolegal. lib. 4. tit. 1. qu. 7. n. 9. & segg. scriptum reperitur absque potu ac cibo, qui pariter sunt plurimum necessarii ad vitam conservandam; ut per Zacch. loc. cit. n. 2. & 22. multos homines naturaliter diu vitam duxisse, de quo nos alibi fusissimè, nihilominus tamen absque respiracione nullum, ne quidem exiguo temporis spatio vixisse. Legitur, imò nec posse vivere communis est omnium tam Philosophorum, quam Medicorum sententia, cum respiratio sit ipsa vita, Aristor. loc. citat. & eodem tit. de respirat. cap. 15. in fin. Belvacen. de natural. histor. lib. 24. cap. 52. Galen. lib. 1. de respirat. cap. 12. Hieron. Faber. eod. argum. lib. 1. cap. 1. Fernel. ibidem lib. 6. cap. 17. Zacch. d. lib. 4. tit. 1. qu. ult. nu. 42. Sicut enim, ut ait Cael. Rhodigin. antiq. lect. lib. 1. cap. 20. ex Aristotele, & Pico Mirandulano motus primi mobilis vita est omnibus, ita evidentissima, & communis operatio vitæ intimus motus. Cassante autem Caelo nec cætera movebuntur. Sic in minori item mundo, si cesset motus cordis, omnes alii motus cessare pernecessè est. Nec lapis itaque deorsum descenderet, neque ascenderet ignis. Quod mirum utique est, sed verum, si motus quiesceret primus. Est autem primum, quod in uno quoque genere est causa reliquorum, quæ sub ea continentur serie, licet non omnia eandem causæ habeant

rationem. Unde nil mirum, si nonnulli ex antiquis Philosophis univertum existimarent animatum, cum non incongruè ipse motus ejusdem animi dici possit, ac hominem appellarunt Microcosmum, cum ad illius similitudinem fuerit creatus.

Deinde quia nulla datur sub aquis respiratio defectu materiæ ipsius respiracionis, quæ est aer ambiens secundum Aristotelem de respirat. c. 5. Quia cum unumquodque elementum in suo loco, sive regione naturaliter permaneat, non potest aer sub aquis, nisi violenter attractus, existere, & quatenus aliqua detur sub aquis respiratio, ut ex plinjo lib. 9. natur. histor. c. 7. asserente, pisces in aqua respirare, illam tamen non esse sufficientem & proportionatam ad refrigerandum vehementem calorem cordis hominis, ita, ut ex defectu respiracionis, & refrigeracionis non moriatur, ex mox dicendis patebit.

Ad hæc, quia juxta doctrinam Fernelii loc. cit. c. 17. facultates motivæ in homine sunt triplicis generis. Prima quæ semper ad statum illi tempus à Natura operatur, nec valet ab homine impediti, ut est pulmonum, & arteriarum pulsatio. Secunda quæ est absolute ipsi homini libera, & voluntaria, ut ambulatio, & locutio. Tertia, quæ quidem est eidem homini voluntaria, sed non absoluta, ut sunt lotii, & excrementorum, ac etiam respiracionis retentio. Potest enim homo hujusmodi, facultates motivas ad tempus prohibere, sed necessitate cogente, postquam aliquo intervallo temporis illas compressit, demum exercere compellitur. Verum quanto tempore possit homo dictas facultates compefcere, quisque poterit proprio experimento judicare, & quicquid sit de excrementorum compressione, respiracionem certè nedum quarta, sed ne vigesima quidem horæ parte comprimere posse cognosceret.

Potremò quia maxima est differentia inter eos, qui suffocantur in aqua ex defectu respiracionis, ac illos, qui laqueo, fumo carbonis, sive alterius similis rei, aut Syncope, apoplexia, & aliis hujusmodi. Nam licet aliquo ex his morbis, sive accidentibus impediatur respiratio, dummodo in totum non tollatur, potest nihilominus in se vivere, cum existendo in loco, ubi est aer ambiens aequaliter, licet insensibiliter, possit respirare, prout necessariò fatendum est, respirare illos, qui post longum deliquium abque signis respiracionis recipiunt ex integro vires, cum alioquin asserendum esset eos vixisse absque respiracione. Quod nemo dixerit. At id non accidit in suffocatis in aqua; quia cum in ea non adsit aer, nullo modo possunt respirare, atque adeo brevissimo tempore illis mori necesse est.

Ex his autem certum remanet, non posse puerum præcipuè ne per quadrantem quidem horæ in mari, in puteo aquæ, musti permanere absque eò, quod moriatur, cum impossibile sit tanto tempore naturaliter vivere sine respiracione, quæ vitæ comes est necessaria, qua carere non possumus, vel per temporis minimum, teste Aristotele lib. 6. de respir. cap. ult. Galeno lib. 1. de respir. c. 12. & de milit. respir. lib. 1. cap. 1. de usu part. lib. 4. Fernel. loc. cit. lib. 6. c. 12. Horfmannus ex sententia Schenkii, & ipse Horfmannus in comm. lib. de usu partium, Gal. Laurentius cap. de pulmon. ac Hieronym. Fabricius, qui in lib. de respirat. c. 1. & sic ad rem disserit: *At vero à respiracione maximum, & præcipuum fructum animalia percipere hinc dignosci licet, quod, præcisus cruribus, proximis ambulatio, manibus verò amputatis, exemplo apprehenso deperditur, sic oculo exemplo, cessat visio, lingua verò amissa, locutio perimitur, at respiracione, vel parvulo intervalle cohibita exemplo, & vitæ, & locutionem, & incessum, & apprehensivem, & uno verbo dicam, vitam ipsam deperdi videmus eas. nus, ut respiracionem à vita, & vitam à respiracione separare, ita, ut viventem non spirare, & spirantem non vivere sit impossibile.*

Hæc ratio insuper addi potest. Quia inspiratio, ac respiratio sit à necessitate, mediis, materia, & instrumentis. Inspiracionis autem materia est aer, qui nullus sub mari, sub

sub puteis aquæ, vel musti existit. Instrumenta verò cum moveantur ab instinctu, à natura, & à necessitate, scilicet ad cordis astuantis flabellacionem, sequanturque cordis, primi motoris motum, certè moveantur ad eundem, expurgandoque aerem, qui nullus est sub aqua, cum occupetur ab aqua. Erenim spirituales partes primam, postea totum corpus in aqua enatant, & submergantur, sicque cor, existente flabellandi necessitate ex defectu aeris non potens sub aqua existere, & ex inhabilitate instrumentorum, non poterunt sequi motum cordis, cor suffocatum iri necesse est.

7 Neque obstat Zacchia quæst. medicolegal. lib. 4. tit. 1. qu. ult. nu. 28. dum ex eo non videtur attendenda opinio testium super morte ex suffocacione, qui infantem extractum viderunt lingua extra os porrecta, & sine motu, cum ponerit utrumque accidere ex generato vapore musti. Nam loquitur de eo, qui quasi mortuus reputatur ex ebrietate, vapore vini, aut cerevisiæ, fulminisque ictu. His enim casibus respiratio non cessat, sicuti cessat in suffocato. Alibi respondimus Alexandro Benedicti, Sclenkiu, Christophoro à Vega, & Petro Eorsto.

8 Minusque dicatur sub aquis dari aliquam respiracionem per ea, quæ tradit Plinius lib. 9. cap. 7. in quaestione, an pisces respirant. Nam quicquid de Plinii affirmativa opinione quoad piscium respiracionem, quam nec ipse vult pro vera affirmare, cum pro negativa militet Aristotel. de respirat. cap. 12. certum omnimò est, posse hominem sub aquis aerem, quem intrinsecus reineret, emittere, & respirare, sed cum non habeat branchias, aut fistulam, certum pariter est, non posse eundem aerem resumere, aut cum illo respirare, quia loco aeris, vel simul cum ejus minima quantitate longè majorem aquæ bibat, & repleat concavitates corporis, in quibus aer expulsus exitabat aded, ut paulatim aere emisso, non moriatur.

9 Quod sanè mirabilis esset, si postquam puer fuerit extractus, aquam, aut mustum non evomeret, cum illud toto tempore, quo in ea submersus fuit, non biberit. Si in multo, non in aqua maneret suffocatus. Nam dum non bibit mustum, necesse est dicere, id accidisse, vel quia obierit statim, vel quia in eo steterit per quadrantem horæ sine respiracione. Si primum, illius vita inter miracula resurrectionum debet numerari. Si secundum, cum id naturaliter contingere non possit absque, eo quod moriatur, saltem supernaturaliter à morte fuisse præservatum, dicendum est.

10 Eoque magis, si non in aqua, sed in multo fuerit submersus. Nam cum homo suffocari possit non solum ob impedimentum respiracionis, sed etiam aer ambiens sit vel in extremo calidus, vel frigidus, ut per Belvacens. in specul. histor. lib. 24. cap. 54. dum fuerit duplex in puero suffocatio, ex defectu scilicet aeris ambientis, aut ex vapore calidissimo musti, utique vel de resurrectione, vel de præservacione à morte non est dubitandum.

11 Quare probatis precibus alicui servo Dei porrectis, & instantanea resurrectione abique aliquo medicamento, vel humana ope, ex invocacione enim alicujus servi Dei miraculum ad ipsius intercessionem sequitur dici, habetur in relatione Beati Thomæ de Villanova per Coccinum, Sacræ Rotæ Decanum, impressa apud Contilorum de Canoniz. s. Sanctorum. Hac etenim ratione per Sanctos miracula fieri dicantur, Dum Deus ad eorum invocacionem, seu per eorum merita miracula dignatur operari, ut per eundem Contilor. loc. cit. cap. 17. n. 4. Et probatis extremis, nempe pueri morte, & invocacione, sive voto emisso illi, de cujus beatificacione, vel canonizatione tractatur, satis probatum miraculum asserit Contilor. loc. cit. cap. 18. n. 13. & Gloss. in can. nihilominus 3. q. 9. relata à Panvin. in relan. S. Bonaventuræ p. 2. art. 4. in fin. quibus addo Rotam in relan. S. Ignatii mirac. 2. Beati Jacobi de Martibia mirac. 5. Petri de Alcantara mirac. 9. post mortem, & B. Andreae Vellini mirac. 4. Videndus Troilus Malvet. de Canoniz. Sanctor. rub. 3. n. 71. tractat.

tom. 14. fol. 102. ubi agitur de testibus deponentibus vidisse mortuum, & paulò post ad preces, sive intercessionem alicujus servi Dei, resurrexisse.

CONSULTATIO CXC.

An, & quatenus sanatio instantanea à nervorum convolutione, pluribus annis confirmata cura manuum, pedum, quæ attractione, ac lingua ad loquendum impedita, impletur alicujus Servi Dei auxilio, sit miraculo adscribenda?
An, & quatenus adhibenda sit fides asserioni dicentis, quod aliquis Servus Dei sibi apparuerit, ac præservaverit ab infirmitate, à periculo à morte?

AD primam hegendam viderur. Nam certum est, quamlibet speciem convolutionis enumeratam à Sennetro inffit. medic. lib. 2. p. 3. sect. 2. cap. 3. arte medica sanari posse ex traditis ao eodem medic. pract. lib. 1. p. 2. c. 8. Zachuto tom. 1. de medic. princip. histor. lib. 1. bistor. 51. & 52. Alexandro Benedicto de omni morbor. sign. lib. 1. cap. 44. ac segg. & lib. 20. cap. 5. ac Ludovic. Mercato tom. 6. lib. 1. de internorum morbor. curat. cap. 15. de convulsione. Data enim possibili curacione medicamentis adhibitis spatio aliquot dierum, non debet pro miraculo asseri, quod virtus Naturæ, illis adiuta, valet efficere.

At esse miraculo adscribendam, concurrentibus infra scriptis circumstantiis, respondendum cenleo. Pro qua re præmittendum est, quod convulsio, quæ græcè spasmus dicitur, præ cæteris provenit ex omnibus causis, quæ immodicè corpus exsiccant, ut per Galen. 3. prog. com. 36. Nam tunc ob nimiam siccitatem fit nervorum attractio, in qua præsertim consistit motus convolutionis, ac insuper quod sicuti nervus destitutus motioni alicujus partis corporis, magis afficitur, ita quoque pars illa magis attrahitur, & offenditur, ut quia nervi destinati ad motionem manuum, pedum, ac linguæ sint magis affecti, quàm cæteri.

Præmittendum item est, quod inter causas exsiccantes connumerantur omnes passiones animi, & præcipuè timor vehemens ex Galeno loc. cit. ac Pacet. in observat. tit. de vuln. in unversal. lib. 2. cap. 25. de convuls. caus. Quia omnis calor, & spiritus ad cor recurrit timoris causa, & aliquando aded vehementer, ut illud suffocet, Fernel. in physiol. tit. de morb. caus. cap. 18. Unde multoties convulsio provenit.

Præmittendum etiam est quod convolutiones ex siccitate provenientes ferè immed. cabiles sunt, Galen. lib. de timore, palpitat. & convuls. propè fin. ubi convolutiones, quarum siccitas causa est, minimè medicabens. Nam sic affecti citissimè intereunt, nec medicamenta sibi ipsis utilia excogitare permittunt. Et convulsio, quæ multas partes, præsertim cerebro vicinas, occupat, periculosa est, tum etiam illa quæ musculos thoracis obsidet, nam metuitur, ne ob difficilem respiracionem aeger suffocetur; Lazar Meysson. in brev. medic. lib. 1. c. 6. §. Diagnostis, si à copioso sanguinis fluxu, & Hippocr. sect. 5. aphor. 3. & sect. 7. aphor. 9. aut immodicæ purgatione ex eodem sect. 5. aphor. 1. & 4. & sect. 7. aphor. 24. convulsio generetur, ut plurimum lethale signum est. Tum quia talis convulsio ab inanitione oritur. Tum quia fieri potest, ut illa interdum ab irritatione eveniat commotis humoribus acerbis, ac biliosis, & ad partes nervosas translatis, vel à qualitate maligna medicamenti, ut ex assumptione hellebori, & antimonii contingit, Meysson loc. cit. Convulsio vero, quæ perniciotam phreneticam tenet, lethifera est. Hinc Aetius cetrab. 2. serm. 1. c. 17. 131. ait, ex iis, qui ita convulsi sunt, neminem servatum esse ipse vidi, neque qui videret, audivi.

Ac demum præmittendum, quod quatenus curentur, non posse, nisi longo tempore curari, tradit Pa. et. sibi-dem lib. 2. cap. 2. ex sententia Hippocratis asserentis, quod absoluta, & prius confirmata siccitas insanabilis quod absoluta, & prius confirmata, non est, que non omnimò, ac prius confirmata, non est, que non omnimò, ac prius confirmata, non est, interdem, etiam cum difficultate curacionem admittat, cum longum tempus ad siccitatem removendam sit opus.

Ratio

Ratio autem est. Quoniam ad tollendam convulsionem, cujus causa vehemens fuit siccitas, maxima humiditas necessaria est, ideoque non valet cum illa, quæ regulariter in corpore humano extitit, sanari. Tum quia non est ex se sufficiens. Tum quia nec intrinsecus, neque extrinsecus potest taliter augeri, ut maximam siccitatem in instanti humectet. Quod secus est in convulsione orta ex frigiditate, aut humiditate. Nam tunc sicut calor naturalis potest brevi tempore vehementissimè accendi motu, ira, aliisque similibus causis, sic poterit in instanti exsiccare humiditatem, aut expellere, aut tollere frigiditatem.

His igitur sic præmissis, manifestè liquet, quod cum timor, ac consequenter siccitas fuerit causa convulsionis, vel quæ sequitur phrenitidem, aliæque superius enumeratæ, quatenus arte medica possint sanari, nihilominus si infirmus ante instantaneam sanationem fuerit ab ea oppressus, ut non potuerit loqui, ambulare, ac operari, nec medicamenta adhibita illi profuerint, quinimo in pejori forsau statu, quam esset in principio morbi, cum constituerint. Quod deponere medicus debet, proculdubio dicendum est, sanationem sequutam in instanti, non contigisse naturaliter, sed miraculo esse ascribendam. Unde miraculum hujus sanationis non consistit in eo, quod infirmus esset insanabilis, sed quod non potuerit in instanti sanari.

Eoque magis si periti in arte asserunt, morbum aliquem curatu impossibilem, aut difficillimum esse, non videtur hæsitandum, attentis facti circumstantiis, de eventu miraculoso, cum medicus ipse talem judicaverit, cui standum est in his, quæ respiciunt suam artem, Anchar. conf. 330. n. 6. Bald. conf. 136. n. 4. & conf. 257. ante med. lib. 2. Clar. recept. seni. §. homicidium nu. 43. passimque alii, & in hac specie Rota, & Congregatio Sacrorum Rituum plurimi semper fecerunt peritiorum, medicorumque judicium, præsertim in relatione Sancti Ignatii miraculo 1. Beati Thomæ de Villanova miraculo 1. apud Contilor. de Canonizat. Sanctor. pag. 677. Ad do Angelum Victorem consult. medic. Beati Palschalis Baylon. mirac. 7. eundemque Contilor. cap. 18. n. 129. Et ad induendum miraculum non est necessaria impossibilitas curationis morbi, sed sufficit, quod maxime difficilis extiterit ex deductis per Zacch. quest. medicoleg. lib. 8. q. 8. num. 4. Quod magis comprobaretur, si infirmus sanitatem in omnibus membris uno, eodemque instanti recuperaverit, quod certissimum miraculum dicendum est ex copiosè congestis à Contilor. loc. cit. cap. 17.

Est igitur, quod aliquæ convulsionem sanabiles dici possint, considerandæ tamen sunt in facto plures circumstantiæ, ex quibus sanatio redditur miraculosa, nempe assertio Medici de morbo incurabili, vel cura difficillima, deque medicamentis frustra adhibitis, reputatio ipsius medici pro eventu omninò miraculoso, efficaces preces servo Dei porrectæ, sanitatis recuperandæ in eo spes omnis collocata, indubitabilis instantaneitas, qua immediatè post servi Dei imploratam opem, vel illius apparitionem salutem penitus recuperavit. Quæ omnia cum sint ex causa supernaturali, ac supra vires totius Naturæ creatæ, constituunt verum miraculum ex D. Thoma p. 1. q. 107. art. 8. & quest. 110. ar. 4. & 22. quest. 178. art. 2. Gloss. in cap. un. v. Sedis Apostolica de reliq. & vener. Sanct. in 6. aliisque congestis à Contilor. d. cap. 18. numero 2. Præcipuè si sanatio fiat subito, ac in instanti, & sit undique perfecta ex perperis à Zach. loc. cit. lib. 4. tit. 1. q. 8. n. 7. ac 9.

Neque scrupulum injiciunt adhibita medicamenta. Nam cum ex Medici assertionem omninò ad curam in sufficientia habita fuerint, & ex Galen. 2. aphorism. xxviii com. gravitas major, & morbi perniciosa arguitur, si medicamenta adhibita nihil profecerint, & de miraculis Rota judicaverit, licet medicamenta adhibita fuerint, præcipuè in relatione Sancti Caroli mirac. 6. & Sancti Ignatii miracul. 8. & Hieronymi & Siliani mirac. 7.

post obitum, ubi considerata fuit ratio Chirurgi super qualitate morbi, & inefficacia remedium.

Ad secundum, respondeo. Quando ex natura miraculi aliter id probari non potest, ut contingit in revelationibus, & apparitionibus illius, de cuius beatificatione, vel canonizatione agitur, tunc sufficit unicus testis ad probandam revelationem, vel sanationem ex apparitione sequutam, ut expressè scripsit Contilor. de Canonizat. Sanctor. cap. 18. n. 18. auctoritate Rotæ in relatione Sancti Raymundi p. 2. art. 8. in rac. 8. & ar. 4. mirac. 9. in relatione Sancti Caroli p. 3. mirac. 4. in relatione Sancti Ignatii miracul. 2. & 3. in relatione Sanctæ Theresiæ de miracul. ut. de aliquibus mirabil. in relatione B. Petri de Alcantara p. 2. de aliquibus apparit. in fin. & in relatione S. Didaci §. 10. in fin.

CONSULTATIO CXCII.

De, & quatenus sanatio à vulnere lethali emissis precibus ad aliquem Dei servum statim consolidato, cicatrice tantum apparente, sit supra vires Naturæ?

Respondendum videtur, sanationem hanc naturaliter contingere posse, addita fiducia vulnerati. Cum enim vulnus non læserit aliquam partem nervosam, nec nec ulla ex parte liberum capicium impediaverit, & magnum sanguinis profluvium inde exierit, facillimè poterit sanari. Narrat enim Alexander Benedictus lib. 1. cap. 48. sub initio, vidisse vulneratos post sanguinis copiosum profluvium sine contractionis metu paucis diebus liberatos, subdens quoque in Castris vidisse Chirurghum curantem nobilem adolescentem, cujus vulnere ad cohibendum sanguinis profluvium amici lintheolos admovebant, statim illos amovisse, & simulando nescio, quid in vulnere digito perquirere, ut frustrando eluderet amicos vulnerati, conquirentes de larga sanguinis profusione, donec permitteret sanguinem pro ægri viribus citra animi deliquium fluere, quo actu ægrotantem turum à spasmo reddidit, ut octavo die sanus per cubiculum deambulaverit. Quod ex eo repetit Sckenckjus observ. medic. lib. 5. tit. de vulnere. observ. 3.

Deque vulnere abluendo cum vino meminuit Hieronymus Fabricius ab Aquapendente lib. 2. cap. 10. de vulnere. relatus à Sckenckio loc. cit. observ. 18. Vinum enim, sicut potentia calidum est, ita potentialiter reductum ad actum per se calefaciendo exsiccat, ut ratiocinatur Zachutus de medic. princ. histor. lib. 2. histor. 74. in paraphr. sub lit. A. adnotans cum Hippocrate lib. de ulceris, quod ulcera vino sunt exsiccanda non prætermittendo, quod vulnere conglutinatio solius naturæ opus est, teste Senerto instit. medic. lib. 5. p. 2. sect. 3. cap. 7. qui etiam Medicinæ practicæ lib. 1. part. 1. cap. 17. num. 8. docet, vulnere capitis in occipitio, nempe posteriore illius parte, non esse periculosa, quia ibi os firmius est.

At nihilominus, si constiterit, quod vulnus fuerit lethale, aut difficilis curationis, quod medicamenta vulneraria frustra adhibita fuerint à perito Chirurgo, cujus attestatiō standum est, cum hoc sit de iis, quæ concernunt ejus peritiam, ex alibi adductis, quibus addo l. semel, C. de re milit. l. 1. ff. de ventr. inspic. Gloss. in §. praterea Institut. de rer. divis. Bartol. in l. Divus ff. de extraord. crimin. in l. nulli, C. de Sanct. baptism. in l. 1. C. de Condit. ob caus. in l. 1. ff. ad municip. in l. si tibi §. si quadam ff. de pact. Angel. in l. si cum dotem §. si Maritus ff. solut. matrim. Becc. conf. 44. nu. 10. Gregor. XV. dec. 125. nu. 9. ac probata instantanea vulneris sanatione, vel quod non potuerit tam citò naturaliter sanari, sanatio dicenda erit supernaturalis, atque adeo miraculosa.

Nec obstat exemplum relatum ab Alexandro Benedicto ad corroborationem sui dicti, quod vulnere etiam lethalia possint sanari. Nam miraculum hujusmodi consistit vel in instantanea, vel in præpropere sanatione, in qua fundantur miracula, quæ dicuntur tertii generis. Et præpropere cum idem Alexander asserat se vidisse vulneratos post

post sanguinis copiosum profluvium sine contractionis metu paucis diebus liberatos, & paulò post in exemplo allato, vulneratum, octavo die sanum per cubiculum deambulasse, inde argui potest, non posse paucis horis vulnus lethale sanari, atque adeò sanatio illicò, vel brevissimo temporis spatio absque ullo medicamine sequuta, relicta tantum minima cicatrice ad majorem miraculi evidentiam, non potest contingere, nisi supernaturaliter ex ponderatis per Contilor. de Canonizat. Sanct. cap. 17. num. 14.

Minus officium, quæ dicuntur de ablutione vulneris cum vino. Constat enim nullius esse ad medelam vulneris efficaciam. Quinimò periti testantur potius obesse. Est enim apud Chirurghos tritum, quod in vulneribus, præsertim altis, debeat prius deveniri ad medicamenta expurgantia, ut est usus termentioæ, ac similibus, adhibitis etiam minutissimis panniculis, sive lineamentis, ut sanguis, & materia purulenta paulatim extrahatur, deinde ad restringentia, inter quæ vinum. Itaque statim adhibere vinum subito vulnus restringendo, corruptum sanguinem putredini magis exponit. Idque præsertim si vulneratus dolorem non perceperit. Ex hoc enim magis miraculum comprobatur ex Contilor. loc. cit. nu. 19. Hæc enim est natura miraculi, ut fiat sine dolore illius, in quo patitur. Nec dici poterit læsam non fuisse aliquam partem nervosam, si contrarium testetur peritus, cui omninò fides adhibenda est ex jam dictis.

CONSULTATIO CXCIII.

De Canonizatione Sanctorum Martyres vindicati. Miracula post mortem. Processus Canonizationis. Ritus ejusdem. Canonizatio de Cælo. Canonizatio miraculis confirmatur. An miracula sint necessaria in Ecclesiis. A Joanne Calvino tentata mortui resuscitatio.

Ecclesiæ consuetudo fuit, vel in ejus prima ætate, ut in Dyptica non transcriberentur, nisi magno cum delectu, nomina eorum, quibus cultus, ac veneratio deberetur. Quod adeò verum est, ut Martyres ipsi sine maturitate suffragiorum, eum honorem non consequerentur. Etenim de iis Episcopus ad Primatum referebat, & Primas eum discussa cum aliis nationis Episcopis, de cultu eorum decernebat, Baron. anno Christi 514.

Reprehensionem ideo meruit Romæ Lucilla, potentissima scemina, quod visa esset Lipsana excolulari Martyris cuiusdam nondum vindicati, ut loquitur Optatus Milevitanus, idest nondum declarati, seu approbati. Ex qua re conjicere sit, ne ex privata quidem pietate id olim licuisset. At calculo Ecclesiæ accedente, implorabantur ex veteri Ecclesiæ disciplina, quæ habet, inquit sanctus Augustinus de verb. Apost. ser. 17. cap. 4. ut cum Martyres recitarentur ad altare Dei ibi non pro ipsis oreretur. Injuria est enim pro Martyre orare, cujus nos debemus orationibus commendari.

Id præsertim decernebatur, cum frequentia erant miracula ad Sacras eorum exuvias: Si quis est foris, ait Sanctus Joannes Chrysolomus, de S. Babyla Martyre agens orat. contra Gent. qui mortuorum resurrectionem negat, cum viderit Martyris nostri facta illustriora esse post obitum, in posterum erubescat. Qui Martyr strenuus aliquis bellatoris more, trophæis trophæa conjunxit, magnis majora, & mirabilibus mirabiliora?

Jam de vera virtute, ac sanctimonia eorum, qui in divos transcribi debent, Sacra Romæ Tribunalia disquirunt, & coacto Sacra Romæ Ecclesiæ Cardinalium Senatu, cui quoque interveniunt Episcopi, quotquot in Urbe fuerint, in suffragia itur, ac demum ipse Romanus Pontifex, cujus ore loquitur Deus, nomina Sanctorum sine errore pronunciat. Verum de hac re infra.

Hæc autem nostrorum Divorum apotheosis, vel ut castigatori vocabulo utamur, Canonizatio, visa est interdum cœliis etiam confirmari. Nempè in Sicilia

obierat Albertus, vir religiosissimus ex Ordine Carmelitarum, & cum de ejus supremis honoribus ageretur, Clerus quidem tenax disciplinae severioris, ordinarium Sacrificium pro defunctis ei destinaverat, etsi erat illustris opinio de illius sanctitate. Contra, populus universus judicabat eximi eum debere à conditione communi. Ergo in re ancipiti consilia conferunt Siciliae Rex Fridericus, & Vndericus Episcopus Messanenensis. Et quia prodigia obvenissent, solum spontè dato ab ipsis nolulis Templorum in ejus obitu, & emissis odoris fragrantia ex corpore ipsius, statuerunt Deum rem committi debere, indicto tridui jejunio. Cum ecce tibi, dum erant supplices in Templo Clerus, & Populus adertantque Rex, atque Antistes, de Cælo sunt allapsi pueri duo amicti albis stolis auro intextis, ac de aëris pegmate, sive odore enunciarunt in Alberti funere cantandum esse? Os justi meditabitur sapientiam, & mox in Cælum recepti ex omnium conspectu abierunt. Quo circa Aris, & Templis dignus summa Populi, & Cleri gratulatione Sanctus Albertus habitus est, & tam Fridericus, quam Antistes Vndericus Apostolicæ Sedis consensum pro ejus perpetuo cultu, ac veneratione impetrarunt; Surius in Augusto.

Sed Cælum videtur etiam Imperatrici Cunegundæ, quæ virgo vel in ipso conjugio vixit, suffragium dedisse pro ejus apotheosis. Etenim circa sepulchrum illius, quicquid fuit pulveris, aut glebæ immutatum, est divinitus in thuris suavissimi ubertatem. Id verò expendens pro concione in Sacra Lateranensi de Innocentius Pontifex, merito interpretatus est, fuisse argumentum ejus, tum sanctimoniam, tum virginitatis; Deo enim, ac Superis solet thus adolari, Surius in Martio.

Confirmata quoque miraculis est ipsamet ritè facta à Romano Pontifice inaugurationis Sanctorum. Vveridè in Germania puerum in Rheno submersum, tursus vitæ compotem fuisse ope Sancti Viberti, dum is à Leone Romano Pontifice ibidem coram Carolo Magno, ac flore Imperii in Sancto album referretur.

Sed coronidis loco sit miraculum, quod Vlyssipone in Lusitania cum ingenti omnium læticia, & admiratione evenit divinitus. Quo die Gregorius Romanus Pontifex ejus nominis Nonus, Spolieri Sanctum Antonium, civem Urbis illius, & Religiosum Ordinis Sancti Fraacisci, numero Cœlitum aggregavit. Nimirum conscia ejus rei Civitas Vlyssiponenis esse humanitus non potuisset, & tamen cum ejus Sancti Viri patria esset, excitata est ad publica felicitum gaudia, sono hilarum, ac festivo omnium æneorum cymbalorum, quibus erant instructæ Sacrarum Aedium turres. Edito autem spontè tinnitu, exciti omnes sunt ex domibus, atque officinis, & cum hilaritate, atque tripudis per compita, & plateas curricularunt ludibundi, etsi passim omnes ignorabant, ex qua potissimum causa exultim ea præter solitum hilaria celebrarent. Postea tempore suo de Sancti Antonii apotheosis certiores facti, eo ipso die peractam animadverterunt, quo illi tanta cum innocentia, & prorsus ex Numinis instinctu fuerunt exhilarati.

At non ita Sectarii, qui miracula, inquit Ecclesiæ Romanæ pleraque sunt oriosa spectacula, quæ spectantibus afferunt stuporem absque utilitate. Horum, aiunt, quis fructus? Nempè his artibus plæbs ætonita percellitur, & erroribus implicatur. Hæc de cereo Aerebatensi, qui coram Icone Beatissime Virginis Deiparæ aliquot jam sæculis ad dies ejus celeberrimos, & sacratiores accendi, atque ardere, neque tamen consumitior, quid facilius aiunt, quam candela semiconsumptæ substituire alteram? Et de sanguine Sancti Januarii Martyris, qui Neapoli collesieri in phiala solet, quando est coram cranio ejus, quid, inquit, faciendum, quam injicere calcem in lagenam, quæ sic exciter bullas, ut liquor fervere videatur?

10 Addunt. Deus in deserto promulgavit legem suam multo cum terrore inter flammaram globos, & fulgura, ac tonitrua, tubæque clangorem. Sed noluit hæc prodigia esse perpetua. Majestas enim illa terrificæ, & miræcula, cum quibus lex primo publicata est, creaverunt filiem, & auctoritatem legi divinæ in sequentia sæcula. Idcirco quando Rex Josias legem Dei oblivione penè sepultam, protulit in lucem, nulla ad creandam æi auctoritatem facta sunt miracula, cum antiqua sufficerent. Hæc ipsi.

11 At Catholicis restitutam esse legem, assertamque morum disciplinam, & factam indignem Templi, atque Altaris repurgationem opera Josias Regis, sed non sine præviis miraculis, affirmant. Jeroboam adeant Sæctarii 3 Reg. 13. & discent vaticinium miraculo fuisse prænunciata omnia illa, quæ facturus erat Josias. Item confirmatum fuisse vaticinium signo abscessæ aræ, atque effusione cinerum ejus, & præterea prodigio arefactæ manus ejusdem Regis Jeroboam, quam extenderat adversus virum Dei, & quæ mox ei etiam restituta est. En quatuor miracula. Deinceps consequuta sunt innumera Eliæ, Elisæi, Isaïæ, Ionæ, atque aliorum in omni semper ævo miracula, ut non jactent Sæctarii, post promulgationem legis factam in Sinai vertice, manuum Dei omnipotentem inaruisse sicut inaruerat manus Jeroboam, & sicut aridæ fuerunt Lutheri, & Calvini manus, experies istiusmodi operum divinorum.

12 Quinimò Novatores, hoc est falsi Evangelii præcones mirum est, ut pruriant ad famam miraculorum, qua appendit, tanquam pendulo sigillo, Apostolorum suum erranti plebeculæ commendent. Neque tamen ausi unquam sunt arrogandis se ingerere, nisi illis, quæ fucam & fraudem oleant. Nam quis nescit energumenos insaniam, & sanitatem ponere deponere, pro re nata, & cujusque stomacho? Et tamen in solvenda hac obsidione Luther plausum captavit, quam ineptè? Alius ante me risit. Sed alius ei succinuriandus est, Coapostolus ejus Calvinus, si diis placet cum eodem covino eidem theatro inducendus. Scilicet hic Logodædalas Doctorum, & nihil, nisi fermentum hoc costo vehementer incitatus mortuum animavit in hunc modum. Cum Ecclesia egressus scholam erroribus aperiret, quidam Brulæus ad eum Oduno Genevam migravit Orientis erroris studiosus, nec minus Calvinus gratiam captans quo scilicet commendatus ei veniret in partem peculii pauperum, cujus ille loculos gestabat. Calvinus ei, atque uxori pronus pollicetur subsidia omnia ad benè, beatèque vivendum, tantum ut ipsi operam suam ei commodare ut ad rem, quam per ipsos fieri vellet, sed opus esse fide, & magna taciturnitate. Illi è contra totos se vendere, obæratos fieri, duceret quo vellet, se itineri expedire. Quid hæreamus? Hic Brulæus morbum simulans lecto sternitur, & dolet altum, gravius, graviusque dietim, ut jam denique timeretur in populum Proserpinæ referendus.

13 Ministelli interim pro rostris populo eum commendare, ut precibus morbum, ilipe egestatem ejus sublevarent. Tentatum id omne, sed frustra, morbus inexorabilis fuit, & denique Brulæum ad manes transmisit, super quo admonitus clam Calvinus, quasi recum omnia ignarus, foras graditur auræ capandæ sed stipatus satellitio amicorum, sine quibus vix pedem domo efferebat. Ibat autem de injustitia eò urbis, ubi funus esse sciebat & tamen eò appulsus, cum ejularus audiret quasi novitate percussus, vultum in scapulas vertit, à sequentibus sciscitatus, quid mormuris ibi audiret? Fuit autem, ut ipse edixit, uxoris ejularus, quæ fictitijs lamentis misellam, & desolatam viduam egregiè exprimebat. Id cum Calvinus audivisset, vilis est vicem ejus dolere, unde etiam domum ejus subiit, ubi in genua prostratus cum circumfusa carera Dei misericordiam in subsidium defuncti elata voce imploravit, etiam illud eum, obtestans, ut postliminio vitæ hujus hominis

restatum mundo veller, se Joannem Calvinum peculiaris notæ amicam esse, atque ab ipso singulariter ad Evangelii Ministerium, sive Ecclesiæ reformandæ vocatum.

14 Quæ cum orasset, propius Brulæum accessit, & apprehensa illius manu in Dei, & Jesu Christi nomine imperavit, ut se erigeret in pedes, & graderetur. Sed interposuit paululum moræ mortuus, unde hic imperium repetivit, iterum eundem sermonem dicens. Sed Brulæus iteratas moras adjecit, quod etiam tertio fecit, etsi alter acer instaret, ac tantum non admoneret factæ stipulationis. Sed ille adhuc prostrare, pallere.

Nec magis incepto vulsum sermone moveri, Quam si dura silex aut stes Marpesia cantes; quum etiam uxor non destiterit interim eum fodicare, pungeve, cusum prorsum versare, sed ille non se genjus sterere, gravitate, nec quidquam, nisi pati, quippe jam expiravit. Tam egregiè fabulam egit: ita graphicè mortuum expressit.

15 Quod cum uxor ejus vera re ita geri comperisset, tum enim verò illa seipò plangere, ex animo ululare, Calvinum proscindere, impostorem, & homicidam vocare cujus fraudibus ipsa mariti orbitatem incurrisset. Nam & omnem rei seriem stirpitus orsa, ad exitum usque elata voce declamavit, neque aut minis terri, aut pollicitationibus ullis invitari potuit ad tacendum. Quò se veterere decimus tertius Apostolus hic, quinus Evangelista Calvinus? Machata hostia lenior sensim se subduxit, in vulgus spargens vidiã illam mariti obitu lymphatam, adeoque excusandam. Illud certum est, convenum deinde cum ea, ut urbe abscederet, & re ipsa Odunum regressam. Ita Hieronymus Bolsec. in vita Calvini, Brendembard lib. 7. collect. cap. 3. & Baron. in portentis jucundis portent. 9.

16 Sed pergunt Sæctarii. Idem factum inquit, in prædicatione Evangelii, cujus prima prædicatione facta ab Apostolis, & Apostolorum Discipulis fuit miraculis illustis, quorum doctrinam si quis amplectitur eorumque vestigijs religiose insistit, injuste ab eo requiruntur miracula, cum miracula facta à Christo, & Apostolis istam doctrinam abundè confirmant.

17 Sic ipsi. At nostri mirantur, cur injustitiæ nos arguant qui postsumus justissimè miracula requirere in gratiam illorum, qui aut nullatenus, aut perperam credunt? Nimirum semper Ecclesia est habitura vim hanc effectricem miraculorum, eaque imprimis tessera gloriabitur, se à Sæctarum colluvie discriminari. Signa eos, qui crediderint, inquit Christus Dominus Marc. c. ult. hac sequentur. In nomine meo demonia ejicient, linguis loquentur novis, Serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super agros manus imponent, & benè habebunt. Alibi plus adhuc pollicetur Joan. 14. Qui credit in me, ait, opera, quæ ego facio, & ipse faciet. Quæ divinæ promissiones non pertinent ad eos tantum, qui crediderunt in primitiva Ecclesia, sed ad eorum quoscunque leros etiam nepotes. Est verò sensus, non singulos quidem distribuendos, sed collectivè universos, compotes futuros hujus potestatis, ut videlicet potiri videretur sic Ecclesia perpetuò gratia miraculorum.

18 Hæc verò est omnium Catholicorum sententia, quam egregiè prosequitur Chrysoctomus in psalm. 110. Quid est, inquit, memoriam fecit mirabilium suorum? Nunquam, ait, miracula facere intermisit. Hoc enim est, fecit memoriam. Non cessavit, non destitit per omnem generationem facere miracula, & per res admirabiles excitare crassiores. Qui est enim excelsus animo, & philosophia deducto, non habebit opus signis, hebetiores enim sunt, qui non videntur, & crediderunt. Quoniam autem ipse non eorum tantummodo curam gerit, sed etiam crassiorum, in omni ferè generatione non cessat facere miracula. Post hæc enumerat Chrysoctomus, quæ in Palæstina, quæ in Babylone, quæ post transmigrationem, quæ tempore Machabeorum, quæ in ipso Christi Domini adventu,

adventu, quæ deinceps usque ad suam ipsius ætatem evenerunt divinitus, præsertim ad S. Martyris Babylæ sepulchrum.

19 Ad hæc Sæctarii; Eius est, inquit edere miracula qui nova profert, & populis inaudita. Nos assentimur equidem, dummodo vera profert. Quia causa duntaxat veritatis confirmandæ miracula sunt. Mox ita pergunt Sæctarii. Cujus rei gnarus Satan, multa per veteres hæreticos fecit miracula, qui in hac parte se orthodoxis Superiores esse gloriabantur, ut docet Tertullianus de præscript. & adversus Marcionem. Sed miserè ad Tertullianum librum de præscriptionibus provocant, nam cum in eo volumine Sæctarios nostros describat graphicè, asserens eos sine Ecclesia, sine Matre, orba fide, extorres, & quasi sibilatos vagari, addit, notata sunt etiam commercia hæreticorum cum Magis quam plurimis. En ipsos ad signa ea tantum ablegat, quæ sunt per privatos contractus cum reprobis Angelis, & quæ utique non sunt vera miracula. De iisdem, quando in futuro judicio reddent rationem, præsertim ipsius fidei, quam à se corruptam confirmare voluerunt adulterinis miraculis. Quid illi dicent, inquit, qui illam supravenerit adulterio hæretico Virginem traditam à Christo? Et tum ait responsurum utique Deum; Prænucciaveram planè, futuros fallacia magistros, Atque his consentanea scribit Tertullianus adversus Marcionem.

20 Frustra etiam Sæctarii quaerunt parrocinium in Sancti Augustini dissertatione contra litteras Psilliani Donatistæ lib. 2. cap. 55. Ibi admittitur potius in Ecclesia Dei miracula esse, sed probat, magis oportere gloriarì de charitate. In epistola verò ad Clerum Hipponensem epist. 137. miracula fateretur in Africa desiderari, sed non in universa Dei Ecclesia, quod Sæctarii falso asserunt. Nam ibi meminit statim de miraculis S. Felicis Nolan, & de aliis quæ nos, inquit, novimus Mediolani ad memoriam sanctorum, nempe Gervasii, & Protasii.

21 Sed quanta est eorum nequitia, dum provocant ad librum Sancti Augustini de vera Religione, ubi asserit Deum non permisisse, ut miracula perseverarint usque ad sua ipsius tempora, recitent verò id à Sancto Augustino fuisse revocatum in libro primo retract. capit. 13. Codicem adeat quisquis de vera ejus sententia certius cognoscere voluerit. Quod dixi, inquit, nec miracula ista in nostra tempora durare permisa sunt, ne anima semper visibilia quaereret, & eorum consuetudine frigeret genus humanum, quorum novitate flagravat. Verum est quidem. Non enim nunc usque curis manus imponitur baptizatis, sic accipiunt Spiritum Sanctum, ut loquantur linguis omnium gentium; aut nunc usque ad umbram transeuntium Predicatorum Christi sanantur infirmi, & si quæ talia tunc facta sunt, quæ postea cessasse manifestum est. Sed non sic accipiendum est, quod dixi, ut nunc in Christi nomine fieri miracula nulla credantur. Nam ego ipse, quando istum ipsum librum scripsi, ad Mediolanensium corpora Martyrum in eadem Civitate, Cæcum illuminatum fuisse jam noveram, & alia nonnulla, qualia tam multa etiam istis temporibus sunt, ut nec omnia cognoscere, nec ea, quæ cognoscimus, enunciarè possimus.

22 Parum hoc videatur, nisi Sæctarii, ut adstruant fidem errori suo, studuerint etiam ipsa Sacra Scripturæ oracula mutilare. Si totum Novum Testamentum, inquit pervolvat, comperies, nulla novissimis temporibus prædici miracula, nisi falorum Doctorum. Tum de his aiunt, vaticinium illud esse; Dabunt signa magna, & prodigia ita, ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi, Matth. 24. In Apocalypsi autem aiunt, hæc item referri, cap. 13. de Bestia priori; Fecit signa magna, ut etiam ignem faceret de Cælo descendere in terram in conspectu hominum.

23 Enimverò dum hoc asserunt, aut nequam, aut in Scriptura sacra infantes sunt. An non prænucciat, signa sequutura eos, qui crediderint? An non est in Apo-

calypsi 11. quod jam adscribo? Hi sunt duo olive, & duo candelabra in conspectu Domini terra stantes, & si quis voluerit eis nocere, ignis exibat de ore eorum, & devorabit inimicos eorum. Et si quis voluerit eos ledere, super aquas, convertendi eas in sanguinem; & percutere terram omni plaga, quiescensque voluerint. Nulla ne ergo novissimis temporibus erunt miracula, nisi falorum Doctorum? Nulla in toto novo Testamento prænucciantur?

24 Nihilominus nos impudentiæ audent insimulare, dum subit animum admiratio, inquit, qua fronte Pontifices audeant ponere miracula inter notas veræ Ecclesiæ cum Paulus velit Ecclesiam, quæ adharebit filio perditionis hac nota discerni. Atqui hoc falsissimum est. Nam S. Paulus eum, ait, signis mendacibus debere discerni ab Ecclesia, verorum utique miraculorum effestricæ. Vera siquidem erunt miracula illa, quæ paulò ante recensui de duobus Athletis illis, qui dicuntur pugnatu contra filium perditionis, & qui superata morte imbui de integro spiritu vitæ, & ad Cælum ascendere vehiculo nubium videbuntur. At de his hæctenus, Mordicus duntaxat Sæctarii aërem feriunt. Nostri interim Ecclesia, Apostolica Romana gloriabitur, se hac miraculorum prærogativa interstingui à perfidia Sæctarum alibi si fiant, ludibria erunt, ac meræ demonum præstigiæ. Est hæc ratiocinatio sanè gravis, & pertinens Sancti Augustini lib. de unit. Eccles. cap. 16. Quæcumque talia, inquit, in Catholica sunt, ideo sunt approbanda, quia in Catholica sunt.

CONSULTATIO CXCIII.

- 1 An aliquis ob miraculorum evidentiam à Sede Apostolica in Sanctorum numerum referri possit?
- 2 Quid de habente donum scientiæ, ac prophetiæ?
- 3 Quid de eo, qui pro sancto à principibus viris, & à Populo denunciatur?

AD primum certum est, quod sanctitas sine miraculis esse potest, ut de sancto Joanne Baptista, & plerisque aliis constat. Certumque item est, miracula etiam à non sanctis, imò à malis hominibus fieri posse, ut alibi ostendimus. Homines autem tribus modis mali esse possunt. Vel ob malam doctrinam. Vel ob pravam vitam. Vel ob inanem gloriam. Homines mali primo modo sunt demonem in arte magica invocantes, qui vera miracula facere non possunt. Hæc enim non nisi virtute Dei fieri possunt Angelorum ministerio, sanctisque orantibus, ac imperantibus ea, quæ ad horum invocationem fiunt, ut docet Augustinus lib. 22. de Civit. cap. 9. & nos alibi.

2 Homines mali secundo modo possunt ad invocationem nominis Christi, & Sanctorum vera miracula facere ad bonorum hominum utilitatem, ut ipsi Deum venerentur, & in fide, ac doctrina vera per ipsa miracula confirmantur. Miracula enim, teste Hieronymo lib. 1. in Mattheum cap. 7. non semper ad meritum illius qui operatur, sed ad condemnationem invocantium, & ad eorum, qui miracula vident, & audiunt utilitatem fiunt.

3 Homines tertio modo quanta maxima sanctitate sint, nonnunquam de aliquo miraculo inani gloria captos fuisse, legitur, ut apud Lucam 10. videre licet, ubi Salvator noster lætiam, qua ob spiritus sibi subiectos discipuli affecti videbantur, reprehendit, quod ea lætitia, ut Doctores exponunt, inanem gloriam saperet. Hinc ait Chrysoctomus; Cum cetera vitam servis Daboli locum habeant, vana gloria etiam in servis Dei locum tenet. Quare etiam hujus generis homines hæc in conceduntur.

4 Quamvis igitur hominibus malis miracula interdum facere concedatur, aliqui tamen ob miracula evidenter facta in Sanctorum munerum referri possunt, ac debent, nulla in primis re vitæ sanctitati adversante, cum miracula signa sint testificationis sanctitatis, ac doctrinæ veritatis Sanctorum manifesta. Quoniam verò miracula dicta ob causas ab hominibus etiam non sanctis nonnumquam fieri possunt, cum sint gratiæ gratis data, quæ cum peccato stare queunt, idè miracula post mortem facta majorem sanctitatis evidentiam, quam quæ in vita sunt patjata, præferunt, atque idcirco relationem inter sanctos facilius admittunt.

5 Ad secundum: Canonizatio charitatem, & sanctitatem postulat, sine qua scientiæ donum, ac prophetiæ datur secundum Apostoli sententiam 1. Corinth. 13. *Effi habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam. Et si habuero omnem fidem ita, ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* Quamvis enim vita æterna, quæ sanctis datur, scientiæ donum habenti videatur promitti. Ecclesiast. 24. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt,* scientia tamen, aut doctrina non ex se tantum, sed igne charitatis accensa, præmium illud æternæ vitæ promeretur, & consequitur.

6 Hujus generis erat doctrina Pauli, qui in fide, ac veritate Doctor Gentium fuit. Nam sicut ferrum ignitum non est aliud quam ignis; ut ait Chryostomus homil. 3. de laudib. Pauli, ita ejus doctrina igne charitatis accensa aliud, quam charitas non erat. Nemo itaque propter solum scientiæ donum canonizari potest. Hinc Gregorius Nonus de sanctitate sine scientia, quam doctam imperitiam, vel imperitam doctrinam appellare possumus, in Canonizatione Sancti Francisci Assisiani ait, quod ille feliciter migravit ad Dominum, multos præveniens scientia præditos, scienter nescius, & sapienter indoctus, ut refert Gerardus Vossius, & constat ex regesto anni secundi ejus Pontificatus in *Biblioth. Vatican.* sapienter quidem instar Apostoli sciebat, qui scribens ad Corinthios 1. 2. ait; *Non judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum.* In Christo enim crucifixo veterem hominem nostrum Cruci affixum discimus, ut scilicet destruat opus peccati, & ultra non serviamus peccato, quæ quidem scientia, ut inquit Paulus 1. Corinth. 2. in mysterio abscondita est. Hinc sicut literarum ignorantia sanctitatem interdum admittit, ita literarum peritia nonnumquam sanctitatem excludit. Huc spectare videtur illud Beati Hieronymi epistol. 2. ad Nepetianum; *Nec rusticus, & simplex frater ideo se sanctum putat, si nihil noverit, nec peritus, & eloquens lingua æstimet sanctitatem. Multo melius est è duobus imperfectis rusticitatem sanctam habere, quam eloquentiam peccatricem.* Atque hæc de scientiæ dono sine sanctitate, Canonizationem non admittente.

7 Ad secundum. Quamquam Spiritus Sanctus in animas sanctas se transferat amicos Dei, ac prophetas constitutendo, ut in libro Sapientiæ cap. 7. legitur, spiritus tamen sanctus non se transfert in animas eorum, quibus donum prophetiæ datur, nec eos amicos Dei constituit, nisi quando ad mentem recipientis illustrandam prophetiæ donum confertur, non autem quando ad aliarum tantum instructionem datur. Et licet à Divo Petro 2. 1. dicatur; *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati loquuntur sancti Dei homines,* aliud tamen est loqui in Spiritu sancto, aliud verò in virtute Spiritus sancti. Sancti enim homines loquuntur vera in Spiritu sancto, sed mali homines loquuntur vera virtute nominis Christi, & virtute Spiritus sancti, non in Spiritu Sancto. Hinc mali homines à Div. Matthæo cap. 7. in universalis Judicii die dicturi sunt; *Domine nonne in nomine tuo prophetavimus?* Quibus respondebitur à Domino; *Nescio vos.*

Nemo igitur propter solum scientiæ, ac prophetiæ donum abique sanctitate canonizari potest. Sola enim vitæ sanctitas, & planè clarissima, longa temporum serie ad finem usque vitæ inclusivè, numquam interrupta cum miraculis, Canonizationem à principibus viris sive ab Imperatore, à Rege, atque item à Provinciis, à Regnis, & à populis Civitatum, aut locorum suppliciter, ac frequenter postulatam, ordineque judicario, ac ritu solemnè celebrandam, admittit.

Ad tertium. Cum Canonizationis opus maximum sit, ac difficillimum inter ea, quæ in Ecclesia Dei fieri solent, ideo maximam postulat maturitatem, diligentem scilicet rerum gestarum, vitæque illius, qui catalogo Sanctorum est adscribendus, non semel repetitam inquisitionem Testes enim fallere, & falli possunt aliquo indecenti affectu persuasi, ut proinde dicat Beatus Joannes Apostolus 1. 4. *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint.* Industrie igitur celeritas, ac diligentia tarditas, quæ veram faciunt maturitatem has ob causas in Canonizatione jure, meritoque desiderantur, hoc est propter sanctitatis, & miraculorum veritatem, operis arduitatem, ac fidei firmitatem, atque constantiam. Hinc Augustinus in lib. de vera relig. cap. 25. nos admonet, ut quibus credendum sit, quod ad miracula, & invisibilia pertinet, diligenter videamus, omni scilicet adhibita maturitate sapientissimi Salvatoris nostri documento, qui non statim, sed ceremoniis prævis Lazarum à morte suscitavit. Nec item Chananeæ filiam statim sanavit, sed, ut ait Chryostomus hom. 53. in Matth. 15. quanto magis mulier suppliciter orabat, tanto magis Christus sanitatem reddendam negabat.

Propter fidei quoque firmitatem, atque constantiam roborandam Canonizatio item differri debet. Christus ut inquit Chryostomus in citatum Matthæi locum, mulierem illam Chananeam clamantem, non statim exaudivit, ut fides illius promulgaretur, ut quam intus moveret, Christi divinitatem, & humanitatem confiteretur verbis illis; *Miserere mei Domine, fili David.* Hinc ipsa meruit audire; *O mulier, magna est fides tua; Fiat tibi sicut vis,* Matth. *ibidem.* Ex hac autem prorogatione frequentia miraculorum augetur, eorumque veritas magis elucescit, operumque misericordiarum fama multò magis divulgatur, ac fides de operibus misericordiarum canonizandi in cordibus tandem Populorum confirmatur, roboraturque, ac sanctitas declaratur. Temporis namque diuturnitas magistra est veritatis, imò filia temporis ex Aulo Gellio lib. 12. not. Artic. cap. 11.

Idque ut alibi diximus exemplo de quodam Hermanno hæretico, sicæ sanctitatis homine comprobatur, quem post falsam à populis sanctitatem viginti annorum spatio prædicatam, Bonifacius Octavus exhumati, comburique jussit, diligentissima de ipsius hæresi, sicæque sanctitate habita inquisitione ex Platino in Bonifacio Octavo Tempore item Alexandri Tertii, ut habetur in cap. *Audivimus de relig. & vener. Sanctor.* quidam in ebrietate, ac seditione occisus, tanquam Martyr colebatur. Et Sancti Martini ætate ignotus quidam, etiam tanquam Martyr honorabatur, de quo ita Sulpitius Severus testatur de vit. Sancti Martini cap. 8. & tom. 7. *Biblioth. veter. Patr. Deinde Martinus super Sepulchrum ipsum astans, oravit ad Dominum, ut quis esset, vel cujus meritis sepultus, ostenderet. Tum conversus ad levam, vidit propè assidere umbram sordidam, truncem. Imperat, nomen, merumque, ut loqueretur. Nomen edidit, de crimine confitetur, latronem se fuisse ob scelera percussum, vulgi errore celebratum, sibi nihil cum Martyribus esse commune, cum illos gloria, se pœna retineret. Mirum in modum vocem loquentis, qui aderant, audiebant, personam tamen non videbant. Tum Martinus quid vidisset, exposuit, justique ex eo loco altare, quod ibi fuerat, submoveri atque ita populum superstitionis illius absolvi errore.*

Sanctorum itaque Canonizatio longa temporum, aut seculorum

seculorum serie jure differri solet, ac debet. Exemplo sint S. Hiacyntus, qui anno Domini 127. obiit, deinde anno 1594. in Sanctorum numerum relatus. B. Raymondus anno 1275. die Epiphaniæ ex hac vita migravit, anno 1601. fuit sanctorum cœtui adscriptus.

13 Quamvis autem res ita sese habeat, ob admirandam tamen sanctitatis, & miraculorum evidentiam, sive ob martyrium, cunctis interdum difficultatibus, quæ Canonizationem prorogare solent, non minus diligenter, quam citò superatis, brevi temporis intervallo nonnulli cum Sanctis fuerunt annuerati. Horum è numero est Antonius Lusitanus, qui eodem anno, quo ex hac vita decessit Spoleti, Sanctis adscriptus fuit à Gregorio IX. Hujus Canonizationis autographum jamdiu Anagninæ asservatum fuit, nunc verò in Bibliotheca Vaticana jussu Gregorii XIII.

14 Petrus Martyr Veronensis ex ordine Prædicatorum anno post martyrium primo nondum ex. cto, in sanctorum Ordine positus fuit ab Innocentio IV.

15 Thomas Cantuariensis anno post Martyrium sequenti ab Alexandro Tertio, in Sanctorum Concilio fuit collocatus.

Elisabeth Vidua Ordinis Minorum fuit in sanctas relata anno post obitum quarto à Gregorio IX.

16 Bellinus Episcopus Patavinus Sanctis annumeratus fuit biennio post martyrium ab Eugenio Tertio, vel, ut alii volunt, anno primo post martyrium, hoc est, anno 1550.

17 Franciscus Auctor Ordinis fratrum Minorum diem supremum obiit anno 1216. quarto die mensis Octobris & cœlestes honores ei decrevit Gregorius IX. anno 1228. die 16. Julii.

18 Homobonus Cremonensis, qui anno 1197. è vita profectus est, ab Innocentio Tertio inter sanctos fuit relatus anno 1198.

19 Birgita Vidua mortalitatem explevit anno 1373. die 23. Julii, & in Catalogo Sanctorum anno 1390 à Bonifacio IX. fuit adscripta.

20 Ubalduus Episcopus Eugubinus extremum vitæ spirituum edidit anno 1169. & à Cœlestino Tertio in Sanctorum numero fuit repositus anno 1192.

21 Dominicus Ordinis Prædicatorum Institutor anno decimo quarto post ejus excessum, nempe anno 1221. à Gregorio Nono Sanctorum honorem, cultumque obtinuit anno 1234.

22 Thomas Aquinas anno quinquagesimo postquam abiit è vita, ritè inter sanctos relatus fuit à Joanne Vigesimo secundo.

23 Antonius, Archiepiscopus Florentinus, post annum sexagesimum sui obitus, ab Adriano Sexto sanctis fuit adscriptus.

CONSULTATIO CXCIV.

De miraculis diligenter etiam atque etiam examinandis in Canonizatione Sanctorum. De modo illa examinandi: Et qua necessaria sint pro sanctis in Ecclesia militante declarandis?

1 Tanta in miraculis examinandis debet adhiberi diligentia, quanta maxima esse potest ob summas, & quidem plurimas, quæ in dies oriri solent difficultates, quemadmodum ea, quæ de veris miraculis, necnon ludificationibus admirandis, dæmonum opera, antea demonstravimus. Hinc Sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. de relig. & vener. Sanct. propè fin. nulla nova miracula admittenda esse decernit, nisi recognoscante, & approbante Episcopo, qui simulque de iis aliqua competentum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, aliisque piis, viris, ea faciat, quæ veritati, ac pietati consentanea judicaverit.

2 Testes in super in hanc rem, tam gravem, & arduam, adhibendi sunt de singulis miraculorum circumstantiis, summa diligentia interrogati, qui ut clariorem veritatis Tom. X.

rerumque gestarum testificationem efficiant, contestes de una, & eadem re esse debent, & plures quidem. Si enim unus de re singulari, alter verò de re altera testetur tanquam testes singulares, nihil profecto probant, Archid. in can. nec mirum 26. q. 5. Bald. in l. solam de testib. passimque alii, è quorum numero item sunt, qui in aliqua testificatione scientiæ causam non reddunt. Pluris enim est oculus testis unus, quam auriti decem, ut etiam Poeta ait, *Plaut. in Trucul.*

Porro Gregorius Nonus dum Sanctum Franciscum Perusii, Sanctum Antonium Spoleti, Sanctum Dominicum Reatae, S. Elizabeth Perusii inter sanctos retulit, regulam canonizandi posteris firmè constituit, ut videre est ex ejus litteris Apostolicis, quas ex Bibliotheca Vaticana desumptas Gerardus Vossius, vir pius, & eruditus, in lucem emisit. Nos ea tantum hoc loco apponimus, quas in eisdem litteris ad Canonizationem Sancti Antonii pertinentibus scripsit in hæc verba: *Ad hoc, ut sanctus habeatur apud homines in Ecclesia militante, duo sunt necessaria, virtus morum, & veritas signorum; merita videlicet, & miracula, ut hæc, & illa sibi ad invicem consententur, cum nec merita sine miraculis, nec miracula sine meritis plene sufficiant ad prohibendum inter homines testimonium sanctitatis. Sed cum merita sanè præcedant, & clara succedunt miracula, tunc certum præbet indicium sanctitatis, ut nos ad ipsius venerationem inducant, quem Deus ex meritis præcedentibus, ut signis subsequenibus exhibet venerandum. Quæ duo ex verbis Evangelista plenius colliguntur: Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & Sermonem confirmante sequentibus signis, Marc. 16. Hæc Gregorius IX.*

Quæ sanè omnia, & fusius quidem à D. Thomas 2. 2. q. 82. art. 8. & à B. Antonino p. 3. tit. 12. cap. 8. §. 1. & ab aliis enarrantur. Ex eo etiam, quod Chryostomus de sanctitate scriptum reliquit, colligi potest, quid pro sancto declarando requiratur. At enim homil. in psal. 144. *Quid est sanctus? Rectus, purus, mundus, ab omni reprehensione alienus, qui nullam ulli omissionem præbet ansum.*

CONSULTATIO CXCIV.

Quis ordo judicarius in Canonizatione observari consueverit? Actiones in ea requisitæ. Et an ordo judicarius tam in Canonizatione Martyrum, quam Confessorum observandus?

Ordo judicarius duobus modis considerari potest. Primo, quoad inquisitionem, aut discussionem causæ canonizationis. Secundo, quoad causam, aut motum, motivam. Primo modo judicarius ordo tam in Canonizatione Martyrum, quam Confessorum observandus est. Secundo modo non item. Quando enim aliquis pro Martyre canonizandus est, non solum causa, propter quam fuerit passus diligentissimè est investiganda, quia causa, non pœna facit martyrem, ut ait Augustinus epistol. 61. & 166. sed modus item parandi est accuratè inquirendus. Multi enim hæretici passi sunt, & patiuntur pro Christo, dum ejus doctrinæ, ac præceptis adversantur, de quibus Apostolus ad Rom. 10. *zelum quidem Dei habent, sed non secundum scientiam.* Quam in rem Glossa inquit: *Santum est Dominum legem venerari, & legem ejus, ac doctrinam persequi, & falsificare.* Causa igitur, & modus patiendi omni cura, & diligentia investigari debent, nisi causa adeo esse manifesta, ut aliqua probatione, aut inquisitione non indigeret. An autem in Martyre canonizando requirantur miracula, fusè alibi disserui.

Quod verò ad causam Canonizationis motivam, idem ordo judicarius tam in canonizatione Martyrum, quam Confessorum observari minimè debet. Nam finalis Martyrii causa est defensio, atque confessio veritatis fidei Christianæ, necnon eorum, quæ fidei annectuntur, cuiusmodi sunt ea, quæ de Joanne Baptista à Marco Evangelista scripta leguntur. Is enim, quamvis nullum patravisset miraculum, & Christum, aut Christi fidem negare

coactus non fuerit; veritatem tamen, atque iustitiam negare cogebatur. Herodes namque volebat, ut Joannes diceret: *Non licet sibi habere uxorem fratris sui.* Quoniam vero pro tali veritate passus est, ipsum ob talem causam Augustinus in *Psalmo*. 140. Martyrem Christi effectum fuisse, affirmat.

Causa itaque motiva illius, qui pro Martyre canonizandus est, talis esse debet, qua existente, nulla alia inquisitione prævia, pro martyre canonizandus est, etiam nondum baptizatus, cui ut Augustinus ait, *epistol.* 108. passio pro baptismo reputatur, qui non aquæ, sed sanguinis baptismus est.

Et licet martyrium tam bonis, quam malis commune sit, martyrii tamen causa extrinseca, & finalis, quæ est confessio Christianæ fidei, & pro veritatis fidei defensione mortem obire, omnibus communis non est, veluti nec etiam charitas, quæ est meritoria, & intrinseca martyrii causa, opus videlicet martyrii meritorie imperantis. Hinc S. Hieronymus in *cap. 5. ep. ad Galat.* relatus in *can. vide 1. q. 1.* de opere sine charitate facto ait: *Vide quantum bonum est charitas. Si ita Martyrum ferimus, ut nostras velimus ab hominibus reliquiis venerari, & si opinionem vulgi sectantes intrepidi sanguinem fuderimus, & substantiam nostram usque ad mendicitatem propriam dederimus, huic operi non tam præmium, quam pena debetur, & perfidia magis tormenta sunt, quam victoria.*

Martyrium itaque pro Christo, proque fidei confessione, charitate intercedente susceptum, cum ex se causa sanctitatis existat, facit, ut aliquis nulla alia, ne operum quidem misericordiarum inquisitione prævia, an neque miraculorum? (Quæ tamen pro Confessoribus canonizandis est necessaria) pro martyre canonizari possit, ac debeat.

CONSULTATIO CXCVI.

Quam actiones in Sanctorum Canonizatione requirantur?

Actio prima. Ante omnia Principes, aut Optimates cum populis locorum Romano Pontifici Seruum Dei canonizandum proponunt, ejusdem vitæ probitatem, opera, & miracula explicant. Id plerumque mensibus, atque annis interjectis frequenter, ac suppliciter faciendum est, ut ea prerogatione veritas rei clarior in dies eluceat. De hac prima actione tempore Sixti Quinti extat exemplum. Nam Philippi Secundi Hispaniarum Regis, & Civitatis ac Regni Valentia nomine sub die 23. Junii anno 1586. in consistorio secreto per Procuratorem, Advocato consistoriali accedente, supplicatum fuit, ut res de Beati Ludovici Bertrandi vitæ sanctitate ab eodem Pontifice aliquot viris fide dignis in Regno Valentia pro eodem Bertrando canonizando committerentur. Id ipsam eodemque modo anno 1604. die 4. Februarii in consistorio item secreto, Clemente Octavo sedente per duos Nuncios, vel Oratores, Mediolanensi Advocato consistoriali postulante, suppliciter actum fuit, ut acta videlicet de vita, & miraculis B. Caroli Borromæi pro eo canonizando exhibita diligenter examinarentur.

Actio secunda. Si fama sanctitatis crebescente, magna que miraculorum facta in dies accessione, supplicibus postulationibus, & indefinenter quidem insistatur, Romanus Pontifex in consistorio, quod secretum vocant, S. R. E. Cardinalibus canonizationem suppliciter, ac tot vicibus postulatam, proponere consuevit, eoque in consistorio decerni solet, & in Patriam, & Provinciam illius, qui canonizandus est, pro noticia eorum, quæ denunciata fuerunt, suscipienda scribatur. Publica sanctitatis, & miraculorum fama, populorumque erga canonizandum devotio, & id genus alia, Episcopis, & honestissimis viris, vitæque integritate insignitis diligenter ac generatim investiganda committi solent.

Actio tertia. Si Episcopi, ac viri integerrimi ea omnia quæ de servo Dei canonizando scripta jam fuerant, vera

esse respondeant, & omnino affirmant, in consistorio item secreto S. R. E. Cardinales à Romano Pontifice rogantur, ut scilicet sanctitatis, & miraculorum fama speciatim investiganda committi debeat.

Actio quarta. Si veritatis indagatio speciatim committenda censeatur, iisdem, vel aliis Episcopis, ac viris integerrimis scribendum est, ac diplomate Pontificio mandandum, ut veritatem ipsam, vel veritatem de fama, deinde de vita, hoc est de misericordiarum operibus cum vera animi demissione, vel humilitate conjunctis. Postremo de miraculis, & quidem omnia diligenter, exacte prudeniter, ac fideliter juxta formam in diplomate præscriptam, necnon juxta articulos in eodem diplomate comprehensos, inquirent. Omnia hunc in modum examinata, necnon sigillis munita, & inclusa ad Romanum Pontificem mittuntur.

Actio quinta. Hæc tandem ad Romanum Pontificem missa, in Romana Curia aliquot Sacræ Rotæ Auditoribus, quos Papa Capellanos, sive Sacellanos appellat, auctoritate, prudentia, & doctrina insignibus, à Summo Pontifice committi solent, ea tamen lege, ut omnia diligenter perscrutentur, titulos item, ac notas, & conclusiones inde conficiant, sumoque iis in rebus omnibus iudicium sincerè subjiciant.

Actio sexta. Omnia præstatum in modum ab Auditoribus Sacræ Rotæ diligenter examinata, & juxta examen vel ut aiunt, processum de vita canonizandi formatum deposita, iuxta denique Summi Pontificis in Congregatione Sacrorum Rituum à S. R. E. Cardinalibus severo, ac censorio iudicio, legitimæque cognitione iterum multorum mensium intervallo, diu, ac sigillatim examinantur, ac perpenduntur, an scilicet omnia exactè sint ab Auditoribus Sacræ Rotæ comprobata, vel nonnulla ex iis rebus animadversione digna censeantur, ita verò, ut Canonizatio jure admitti queat.

Actio septima. His ritè peractis Congregationis Sacrorum Rituum Decanus in Consistorio secreto coram Summo Pontifice, univèrsoque S. R. E. Cardinalium Collegio *relat* sententias in ipsa Congregatione prolata circa examen, & Sacræ Rotæ Auditorum relationem in qua processum acta, & probationes expenduntur, & iudicium super Canonizatione faciendâ interponitur ad Sacrorum Canonum ritualium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præscriptum. Si autem Summo Pontifici Canonizatio celebranda videatur, id in sequenti Consistorio, quod semipublicum vocatur, defini solet.

Actio octava. Ad Consistorium semipublicum tam Cardinales, quam Prælati convenire solent. Patriarchis itaque, Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus, qui mitra, ac pastoralis baculi usum habent, tunc in urbe commorantibus, ad Consistorium semipublicum convocatis, Romanus Pontifex narrat ea, quæ in causa Canonizationis acta sunt ac legitime probata, secreta tamen definitione suppressa, quæ in præcedenti Consistorio facta jam sunt omniumque tam Cardinalium, quam Prælatorum sententias exquirat.

Actio nona. Certa deinde in eodem Consistorio semipublico dies Canonizationis assignatur, qua omnes in certam Ecclesiam, Romanus Pontifex, Cardinales, & Prælati cum univèrso Clero, & Populo conveniant.

Actio decima. Sanctissimus Dominus Noster Papa sermone habet, acta recitat, & probationes commemorat, adstantesque omnes ad exortandum Deum cohortatur, ut in eo tam gravi, tamque arduo negotio divinam sibi opem largiatur. Denique omnes genibus flexis orant, & cantatur hymnus; *Veni Creator spiritus.*

Actio undecima. Hymno decantato Summus Pontifex ab oratione surgens, illum de quo agitur, Sanctum esse, definiendo declarat, Sanctorumque catalogo adscribendum, & tanquam Sanctum colendum, ipsiusque festum diem singulo quoque anno celebrandum esse decernit.

Actio duodecima. His ritè, ac piè peractis, sententia scilicet Canonizationis pronunciata, Hymnus, *Te Deum laudamus*

laudamus decantatur, quo tandem expleto, Romanus Pontifex in honorem Sancti Canonizati Missam ritu maxime solemnem decantat, atque hunc in modum Canonizationis præsens in tempus absolvi, terminari solet.

CONSULTATIO CXCVII.

De rebus, quæ pro celebranda Canonizatione fieri solent. De Consistorio. De suffragiis. De septem honoribus, qui Canonizatis debentur. Et quatenus, etiam à Sede Apostolica non Canonizatis, debeantur.

Quamvis ordo judicarius modò in Canonizatione Sanctorum observari solet, in primitiva tamen Ecclesia dicta omnia non observabantur, quia Sancti eò tempore, plerumque martyrio erant insigniti, in quibus canonizandis tot examinanda non videbantur. His etiam accedit, quòd ex fidei fervore, ac Christi meritis miracula, aliaque opera majorem in modum erant evidentiæ quæ ideoque aliqua tergiversatione occultari non poterant, quinimò eo magis elucebant, quo magis occultabantur. Nunc verò, sapientissimè quidem, dum aliquis in Sanctorum numerum est referendus, omnia ad hanc rem præstatum necessaria, inter doctissimos, ac piissimos viros, perquam diligentissimè librantur, atque hanc ob causam multj sanè Conventus haberi solent, tresque Sacræ Rotæ Auditores juris peritissimi, tanquam Judices integerrimi à Summo Pontifice deliguntur, ut acta omnia de viro Canonizando allata cognoscant, atque expendant in primis, an ritè, ac rectè condita, & an legitima sint testimonia, sive ad probationes idonea.

Deinde verò postquam de omnibus hisce rebus inter Judices disceptatum est, omnia ad Summum Pontificem referuntur, ac tribus Cardinalibus ad hanc rem præsertim delectis recenseantur, ac explicantur. Postremò ab iisdem Cardinalibus, quorum primum est Episcopus Cardinalis, secundus Cardinalis presbyter, tertius Cardinalis Diaconus, nec non ab aliis è Congregatione Sacrorum Rituum Cardinalibus omnia summa cura cognoscuntur, & maturissimè judicantur. His tandem, sed longo post tempore omni ex parte examinatis, & absolutis ritè in primis Consistoria ad rem perficiendam celebrari solent, quorum primum, secretum, alterum publicum, tertium semipublicum appellant.

In primo Consistorio ex tribus Cardinalibus delegatis iudicibus in Congregatione antiquior, sive primarius, orationem habet, in qua de viri canonizandi vitæ sanctitate, fideique integritate, in qua re totius negotii summa consistit, necnon de laudabili ejus obitu deque miraculis sive in vita, sive in morte factis, sermonem habet, de quibus specimen mox dabo. His omnibus recitatis Cardinales sententias proferunt num in iis, quæ ad canonizationem pertinent, sit ulterius procedendum Denique juxta Cardinalium consilium, & assensum quid hac in re faciendum sit, decerni solet.

In secundo Consistorio Advocatus Consistorialis actionem habet, in qua vel alicujus Regis, aut Principis, qui virum illum canonizandum curat, ardentissimum, ac perpetuum desiderium cum Christiano zelo conjunctum, egregiè commendatur, ejusdem viri canonizandi sanctimonia, admirabilem virtutum promerita, & miracula, præsertim insignia, enarrantur. In peroratione autem vel Regis, ac Regni, seu Principis, ac Provincie, necnon Civitatis nomine postulat, ut vir ille tantoperè in sanctitate vitæ laudatus, in sanctorum numerum referatur. Tum inde Secretarius Apostolicus ex præscripto Summi Pontificis respondet; Christianamque postulantem pietatem, diuturnaque rei tam piæ postulationem laudat, & tandem propensam Papæ in eo canonizando voluntatem declarat. Sed hujus negotii tam grave, tamque arduum, maturius, ac diligentius considerandum esse ostendit. Hinc denique Sacrum Cardinalium Collegium, Patriarchas item Archiepiscopos, Episcopos, & Abbates hortatur, ut in eam tanti ponderis rem pro suffragiis ferendis toto mentis conatu incumbant, ac

Deum in primis orent, ut sanctitatis suæ mentem lumine Divino illustret, quo rectius actionem tantam dirigat, cum ad ipsius Dei gloriam, tum etiam ad Ecclesiæ Sanctæ amplitudinem, Christianæque pietatis fructus uberimos.

In tertio Consistorio suffragia feruntur, an ille, de quo agitur, in Sanctorum numerum sit referendus. In hoc consistorium non solum Cardinales, verum etiam Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates pro suffragiis ferendis acciti, conveniunt Protonotarii Apostolici eidem Consistorio interfunt, ad fidem circa ea, quæ ibi decernuntur, exhibendam. Auditores autem Sacræ Rotæ præsertim illi, quibus cura iudicandi fuit, ad idem consistorium admittuntur, ut si in processu aliqua oriretur controversia, vel difficultas, eam explicent, ac declarent. Antè verò quam suffragia ferantur, Summus Pontifex è solio suo habet orationem, in qua de re ad tam gravem, tamque arduam actionem pertinente, verba facit. Deinde pro sancto canonizando sententias dici jubet. Tum suo quilibet statim ordine sententiam dicit.

Ubi verò primum Romanus Pontifex singulorum sententias audivit, certam canonizationis diem decernere solet, ac locum, vel hoc ipsum propediem decernendum promittit, omnesque tam Cardinales, quam prælatos cohortatur, ut orationibus, ac jejniis, aliisque piis operibus operam navent, Deum humillimè obsecrantes, ut de Canonizatione proposita, omniumque sententias comprobata, quid faciendum sit, Sancti spiritus doceat illustratione.

Decreto canonizationis pronunciat, Indulgentia visitantibus Ecclesiam, & sepulchram, ubi corpus canonizati requiescit, concedi solet. Deinde Missa solemnissimo ritu à Summo Pontifice decantatur, multaque item alia ante, & post decreti pronunciationem fiunt juxta ritum in Sacrarum Cæremoniarum libro præscriptum. Honores autem, qui exhibentur canonizatis ex vi decreti, necnon ex ipso Sanctorum jure, sunt hujusmodi.

I. Canonizati Catalogo Sanctorum adscribuntur, hoc est jubetur, ac statuitur, ut ab omnibus publicè colantur ac dicantur Sancti.

II. In publicis Ecclesiæ precibus invocantur.

III. Tempa, & Aræ Deo in eorum memoriam, & honorem eriguntur.

IV. Sacrificia tam Sacrosanctæ Ecclesiæ, quam laudum & precum, quod passim officium, & Horæ Canonice nuncupatur, Deo in eorum honorem publicè offeruntur.

V. Dies festi in eorumdem honorem celebrantur.

VI. Imagines eorumdem pinguntur, addito cerò quodam lumine in signum gloriæ, quam habent in Cælo.

VII. Eorumdem Canonizatorum Reliquiæ, pretiosas thecis inclussæ, publicè in Ecclesia honorantur.

Hæc à Cardinali Bellarmino in prima de Beatitudine Sanctorum libro enarrantur, ubi etiam Sanctos nondum Canonizatos cultu non publico, sed privato coli posse, rationibus, atque exemplis probatur. Id quod in eo item, quod in 3. decretal. lib. de Reliq. & venerat. Sanctor. cap. 1. legitur, colligi potest. Ibi enim Alexander Tertius, dum publicum nondum Canonizatis cultum exhiberi prohibet, privatum permittere censetur, sicut etiam Doctores eo in loco affirmant. Culus verò publicus non est ille, qui coram aliis exhibetur, sed qui totius Ecclesiæ nomine, & tanquam ab Ecclesia institutus. De quo nos alibi.

Et quamquam Sanctos, nondum Canonizatos credere, ac vocare Sanctos liceat, eos tamen, tanquam Sanctos ab Ecclesia catalogo Sanctorum adscriptos prædicare non licet, & quamvis nonnulli honores modo commemorati iisdem non Canonizatis privatim exhiberi possunt, tertius tamen, & quartus eis nullo modo posse videntur. Tempa enim, & Altaria, & sacrificia ex sui natura sunt publici cultus, quia nullum sacrificium in Ecclesia est, nisi commune, & à Deo ipso institutum. Tempa verò, & Altaria ad Sacrificium referuntur.

- 10 Quamvis denique Sanctos, nondum Canonizatos pri-
vatim invocare liceat, in Litanis tamen publicis non li-
cet, nec etiam in sacro officio, nisi id à Summo Pontifi-
ce expressè concedatur; Unde non solum divinum offi-
cium sed etiam Missæ Sacrum in eorum memoriam, ac
festos dies celebrari, eorumque Imagines depingi posse
concessit Clemens VII. Sigismundo Poloniae Regi (sup-
pliciter postulante, in memoriam Sancti Hyacinthi.
- 11 Ut autem pro Sanctis Canonizatis habeantur, sufficit
quod in eorum honorem Tempia, & Altaria tantum
Deo sit constituta, cum illa publicum cultum nomine
Ecclesie denotent, & erectio Altaris scilicet Imagine ali-
cujus signum est Canonizationis. Canonizatis enim tan-
quam Ecclesia ea permittit, ut ex Petro Damiani docet Ba-
rdonus ann. 997. §. non est autem, quem refert, ac sequitur
Molfes. conf. 45. num. 32. Vel quod Sacrificium in
illorum memoriam Deo sit oblatum, quod magis, ac
præcipue ipsum nomine Ecclesie cultum confirmat, cum
nullum in ea fiat Sacrificium, quod non sit commune à
Deo institutum, & Tempia, & Altaria ad ipsum refe-
rantur, ut jam diximus.
- 12 Nec obstat, quod quamplures Sancti non sint à Sede
Apostolica Canonizati, neque eis ab Ecclesia universali
præfati honores exhibeantur. Quia nedum Ecclesie par-
ticulares, sed etiam Ecclesia universalis venerantur San-
ctos antiquiores, non ex vi legis, vel alicujus decreti
Summorum Pontificum, sed ex antiqua consuetudine,
cum expresso, vel saltem tacito Sedis Apostolicæ consen-
su, sine quo illa nulla esset, ut in hac specie Bellarm.
loc. cit. cap. 8. ex Div. Thoma 1.2. q. 97. art. 3. Molfes. conf.
46. num. 12. & fuse Lezana consult. 2. num. 11. & segg. ubi
in terminis Sanctorum suæ Religionis Carmelitanæ, quæ
à Sede Apostolica non fuerunt Canonizati, sed ex anti-
qua consuetudine ab eadem Religione coluntur, probat
hanc consuetudinem sufficere, ut eorum festa celebren-
tur, & officium recitetur.
- 13 Hæc autem consuetudo debet esse immemorabilis.
Nam ea probata, censetur probatus justus titulus cap. 1.
ad fin. de prescript. n. 6. Mascard. de probationibus conclus.
1229. num. 8. & justitiam permanentem habere censetur.
ac tituli defectum supplet, Covarr. de prescript. part. 2. §.
3. num. 9. ita, ut alius non requiratur, Gabr. com. concl.
de prescript. concl. 1. num. 4. & 47. Rota decis. 977. num. 4.
p. 1. & decis. 11. num. 2. & 3. part. 2. & decis. 631. num. 3. in
fin. part. 4. recitat, quicquid dixit Paul. Rub. ad dec. 14.
num. 20. part. 2. recent. Habetque locum etiam in referen-
tariis Principi L. hoc jure, §. ductus aque. ff. de aqu. quotid.
& est. cap. super quibusdam, ibique Gloss. v. non extat me-
moria de verb. signific. nec requiritur probatio scientiæ
Principis, Dec. conf. 2. lib. 1. & ex cursu tanti temporis
præsumitur justus usus, & quod intercesserit auctoritas,
& consensus Pontificis ex congestis à Rota d. decis. 11.
num. 3. p. 2. recent. & in terminis immemorabilis tituli
Beatitudinis acquisiti ante decretum Alexandri III. in cap.
Aud. vivimus de Reliq. & vener. Sanctior. tradit Scacch. de
cult. & venerat. Sanctior. sect. 1. cap. 3. vers. Si vero titulum
fol. 49. littera C.
- 14 Extatque etiam in hac specie Constitutio Urbani
VIII. quæ incipit, Sanctissimus, edita 4. Aprilis 1625.
ubi Summus Pontifex postquam prohibuit veneratio-
nem, & cultum hominum, qui obierint cum fama san-
ctitatis, vel martyrii à Sede Apostolica non Canoniza-
torum, nec beneficiorum subdit hæc verba, declarans
id, quod per scripta præjudicant in aliquo non vult,
neque intendit, qui aut per communem Ecclesie consen-
sum, vel mansuetabilem temporis cursum, aut Patrum,
vivarumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis
sitientia, ac tolerantia, Sedis Apostolicæ vel Ordinarii
coluntur. Quod tempus longissimum, illiusve immemo-
rabilem cursum idem Urbanus in aliqua sua Constitutione
ne, cujus initium est, Cælestis Terræ emanata 5. Julii
1624. declaravit, debere esse illud, quod excedit metam
centum annorum.

Hæc autem scientia, & tolerantia magis præsumitur,
quando hic cultus adhibitus est notoriè. Quia tunc veri-
simile est, Summum Pontificem illum scivisse, Capyc.
decis. 4. num. 30. Menoch. presumpt. 132. num. 71. Et mul-
tò magis præsumitur scientia, & tolerantia Ordinarii,
quando hic cultus publicè est exhibitus in locis suæ
jurisdictionis, cum non sit verisimile, quod res tanti pon-
deris, quæ publicè sit, ab eo fuerit ignorata & ex dicta
Constitutione Urbani, Sanctissimus alternativè sufficit
scientia Sedis Apostolicæ, aut Ordinarii ob dictionem,
vel, quæ ex sui natura, maximè quando inter diversa
repticatur, est disjunctiva, seu alternativa, ut per Bar-
bol. decis. 414. num. 1. & segg. sufficitque, ut altera pars
verificetur.

Quæ quidem omnia procedunt, tam de consuetudine
quam Sancti coluntur ab Ecclesia universali, quam de
ea, qua illos venerantur Ecclesie particulares, etiam in
Kalendario, & Martyrologio Romano descripti non
sunt. Sed probatur primo ex Constitutione Gregorii XIII.
quæ incipit, Emendato jam Kalendario impressa in prin-
cipio Martyrologii, à Cardinali Baronio notis illustrati
ubi Summus Pontifex postquam decrevit, ut in pera-
gendo divino officio de Sanctis in Choro illud tantum
Martyrologium adhibeatur, ne existimetur, ut perpendit
Lezana loc. cit. nu. 23. non posse fieri officium de Sanctis,
in ipso Martyrologio non appositis, ac ita subdit: Si
quos alios habuerint Sanctos in suis Ecclesiis, aut locis ce-
lebrari solitos, eos in hunc Kalendario impressa in prin-
cipio descriptos habeant. Ex cujus Constitutionis ver-
bis elicitur, ut ait Scacch. ibid. sect. 11. cap. 4. vers. Perum
contra hoc, à Gregorio prohibitum esse conscribi in hoc
Martyrologio nomen cujusvis Sancti, licet de eo in ali-
qua Ecclesia officium recitetur. Nam aliud est legitimo
loco legi, aliud nomen ejusdem imprimi. Illud enim re-
spicit Horarum Canonicarum recitationem, & Vesperas
illius diei. Unde ubi aliquod officium Vesperarum dicitur,
ex rubrica primo loco legi debet in Martyrologio
licet in lectione ipsius Martyrologii ejusdem die ultimum
locum, aut nullum haberet. Hoc verò nempè imprime-
re nomen illius in eodem Martyrologio respiceret quan-
dam extensionem cultus, quod nemini absque Sedis Apo-
stolicæ consensu, nequidem Episcopis, permittitur.

Et propterea verum est, subdit Scacch. verb. segg. non 17
valere argumentum ad effectum Canonizationis à reci-
tatione officii ad impressionem in Martyrologio, quamvis
si officium constaret recitari de licentia Sedis Aposto-
licæ, esset validum argumentum ad extensionem cultus
Sancti, de quo recitatur in particulari Ecclesia, & pro-
pterea in Martyrologio possit describi de licentia ejus-
dem Sedis, ad quam pertinet extollere, ac extendere cul-
tum Sanctorum.

Deindè probatur ex Rubrica ipsius Martyrologii §. 4. 18
in qua hæc habentur: Festa de quibus eo die fit officium,
semper primo loco ponuntur, quod etiam servandum erit,
& in festis mobilibus, quæ pronuntianda sunt, ut infra di-
citur, & in Sanctis propriis particularium Ecclesiarum
in hoc Martyrologio non appositis, quæ in iis tantum Ec-
clesiis, & locis, ubi præcipue eorum memoria celebris ha-
betur, legi poterunt, etiam primo loco, si de illis ibidem agatur.
Si vero non agatur, post Sanctos in hoc Martyrologio
descriptos Ordine suo, videlicet Martyres, post Martyres,
Confessores post Confessores, Virgines post Virgines.

Ac, licet Scacchus dicit. sect. 11. cap. 4. in fine, dicat, 19
hanc Rubricam, debere intelligi de Sanctis Canonizatis
vel receptis ab Ecclesia Romana, ut Canonizatis, si ta-
men, quod ipse tradit, verum esset, idem Sancti fuissent
descripti in ipso Martyrologio, & per rotam Ecclesiam
Universalem colerentur, atque adeo intelligenda est de
Sanctis de quorum Canonizatione non constat, sed de
consuetudine in aliquibus Ecclesiis coluntur. Quinimò
ipse Scacchus ibidem, rursus affirmat ex eadem Rubrica
posse ob hanc consuetudinem in particularibus Eccle-
siis legi in Martyrologio Sanctorum nomina, qui in illis
coluntur

- coluntur per universalem Ecclesiam extendi, ipsos in
Martyrologium prædictum absque licentia Sedis Apo-
stolicæ inferendo.
- 20 His accedit, quod in eadem Rubrica Martyrologii §. 5.
præscribitur, ut qualibet lectio quotidiana debeat ter-
minari his verbis: Et alibi aliorum plurimorum Sancto-
rum Martyrum, & Confessorum, atque Sanctarum Vir-
ginum, &c. Quæ clausula est antiquissima, & legitur
in vetustissimis Martyrologiis, ac præcipue in singulis
lectionibus Martyrologii Adonis & in quodam vetustis-
simo Martyrologio manuscripto, quod servatur in Ar-
chievivo Sanctæ Mariæ de Pulsano Montis Gargani in
Apulia, ut testatur Joannes Grimaldus Societatis Jesu
in vita Sancti Rugerii Episcopi Camensis, sive Canusini
adnot. 1. in fine.
- 21 Sub his autem verbis legitur implicite in singulis Ec-
clesiis memoria cujuslibet Sancti, qui in aliqua particu-
lari Ecclesia tantum colitur. Scacch. loc. cit. sect. 1. cap. 7.
vers. Communis quoque Ecclesie praxis fol. 81. li. N.
& fol. 82. littera A. cujus hæc sunt verba: Communis
quoque Ecclesie praxis planum populorum de sanctitate
alicujus præfati roborat, atque confirmat, ut nulla
indigne beatificatione, aut Canonizatione ferè videat-
ur, qui communi populorum voto Sanctus censetur vel
ei de beatificatione, aut alicujus talis Dei servi Canoniz-
atione agatur, præstantissimum inde argumentum. & va-
lidum hauriri constat. Per totam namque Ecclesiam di-
versis in Episcopatibus, Civitatibus, Oppidis, ac locis
plures Dei servi coluntur, ad eorundem honorem Hora
Canonice recitantur, & Missæ Sacrificium ad illorum
memoriam supremo Numinis offeruntur, de quorum Bea-
tificatione, ac Canonizatione nihil certi habetur, quia
etiam plurimorum talium Sanctorum Dei nomina sub ti-
tulo sanctitatis in Martyrologio leguntur, quorum quidem
tantum est numerus in diversis Orbis regionibus, ut pro-
pterea in fine lectionis ejusdem Martyrologii addatur: Et
alibi aliorum plurimorum Martyrum, & Confessorum, at-
que Sanctarum Virginum, quibus quidem sub titulis
comprehenduntur quotquot per Orbem sanctitatis sub titu-
lo à fidelibus venerantur.
- 22 Postremo probatur ex Rubrica prima Breviarii Roma-
ni de officio duplex, quæ sic ait: Officium sit duplex, &c. & in
festis Sanctorum, qui apud quasdam Ecclesias, Religiones
vel Congregationes consueverunt solemniter celebrari cum
officiis propriis à Sede Apostolica approbatis aut ex ejus-
dem Sedis auctoritate receptis, vel recipiendis, servata ta-
men forma hujus Breviarii, alioquin de communi, etiam si
prædicta in hoc Kalendario non sint descripta. Ex quibus
clare apparet, posse etiam recitari officium duplex de
Sanctis non Canonizatis à Sede Apostolica, qui de con-
suetudine alicujus particularis Ecclesie, Religionis, vel
Congregationis solemniter coluntur, quamvis in Kalendario
Romano non sint descripti, ut eandem Rubricam
in terminis prædictorum Sanctorum suæ Religionis
Carmelitanæ considerat Lezana d. consult. 2. num. 2.
- 23 Nec refragatur, quod alia sit ratio Martyrologii, alia
Kalendarii Romani, cum in hoc tantum Sancti, quorum
recitatur officium Ecclesiasticum, in illo vero omnes San-
cti ab Ecclesia universali approbati scribi consueverint,
ut expendit Baron. in eodem Martyrologio die 22. Junii
in notis Sanctorum decem milium crucifixorum sub ini-
tione, atque adeo hæc Rubrica intelligi debet, quod habeat
locum in Sanctis non descriptis in Kalendario, dummo-
do tamen sint appositus in Martyrologio Romano, & non
est inferenda ad Sanctos in hoc non relatos, & ab Ec-
clesia universali non coluntur.
- 24 Nam responderetur, eandem rubricam necessario intel-
ligendam esse etiam de Sanctis in ipso Martyrologio Ro-
mano non descriptis, quos Ecclesie particulares tantum
venerantur, alioquin repugnaret dictæ Constitutioni
Gregorii XIII. emendato jam Kalendario, & ipsius
Martyrologii Rubricæ §. 4. modo recensitis, in quibus
statutum est, posse dici officium de Sanctis, qui tantum

ab Ecclesiis particularibus coluntur etiam in Martyro-
logio prædicto non legantur.

Est tamen verum ex iis, quæ tradit Lezana d. consult. 2. 25
num. 35. ponderando prædictam Rubricam in terminis præ-
dictorum Sanctorum suæ Religionis non Canonizato-
rum quod ut ullius dispositio locum habere possit requi-
ritur qualitas cultus solennis, quæ in ea exprimitur, sub-
ditque cum Gavanto mox citando, quod hæc solemnitas
importat respectu Cleri secularis festivitatem ipsius
Cleri, vel Populi cum pompa exteriore, puta cum pro-
cessionibus, apparatu, concursu, & hujusmodi aliis, & ita
declarasse ait ex eodem Gavanto Congregationem Sa-
crorum Rituum 28. Augusti 1628. Respectu verò Regu-
larium, vel Congregationum significat singularem quen-
dam cultum communem aliis festis in Kalendario des-
criptis, & ex prædicta Rubrica, sufficitque pro his San-
ctis, quorum festa solemniter celebrantur, quod si non
habeant officia propria sumantur de communi.

Nec etiam ait Lezana loc. cit. num. 24. eandem Rubricam 26
obstare, quod Beatus Pius V. in sua Constitutione, quæ
incipit: Quod à nobis, edita anno 1568. statuerit, recitan-
tes officium, confirmari debere cum Breviario Romano
non obstantibus consuetudinibus in contrarium. Quia
ne idem Summus Pontifex videatur sibi ipsi in eadem
Constitutione, ac Rubrica contrarius, dicendum est,
eam non excludere consuetudines in ipsa Rubrica com-
memoratas. Dispositio enim generalis ex ratione parti-
culari restringitur. Cum Prætor, §. Dulcissimus, ff. de
legat. 2. l. Si de re certa C. de translat. Et non compren-
dit casum specialiter definitum. Cum in v. b. m. n. o. §.
fin. ff. de hered. instit. l. seruo manumisso, ff. de pecul. leg. Et
recepta Summorum Pontificum debent exponi juxta
communes juris regulas, c. Cum casum de rescripte. &
cap. licet de præben. Rubricæ autem brevissimi sunt veluti
juris communis totius Ecclesie regula, ut per Thom. à
Jesu in reg. Carmel. quem refert, ac sequitur Lezana in
sæpe citat. consult. 2. d. d. l. o. num. 124.

Idemque in terminis, quod scilicet beatus Pius V. in 27
sua Constitutione non deroget consuetudinibus festo-
rum solemnium Sanctorum, quæ servari præscripsit in
eadem Rubrica, & in aliis subsequentibus, nempè tit. 2.
de offic. semidupl. num. 1. ibi, Officium sit semiduplex, &c.
& in festis propriis quorundam locorum, seu Congregatio-
num, quæ solemniter apud illas, quam simpliciter consuue-
runt celebrari. Et tit. 7. de octavi. n. 1. ibi, fit de octava in
Paschate, &c. Et in festis aliorum Sanctorum, quæ apud
quasdam Ecclesias, Congregationes, & Religiones consuue-
verunt solemniter cum octava celebrari, docet Gavanto,
in com. Rubr. Breviar. sect. 2. cap. 2. de Bulla Pii V. & usum
ejusdem Breviarii num. 27. his verbis: Dicit in Rubricis
habentur sapienter hæc verba, ut tit. 1. num. 1. tit. 2. num. 1. &
alibi, Festa Sanctorum quæ consuueverunt celebrari. Ergo
concedit Pius V. retineri hæc consuetudines. Respondet
quod sic se habet textus, celebrari consuueverunt solemniter,
vel solemniter. Tum quia aliquis Pius V. sibi esse
contrarius, si in Rubricis concederet consuetudines, quæ
abrogavit in Bulla. Non enim abrogavit consuetudines so-
lemnes, quæ concedit in Rubricis. Tum quia verè con-
cessit retineri festa sanctorum in locis propriis, non autem
quæcumque festa, sed solemniter celebrata. Subditque Ga-
vanto num. 28. quod, licet in eisdem Rubricis tit. 7. n. 4.
habeantur præcisè sine adverbio solemniter hæc verba,
consuueverunt celebrari, & tit. 5. n. 1. consuueverunt celebrari, ta-
men posteriores textus pendunt à prioribus. Et idè in
eodem sensu accipiendi sunt, ac priores, qui addunt di-
ctum adverbium, ne inter se pugnent.

Minusque obstat poterit huic consuetudini de reci- 28
tando officio hujusmodi Sanctorum, quod Doctores in
d. cap. 1. de relig. & vener. sanctor. negant, posse dici offi-
cium pro Sanctis non Canonizatis, & quia ab Ecclesia
universalis non coluntur. Quia pro eorum cultu deficit
communis consensus ipsius Ecclesie, & idè pro Sanctis
Canonizatis dici tantum posse, inquit Gloss. in cap. 1. v.
Sedis

Sedis Apostolica eodem sit. in 6. prout & alii Doctores docent. Nec Ordinarii, inconsulta ipsa Sede Apostolica propriis Calendariis Sanctorum officia addere possunt, Nam id prohibuit Sacra Congregatio Rituum octava April. 1628. apud Barbof. in summ. dec. Apostol. v. officium divinum collect. 52. num. 17. ac refert Gavant. in indice decretorum ejusdem Sacrae Congregationis n. 33.

29 Nam respondetur, Glossam, & Doctores loc. cit. non posse intelligi de Sanctis, qui ex immemorabili consuetudine, non solum ab Ecclesia universali, sed etiam ab Ecclesiis particularibus coluntur, alioquin adversarentur praedictis Constitutionibus Urbani VIII. incipien. *Servissimus, & Caelitus Jerusalem*, ac Gregorii XIII. incipien. *emendato jam Calendario*, ac dicta Rubrica 1. Breviarii Romani de offic. Apst. & d. 4. Rubricae Martyrologii Romani, vel saltem ex earum dispositionibus Glossa, ac Doctorum doctrina locum habere desinit, & praedictum decretum Congregationis Sacrorum Rituum anni 1638. posset intelligi, quod Ordinarii non sit permittum absque consensu Sedis Apostolicae addere Calendariis officia Sanctorum ab ipsis composita, ut colligitur ex illis subsequentibus verbis: *Nisi ea dumtaxat, quae Breviarii Romani Rubricis, vel Sacrorum Rituum Congregationis, seu Sedis Apostolicae licentia concedantur.*

30 Sed dato, quod indifferenter intelligatur, ex eo decreto, prohibendum esse Ordinariis concedere facultatem recitandi officia pro Sanctis, etiam de communi, inconsulta Sede Apostolica, id tamen non habet locum in casu consuetudinis immemorabilis illa recitandi, ob quam ejusdem Sedis licentia intercessisse praesumitur. Alioquin praedictum decretum non solum dispositionibus quoque memoratarum Constitutionum Urbani VIII. & Gregorii XII. ac Rubricarum Breviarii, & Martyrologii Romani repugnaret, sed etiam esset contrarium alteri decreto ejusdem Sacrae Congregationis in Visenti 2. Julii 1609. apud eundem Barbofam loc. cit. num. 11. cujus verba sunt: *Officium pro Sanctis, etiam non Canonizatis potest recitari de communi, ubi viget consuetudo immemorabilis recitandi.*

31 Et quidem haec consuetudo immemorabilis venerandi Sanctos non Canonizatos a Sede Apostolica incipit ab initio nascentis Ecclesiae quoad Martyres, habuitque originem, etiam ab Apostolis. Quare sciendum est duobus modis Canonizationes Sanctorum in Ecclesia Dei introductas esse. Particulariter, & universaliter. Particulariter, ut in uno loco particulari, scilicet in una Diocesi, vel Provincia colantur, honorentur, & habeantur pro Sanctis. Et hoc modo in primordio Ecclesiae Martyres Canonizabantur ab Episcopis, in quorum Diocesis passus erant, cum ad eos id munus pertineret, ut notant Canonistae in cap. fin. de fer. & tradunt Bellarm. *contro. tom. 1. contro. 7. gener. lib. 1. cap. 7. ac 10.* & alii, quos refert Malvet. de Canoniz. Sanctor. dub. 2. Molan. in *Natal. Sanctor. Belgi 23. Maii*, Div. Augustin. in *breve. collat. cum Donatistis collat. 3. cap. 13. Optat. Millevit. lib. 1. contra Donatistas*, alique apud Molfes. *conf. 46. num. 10.* patetque ex epistola Pii Summi Pontificis ad Justum apud Baron. *ad annum 166. num. 3.* ibi: *Cura autem Sanctorum Martyrum corpora sicut membra Dei quemadmodum curaverunt Apostoli Stephanus, carceres Sanctorum visita, ne aliquis respiciat in fide, Martyria Sancta Spiritu Sancto proba.* Sanctus quoque Cyprianus epist. 17. ad Presbyteros, & Diaconos Carthaginenses, quem ad rem hanc refert Baron. in *Martyrolog. cap. 4. & ad annum 253. num. 40.* sic ait: *Demque dies eorum, quibus excedunt adnotata, ut commemorationes eorum inter memoriam Martyrum celebrare possimus.* Idemque servatum fuit, ut inquit ipse Baronius *ad ann. 254. num. 57.* a Gregorio Thaumaturgo de populari laetitia in Nataliis Martyrum, teste Gregorio Nysseno in vita ejusdem Gregorii, ita de eo scribente: *Descendit rursus in Urbem, & omni circa regione, undique peragrata, ac perlustrata, additamentum, quasi corollarium studii sui erga Numen*

divinum instituebat, apud omnes ubique populos, sanciens, ut nomine eorum, qui pro fide certassent, dies festi, atque sollemnes Convventus celebrarentur, cumque alii in alium locum corpora Martyrum deduxissent, per anniversarii circuli ambitum congregati latabantur, in honorem Martyrum servatas agentes.

Sed longe ante Pii Summi Pontificis, ac Cypriani, & Gregorii Thaumaturgi Episcoporum tempora egregiam a majoribus eidem rei navatam esse operam adeo, ut non modo ab Ecclesiis, Praesulibus, aliisque, qui in Ecclesia illustriores erant, sed etiam ab infimi Ordinis hominibus Martyrum acta consecrarentur, & statim, ac passim erant, illorum ossa, vel cineres honorifice servarentur, colerentur, ac in ipsorum honorem sacrificia a Christi fidelibus Deo offerrentur, tradit idem Baronius & Pontio, Cypriani De cano. *ad annum 258. num. 5.* qui ad annum 58. num. 93. ait, hanc consuetudinem ab Apostolis emanasse his verbis: *Non negligenda in primis videntur, quae de his apud Clementem, nempe, Constit. lib. 8. cap. 39. Scripta leguntur, manasse haec scilicet ex Apostolorum institutis, cum antiqua traditioni Sanctorum Nataliis celebrandi complures antiqui scriptores adscripserunt, nemo certe, nisi Apostolorum auctoritate rem tantam in nova Ecclesia, absque ullo divinae scripturae exemplo, introducere praesumpsisset, neque rursus ab universali Ecclesia recepta esset, nisi id omnes ex Apostolica traditione manasse novissent.*

Idemque Baronius in Martyrologio c. 4. sub initio ait, 33 quod sicut olim Romae fuit commissum Notariis negotium de conscribendis Nataliis Sanctorum Martyrum, ita hoc idem fuit impositum in aliis Ecclesiis alicui earum Clero, ut quot annis eodem recurrente die in cuiuslibet Sancti Martyris memoriam Deo offerrent sacrificium. Et eodem c. 4. ita proseguitur. *Ex praedicta igitur nota dierum Natalium Sanctorum Martyrum pro commemorationibus faciendis Martyrologii scribendi provenit occasio. Cum enim frequens esset Martyrum numerus, decem enim illis quas numerant, persecutionibus, in unaquaque Provincia necatos fuisse quamplurimos, nemo poterit dubitare, atque in chartis Ecclesiae singulorum nomina, & dies, quibus Martyrum consummassent, notata haberentur, ex eisdem Ecclesiasticis monumentis pridie diei Natalis, ut hodie fit in Martyrologio annunciabatur in Ecclesia, quorum Natalitia recensenda essent die sequenti, eorumdemque una cum sacrificio foret commemoratio facienda, ejusmodi Ecclesiasticas tabulas, quibus singulorum Martyrum Natalitia conscripta haberentur, falsos fuisse appellatos optime, eruditique notas Pamelius in d. epist. 37. Cypriani. Ille enim in lib. de coron. Martyr. haec ait: *Habes tuos census, tuos fastos, nihil tibi cum gaudiis &c.**

Ita Baronius, qui subdit loc. cit. quod haec antiquitas veneranda, & ab Apostolis manans, semperque servata, ac probata traditio non tantum egit, ut anniversaria celebritate Sanctorum commemoratio ageretur, sed etiam ut in ipsorum honorem memoriae passim erigerentur. Memoriae enim vocabantur Ecclesiae, quae in Sanctorum Martyrum honorem Deo consecrabantur, ut testatur D. Augustinus de Civit. lib. 2. c. 10. Et hic quidem laudabilis usus ab Apostolorum temporibus visus est duxisse initium, ea nimirum occasione, quod veneranda Martyrum corpora sub Altaribus recondi consueverunt secundum illud Joannis in Apocal. cap. 6. *Vidi sub Altare Dei animas interfectorum propter testimonium, quod habebant*, ut omnes praetertim antiquiores ram graeci, quam latini declarant interpretes. Ex cujus Sacrae Scripturae in Apocal. auctoritate infert Baronius loc. cit. n. 7. quod licet Felix primus decreverit, ut quotannis sacrificia, Martyrum nomine celebrarentur, ut ait Platina in ejus vita, longe tamen ante Felicis tempora Ecclesia ejusmodi institutionem sibi vindicavit, & hujus Summi Pontificis decretum stabilivisse potius videtur, quod ab ipse scripto Canone, traditione tantum simpliciter servabatur.

Modus autem hic antiquus Canonizandi Sanctos fuit prius.

prius introductus, quoad Martyres, quam quoad Confessores. De illis enim non autem de istis Ecclesia ab initio festum celebrare coepit, & post multos annos a Christianae Religionis fundatione in Pontificatu Bonifacii IV. sub anno 698. ignorabatur, fuisse generaliter constitutos dies festos pro sanctis Confessoribus, ex quorum ab eodem Bonifacio Pantheon in honorem Beatae Virginis, & omnium Sanctorum conservaretur, titulus fuit ei datus Sanctae Mariae ad Martyres, nulla habita Sanctorum Confessorum commemoratione, Platina de vit. Pontific. in principio vitae ejusdem Bonifacii. Innocentius III. de myster. Mis. lib. 3. cap. 10. & D. Augustinus de Sanct. Virg. cap. 45. Et ex eadem ratione in Canone Missae Sanctorum, & Sanctorum Martyrum memoria tantum, & non Confessorum recensetur. Quia tempore, quo idem Canon fuit compositus, nullum festum de Sanctis Confessoribus celebrabatur, & quod haec Sanctorum Martyrum commemoratio in Canone Missae sit vetustissima, tradit quoque Durandus de ritib. Eccl. Cathol. lib. 2. cap. 35. n. 3.

36 Hujusmodi autem mos particulariter Canonizandi cessavit, & sancitum, ut Sanctorum Canonizatio fieret cum omni omnino diligentia, & ne populo detur errandi occasio ita, ut non Sancti pro Sanctis haberentur, & ob alias rationes, quas refert Tuschus v. Canonizatio concl. 21. & ante eum Gloss. in d. cap. 1. d. v. Sedis Apostolicae de Reliq. & vener. Sanctor. in 6. fuit secundus modus canonizandi universaliter praescriptus ab Alexandro III. ac Innocentio III. in cap. 1. & 2. eodem titulo scilicet nullus pro Sancto colatur, nisi fuerit Canonizatus a Sede Apostolica, ad quam pertinere solum decerneret, quid credendum, quidve agendum sit de rebus, quae fidem, ac Religionem respiciunt, ut per Doctores adductos a Molfesio d. conf. 46. n. 11. Atque hi ab universali Ecclesia, seu fidei- lib. 2. cap. 35. n. 3.

37 Et nihilominus certum est ante praedicta Alexandri III. & Innocentii III. decreta aliquos Sanctos fuisse a Summis Pontificibus Canonizatos, qui fuerunt undecim quorum novem enumerantur a Rocca de Canoniz. Sanctor. in Catalogo, a Summis Pontificibus ab anno 804. usque ad 1601. Canonizati, & duo alii fuerunt ab ipso praetermissi, quorum Constitutiones sunt inter congestas in Bullario tom. 1. Ante vero annum 804. non legitur aliquis in Sanctorum numerum ab ullo Summo Pontifice adscriptus, ut ait se credere Bellarm. d. cap. 8. refert quoque Surius tom. 2. cap. 9. licet Auctores in id non convenire, tradat Molfes. *cod. conf. 46. num. 15.* Nam aliqui existimant B. Trudpertum anno 770. fuisse Canonizatum a Stephano Papa Tertio, ut ex libello Sanctorum Ecclesiae Constantinensis, nondum typis excuso, habetur. Hi autem primi undecim Sancti Canonizati sunt sequentes.

S. Svitbertus a Leone III. anno 804. 9. Septembris.

S. Uldaricus, Augustae Vindellicorum Episcopus, a Joanne XV. anno 993. Mense Februarii.

S. Simon, Monachus Treverensis, a Benedicto IX. anno 1035.

S. Stephanus primus Hungarorum Rex, & S. Emmericus ejus filius ab eodem Benedicto IX. anno 1036. 4. Novembris.

S. Wolfgangus, Ratisponae Episcopus, a Leone IX. anno 1049.

S. Gerardus, Episcopus Tullensis ex Colonia Agrippina ab eodem Leone IX. anno 1052.

S. Antilanus, Episcopus Zamorensis, ab Urbano II. circa annum 1088.

S. Petrus, Episcopus Anagninus, a Paschali II. anno 1110. 4. Januarii.

S. Hugo, Episcopus Gratianopolitanus, ab Innocentio II. anno 1134. 22. Aprilis.

S. Henticus primus, Romanorum Imperator, ab Eugenio III. anno 1152. 13. Martii.

38 Post praedicta vero decreta Alexandri III. & Innocen-

tii III. ii, qui fuerunt in Sanctorum numerum cooptrati ab eodem Alexandro, sunt Eduardus, Anglorum Rex; Bernardus Abbas Clarae Vallis; Thomas, Episcopus Cantuariensis, & M. Galganus Eremita, reliqui fuerunt canonizati a Summis Pontificibus successoribus ita, ut omnes, computatis praedictis undecim Sanctis ante Alexandrum Tertium usque ad Pontificatum Urbani Octavi, inclusivè, qui fuerunt congesti a Rocca loc. cit. & referuntur in praedictis Constitutionibus Apostolicis, in Bullario positus, ad septuaginta duos tantum ascendant praeter aliquos Regulares Martyres ab eodem Urbano Octavo Sanctos declaratos, & si qui hunc numerum excedunt, per paucos esse, ait Rocca eodem Catal. in fine, & de his a Summis Pontificibus in sanctorum numero ante tempus Alexandri III. adscriptis, poterunt videri Trithemius in lib. de viris illustribus, Demochates in ebal. Episcoporum. Aurelianus. n. 5. lib. de omnib. Episcoporum. German. cap. 9. & seqq. ac Molan. in append. ad Martyrolog. Ulfardi Ceteri innumerabiles sancti Martyres, & Confessores ab Ecclesia universali, & Ecclesiis particularibus, sive sint in Calendario, & Martyrologio Romanis, sive non descripti, de consuetudine coluntur.

At deinde, tradentibus Divo Augustino dicit. collat. 23. 32 Molan. loc. cit. & Baronio in notis ad Martyrolog. 2. Aprilis v. Sanctorum numero, alius non fuit in Ecclesia Catholica introductus in Canonizatione Martyrum. Cum enim quis martyrio occubisset, Episcopus sub cuius ditione id contingebat, rem deferret ad Primatem qui, convocato Episcoporum suffraganeorum Concilio, ejus martyrium illis communicabat, & si, re bene pensata, decerneretur, passum, inter sanctos in tota Ecclesia habebatur. Hunc morem coepisse in Africa tradit Baron. *ad ann. 302. n. 126.* quem in aliis Provinciis servatum quoque credit, & hanc fuisse veterem praxim Ecclesiae, affirmat Scacch. dicit. *scilicet. 1. eod. cap. 7. fol. 18. & Molfes. d. conf. 46. n. 13.* ait idem antiquitus fuisse postea quoque introductum pro sanctis Confessoribus. Si quis enim cum opinione sanctitatis obierat, & in vita, & post mortem miraculis claruisset, res haec agebatur, ac diligenter discutiebatur in Synodo, sive Concilio Provinciali, & ejus assensu iste elevabatur, id est canonizabatur cum mirabili gaudio, ac concursu populorum.

Et idem innumeros Sanctos Confessores non a Sede Apostolica, sed hoc modo in Sanctorum numerum relatos universalis venerata est, ac veneratur Ecclesia, quorum plurimi referuntur a Sancto Gregorio Turonensi in historia Sanctorum Patrum, & a Sancto Gregorio Papa in lib. dialog. & inter eos plures Sancti insignes conspiciuntur, quales sunt, Antonius Abbas, Hilarion Gregorius Nyssenus, Joannes Chryostomus, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, aliique.

Nec obstat, quod hujusmodi consuetudo colendi Sanctos non Canonizatos a Sede Apostolica, magno periculo falsi cultus exhibendi iis qui vere Sancti non sunt, neque caelestis gloria fruuntur, subjaceat, prout aliquando contingit in Ecclesia, ut alibi retulimus. Ideoque semper hac in re Ecclesia magnam adhibuit dignitatem, ne falsis Sanctis cultus aliquis adhiberetur, ut patet ex pluribus Conciliis, quae refert Lezana d. *conf. ult. n. 28. & ex Concil. Trident. sess. 25. de inuoc. vener. & Reliq. Sancti.*

Quia responderetur cum eodem Lezana loc. cit. n. 19. 42 quod casus praedicti, alique consimiles particulari Dei providentia fuerunt manifestati, & verba illa, quae Augustino tribuuntur, *multorum corpora honorantur in gehenna, quorum anima torquentur in gehenna*, Bellarm. d. lib. 1. de Sanct. & Beatis. c. 10. testatur, quod nunquam in operibus Sancti Augustini reperire potuit, & etiam reperirentur, subdit, intelligi debere de impiis, qui superbissent, subdit, intelligi debere de impiis, qui superbissent in mis sepulchris honorantur in terris, quorum animae in gehenna torquentur, vel de corporibus defunctorum gehenna torquentur, vel de corporibus defunctorum fraude aliqua pro Corporibus Sanctorum suppositis, vel de Martyribus Donatistis, qui ab haereticis, uti Sancti hono-

honorabantur, & si prædicta urgerent, necessarium sequeretur, quod solum illi, qui à Sede Apostolica sunt Canonizati, ab Ecclesia coli deberent, & tamen verum est, innumeros non Canonizatos ab eadem Sede ex longæva consuetudine cum ejus tacito, vel expresso consensu, legitime præscripta ab Ecclesia, uti Sanctos, coli, & honorari. Præterea casus prædicti rari eventum, & ideo non possunt vitari factum legitimum ex immemorabili consuetudine, ut in terminis docet Mollet. d. conf. 45. num. 68. Lex enim attendit ea, quæ ordinarè, non quæ rarò contingunt, l. nam ea. ff. de legib.

43 Miri usque obstat, si nullibi extaret eorum memoria. Nam satis notum est, acta Martyrum, quæ Romæ jussu Clementis, & in aliis Provinciis jussu aliorum Romanorum Pontificum congesta sunt, magnam jacturam passa esse tempore Imperatorum, qui Christianos persequuntur, præterim Diocletiani, ut tradit Baron. ad ann. 60. n. 45. his verbis: *At non Roma tantum, & locis extra Urbem positò, sed in aliis Civitatibus, atque Provinciis sub eodem Nerone passi Martyres reperiuntur. Nam tradit Orosius lib. 7. cap. 7. per omnes Provincias pari persecutione christianos vexari à Nerone mandatum esse. Horum enim magna ex parte nomina exciderunt, exustis Ecclesiarum monumentis à Diocletiano Imperatore, ut suo loco dicemus, adeò ut vix paucorum habeatur mentio in Romano Martyrologio; sed omissis cæteris, cum non noverit sit instituti omnium Ecclesiarum Martyres omnes prosequi, quæ pertinent ad ea, quæ Romæ gesta sunt, tantummodo nunc prosequamur.*

44 Videatur etiam idem Baronius ad Martyrolog. cap. 3. ubi fusè agit de jactura actorum Martyrum, quorum plura non solum fuerunt flammis tradita, sed etiam alia diminuta conspiciuntur ita, ut quo martyrii genere aliqui eorum, quos etiam Ecclesia universalis veneratur, obire, ignoretur, ut inquit idem Baron. ad ann. 302. n. 128. & ad Martyrolog. cap. 8. ubi refert Gregorium Papam lib. 7. Regist. epist. 29. ad Eulogium, Episcopum Alexandrinum, hoc sic attestantem: *Nos pene omnium Martyrum distinctio per dies singulos passionibus collecta in uno Codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solemnè agimus. Non tamen in eodem volumine quis, qualiter sit passus, indicatur, sed tantum locus, & dies passionis ponitur. Vide sit, ut multi ex diversis Terris, atque Provinciis per dies, ut prædixi, singulos cognoscantur coronati. Et quo tempore fuerint aliqui ex prædictis Martyribus passi, etiam ignoratur, ut habetur in Martyrologio in eisdem notis, nempe Bassæ, & Socorum 10. Augusti, ab eodem Baronio instructis. Sufficit ergo traditio, sive consuetudo immemorabilis de eorum cultu.*

45 Nunc præsto, quod promisi, specimen nempe relationis, quæ sive spectes vitam, sive virtutes, sive miracula, sive genus ipsum dictionis, sive omnia, sive singula, verè mirabilis est. En illa.

RELATIO FACTA in Consistorio secreto coram S. D. N.

GREGORIO PAPA XV.
A Francisco Maria, Episcopo Portuensi S. R. E.
Cardinali à Monte.

Die 24. Januarii 1622. super vita, sanctitate, actibus
Canonizationis, & miraculis

BEATI FRANCISCI XAVIER,
& Societate Jesu.

46 Divinæ providentiæ consilio statutum est, Beatissime Pater, ut Christus Deus, & homo ineffabili mysterio in tempore de Virgine natus, suæ legis splendore humanum genus ad salutem illustraret, quem propterea æterni Patris nomine ita Isaias alloquitur: *Ecco dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ.* Non tamen omnibus per seipsum Christus hoc beneficium contulit, sed intra Judææ fines se continuit, inde ve-

rd Apostolos, tanquam sol, splendidissimos radios misit in universum mundum prædicare Evangelium, nec Apostoli, electi à Deo nuntii, omnes Orbis terræ Provincias peragrarunt, sed cum falli non possit divini oraculi vox, quæ de illis prædixit: *In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines Orbis terra verba eorum.* Apostolis Apostolici viri successerunt, qui ab hac Sancta Sede missi Christum Dei, salutem, ac veram mundi lucem aliis subinde Provinciis prædicarunt.

Hos inter servus Dei Franciscus Xaverius ita eluxit 47 ut in eo divini oraculi pars illa impleta esse videatur: *Et in fines terra verba eorum.* Divino enim beneficio segregatus in Evangelium Dei, qua immensa parent Oceani littora ad Orientem solem deduxit sonum Apostolorum: *Et in fines Orbis terra verba eorum.* Nam, ut tacemus Indos, Brachmanas, & Malabares, ad quos aliqua Evangelii fama olim emanavit, & multorum sæculorum ætate obliterata, Xaverii prædicatione revixit, ipse primus Patavis, Malais, Jais, Accenis, Mindanais, Moluënsibus, ac Japonibus Apostolico sanè spiritu, & virtute Evangelicæ lucis fulgorem induxit, & salutem annuntiavit. Ultra quas Provincias ad Orientem solem nihil reliquum Orbis terrarum habet.

Nuncius tamen ille hinc discessit Apostolicus, à Paulo Tertio Pontifice Summo missus, ut illis gentibus salutem nuntiaret, & Apostolus inde reveritur. Hoc enim nomen Apostolicis factis primum in Lusitania obtinuit deinde id India, Japonia, Sina, & reliquis Orientis Provinciis conservavit. Communi enim omnium consensu, non nisi Apostolus nominatur, meritòque tam honorifica appellatione dignus censetur, qui Apostolico planè spiritu in tot Provinciis Evangelium prædicavit, ita Domino cooperante, & sermonem servi sui confirmante sequentibus signis, ut multa centena hominum millia, doctrina, & miraculis, Apostolorum miraculis similibus, ab idolorum servitute ad veram libertatem filiorum Dei traduxerit, in fide instituerit, & propria manu baptizaverit, inter quos Reges, ac Principes non pauci numerantur. Quod Apostoli nomen ab hominibus servo suo tributum insigni miraculo Deus confirmasse videtur, cum illi non solum miraculorum, sed etiam linguarum dona concesserit, quibus olim Apostolos Hierosolymis ad prædicationem Evangelii armavit.

Apostolus igitur ad hanc Sanctam Sedem revertitur 49 qui Apostolicus Nuncius ab illa missus est, ut fructum afferat, & fructus ejus manet, quem tu summè Sacerdos benedicas, & Deo offeras. Illius enim fructus sunt tot millia hominum Catholicæ Ecclesiæ aggregata, tot illustrium virorum victoria, qui in illis Provinciis, in quibus Evangelium prædicavit, pro fide tuenda sanguinem profuderunt hodieque profundunt, constantia, & patientia, qua innumeri Confessores inter acerbissimas persecutiones fidem tuentur, illius etiam fructus est nomen, & fama, quam Apostolicæ sanctitatis, ubique obtinuit, & desideria totius Ecclesiæ de illius Canonizatione, nulla etiam natio est in Orbe Christiano quæ Xaverium eximie Sanctum, non prædicet, cupiatque plenos illi beatorum honores ab hac Sancta Sede pro tantis meritis tandem decerni.

Hæc igitur celebris fama, communisque Ecclesiæ, vox, 50 ac desiderium Pauli V. fel. record. animum inclinarunt, ut ad præces totius Societatis Jesu, illiusque Præpositi Generalis in ordinem ad Canonizationem de vita, & sanctitate hujus heroici viri, juxta Sacros Canones inquiri jussit, propterea que fabricatis processibus de jure, ac stylo necessariis, illisque maturè per plures annos discussis, hodie in eo statu versatur, ut legitime instructa videatur, & jussu sanctitatis vestræ coram amplissimo Sacro Senatu illius statum relaturus, brevitati consulendo, tripartito ordine illum explicabo.

Primò, vitam, actiones heroicæ, virtutes hujus servi Dei proponam.

Secundò, res in hujusmodi causâ ordinatim gestas, Tertiò,

Tertiò, miracula insignia, à Deo ejus intercessione facta, ut si priora duo sanctitas vestra approbatione digna esse judicaverit, & hanc postremam partem recensendam decreverit, rogatis de more singulorum Reverendissimorum Dominorum meorum sententiis, quid pro Dei gloria, & Catholicæ fidei exaltatione magis expediat, deliberare, & statuere possit.

De Vita.

In ea Navarræ parte, quæ trans Pyreneum Montem ad Hispaniam pertinet, natus est servus Dei Franciscus Xaverius anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo in Castello Xavier, à nobilibus parentibus Joanne Jasso, regii ejusdem Provinciæ Consilii Præsidi, & Maria Azpilcueta Xaverii oppidi, & aliorum circa locorum dominis, à quibus piè educatus, & Christianæ disciplinæ rudimentis diligenter instructus, ubi ætas adolevit, Lutetiam Parisiorum missus est, ut in celebri illa Academia literarum studiis animum excoleret. Cùmque de eo domum revocando pater cogitaret, Maria Magdalena, Francisci soror, quæ Gandiæ discedentium virginum magna sanctitatis fama Monasterium regebat, de patris consilio, ac fratris futura gloria divinitus edocta ad patrem scripsit, Parisiis Franciscum omnino ope fovet, ut in studiis pergeret, etiam si opus esset domesticum censum in ea re exhaustivè, quia nimirum electus à Deo novi Orbis Apostolus erat.

Parisiis ergo amicitiam contraxit Franciscus cùm Ignatio Loyola, Societatis Jesu postea parente, & fundatore, qui eum ad divinam gloriam procurandam socium à Deo multis obtinuit precibus, & lacrymis, spiritibusque exercitationibus instruxit. Quibus ille tantum profecit, ut Evangelicæ perfectionis amore incensus, sæculi honoribus, ac divitiis contemptis, durum, ac vile vitæ genus, eodem Beato Ignatio duce, animosè aggressus sit, & constantè profecit. Quibus emendando quærebat, orationi, ac divinis rebus vacabat semper, corpus jejuniis, aliisque poenis assiduebat.

Egressus Parisiis in Italiam venit, & dum peregrinandi in Palæstinam tempestatem expectat cum sociis, ut Turcarum conversioni ibi incumbere, cuius rei voto se adstrinxerat, Venetiis, Bononia, aliisque Urbibus præclaro sanctitatis exemplo, & spiritus ardore concionando, aliisque pietatis, & charitatis officiis proximorum saluti indefesso incubuit studio. Venetiis ad titulum paupertatis Sacerdos creatus, magno humilitatis, & charitatis exemplo ægrotis in hospitali domo infervivit, illis familiaribus assistens, quorum aspectum propter infanabiles morbos, ac vulnera reliqui ferre non poterant, & ut gloriosiores de victoriam reportaret, æpe aquam hausit, qua eorum vulnera laverat.

Sublata igitur navigandi eo anno spe, Romam cum aliis sociis venit quemadmodum inter omnes convenerat, ut se Summo Pontifici susterent, offerrentque in quascumque vellet Provincias emendare ad proximorum salutem procurandam, vitamque hic spiritualibus exercitationibus, ac laboribus pro divina gloria ditissimam, cæterum pauperissimam, & asperam dum agerent, factis primis Societatis Jesu fundamentis, Joannes Lusitanus Rex Orientalis Indiæ conversioni maximè intentus, à Paulo Papa III. suppliciter petit, ut ex Ignatii Sociis, quos sanctitatis, & doctrinæ fama ad eam expeditionem aptissimos judicabat, aliquos sibi mitteret, qui Evangelium vastissimis illis in Provinciis promulgarent.

In quam rem Ignatius, cui Summus Pontifex negotium commiserat, Franciscum nominavit, qui Apostolici Nuncii dignitate, ac potestate à Pontifice instructus Indiæ Apostolus juxta sororis vaticinium, à Deo electus, sine mora proficiscitur, eaque sanctitatis, & Apostolici ardoris signa exhibuit in Lusitania, ut communi omnium voce Apostolus dictus sit, quod nomen non solum ipse dum vixit, & post obitum obtinuit, verum in illius memoria, ac venerationem, qua Lusitanum Imperium per

Europam, Africam, Asiam, & novum patet Orbem, omnes de Societate Jesu Apostoli nominantur tantum enim fidelis Dei servus Apostolicis factis, & sanctitate promeruit, ut non solum sibi gloriosum nomen, sed suis etiam comparaverit.

Ex Lusitania in Indiam solvit, nec ullis regii Prætoris precibus adduci unquam potuit, ut viatici nomine aliquid acciperet, præter vilem centonem. Mendicando vitium querebat in navi, in publico dormiebat, nautico fune pro lecto utens, ægrotis omni ope semper præsto erat, illis cibos, si indigerent, non solum à ditioribus procurabat, sed propria etiam manu, & industria parabat ac dividebat, non veritus etiam illorum vestes lavare, aut aliquod officii genus, quamvis vilissimum illis exhibere, in quibus prudens Christi servus ipsum Christum semper agnovit, & veneratus est. Ut Sacramenta illis ministraret, periclitantibus adesset, & mœrentes solaretur, totas noctes vigilabat indefessus, diebus in summo labore, & oratione transactis; Unde aliqui dicere soliti sunt, Francisci delicias esse præter orationem, ægrotis inservire. Quod vivendi institutum non solum in hac, sed in omnibus navigationibus, in quibus deinceps magnam vitæ partem posuit, constantissimè retinuit. Nec solum in Mari ejus charitas ita in pauperes, & ægrotos eluxit, sed dum in Urbibus moraretur, nihil ab hoc instituto unquam remisit. Quin omnibus omnia factus, ut Christo omnes lucrificaret, reliquos homines, qui vel propter pinguiorem fortunam, vel propter valetudinem ea opera non indigebant, aliis non minoribus officiis prosecutus semper est, nullique unquam labori pepercit, quo proximorum saluti prodesse posset.

Indiam ut attigit post tam longam navigationem, quæ annum tenuit, curando corpori nullum tempus dedit, sed ignem, quam in illas Provincias mittere venerat, statim cepit spargere. Pueros ac rudem plebem per urbem tintinnabulo vocabat, coegitque in aliquam Ecclesiam, in qua omnes doctrinam Christianam edocebat ea spiritus efficacia, ut altissimè in omnium corda penetraret, veluti doctrina ipsa Apostolorum. Orationes per plateas, ac domos, ut decantarent, omnibus persuasit, & in domibus suis familiaribus eas traderent. Qui mos ab eo inductus, hodie in India, magna Dei gloria, perseverat.

Adultos ad confessionem, ac poenitentiam peccatorum, Christianæque vitæ sanctitatem omnibus officiis invitabat. Ethnicos ab idolorum servitute ad veram filiorum Dei libertatem indefesso studio, & per aperta vitæ discrimina vocare nusquam destitit, in ignotas & abditas penetrans Provincias, nudis sæpè pedibus, laceris vestibus, & mendiciis. Qua in re ita servi sui conatibus Deus adfuit, clarissimis, & Apostolorum similibus miraculis sermonem illius, ubique confirmans, & interius auditorum corda movens, ut multa centena hominum millia ad fidem converterent, & baptizaverit, multos virorum cæno pertinaciter immerfos, magnis ad id susceptis peregrinationibus, navigationibus, & corporis afflictionibus, extraxerit.

Multa sunt Regna, Provinciæ, & Insulæ, per quas Cæli, ac Romanæ Sedis Nuncius verbum Dei seminavit Tandemque dum aditum Evangelio quartit in vastissimum Sinarum Imperium, laboribus supra humanas vires pro Dei gloria fractus, & cælesti Christi videndi ardore extenuatus, in Sanciæ deserta Insulæ ad patriam, & nuptias Agni evocatus fidelis servus, in gaudium Domini introivit.

De Virtutibus.

Apostolici hujus viri clarissimarum virtutum insignibus excellens sanctitas per RR. PP. Roræ Auditores firmata, & per Sacram Rerum Congregationem legitime comprobata, apertè ex dicendis manifestatur.

De Fide.

Fides in excellenti gradu in se floruit, quam non solum per

per Sacramentorum devotam susceptionem, & indefessam ministracionem professus est, sed heroicis etiam operibus susceptis ad eam prædicandam per barbaras, & ignotas provincias, ac maria magnis peregrinationibus navigationibus per aperta vitæ pericula, & sine ullo humane opis auxilio, exprimens in seipso Evangelicæ doctrinæ, quam prædicabat, puritatem, ac sanctitatem, atque ejus fides in millia millium per vastas illas provincias propagata, & allatura in posterum est fructuum benedictionis in horrea Domini. Ex quibus rebus ea virtus eminenter in illo claruisse patet.

De Spe.

Firmissimam habuisse spem, planum est, cum in eo omnia illa abundantè concurrerent, quæ cum tali spe indissolubili nexu sociantur, nempe despectus temporalium rerum, voluntaria ærumnarum perpessio, aggressio difficilium, securitas in periculis, gaudium in adversis. Nam despectus temporalium apparer, quod spretis mundanis honoribus, divitiis, feudalibus castrorum successibus, dignitatibus, & commodis, humilem vitam, religionemque paupertatem sub obedientia in viriditate est amplexus. Quoad voluntariam ærumnarum perpessio, evidentissimè constat illa, quæ cunctis rejeçtis commodis, ærumnas plurimas, maximosque labores propter Christum voluntariè suscepit, ut inferius suo loco designabitur, ita ut quanto majores illius fuerunt labores & graviores ærumnæ, tanto etiam in eo ferventiorum dæm fuisse, affirmandum sit. Quoad aggressioem difficilium illam docent plurima ardua, difficilia, & humanas vires prorsus excedentia, quæ toto vitæ cursu percussisse probatur, inter quæ unum tantum, ne longior sim, narrandum censui, videlicet admirabile, illud quod cum magnis itineribus per montium cacumina numerosus Badagarum exercitus in Regnum Travancotidis, atque Promontorium Comorini furens excurreret in ruinam Christianorum, quos ipse baptizaverat, Xaverius solus invictus in Deum fiducia clypeo recluso, obviam barbaris processit, militisque levare increpuit. Stetit illic exercitus immobili vestigio, nec progredi ulterius potuit, quin etiam ducibus pergere volentibus respondebant militibus progredi nequaquam posse, & cernere è regione stantem cum Xaverio virum quandam magnam, & majestatem terribilem, nigra veste indutum, qui eos terrebatur, neque ardorem ex vultu, atque oculis emicantem ferre se diutius posse. Quod cum ipsi etiam ducis experirentur, retrocessit totus exercitus, atque ab incepto destitit, victorque Xaverius Christianos, quos Christo pepererat, à cæde, & rapinis liberavit.

Aggressioem difficilium ostendunt etiam cum admiratione tot peregrinationes susceptæ ad infideles populos, incognitos, & barbaros cum aperto vitæ periculo solo studio divinæ gratiæ propagandæ. Securitatem in periculis in illo floruisse, certissimum est, cum probetur sine cura fuisse in meris curis, & sapius sine metu fuisse imminente naufragio, securum ingruentibus hostibus, securum in infirmitatibus ipsis ita, ut firma spes in Deo, quæ in illo vigeat, certam securitatem in periculis ei præstaret, non secus, quam anchora navi in fluctibus præstat, & in Domino confidens nihil timeret postquam cum Davide canere: *Si exurgat adversus me prælium, in hoc ego sperabo.*

Postremo quoad gaudium in adversis, illud eminenter probat continua hilaritas animi, promptaque voluntas, quibus non solum sine merore, sed cum Apostolo ad Romanos glorians in spe filiorum Dei, tot labores, & ærumnas, ac pericula, & adversa passus est, justè, ac piè vivens in hoc sæculo, expectans beatam spem, & adventum magni Dei, qui servum, quem vigilantem, & laborantem cum gaudio invenit, ad gaudium vocat æternum.

Charitas.

Charitatem, virtutum præstantissimam, servum istum

Dei habuisse in eminenti gradu tam erga Deum, quam erga proximum, evidenter probatum est.

De Charitate in Deum.

Nam quoad Deum, charitatem illius ostendit exacta observantia mandatorum ipsius Jesum Dei, & Domini Nostri Jesu Christi approbatione, qui dixit Joann. 15. *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me.* Quam exactè verò fidelis iste servus Domini mandata servaverit, colligitur ex puritate conscientie, ex assidua meditatione divinæ legis, ex horrore cujusque etiam levissimæ transgressionis, ex studio, quod adhibebat, ut ab aliis divina præcepta servarentur, ex voluntaria paupertate, castitate, & obedientia in quibus tantum excelluit, ut non solum is, qui ex adverso est, nihil habens de illo dicere, obmutesceret, sed omnium lingua, ac vocibus tam à christianis, quam ab idololatriis, non nisi Sanctus communiter diceretur, quæ fama non nisi exactissima divinæ legis observatione colligi potest.

Probant eandem charitatem frequentia & familiaria colloquia, quæ longa, & quàm assidue cum Deo habebat in quibus Dei amore taliter incendebatur, ut sæpè vultu inflammato, oculis ad Cælum affixis, diutius à terra elevaretur, quasi Cælum, ubi erat illius thesaurus, & propterea cor, etiam corpus raperetur, & sæpè non valens resistere abundantie dulcedinis divini amoris, clamaverit; *Satis est, Domine, satis est.*

Ostenditur eadem charitas per extinctionem timoris in subeundis periculis, & arduis operibus aggrediendis amore Dei. Nam perfecta charitas foras mittit timorem ille verò tantum abfuit à timore, ut propter Deum non timuerit naufragium, peregrinationes per invia, & deserta loca non formidaverit, nec feros ethnicorum mores expaverit, quamvis ab omnibus uno consensu exitium sibi imminere denunciaretur. Nec minus elucet ejus eximia in Deum charitas ex contemptu rerum humanarum, & mortis, qui in tota hujus servi Dei vita ita elucet, ut verè cum Apostolo posset dicere; *Quis nos separabit à charitate Christi? An angustia? An fames? An nuditas? An periculum, &c. In his omnibus superamus propter eum, qui diligit nos.*

Nec minus eandem testabatur charitatem continuo de Deo meditando, dulces de illa sermones habendo, cunctos ad illius amorem hortando, jaculatorias orationes ex inflammato pectore etiam in mediis turbis emittebat tanta dulcedine, ut audientes ad Dei amorem accenderet, quin & dormiens in has voces frequenter erumperebat, *Mi Iesu, Dulcis Iesu*, non solum in vigilia, sed in somno Jesum in ore, & corde habebat, quod ardentissimæ charitatis signum est clarissimum.

De charitate in proximum.

Charitas verò in proximum ferventissima in eo probatur non solum ex præmissis de charitate erga Deum sed etiam ex piis operibus in quibus se continuo exercuit, serviendo ægrotis hospitalium locorum, illis cibum propriis manibus ministrando, sordes illorum purgando, lectulos versando, & sternendo, sinu amplexuque fovebat, quantumvis ulcerosos, & tabidos, cum illis crebro pernoctabat, extremum agentibus spiritum assistebat, mortuos aliebat, & sepultura tradebat, omniaque alia quantumvis vilia servitia, & charitatis officia eisdem præstabat indefessus Dei servus, omnibus omnia factus.

Nec minus eadem charitas in proximos colligitur ex beneficentia, qua maxime eluxit in pauperes, illis non solum, quæ habebat benignè dividendo, sed etiam ab aliis ut illis darent, sæpissimè obtinendo postulando, omnia in egenos, ac desolatos distribuendo, tanto amoris sensu, & voluptate, ut non solum Pater pauperum communiter diceretur, sed etiam illius delicias pauperes esse, & orationem permulti affirmarint. Eximia pietate fuit erga carceratos,

carceratos, illos crebro visitabat, verbis consolabatur, cibo, potuque reficiebat, spirituali alimenta confirmabat, causamque illorum, quantum modeste poterat, agebat, idque tam sedulo, ut sæpissimè domum rediret post occasum Solis, quin tam longa sentiret jejunia, cujus potissimum cibus erat Christi voluntatem facere.

Ardentem charitatem etiam in proximos probavit per tantum tempus pueros Christianæ fidei elemento docendo, rudibus adultis Christianam legem uberius explicando, peccatores omni conatu ad officium revocando, infidelibus, discussis errorum tenebris, Evangelicam lucem aperiendo, vehementissimo zelo animarum, quo semper flagrasse ostendunt satis quæ hæctenus diximus, & alia charitatis officia, quibus nil aliud quærebat præter animarum salutem, quas ita diligebat, ut sanguinem pro illis dare paratum se esse ostenderet ipsis periculis, & laboribus, quos intrepidus ob illarum salutem aggrediebatur, armatus Domini exemplo, qui prior dilexit nos, & lavit nos à peccatis sanguine suo.

De orandi studio.

Habuit hic servus Dei eminenter orandi studium, quod charitatem individue comitatur cum nemo amet, qui non cupiat cum eo esse, & agere, quem amat, cumque per orationem cum Deo simus, & agamus. Excelluisse igitur illum tam in vocali, quam in mentali oratione, probatur non solum ex frequenti assiduitate, sed etiam ex ferventi efficacia, & declaratione, quibus orare solum fuisse constat. Tantum enim ei cordi fuit assidua frequentia ut nullæ difficultates, nullæ occupationes, nulla negotia, quamvis ardua, nullumque tempus illum ab ea retrahere possent, ubicumque locorum esset. Quod si aliquando solitum, & præfinitum tempus orandi, & meditando propter occupationes, quas Ecclesiarum sollicitudo, & proximorum amor ingerebant, defluxisset, aliud pro illo reponebat, & cum aliter non posset, illud nocturnæ quieti subtrahebat, noctes integras subinde orationi dans, vel majorem illarum partem, sæpiusque observandum fuit post graves & multiplices diurnos labores à media docte utique ad lucem orasse, Christi exemplum secutum, qui pernoctabat in oratione Dei imò, in mediis etiam ipsis tempestatibus nihil commotus animo orationem continuabat. De nocte surgens in hortis domorum Societatis deprehensus fuit sæpè, ubi libero, & fulgenti Cælo fruens totus in contemplationem divinæ pulchritudinis reperiebatur, & ut diutius hoc potiretur bono, binas tantum, vel ad summum ternas horas quieti dabat, ut reliquum temporis meditando, orandoque consummeret.

Fervens autem efficacia cum delectatione in orando, satis demonstratur tam ex prolixitate orandi per integras noctes, ut supra, quàm ex illius externa facie, ex qua in ipso actu ardor orationis ita aperte emicabat, ut tota caelesti quodam igne exardesceret, acin præsentibus quoque flammis pietatis emitteret, qui illius aspectu ad pietatem, & Dei amorem accendebantur. Illam etiam probat exactas, quam patiebatur orans, & missam celebrans, ita ut planè à sensibus abstraheretur, nec ministrum vestem identidem succutientem adverteret, nec ad se rediret, nisi post horam. Orando talibus affluerebat gaudiis, ut vix illis ferendis mortale pectus sufficeret, & ob id auditus sæpè fuit, dum secretè oraret dicens: *Non plus Domine, Satis est, Domine*, & similia, de quibus jam diximus.

De humilitate.

Humilitatis dono, sanctitatis fundamento, amplissimè dotatum fuisse, ostenditur, cum in interna, & externa mirifice excelleret.

Ac primò demississimè de seipso sentiebat, & vilissimum omnium, & peccatorem maximum reputabat, omnibus inferiorem se esse affirmabat, & nihil erat tam vile, & abjectum, quo se dignum non putaret, nihil honorificum, quo se indignum non judicaret ita, ut nulli præesse

veller, sed omnibus subesse cuperet, omnesque propterea ut Superiores, revereretur.

Secundò eandem probavit humilitatem honorifica quæque spernendo, ad suas laudes, non secus, ac alii ad probra, erubescens, si quid esset, unde laus ipsi aliqua posset pervenire, ut faciendis miraculis, studiosè id factis, & verbis celebrat, & sociorum, aliorumque meritis, & intercessionibus adscribebat.

Auctoritatem amplissimam legati Apostolici qua instructus in Indiam missus fuerat, non solum non iactavit, sed data opera, textit, quasi gladium in vagina aded, ut per decem annos nemo illum Nuncium Apostolicum sciverit, præter Episcopum Goanum, nec nisi semel, ultimo quasi remedio ad Dei gloriam procurandam, ea potestate usus est, re prius cum Episcopo Goano communicata, & illius permessa arbitrio.

Eadem humilitas ostenditur ex propria sui abjectione. Nam Christum imitatus, cum dives esset, omnium egenus fieri voluit, & dum lautè ex suo posset, ex alieno precario victitare maluit, abjectissimo vestitu semper usus. Patet etiam ex quotidianis exercitiis, & actionibus, quibus sollicitam operam præstitit tam in Indica navigatione, quàm in domibus hospitalium Indiæ, viliora quæque ministeria, ut jam dictum est, hilariter, & spontè eligendo, ex humili reverentia ostenditur, quæ semper veneratus est Episcopos, Sacerdotes, & Superiores quoscumque aded ut cum Beato Ignatio, suo Superiori, scriberet, non nisi genibus flexis scriberet, reverentiæ causa. Multaque sunt alia, ex quibus plenissimè colligitur, Christi vestigia Xaverium fuisse sequutum, qui de se dixit: *Mitis sum, & humilis corde.*

De paupertate.

Paupertatem Evangelicam, quam vovit, perfectissimè ab illo servatam fuisse, demonstrat ratio vitæ, quam semper servavit in victu, vestitu, supellectili, itineribus, habitatione. Victus namque fuit parcissimus non eo solum, ut corpus affligeret, sed etiam, ut voto paupertatis satisfaceret, utque verum pauperem ageret, quodcumque sibi ab aliis ultro subministrabatur, & ea, quæ solitus erat ipse per semedicare, aliis pauperibus distribuere contentus ipse quolibet vili cibo, & pane obvio, ut latius dicemus, dum de penitentia agatur.

In vestitu verò non minus tenax paupertatis apparuit. Erat enim plerumque attritus, refartus, & assumentis variis interfectus in summa optimarum vestium copia quæ certatim illi ab omnibus offeriebantur.

In supellectili præterea ejus paupertas valdè resplenduit. Ejus in cubiculo nihil aliud elucebat, nisi ipsa paupertas, nudi namque erant parietes, lectulus potius ad arcendum somnum aptus, quàm ad conciliandum, utpote sine culcitra, sine lodicibus, vilibus, tantum stragulis, duro cervicali adjuncto, & præter ista, non aliud quidpiam, erat in cubiculo, quàm pauci libri, sibi, vel aliis necessarii.

In itineribus conficiendis, quæ tam longa, tam multa, tam difficilia fuere, tot longinquis peregrinationibus in ultimas terras susceptis, studium paupertatis suum maxime probavit, nullo alio vectore, quàm baculo pro equo, & vehiculo usus est, pedes semper incedendo, & non raro sine calcæis, sive alio tegumento plantarum. Viaticum non in pera & sacco, sed in Dei benignitate, & aliena pietate repositum habebat, nullam secum ferre solitus; nisi ubi per deserta, & in via loca esset incedendum, & tunc nil aliud parabat, quàm cibum castrensem, & castigatissimum. Et in toto longo, ac impedito itinere Meacensia assa tantum victitavit oriza. Nec viatoricæ vestes luculentiores erant, quàm cibus, aded pannosus se inviam, dabat, ut aliquando pueris ridiculo esset. E Lusitania in Indiam solvens, precario semper in navi victitavit, nec ab illo instituto precibus Regii Prætoris ullatenus abduci passus est. Idem institutum in navigationibus reliquis servavit, nunquam aliò divertere solebat, quàm in publicas domos hospitalium, ut quemadmodum precario

vescebatur, ita mendicato hospitaretur. Hoc in Italia, hoc in Lusitania, hoc in India semper præstitit.

De mortificatione, ac penitentia.

Mortificationis studium, ac opera penitentia in eo tales fuisse constat, quales ad insignem, & excellentem requiruntur sanctitatem.

Primo eximia fuit in eo abstinencia cibi, cum non solum carnis, & vini, sed etiam panis triticeï usum procul à se abdicaverit. In privata domo, & quoties apud alios non vesceretur, de industria insulsis, ac vilibus utebatur cibis, ac parcissimè.

Secundò manifestè colligitur ex maceratione carnis, corpus enim frequentissimè flagellis cædebat, quandoque aneo filio contextis, quæ etiam ferreis punctis, & stellulis de industria exasperabat ita, ut sanguinem copiosè profunderet. Somno non nisi brevissimo corpus recerebat, incommodè vel humi, vel fove nautico jacens, vel lectulo vilibus stragulis, ut supradictum est, parato, reliquum noctis orationi, & contemplationi dabat, vel agroris visendis; Quin extra solitum suum longè plura, & maiora penitentia opera exercebat. Sapiens namque per plures dies ab omni cibo abstinnit, & aliquando à Dominica passionis usque ad Sabbatum majoris hebdomadae, sæpè per biduum, vel triduum, quandoque per quatuor totos dies, præsertim in principio suæ conversionis, quandoque etiam, ut doloris sensu magis cruciaretur, funiculis sibi ad eam arctè coxendices, & lacertos constrinxit, ut cum plures dies eo in cruciatus iter agendo perseverasset, animo repente destitutus præ doloris magnitudine in media via confederit, vinculis in carnem tam alè depressis, ut medicis vulnus insanabile judicaverint, actumque de ejus vita affer, nisi miraculosè vincula rupta fuissent sine ope artis humanæ.

De fortitudine, & magnanimitate.

Fortitudine, magnanimitate, & patientia in laboribus tolerandis, & superandis heroicè, ac insigniter à Deo dotatus fuit, mundum vicit sui ipsius abnegatione. Christum secutus, honores, ac dignitates sibi oblatas sprevit constanter, vitam religiosam, vilem, & pauperem elegit, & fortiter retinuit, eluxique sæpè ejus animi fortitudo, quod plagis, & pustulis pauperum mendicorum lavatis, aquam ipsam, qua illas abluerat, non semel biberet.

Nec solum tam gloriosa de seipso victoria ejus emicuit invidis animis, sed etiam in aggradiendis rebus arduis propter Dei amorem, & in superandis difficultatibus. Longinquas regiones, ac provincias adit, vitæ spretio periculo, nec barbarum & esterum in hospites ingenium timuit ad Christianam mansuetudinem invitare, à quibus sibi mortem paratam esse eudicbat. Ab anno millesimo, quingentesimo quadagesimo primo, quo in Indiam navigavit usque ad annum millesimum quingentesimum quinquagesimum secundum, quo diem clausit extremum, multas diversarum nationum, & linguarum Provincias prædicandi Evangelii causa peragravit, contractis etiam ob assiduos labores morbis gravissimis, sæpius naufragium passus est, ætus, frigidis, nuditatis, vigiliæ, sitis, famis incommoda durissimè sustinuit, nudis pedibus inter vepres, & sentes longissima itinera perfecit, contumeliis, probris, irrisionibus, & omnis generis illusionibus, & injuriis appetitus, verbera insuper, lapidationes, ac spolia passus, omnia semper non solum aquo animo, sed sibi plaudente, illius verè discipulus, qui Apostolis dixit: *Cum vos odorim homines, & cum separaverint vos, & expronaverint, & ejecerint nomen vestrum, tanquam malum propter filium hominis, gaudete, & exultate;* Deoq; propterea in omnibus gratias hilaris, & humilis agebat, & pro illusoribus, ac persecutoribus, deprecabatur.

De fama sanctitatis, & nomine Apostoli.

Propter hæc non immeritò, Beatissime Pater, non solum vastissimas Orientis Provincias, sed Occidentis

etiam eximia sanctitatis fama, vivus, & mortuus complevit. Unde non alio nomine etiam vivus communiter vocabatur, nisi Sanctus tam à Christianis, quam ab infidelibus, qui omnes in augustiis illum etiam absentem invocabant, illi ægros, ac mortuos offerebant, ut sanitatem, & vitam restitueret, & quidquid illius habere poterant religiosè asservabant.

Mortuus omnium prædicatione est celebratus, corpus ejus Malacæ, & Goæ eximia veneratione exceptum est tanto populorum concursu, ut cum primum Goæ expositum fuit, per multos dies cancellis, lectonibus, armato milite concursus fuerit compeccendus, qui usq; ad hanc diem maximus est, confluentibus ex tota India multis cujuscumque conditionis, sexus, & ætatis ad ejus sepulchrum, ut restantur vota soluta, tabellæ appensæ, & peregrinationes solemnes: vestes, superpellicium, & alia, quibus usus est, pro reliquiis religiose venerantur omnes, multaq; propterea, ac magna à Deo beneficia comparant, loca etiam, quibus ille aliquando diversatus est, piè ab omnibus religiosa frequentia coluntur.

Imagines ipsius tam publicè quam privatim devotè à populis visitantur, & coluntur, & in promontorio Comorini in Ecclesia Cottaræ illius Imago in tanta veneratione est, ut ethnici, & fideles propterea ad Ecclesiam illam religiosè peregrinantur, nec alio nomine appellent, nisi Ecclesiam magni Patris Donaria illi offerunt, vota solvunt, ac beneficia à Deo illius intercessione postulant, & non vulgaria singulis dictis obtinent. Tanta veneratione Christiani, & ethnici oræ Travancoridis prope promontorium colunt, & venerantur Xaverium, ut cum in interioribus locis dictæ oræ duodecim Ecclesiæ fuerint destructæ, & nunquam deinceps renovatæ, solum Ecclesiæ, ubi est posita Imago illius hucusque intacta persistat.

Accedit illustre testimonium præcipuorum ætatis nostræ scriptorum de insignibus virtutibus hujus eximii viri, & de opinione sanctitatis, quam habet in toto Orbe Christiano. Quadraginta sunt, ferme omni exceptione majores, utpote Cardinales, Episcopi, Sacerdotes, Religiosi, Jurisconsulti, aut alia prærogativa insignes, qui singulare testimonium de ejus sanctitate protulerunt, omnes ordinatim nominati in jam dicta relatione Auditorum Rotæ.

Concurrit vehemens desiderium, & summa expectatio totius ubique Ecclesiæ ob continuatam perseverantiam prædictæ opinionis sanctitatis, quæ non solum ejus morte latius propagata est, sed in dies magis, ac magis propagatur.

Postremò superadditur honestissimus titulus Apostoli, quem summo consensu Hispaniarum populi, ac Indiarum illi derulerunt, apud quos non alio appellatur nomine, nisi Apostolus, quod non solum mirabili præfugio Mariæ Magdalena ejusdem Xaverii sororis, natu majoris, de quo supra egimus, verum insigni miraculo Christus illi confirmasse videtur, cum illum linguarum dono exornavit, quo Apostolos ad prædicationem Evangelii instruxit.

De dono linguarum.

Diversarum namque gentium linguas, quas non didicerat, cum eas Evangelii causa adiret, ita eleganter, ac expeditè loquebatur, ac si ibi natus, & educatus esset, & contingit non rarò, ut eum concionantem diversarum nationum homines, sua qui que lingua planè, & politè loquentem auderint, id quod pro maximo miraculo ab ea gente habitum, non solum auxit venerationem Xaverii, sed multos etiam ad fidem convertit. Voluit enim Deus, qui illum ad prædicationem Evangelii in illis Provinciis segregarat, ut sicut in cæteris Apostolicis spiritu acceperat, sine etiam dono linguarum Apostolis similis esset, & ut non solum spiritus fervore eximio, sed etiam variis linguis magna Dei, ubique loqueretur.

De gestis in causa.

Quibus sic summariè relatis de vita, heroicis virtutibus, & actionibus hujus servi Dei Xaverii.

Ad secundam partem circa res ordinatim gestas in hujusmodi causa deveniendo juxta præmissum ordinem; Sanctitati vestre exponitur, qualiter anno à Xaverii obitu sexagesimo, cum fama sanctitatis, & miraculorum undique record, Paulo V. ad preces Societatis Jesu committere Dominis Cardinalibus Sac. Rituum Congregationi Præfectis, ut super recognitione processuum per ordinarium Indiarum Goæ, Coccini, Bazaini, & Malacæ ad instantiam Joannis Lusitaniæ Regis, ut dictum est, fabricatorum, ac super fama sanctitatis, & miraculorum, ac populorum devotione in genere inquirerent, ac referrent, ac talia viderentur, ut ad specialem inquisitionem procedendum foret, quæ Sacra Congregatio annuente eodem Paulo Quinto sub die vigesima Martii anno millesimo sexcentesimo decimo deputavit bonæ memoriæ Cardinalem Pamphilium, qui auctoritate Apostolica, ac ejusdem Sacræ Congregationis Rituum nomine per seipsum, vel aliquem Prælatum, seu Prælatos ab ipso eligendos in Urbe, cum notarii deputatione prædicta omnia perageret, qui Cardinalis, electo prius Nicolao Rogeto in Notarium, ad omnia prædicta absolvenda deputavit Rotæ Auditores Horatium Lancellotum, deinde Cardinalem, in cujus locum subrogatus fuit Joannes Baptista Coccinus ejusdem Rotæ Decanus, Franciscum Sacratum, tunc Archiepiscopum Damalcenum, modò ob ejus insignia in Ecclesia merita, Cardinalem, & Joannem Baptistam Pamphilium, coram quibus exhibitis per legitimum procuratorem articulis super generali inquisitione fame sanctitatis, & miraculorum Xaverii, examinati fuerunt duodecim Testes cum interrogatoriis, & servatis aliis de jure servandis.

Mortuo Cardinali Pamphilio, eadem Sacra Rituum Congregatio sub die prima Septembris subrogavit Cardinalem Lancellotum, à quo deputato Joanne Visero Notario in locum Nicolai jam defuncti, productisque processibus hujus causæ informativis, illisque fideliter interpretatis à deputato interprete, & in forma recognitis, absoluta quoque generica informatione Romæ, ut supra, sumpta, eadem Congregatio, referente eodem Cardinali Lancellotto, decrevit, sufficenter, & abundanter constituisse de fama sanctitatis vite, morum, & miraculorum, ac populorum devotione erga servum Dei Xaverium, proinde posse ad specialem inquisitionem procedi.

Unde idem Paulus Quintus per speciale rescriptum commisit eisdem tribus Auditoribus, ut causam hujusmodi reassumerent, omnia acta, & processus viderent, nova jura in Curia, & extra compulsarent, novos etiam Testes interrogarent, litterasque remissoriales, & compulsoriales, prout opus esset decernerent, & relaxarent, prout prævis legitime productis articulis per specialem inquisitione decretæ, ac relaxatæ fuerunt ad Archiepiscopum Olysiponensem, ad Episcopos Pampilonensem, Baionensem, & Jacensem pro Civitate Pampilonæ, ad Archiepiscopum Goanum, seu ejus Vicarium pro Civitate Goæ in India, ad Episcopum Coccinensem, sive ejus Vicarium in India pro Civitate Coccini, ad Episcopum Malacensem, sive ejus Vicarium pro Civitate Malacæ item in India.

Quibus litteris sic expeditis, dum in partibus executioni mandantur, fuerunt hic Romæ ab eisdem tribus Auditoribus alii examinati Testes super articulis in specie, ipsis prius citatis, & cum interrogatoriis, & aliis de jure requisitis.

Transmissis deinde ad Urbem processibus remissorialibus & compulsorialibus, qui vigore dictarum litte-

rarum in partibus fabricati sunt, illisque per fidelem portitorem consignatis, ac per deputatos ab Auditoribus fideliter interpretatis, productis, & recognitis, instante procuratore Societatis Jesu, nomine etiam Serenissimi Hispaniarum Regis, & aliorum multorum Principum, ac totius Indiarum Cleri, ut ad ulteriora procederetur, tres Auditores prædicti, visis omnibus, & singulis processibus jam dictis, illisque mature discussis, & examinatis, id pluribus Congregationibus, singillarim singulos legitimos, & legales, testesque in illis contentos citè, ac rectè examinatos, ac esse in forma probanti declarant, & examinatis virtutibus, & actionibus per particula dubia cum longa temporis maturitate, causa, demum instructa juxta Canonicas sanctiones, de sanctitate, ac excellentia vite, ac miraculis constare censuerunt, quamque super præmissis relationem fecerunt eidem felic. record. Paulo V. quam relationem sanctitas vestra mensibus elapsis ad eandem Rituum Congregationem, discutendam remisit.

Nos verò, Beatissime Pater, relatione Auditorum Rotæ accepta, & super illa pluribus habitis sessionibus, diligenter, & accuratè discussis eorumdem Auditorum assertionibus, & conclusionibus, unanimi voto censuimus, omnes supradictos processus authenticos, & validos esse, prout etiam censuimus probationes, in illis processibus contentas, super sanctitate, excellentia fidei, & præclaris miraculis servi Dei Francisci Xaverii fuisse legitimas, & sufficientes. Quæ si sanctitas vestra esse istatuat, ut ad Canonizationem sufficere videantur, quæ supersunt tertio loco dicenda, de miraculis in particulari breviter prosequar.

De miraculis.

Ex multis miraculis, quæ in processibus continentur in vita, & post mortem à servo Dei Xaverio patratis pauca hæc collegimus.

De miraculis in vita.

Primum *Aqua salsa maris, facto signo Crucis efficacissimè dulcis.*

Cum Pater Franciscus Xaverius ad Sinas contenderet in magna navi Sanctæ Crucis in qua quingenti erant vectores, cessantibus ventis tanta fuit malicia, ut per quatuordecim dies eodem herere loco navis coacta fuerit, neque in illa maris vastitate ullus locus, vel insula appareret, unde possent auxillium petere; propterea aquæ penuria ita laboratum est, ut præ sui multam jam ex vectoribus morerentur. Adeunt igitur omnes Xaverium, & enixè petunt, ut tanto malo opem ferat. Ille post longam orationem bene in primis sperare jussit de Divina Providentia, eos non esse perituros certò affirmans, deinde vocato Navarcho, & nautis, reliquisque vectoribus, jubet illos sumere aquam ex mari, atque dolla, urnas, ac vasa omnia navis impleri, quam cum degustassent salisam reperiunt; tunc Xaverius elevatis in Cælum oculis, magna in Deum fiducia, facto signo Crucis aquam maris, quam in vasis illis collegerant, benedixit, & præcepit, ut iterum degustarent, cui obtemperantes, aquam illam dulcissimam, & optimam reperiunt, quo miraculo vectores Xaverium Sanctum acclamant, & Mahometani aliquot, qui aderant, cum uxotibus fidem receperunt, aquam deinde illam, quæ abundè superfuit ex perunt, aquam deinde illam, quæ abundè superfuit ex navigatione, in varias provincias, & Urbes Indiarum distribuerunt, qua multi ægroti sanitatem miraculosè receperunt.

Secundum. *Puer mortuum ad vitam revocatur.*

Puer quidam pestilenti febrî correptus Mutano in Opido Indiarum Orientalis, veste funebri, hoc est sindone demore illius gentis obvolutus, & confusus per viginti quatuor horas allervatus, sepulturæ mandandus efferebatur,

magno parentum ejularu. Occurrit Xaverius, qui tunc in eodem Oppido operam navabat convertendis Ethnicis, & erudiendis in fide Christiana iis, quos baptizarat. Itaque parentum orbitatem miseratus genibus flexis, & oculis ad Cœlum elevatis, Dum oravit pro pueri vita, & corpus aqua benedicta asperit, deinde jussit funebrem vestem rescindi, & cum cadaver appareret, Cruce illud signans, atque manu apprehendens, in nomine Jesu vivere jubet, & statim puer surrexit vivus, eumque sanum, & viventem parentibus tradidit, & in memoriam, & honorem hujus miraculi eo in loco Crux ab incolis erecta fuit magna omnium celebritate.

Tertium. *Mortuus, qui per diem fuerat sepultus, suscitatur.*

Cum servus Dei in promontorio Comorino conclonem ad populum haberet in Ecclesia, in qua die precedenti sepultus fuerat quidam defunctus, ipseque Xaverius difficultatem magnam patere in convertendis Ethnicis, qui aderant, oravit aliquantulum pro eorum conversione, & peracta oratione, ut ad Christum illos adduceret, jussit, sepulchrum, in quo cadaver defuncti jacebat, aperiri & populo significavit, placuisse Deo, iterum mortuum illum ad vitam revocare, ut ipsi converterentur. Peracta igitur sepulchro, & rescissa veste funebri, qua defunctus erat involutus, apparuit cadaver. Tunc vero oratione à P. Francisco pro vita illius Deo facta, statim surrexit vivus. Quo viso miraculo vehementer omnes admirati sunt, Deum laudantes, & admirantes Xaverii sanctitatem, & infideles illi, atque multi alii propter hoc miraculum Christianam fidem susceperunt, & baptizati sunt ab eodem Patre.

Quartum. *Dum Missam celebrat altius cubito à terra elevatur.*

Dum Xaverius Tevanapatano in portu oræ Coromandellis, & aliis etiam in locis Indiæ Orientalis Missæ Sacrificium celebraret, visus est ab universo populo, qui aderat. Missæ altius cubito sustineri divina vi sublimis à terra. Quam rem omnes habuerunt pro miraculo, & dono particulari Xaverio concessio, eumque deinceps, ut virum sanctum venerati sunt, credideruntque famæ, quæ de illius sanctitate, & miraculis vulgabatur.

Quintum. *Puer in puteo suffocatus, & mortuus ad vitam revocatur.*

In ora Pitariz Indiæ Orientalis apud Oppidum Comburre, cum puer filius mulieris ejusdem loci indigenæ casu in puteo cecidisset, & jacens per multas horas sub aquis suffocatus esset, mater, & ejus cognati mortuum inde extraxerunt, cumque eum ad sepulturam stantes deducerent, accurrat Dei servus Xaverius ex proxima Ecclesia Sancti Stephani, qui venerat ad celebrandam Missam, quem cum vidisset Mater pueri, eum deprecatur, ut vitam filio reddat. At ipse lachrymis matris commotus, & miseris pueri casum propè accedens, oculis elevatis in genua provolutus, pro vita pueri orat, ejusque manu apprehensa inquit: In nomine Jesu Christi surge, & confestim puer surrexit vivus, & illum sanum tradidit matri suæ, & cognatis. Omnes ergo, qui aderant, tanto miraculo obstupescerunt, & clamore miraculum, & gratias Deo egerunt, qui meritis, & intercessione P. Xaverii illud operatus est. Xaverius vero præcepit eis, ne cuiquam rem gestam narrent.

Sextum. *Cæco visus restituitur.*

Dum Xaverius in Japonia Ethnicis fidem prædicaret, mercator quidam, quem à multis annis apud omnes constabat esse cæcum, ad eum accessit, petens, ut vellent sibi visum restituere, quo jamdiu omnino carebat. Xaverius recitato prius super eo quodam Evangelio, fecit super ejus oculos sanctissimum signum Crucis, quo peracta, subito, & eodem momento aperti sunt oculi ejus, & cepit videre, ac se domum recepit iusta ejusdem Patris Xaverii. Sequenti vero die venit prædictus cæcus ad Ecclesiam, quaerens iterum P. Xaverium ocu-

lis tamen apertis, & claris, & prostratus ad illius pedes simul cum tribus filiis, maximas ei gratias egit pro tanto accepto beneficio, affirmans se melius videre, quam antea, cum nondum in illam cæcitatem incidisset, & postea deduxit uxorem, & totam suam familiam, petens à Xaverio, ut vellent eos baptizare, quemadmodum factum est, & vulgata fama hujus miraculi inter alios Ethnicos, commoti sunt vehementer quamplurimi, & plusquam trecenti convenerunt Xaverium, petentes sacrum baptismum, quos omnes ille baptizavit.

Septimum. *Mendicum ulcerosus miraculosè sanatur.*

Cum in promontorio Comorini occurreret Xaverio mendicus toto corpore ulcerosus, Pater illius plagas, & pustulas magno charitatis sensu lavit, & ut majorem de se victoriam reportaret, hausit aquam, qua lavaret. Postea in genua provolutus, enixè precatus est Deum pro salute dicti pauperis, qui statim fuit liberatus ab omnibus plagis, atque ulceribus.

Octavum. *Cancer marinus deperditum in mari Crucifixum Xaverio miraculosè deservit.*

Cum Franciscus Xaverius in Insulis Moluccis ageret, atque ex Amboino ad Baranulam Insulam navigaret, sæva tempestas exorta est, ad eamque sedandam imaginem Crucifixi longam uno digito à collo detraxit, atque in mare immisit, dumque illam manu detinet desuper ex navigio, fortè accidit, ut ex manu dilaberetur, atque in medium mare decideret; Qui casus Xaverium tantopere afflixit, ut magni doloris signa dederit. Sequenti vero die ad Insulam Baranulam pervenerunt, in qua est oppidum Tamalo, quod vectores navigii, nauæque petebant. Quare navigio ad terram applicato, descendens Xaverius cum Socio per ipsum litus iter faciebat, quo Tamalum perveniret, dumque medium miliare peregrissent, atque à loco amissi Crucifixi multis jam miliaribus distarent; ecce tibi marinus Cancer cum prædicto Crucifixo e mari erumpit in litus, quem chelorum utriusque morsibus elevatum, & erectum gestabat, & sic ad Xaverium festinus accurrit, atque ante ipsius conspectum stetit; at Xaverius in genua se provolvit, Cancer vero expectavit quousque Xaverius Crucifixum ex ipsius chelis apprehenderet, quo peracta statim in mare, unde exierat, se recepit. Tunc Xaverius deoscularus, & amplexatus Crucifixum, brachiis ad pectus in modum Crucis porrexit, humi prostratus per semihoram in oratione stetit. Idem fecit Socius, qui ad latus adhærebat, gratias agens Domino Jesu Christo pro tam insigni miraculo.

Nonum. *Scapha tempestate abrepta miraculosè redit ad navem.*

Cum Xaverius ad Sinas contenderet in Navi Odoardi à Gama, sævissima orta tempestate ita, ut omnes de se actum esse exstimarent, gubernator, ne repentina procellæ vis scapham auferret eam rudentibus ad onerariam religari jussit, navantes operam scaphæ nox oppressit, nec ita multo post abruptis retinaculis scapham tempestas abstulit tanto impetu, ut pene temporis momento omnium conspectum effugerit. Ut vero quisque cognatos, necessariosque in scapha habebat, certatim eorum casum deplorare cœperunt. Xaverius ergo universos collacrymantes intuens, bonum eos habere animum jussit, ac prædicat fore, ut ante triduum filia remearet ad matrem, his verbis significans scapham ad onerariam redituram.

Postero die prima luce Xaverius lato vultu prodit in medium, & navarchum rogat, ut jubeat aliquem malo conscenso speculati, num scapha compareat, & ubi renunciatum est ex malo eam non conspicit, in cubiculum se abdidit, ibique lacrymans bonam diei partem in oratione extraxit, inde læta nuncians, ipsos non multo post scapham esse visuros, navarchum rogat, ut vela dimittat, & scapham

scapham expectet, reclamantibus cæteris, quod frustra jam expectaretur scapha, & quod sine manifesto periculo onerariæ expectari non posset. Navarchus, qui precibus Xaverii defatigatus, vela demitti jussit, intermissis temporis spatio, cum scapha nec adhuc conspiceretur, & navis jam periclitari videretur, sævientem adhuc mari, tolli prope vela imperat. Insistit Xaverius, rogans nautas, ut adhuc paulum expectent, certo affirmans, scapham nullo periculo onerariæ non multo post affuturam. Cuiusque nauæ desperata re, ac stimulante metu, nihilominus vela sustollerent, Xaverius accurrens, manuque antennis injecta, per Christi mortem, & vulnera obsecrare instituit, ne pigeret etiamnum morari parumper. Illi obtemperarunt: ipse semel, atque iterum interea, dum scapha expectaretur, & nullibi conspiceretur, & omnes ibi sine periculo se immorari non posse censerent, sublatis in Cœlum manibus enixè orabat navarchum, cæterisque bono animo esse jubens. Interea navis expectatis ingentibus agitabatur fluctibus impune, jamque per tres ferme horas dilata omnium expectatione, pro desperata res erat, cum repente quidam scapham apparere, atque adventare proclamat. Tum vero læti omnes Deo, Franciscoque gratulari cœperunt, ut scapha in conspectu omnium fuit, confestim ad eam excipendam navis in obliquum statuitur, at illa, Deo ducente recta ad onerariam tendit, adventanti alacres nauæ funem de more minus injicere parabant, cum Xaverius nihil fuit opus est, inquit, ipia per se spontè accedet ad onerariam: iatus. Idque omnibus miraculo ætonitis ita evenit, atque ita apud se applicuit, ut miseri illi commode exciperentur, quia etiam in mediis fluctibus, retinente nemine, tamdiu stetit, quoad religaretur ad navim, ut satis appareret ejusdem, cujus adducta fuit precibus, eam retineri.

Decimum. *Super urbe Tolo punit cineribus.*

Cum Franciscus Xaverius in Molucas Insulas penetrasset, & primus illas gentes ad Christum adduxisset, urbs Tolu, in qua ad viginti quinque hominum millia baptizaverat, suavis ejusdem tyranni fidem Christi deseruerat, civesque Ecclesia destructa, Cruces, & Sacras Sanctorum Imagines per ludibrium frægerant, quam rem ægerimè ferens Franciscus, dolensque de injuria Deo illata, & de perniciè illarum animarum, postquam irritas suas preces vidit, quibus rebellium animos ad resipiscendum, quoad potuit, perentavit, Christianos milites ad vindicandam Dei injuriam promissione victoriæ excitavit. Viginti igitur Lusitanorum aliquibus Molucarum indigenis, qui omnes numerum quadringentorum explebant, expeditionem adversus Tolum susceperunt, Francisco suadente, comite, ac felicem belli exitum promittente.

Erat arx Toli in edito loco posita non minus armis, quam situ munita. Accesserat hostium fraus. Nam ea parte editæ rupis, qua sola adiri poterat, stimulos ferreos supposuerant, in quos sese induerent, qui propè arcem conarentur accedere. Vix Christiani ad Tolum accesserant, cum Francisco ad Deum preces fundente, ex vicini montis vertice cum hortendo mugitu, & fragore magnum erupit incendium, & ingens cineris, ac pumicum vis ejecta, quod nunquam in iis partibus evenisse constat, non modò stimulos ferreos cooperuit, sed etiam arcis fastigium æquavit.

Per idem tempus terræ motus insolitus tactorum gravis ingentem edidit stragem ita, ut plerisque hostium pavore compulerit in fugam, cineres deinde, ac pumicum copia congesta, facilem in moenia ascensum dedit. Quare arx, oppidum, totaque regio sine ullo certamine fuit subacta, & cives, qui tali prodigio perterriti, urbem deseruerant, & in proximis sylvas se abdidit, ad Xaverium statim supplices accurrerunt, & ad ejus pedes prostrati, delicti veniam petierunt. Xaverius igitur eosdem cum Ecclesia reconciliavit, imposita salutari penitentia, ut templum erecta reficerent, & susceperat semel Christi fidem in posterum sanctè, pièque colerent.

Communis omnium, etiam barbarorum, consensus fuit, hanc memorabilem victoriam divina, non humana ope obtentam fuisse, & tam opportunè flagrantis montis auxilium cum subita cineris, & pumicum congerie miraculosè intercessione, ac precibus Xaverii eventisse, qui divinam opem suis orationibus conciliavit, ut cujus belli auctor extiterat, præcipuus quoque suis orationibus esset adjutor.

De miraculis post mortem.

Primum. *Corpus incorruptum perseverat.*

Mortuo Patre Francisco Xaverio in Insula Sanciana propè Sinas, ejus corpus in capsula lignea, viva calce injecta, sub terra sepelitur, ut quamprimum, excelsa catæ, ossa possent in Indiam deportari. Quatuor inde post menses effoditur, apertaque capsula, & excussa calce, prorsus integrum corpus reperitur sine ulla tæbe, ac si tunc humanum esset ita, ut color vivax, caro recens, vestimenta nulla ex parte læsa essent.

Injecta iterum calce in eadem arca Malacam deferretur, ibique aperta arca integrum sicut antea inventum. In templum deinde Domine Nostræ de Monte deferretur, excussaque calce, in novo loculo sepelitur. Novi vero loculi brevitatis coegit eos, qui funeri operam dabant, corpus nonnihil comprimere, atque inflectere, quod causa fuit, ut ex humeris repente efflueret sanguis.

Cum ergo ibi aliquandiu jacuisset, nono post obitum mense, sepulchro peracta non mirus inventum ex humo, quam antea ex calce inventum est, & velum, quo ejus facies cooperta fuerat, propter ingestæ, compressæque terræ pondus inhumatione, recenti imbutum cruore.

Quo moti miraculo, qui aderant, novam curantur arcam intus, forisque, terica, & aurea veste coopertam. Sic in Indiam delatum Coccini portum primum appulit, confluentibus devotionis, & admirationis civibus ad contuendum corpus. Inde Goam exportatum, celebrique ac festa pompa à Prælege, & omnibus Ordinibus exceptum in Ecclesiam Societatis Jesu deferretur, ubi affluentis populi cupiditati, ut satis fieret, corpus validis cancellis munitum per totum triduum oculis omnium exponi necesse fuit.

Et quoniam rei miraculum excedebat fidem, de mandato Prælegis ab insigni Medico corpus inspectum, perentatumque fuit, & conpertum incorruptum, succosum, & molle, integris, ac solidis intestinis ex quibus per parvum vulnus intus, manabat sanguis, nullo ballami, oleive indicio. Exacto triduo, arca propè aram maximam ad dextram in sepulchro per eos dies parato, ad tempus condita est. Postea Vicarius Generalis Episcopi Goani, Sede vacante, & Inquisitor Generalis aperto sepulchro, multis collucentibus facibus pro suo munere, atque officio perentatum corpus iterum, ac denud, nihilque non integrum repperunt.

Secundum. *Corpus ejus suavissimum emittit odorem.*

Dum Corpus Xaverii in Insula Sanciana, vel Malaca loculo includitur, vel ab eo extrahitur, similiter dum Malacam, & exinde in Indiam navi advehitur, vel Goam visendum exponitur, aut ibidem in capsula visitur, licet nullo odoramentorum genere curatum esset, suavissimum tamen odorem ex se emittebat ita, ut omnium spiritus suscitaret, & confortaret, nec poterant discernere, cuiusnam rei tam suavis ille odor esset.

Tertium. *Adventu corporis Xaverii Malacæ cessat repente pestis.*

Cum Malacam urbem in India Orientali celeberrimam, & frequentissimam sava pestis invadisset, quod propter Civium peccata eventum illi antea discedens Xaverius prædixerat, brevique tempore quamplurimi paucis admodum superstitibus, perissent, nec dum deserviret lues, sed maximè in dies grassaretur, ut primum corpus Patris Francisci, quod ex Sinis in Indiam afferretur, ad appulit, & ex navi in urbem delatum fuit. Statim ac subito contagiosus ille morbus omnino cessavit, nec ab ea

die mortuus illus, aut morbo correptus fuit, sed adeo tota lues extincta est, ut tam pestiferi morbi deinceps, ne vestigium ullum superfuerit.

Quartum. *Ex digito pedis Xaverii defuncti recens sanguis effluit.*

Cum Goam Xaverii corpus Malaca advenisset, & in Ecclesia fuisset expositum, magnaque populi multitudo devotione commota ad deosculandum illius pedes accessisset, devota quaedam mulier, fervore devotionis adducta, digitem pedis mortuū apprehendit, & dentibus nixa est evellere frustulum, quod pro Reliquia sibi conservaret, ex quo mortuū effluxit sanguis, ac si manaret de corpore vivo. Quo viso miraculo, omnes, qui praesentes aderant, valde sunt admirati, & maximam inde devotionem erga Xaverium conceperunt.

Quintum. *Puer utroque crure, ac pede sicco, & aridis ad sepulchrum Xaverii miraculose sanatur.*

Puer Ventura Goæ natus in domo Dominae Jo. Fonsecae, quæ illum, ut filium diligebat, habebat à nativitate utrumque pedem, & crura omnino sicca, & atida, neque amplius digito crassiora ita, ut per quinquennium semper humi manibus reptare cogere, nec erectum in pedes illum continere poterant, quin statim caderet. Multis remediis frustra tentatis ad Xaverii opem Joanna confugit, puerum magna fide, ac devotione illi commendans, sepulchrum illius cum puero per novem dies visitatum se promittens, cumque votum cepisset adimplere, tertia jam die, qua sepulchrum visitabat, puer in ejus gremio existens, repente ferream sepulchri cratem manibus apprehendens, suis stare pedibus, & ambulare cepit, & statim omnino sanus evasit ita, ut per se deinceps sine aliquo adminiculo ambulaverit, & inde melius semper se habens, intra novem illos dies, quos promiserat crura carne repleta sint, & sic perpetuo valens, & sanus deinde vixit.

Sextum. *Lampades sola aqua repleta ante imaginem Xaverii ardent.*

In Ecclesia Cottatæ oræ Travancoridis in India Orientali lampades positæ ante imaginem Patris Xaverii sola aqua benedicta repleta, sæpe ardere visæ sunt, & per multas horas, ac si oleum haberent, & hoc in fidei Christianæ confirmationem, & ad ostendendam fultatē idololatriæ, & sanctitatem Patris Xaverii multis Ethnicis, Mahometanis, & Christianis videntibus, & admirantibus, quorum aliquot praesertim ex infidelibus, invitati à Christianis ad videndum miraculum, ut experimentum facerent de illius veritate, aquam subinde mutarunt, & nova elychnia in dictis lampadibus imposuerunt, quæ nihilominus arserunt, ut antea, & dum essent extinctæ, ignem interdum ex seipsis concepere.

Septimum. *Infans mortuus ad vitam revocatur.*

In Regno Travancoridis Indiæ Orientalis infans unius mensis magno ventris profluvio, & febris laborans emoritur. Ejus cadaver inhumatum seponitur, tradendum postea sepulturae, & per septem, & amplius horas manet contactum linea tela, quæ fuerat ad veltem funebrem conscissa ab ipsomet parente juxta morem illius gentis. Interim cum parens filii mortem acerbe ferret monetur ab amicis, ut filium Patri Francisco voveat, quippe qui posset illi vitam reddere, cum tot, & tanta miracula patraffer. Parens magna fiducia de Xaverio concepta, vovit ipsius Xaverii Ecclesiam, quæ apud Cottatæ oppidum est, magnam elemosynam, si vitam filii reddat. Insuper se filio nomen Francisci imposturum. Dumque multis lachrymis precatur Xaverium coram filii cadavere, ut suæ consulat orbitari. cernitur repente puer aperire oculos, movere manus, pedesque, ac vocalas, & lamenta puerilia edere. Accurrunt undique circumstantes, videntesque puerulum non modo vivum, sed omnino sanum, & valentem, acclamant, & mirantur tantum miraculum. Parens suscitatum filium ducit ad Ecclesiam Xaverii, & ibi illi imposto Francisci nomine, & collata elemosyna, voto se exsolvit, atque omnes maximam exinde erga Xaverium concipiunt devotionem.

Octavum. *Cæcus visum recipit ante imaginem Xaverii.*

Quidam Malabaris nomine Chiambarateute, Theofaurarius Sanctæ Crucis oppidi Colechæ Regni Travancoridis in India Orientali, dum festos ignes, componit ad Ecclesiam prædictæ festivitatem celebrandam, sulfureus pulvis inopinato accensus, vultum illi pene totum combussit, & visum oculorum omnino ademit ita, ut nihil prorsus posset cernere. Cumque aliquot jam annos cæcus perseverasset, apparet illi in somnis Pater Xaverius, eumque monet, ut ad Ecclesiam ipsius visitandam pergat; fore enim, ut hac oratione lumen oculorum recipiat. E somno experrectus ducem itineris statim accipit, atque in Ecclesiam Cottatæ contendit, in qua Xaverius magna veneratione colitur. Ibi per novem dies commoratus, assidua precatione Xaverii opem, & patrocinium implorat, & dum ante Xaverii imaginem orat, decussa caligine oculorum, lumen repente recipit, & gratis pro beneficio actis, domum suam revertitur absque ullo itineris duce, quæ à dicta Ecclesia sex leucas distat, eamque devotionem animo erga Xaverium concepit, ut in illius honorem multa carmina, & laudes lingua malabarica composuerit.

Novum. *Leprosus miraculose sanatur.*

Franciscus Peremal natione Chiavallacaire in India Orientali, homo adhuc Ethnicus, cum toto corpore lepra esset affectus, & pustulis plenus, atque ab omni remedio humano desperatus, ac sæpius fidem Christianam suscipere detrectasset, monitus in somnis à Patre Xaverio, adivit Ecclesiam Cottatæ, cujus oppidi erat indigena, & ibi unguens se oleo lampadis, atque prostratus ante Xaverii imaginem, dum illius opem implorat, repente mundatur à lepra, & integram sanitatem recuperat. Quo viso miraculo, se convertit ad fidem, & duos inde post menses baptizatur.

Decimum. *Dysenterica unguens se oleo lampadis Xaverii, perfecte sanatur.*

Francisca Rebila dysenteria, seu fluxu sanguinis tres menses continuos non sine ventris tumore laborat, cuius morbi vis cum eam in vitæ discrimen adduceret, nec amplius medicamenta ei prodesse viderentur, feria quinta majoris hebdomadæ venit ad Patris Francisci imaginem in Capella quadam Ecclesie Societatis Jesu Coulani appensam, vota inibi Deo nuncupat, enixeque Xaverii auxilio pro recuperanda salute implorato, cum aciebo ventris dolore, prout dysentericis evenire solet, se premi sentiret, ungit se oleo lampadis Patris Francisci magna fide, ac certa fiducia recuperandæ salutis, & repente omni dolore liberatur, atque ex illa hora proflus ab ea infirmitate convalescit adeo, ut nulla deinceps hujusmodi tumoris, & dysentericæ senserit incommoda.

Pro tribus sequentibus miraculis.

Lucia de Villanzen Sinica annorum centum, & viginti cognovit Patrem Franciscum Xaverium, dum in India prædicabat, & ab eo in fide Christiana fuit instructa, ob id magnam erga Xaverium devotionem concepit. Eo deinde mortuo, honestè semper, & laudabiliter vixit, frequentando Sacramenta confessionis, & Eucharistiæ, & inserviendi pauperibus, aliisque operibus pietatis vacando. Cumque medalliam in qua effigies erat Patris Francisci obrinnisset in urbe Coccini duodecim ante annis ea tangebatur infirmos, vel aquam, cui eadem medalia injecta fuerat, potandam præbebat, vel ea lavabat partes morbo affectas, nulla tamen utens illicita cæremonia, aut superstitioso modo, sed magna humilitate, & reverenti signans eos signo Crucis dicens: In nomine Jesu, & Patris Francisci Xaverii tibi restituatur sanitas, qua indiges. Quare prævia humilitate, ac devotione, sincere fide hujus mulieris, dignatus est Deus opera mirabilia facere meritis, & intercessione Xaverii, ut ex dicendis patefiet.

Unde:

Undecimum. *Laborans inveterato, & ulcerofo cancro repente sanatur.*

Gondifalvus Rodriguez de Valle Coccinensis avola maximum, & ulcerosum à multis annis habebat cancerum, cordi proximum ita, ut nec manducare, nec quiescere, nec aliis actibus naturalibus uti illo modo posset propter magnos dolores, sumptisque frustra variis medicamentis, motus fama miraculorum, quæ fiebant virtute medaliæ Patris Francisci, coivent prædictam Luciam, eamque genibus flexis precatur, ut medalliam cancro applicet, cui ut illa mortem gereret, factò prius Crucis signo cancro ulcerofo, medalliam imposuit verbis prolatis: In nomine Jesu, & Patris Francisci Xaverii tibi reddatur sanitas. Statim, & eodem momento liberatus fuit, & penitus sanitas restituta.

Duodecimum. *Habens crura ulcerofo & laborans dysenteria, miraculose sanatur.*

In Urbe Coccini Emanuel Rodriguez annorum quinquaginta septem, habens crura ulceribus plena, variis per aliquot annos in vanum tentatis medicamentis, ita in dies habebat prius, ut nervis contractis, crus unum brevius altero evaserit, quo neque poterat incedere, neque terram tangere, & propterea gestatoria sede deferebatur, quibus malis ventris profluvium, seu dysenteria accessit, proptereaque à Medicis prostata omnino valetudine, derelictus est, cum nulla jam subsisteret spes recuperandæ sanitatis, tandem fiducia meritum, & intercessio-nis Patris Xaverii ductus ad prædictam Luciam, ab ea petiit devotè, ut medalliam sibi applicaret, cui illa morem gessit, factò prius super cruribus signo Crucis cum verbis: In nomine Jesu, & Patris Francisci & c. & aquam deinde potandam dedit, in qua fuerat injecta medalia, statimque liberatus est à dictis ulceribus, & dysenteria, & intra triduum perfectam omnino recuperavit sanitatem, & sanus perseverans nullo deinde impedimento ambulabat.

Decimum tertium. *Mulier paralytica, & caeca sanitatem, ac visum oculorum recuperat.*

In eadem Urbe Coccini Maria Diaz, uxor Joannis de Carvaglio, per septem annos paralytica ita laboraverat ex dimidia corporis parte, ut nec manum, nec pedem, nec quicquam ab eo latere movere posset. Item ita amiserat visum oculorum, ut à septem annis esset omnino caeca. In his infirmitatibus constituta, adita Lucia prædicta, penes quam medalliam esse sciebat, cum magna fide precata est, ut dictam medalliam suis oculis, & membris affectis applicaret, & aqua illius prædictas partes lavare dignaretur. Quod cum eadem sæpius, & per septem continuos dies effecisset, imponens medalliam super oculos, & patres affectas, signans eas signo Crucis, invocato Xaverii nomine, & eisdem lavans, statim melius habere cepit, & intra illud septiduum recuperavit visum oculorum, ac perfectam sanitatem recepit, & baculum, quo antea ægra membra trahebat, reliquit in Ecclesia Societatis Jesu in memoriam accepti beneficii.

De miraculosis Prædictionibus.

Ex miraculosis prædictionibus hujus servi Dei aliquot principales etiam referemus.

Prima.

Cum infideles barbari Aeni à Somatra Insula Malacam venissent ad prædandum cum classe, quæ constabat navibus sexaginta, & quinque millibus armatorum, inter quos erant Turcæ, & Jannizeri non pauci, aliquot Christianorum naves in Porto Malacensi incenderunt, & in captos Christianos eximia crudelitatis exempla in odium Christianæ fidei ediderunt. Quare hortatu Patris Francisci Xaverii milites Christiani non amplius triginta supra ducentos in octo naves distributi, barbaros infecti sunt, licet re in urbis consilio agitata, civibus universum temerarium videretur, tam paucos adversus tantam classem hujusmodi expeditionem suscipere.

Tom. X.

Præterea cura Lusitana classis è portu solveret, Prætoria biremis, spectante Civitate in ipso portu, incertum quo casu, aperitur, & submergitur, salvis tamen militibus, quo infortunio excitatus populus infelicem portendit ratus eventum, temerarium judicabat contra validam Acenorum classem tam paucis navium numero velle contendere.

Franciscus tamen Lusitanorum militum animos ad pium bellum accendens, ut acenos Christi accerrimos hostes superbe abeuntes infectarentur, eis præcipit, promittens certam Christi ope victoriam, eademque die pro una biremi amissa, duas venturas, & classi esse adjungendas pronunciat. Et ecce ante solis occasum Franciscus à Cælo ad monitus, biremes duas Lusitanas, unam Didaci Suarii nobilis institoris, alteram Joannis ejusdem filii procul in mari conspicit ex Molucis Patene venientes, instructas militibus, & bellico apparatu, altum tamen tenebant, cursum ulterius dirigentes, ne vestigal solitum, seu portorium Malacæ pendere cogere. Conscendit illico lembum Xaverius, ad Didacum Suarez contendit, eumque ad bellum suscipiendum pro Christi nomine adhortatur. Ille Xaverii rogatu omni tributo exolutus à Præfecto urbis Simone Mello, Malacam cum suis biremibus appellit, bellique socium se offert reliquis Lusitanis. Hanc igitur tumultuariam militum manum Christi cohortem Xaverius appellavit. Abjere milites Patris promissis, ac sanctitate freti. Cumque jam unius, & dimidiati mensis spatio nihil de illis sciretur, fama que ab infidelibus vulgata, nostri ab Acenis cruciati crederentur, civitas universa mœrebat, & mulieres viros suos pro mortuis lamentabantur, multique ad artes illicitas, & magicas recurrebant, ut aliquo modo scirent quid tandem de illis actum esset.

Die igitur quadam Dominica sub finem concionis, ac ipsa die, & hora, qua nostri ad flumen Parles, quod Malaca distat trecentis milliaribus, promissam à Francisco victoriam, non sine miraculo obtinebant, occisis quatuor millib. barbarorum, & captis, vel demeris cunctis eorum navibus, postquam Xaverius modicam altantium fidem reprehendit, divini spiritus instinctu ad Crucifixi effigiem conversus cum effusa corporis actione vaticinans, primum classium congressum verbis describere per ambages cepit, ac si in ipsa pugna præsens adfuisset auditoribus admirantibus. Postea ardentibus oculis, vultuque propugantibus orat, factoque, deprecandi sine, corporis deficiens actione, caput quasi fatigatus, summa suggesti sponda paulisper inclinavit. Deinde inuitata oris hilaritate iniurgens: Recitate, inquit, unum Patrem, & Ave, & agitè Deo quantas maximas potestis gratias pro victoria, quam nostri hac ipsa hora de Acenis reportarunt, tribus tantum, aut quatuor ex nostris in bello desideratis, & tali die vobis aderit ea de re nuncius. Diem etiam designavit, quo nostri reversuri erant spoliis onusti.

Vaticinationem multiplici successu exitus comprobavit. Nam biduo, triduo post, eo die, quo Pater prædixerat, nunciis advenit, nostrique spoliis onusti dicta subinde die reversi sunt, collatisque, invicem rebus, ac circumstantiis omnibus, constitit eadem ipsa hora, qua Pater Franciscus Malacæ in tanta locorum distantia pronunciataverat, victoriam contigisse, illudque pro maximo miraculo universa Civitas habuit, cum nonnisi divina revelatione, quæ pronuntiata sunt à Francisco sciri potuissent.

Secunda.

Cum Pater Franciscus navi Jacobi Pereira, cui à S. Cruce nomen erat, veheretur, obortaque gravi tempestate nauta, ac reliqui vectores timerent, ne procellæ impetus naveam discerperet ipse omnes hoc metu liberavit, & eam benedicens prædixit, navem illam non in mari tempestatis vi, sed in navali dissolvendam. Deinde Pereira navarcho peritissimo denunciat naufragium alterius navis, quæ unà cum ipsis è portu solverat, & brevi se illius

I i 4

calami:

calamitatis conspectum indicia. Nec multo post sedata procella, viderunt super undas tabulas, & cadauera fluenta, certissima dissipatae navis indicia.

Ceterum navis illa Perceiræ annos propè triginta Patri Francisco superstes, quamvis vetusta, & cariola, fluctibusque labefactato ex tot cursibus, ac tempestatibus incolumis semper evasit, quin vectores, inlitoresque diæ prædictioni consisti in illam certatim suas merces imponebant, ac sine metu naufragii, jaeturæque ultrò, citòque commebant. Quocumque appellebat navis, ut multu, & plausu populi excipiebatur, & tota jam India illam vocabat navem S. Patris. Demùm Duci cuidam Diensî divendita, post multas navigationes, cum Coccinum appulisset, ibique in navali subducta esset, ut quassata reficeretur, ibidem seipsa dissoluta est, & sic Xaverii vaticinationem comprobavit.

Tertia.

Cum Xaverius Malaca ad Amboinum Insulam trajiceret, cum eo profectus est Joan. de Arausio Mercator Lusitanus. Sub idem verò tempus classe Hispanorum una, & altera Lusitanorum ac Amboinum appulsi, cœpit sæva lues complurimos utriusque classis abumere. Inque Xaverius de more res necessarias, & medicamenta à divitibus acquisita, egenis agrorum suppeditabat, à divite Arausio ejusmodi elemosynas potissimum petens, qui tamē sua tenacius conservans, jam agrè præstabat Xaverio, frequentius petenti, metuens, ne sibi ipsi aliquando descenderet. Unde cuidam Francisco Paleæ Xaverii nomine pro infirmo roganti vinum, agrè dedit, admonens, se id Francisco tum quidem dare, sed ea conditione, ut in posterum aliud tale ab eo non postularet. Quod ubi Xaverio nunciatum est ab eodem Francisco Paleæ, Xaverius repente, Quid? Existimat, inquit, Arausius, possessionem eorum, quæ habet, forte diurnam, & consumpturam se esse suum vinum? errat certò. Sciat se in hac ipsa Insula esse moriturum, & ejus bona in usum pauperum cessura, & postea eum monuit, ut libenter pro infirmis petita præstaret, animæque suæ consulere? quandoquidem illa esset ultima terra, in quam de navis excensurus erat.

Prædictioni respondit eventus. Descendens enim Pater Franciscus ex Amboino in Molucam, in eadem Insula reliquit Arausium. Postmodum cum in Ternate insula, quæ una est ex Molucis, post multos dies Sacrum faceret in magna populi frequentia, post offertorium, convertens se de more ad populum, dixit: Orate, fratres, pro anima Joannis de Arausio, qui modo in Amboino exspiravit, & commendate illam Deo. Heri Sacra pro illo feci, & hodie iterum facio. Ad hæc mirati, qui aderant, post multos præ stupore intuitus, quæsiere inter se, qua tandem ratione id scire Franciscus potuisset, cum ab eo loco distaret Amboinus, passuum millibus amplius ducentis, & neminem per eos dies inde venisse constaret, admiratione deinde in expectationem versa, notatur res, diesque ab iis, qui audierant, & tandem fuere de re dubii, donec interjectis duodecim diebus, navi ex Amboino vectus Raphael Carvallius, Arausii mortem nunciavit id, quod etiam ex literis à Joanne Derio ad Xaverium missis, & à Carvallio delatis certò constat, illum vixitum esse mortuum in loco Tibiquifanis ejusdem Insulæ, & temporibus præteritis, ac rebns inter se computatis, omnis cum Francisci prædictione congruere comperita sunt. Quare nemini dubium fuit, quin id Xaverius divinitus cognovisset, adeoque illum, tanquam prophetiæ dono præditum, omnes suscipere cœperunt.

Quarta.

Meliapore quidem mercator erga Patrem Franciscum maximè prius, illum salutavit in digressu, volens navigare Malacam, instanterque petiit aliquid, conservandæ illius memoriæ causa. Xaverius è collo detractam precariam coronam ei dedit, commendans, ut eam magni æstima-

ret, & simul ei promisit, quod quandò illam apud se haberet, non esset in mari periturus. Quod ita prorùs evenit. Nam in ea navigatione, cum jam esset propè Malacam, longissimè à Meliapore, navis, qua vehebatur vi tempestatis abrepta, in mari periiit, & defiliens mercator cum nonnullis aliis vectoribus in tabulata, quæ ex lignis raptim composuerant, in alto mari alienato à sensibus animo deliquium, seu animi extasim passus est, in qua sibi videbatur proptiis oculis inspicere P. Xaverium, & cum illo colloqui in eodem loco, à quo profectus fuerat, & à Xaverio acceperat precariam coronam. Demum quinto post die, ex quo defiliit in ea tabulata, ab illa animi extasi velut ab alto somno experrectus, repente se vidit in litore Nagapatani prope Meliaporem salvum, & incolumem, ereptum à fluctibus, amissis, marique at sumptus reliquis omnibus, qui cum eo in tabulata defilerant. Quia neque amplius illi, neque ea comperuerunt.

Quinta.

Cum Pater discederet ex Moluca, & trajiceret in Insulam Mori, latis omnibus, qui navigio vehebantur, in medio cursu certo quodam die quasi indignans surrexit, & scandens vestem exclamavit: Jesu! Illi homines, qui occidit illos homines! Ceterum vectores novitate perterriti, ad Xaverium accurrunt, & quid rei esset, percunctantur. Tum ille in se rediens, re dissimulata, nihil esse respondit. Verùm cum navis ad Insulæ portum appulit, comperiunt quosdam Lusitanos in litore à latronibus fuisse interfectos eo ipso tempore, quo Pater prædicta verba protulerat in navi.

Sexta.

Joannes Durus mercator adolescens ex Ceilano profectus in urbem S. Thomæ, convenit P. Franciscum Xaverium, ut cum illo confiteretur. Confessione peracta à Francisco petit, ut semet vitæ Socium accipiat, quod tandem post multas preces obtinuit, & opes suas in pauperes distribuere cœpit. Postea tamen à communi hominum hoste sollicitatus, à Francisci obedientia se abduxit, & cum in quadam peccata incidisset, mercibus in naviculam occultissimè impositis, Xaverio inscio, ut credebatur, parabat fugam. Tum Pater occultæ fugæ consilium divinitus cognoscens, subito per puerum eum jamjam è portu soluturum, ad se vocari jubet. Quo nuncio vehementer admiratus constitit dubius quid ageret, Sed rem dissimulans tandem decrevit ad Franciscum vocantem ire, quem vix limen domus attingentem, aspiciens Pater, Peccasti, inquit, peccasti. Quibus ille auditis, submisso capite respondit: Verum est, peccavi. Cui adjunxit Franciscus: Accede igitur ad confessionem. Quibus verbis Durus aded fuit commotus, ut domum profectus, eo ipso die navigium venderit, & facta confessione, atque in pauperes mercibus distributis, Socium se, ut ante à Xaverio constanter adjunxit.

Cum illo itaque trajecit in Insulas Molucas, & iterum Malacam venit. Inde in desertam insulam delatus, cum in æde quadam Sacra moraretur de nocte graviter tentatus fuit a demone, &, incertum vigilans, an somnians, insolita aliqua vidit, hæc ita multo post, cum sua delicta de more confiteretur, visionem celavit. At Xaverius, re divinitus cognita in confessione, ex eo querit, quidnam rei in desertæ insulæ templo ei contigerit? Nihil veid, inquit, ille. Cum Pater instaret iterum, ac sæpiùs, semper visionem celavit. Tandem Franciscus, ut vidit illum ex composito visa celare, ipsemet omnia enarrare cœpit. Quod audiens Durus, obstupuit, & cognovit Deum in Francisco habitare, ac demum cum illo rediit in gratiam, cui postea Xaverius denunciavit, fore, ut Franciscanorum institutum, ac disciplinam amplecteretur, ibique æternam salutem esset consequuturus. Prædictioni non defuit eventus, Durus enim religionem S. Francisci ingressus est.

Septima.

Septima.

Cum Xaverius aliquando Machai apud Sinas Petrum Vellium latronculis ludentem in domo aliena conveniret, ab eo petiit elemosynam ad opus faciendum. Ei Vellius tradidit clavem arceæ nummaria, auferte jubens quot vellet nummos. Xaverius addivit domum illius, & tercentis nummis aureis ex arca depromptis, Vellio reddidit clavem, qui rediens domum, & apertens arcam nummariam, nullo pecuniam ex ea cognovit defuisse, & sciscitanti à Xaverio quantum auri abstulisset, Pater respondit, se depromisisse tercentos aureos, cui Vellius, se reperisse dixit omnes quorquor habebat in arca nummos, nullosque defuisse, additque, ei se arceæ clavem eo animo tradidisset, ut ex æquo dimidium triginta millium aureorum, qui aderant, partem sibi demeret, cui Xaverius. Ego verò tibi Velli, in Dei nomine polliceor, nunquam Deum tibi defuturum, dum vixeris, & tibi semper suppeditaturum abundanter ea, quæ tibi opus erunt, & omnes tibi liberali animo, & voluntate largituros. Quinimo divinitus supremum vitæ diem agnosces. Nec Vellium Franciscus fessellit. Quia, licet ei acciderint multa, quibus esset cæsurus in paupertatem, nisi omnes eum liberaliter juvissent, nihil tamen illi aliquando pro se, & pro sua familia defuit.

Multos igitur post annos divinitus de instanti morte Vellius præmonitus rem suam familiarem magna ex parte in pauperes prius divisit, Missas celebrari pro anima sua jussit, propinquis, & amicis ultimum vale dicens, Xaverii prædictionem, ejusque eventum lætus iis exposuit, qui eum delirare credebant. At verò cum interfuisse Missæ, solemni ritu defunctorum celebratæ, ipse se in feretro compoluit capere coepertus, mortem senex expectans. Finita Missa, & dicto à Sacerdote responso; Requiescat in pace, accurrerunt famuli ejus, ut auferrent caperem, & reddentes vivum esse. Sed ille jam animam Creatori suo reddiderat, quæ res comprobavit Xaverii vaticinationem.

Hæc sunt, Pater Beatissime, quæ ex legitimis actis hujus causæ dicenda fuerunt de vita, & moribus servi Dei Francisci Xaverii Societatis Jesu ac de miraculis, illius intercessione, & merito factis. Quibus latius in pluribus Congregationibus diligenter perpenfis, atque discussis, Cardinales Congregationis S. Rituum in eam sententiam unanimiter venerunt, Posse Sanctitatem Vestram, si ei placuerit, ad ulteriora procedere, & Canonizationem servi Dei Francisci Xaverii juxta Romanæ Ecclesiæ Sacros Ritus perficere, ac solemniter celebrare.

CONSULTATIO CXCVIII.

1. An conductores bonorum Ecclesiæ, vel Clericorum pro bonis conductis gaudeant immunitate à vestigialibus, &c.

2. Et quid de Colonis?

AD 1. Affirmo cum Post. cons. 184. num. 9. ac Bruno, qui alios adducit in tract. super stat. quod stat. ma. cyl. famin. non succed. art. 8. q. 22. num. 107. Quicquid Carol. de Grass. effect. 3. num. 147. & alii apud ipsum cum suis illis frivolis distinctionibus contra sentiunt. Semper enim comprobatur, quod Clerici (altem indirectè gravarentur, dum hujusmodi conductores gravantur, quia non ita facile reperirent, qui sua bona conducerent, idèdque cogenter ea locare tanti minoris, ut de Colonis Clericorum tradunt Vinc. de Ann. sing. 99. Bertach. in tract. de gabell. par. 7. n. 15. Federic. de Sen. cons. 111. Carol. de Grass. loc. cit. n. 71. Bellef. par. 1. disp. Cler. n. 5. & Megal. cons. 75. num. 6. Atque ita sæpè declaravit S. Congregatio Immunitatis, ut alibi reuli, ac denique in Hydruntina, ut ex subiecta epistola.

All' Arcivescovo d'Orranto. Illustrè, e Reverendissimo Sig. come fratello. E stato più volte dichiarato da questa Sacra Congregazione dell' Immunita Ecclesiastica, che gli

assituarî de' beni degli Ecclesiastici godano l'esenzione da' pesi per i frutti raccolti ne' medesimi beni. Onde dopo essersi data l'informazione di V. S. sopra il memoriale del Sacerdote Basilio Ferrarî assituario d'una Massaria del Clerico Pietro Angelo Romano da San Pietro in Galatina, luogo di cotesta Diocesi, hanno questi Eminenti Signori ordinato, che si mandi a V. S. inchiuso documento de' decreti, e sinche ella si conformi alla disposizione de' medesimi, con fargli pienamente osservare. Ghelè significo, e me lo offero. D. V. S. Roma 6. Decembris 1695. come Fratello Affettuosissimo G. Card. di Carpegna. G. Vallemani Segretario.

Ita reperitur in libro decretorum S. Congregationis super Immunitate Ecclesiastica, & controversiis jurisdictionalibus sub die 14. Februarii 1628. videlicet Argentina, Clerici Sacra Congregatio censuit, assituarios bonorum Ecclesiasticorum, sive Clericorum non teneri ad solutionem gabellarum pro fructibus recollectis in eorundem bonis.

Et sub die 17. Septembris 1632. Fanen. Clericus Castracavium, S. Congregatio secundum ea, quæ proponuntur, censuit, assituarios bonorum Oratoris gaudere debere exemptionibus, privilegiis, & immunitatibus pro dictis bonis ipso Oratori competentibus. In quorum fidem, &c. Datum Rome hac die sexta Decembris 1695. G. Cardinalis Carpinem. I. Vallemanus secretarius.

Ad 2. Etiam affirmativè. Tum ex iis, quæ alibi adduxi. Et tum quia cum hujusmodi vestigial sit onus mixtum, quod imponitur personæ pro rebus, illudque dividatur exigaturque, habita solum ratione bonorum possessorum, ut docent Doctores relati à Cohel. super Bul. Boni regimini c. 35. n. 1. ut proinde huic oneri non supponantur fructus, sed prædia ipsa ratione fructuum; ex Petr. de Ubal. in tract. de collect. num. 6. & 7. Et collectæ pro onere mixto petendæ sunt juxta descriptionem bonorum, ac vires patrimonii si golorum, telaram in publicas tabulas, quas æstimum appellat, idèd Ecclesiasticorum Coloni ad hujusmodi collectarum, sive vestigialium solutionem non tenentur. Quia cum, ut prædiximus, collectæ imponantur personæ pro rebus, utque non ad Colonum partiarium, sed ad dominum prædii, solutio illius pertinet, per Textum in l. hi penes, C. de agnit. & cens. l. b. 12. Ibi que Gloss. verb. recepta, & Jo. de Plat. Add. ad Bart. alii que nominatim Eugen. cons. 9. n. 8. lib. 1. ubi de communi.

Collectarum autem solutionem ab eum pertinere, qui pro suo nomine possidet, non autem ad habentem nudam detentionem, probatur in l. final. ubi Bald. C. sine censu, vel reliq. compar. non poss. l. Quælo, Ibi que Bart. ff. de usufr. leg. Afflict. decis. 252. num. 4. Olafch. dec. 8. num. 6. Surd. consil. 282. n. 27. vol. 2. Felic. in tract. de Societ. c. 27. n. 47. Quod autem Coloni habeant nudam detentionem constat ex l. tertia §. ex contratio, ubi Gloss. ff. de acqu. poss. Menoch. de recip. remed. 1. num. 63. Unde Locatori, non Conductori imponi collectam, tradunt passim Doctores, præcipuè Bald. in l. 1. C. de annot. & tribut. lib. 10. Boss. de Principe n. 126.

Et quidem cum tegula imponendi collectam sit, ut æstimetur, ac ponantur in æstimo singulorum bona, ut secundum talem æstimationem imponatur collecta, quæ idcirco dicitur per æs, & libram Bart. in l. 1. n. 3. ac segg. ibiq; Add. C. de mul. & in quo loc. lib. 10. Bald. in l. propter honorem, C. qui bona ced. poss. Joan. de Plat. in l. Indictionem propè fin. C. de annot. & tribut. Hinc collecta dicitur sequela æstimi, Dec. cons. 285. num. 15. Natt. cons. 286. num. 7.

Atque ex his redditur planè impossibile, ut Coloni & Clericorum ratione prædiorum, quæ collunt, ad collectam adstringi possint, cum prædia Clericorum in æstimo describi nequeant. Nam per hujusmodi descriptionem inferitur subiectio cap. Cum vener. beatis de censibus, Bald. in c. fin. de causis possess. & propriet. Et æstimatio, ac descriptio, bonorum dicitur actus jurisdictionis, Corn.

conf. 199. n. 11. vol. 1. Alex. in l. si se non obtulit nu. 15. ff. de rejud. Surd. 162. n. 28. vol. 2.

Et propterea jure, ac merito S. Congregatio Boni Regiminis, restante Sperello dec. 85. nu. 19. & S. Congregatio immunitatis in Pisarenfi 6. Decembris 1626. teste Rubeo in addit. ad dec. 412. n. 22. § 26. par. 9. tom. 1. rec. declarant, quod quoties bona, sive aliqua ex allibratis, & in æstimo descriptis ad Clericos pervenerint, censeantur vel ipso jure ab æstimo libro delera, vel saltem facta interpellatione ad Clerici, vel Prælati instantiam delenda sint, de quo etiam nos alibi.

Porrò, quod re vera Coloni Ecclesiasticorum collectari non possint, docent Bart. in l. plasset in fin. C. de Sacrosancti. Eccles. latè Sylvan. conf. 9. Lotter. de re benef. g. 31. n. 46. pro qua opinione triginta octo Doctores constipat Sperell. dec. 41. n. 48. eamque comprobat, & contrariis respondet, concluditque, quod temerarium esse, ab hac opinione in consulendo, ac judicando recedere, addo ego, & Sacrilegium ratione materiæ. Et in specie quod coloni, affluarii, mezardi, vel partiarii bonorum Ecclesiasticorum gaudeant immunitate à collectis tam ordinariis, quam extra ordinariis pro portione colonica decrevit S. Congregatio super Episcopis in Oppidenfi 18. Septembris 1678. de qua Diana par. 5. resol. moral. in resol. S. Congregationis n. 16. § par. 3. tit. 1. d. c. immunit. Eccles. resol. 19. sub initio.

Aliter enim Immunitas Ecclesiastica læderetur. Cum enim certissimi juris sit, quod collectæ non respiciant fructus, sed rem ipsam, atque adeo, quod onus ille solvendi spectet ad Dominum fundi, non autem ad Colonum ex legibus, Doctores, & S. Congregationum declarationibus quibus ad stipulantur Paul de Castr. in l. ex condito in princ. ff. de loc. Nat. conf. 409. nu. 7. vol. 2. alitque copiose congesti à Sperell. dec. 40. n. 36. Sequeretur, quod si Colonus expensas pro solutione collectarum subiret, posset à Domino repetere, & sic à Communitatibus auctoritate laicali Clerici indirectè gravarentur, quod fieri nequit, Bart. in l. impense ff. de impens. in reb. dot. fact. Alex. in l. divorzio §. impendi n. 3. ff. solut. matr. Menoch. de arbit. cas. 215. n. 4. Joseph. Ludov. dec. 24. n. 9.

Nec prædictis obstaret consuetudo aliqua, etiam immemorabilis, cujus vigore afferretur jus imponendi collectas Ecclesiasticorum Colonis. Nam hujusmodi consuetudo est abusus omnino damnatus à SS. Canonibus, de qua nos sæpè alibi. Constat enim, quod si consuetudo non sit rationalis, non subsistit, sed est corruptela extirpanda c. final. de consuet. ubi Doctores communiter, & Novel. 134. c. 1. in fine. Tunc autem est irrationabilis, quando inducit aliquid contra jus Divinum, & Ecclesiasticum. Hæc autem consuetudo inducit veltigalia prohibita imponi Clericis jure Divino, & Ecclesiastico, ut alibi quoque probavimus. Et idè non potest suffragari, sed est extirpanda d. c. fin. de consuet. Præterea Communitates, quæ acquisiverunt ex consuetudine, vel ex præscriptione jus collectandi contra aliquos, non possunt illo uti contra alios, qui collectas non solverunt, cum consuetudo, ac præscriptio non recipiant extensionem, ut in hac specie tradunt Bald. conf. 227. lib. 2. Nat. conf. 555. n. 5. Craver. conf. 111. n. 15. Dec. conf. 215. n. 5. ubi ait, quod ex pluribus actibus exactionis factæ contra alios, non est inducta consuetudo exigendi contra omnes. Consuetudo enim est stricti juris, Caten resol. 32. nu. 6. Thomat. decis. March. 131. n. 39. ac dec. 240. n. 4. Et idè non extenditur de re ad rem, neque de persona ad personam, Thomat. d. decis. 131. nu. 39. ac Rota decis. 94. nu. 3. § seq. part. 4. recent. tom. 2.

CONSULTATIO XCIX.

- 1. An denunciatio pro accusatione, & denunciator pro accusatore habendus?
2. An denunciatus cogi possit ad crimen delatum proponendum?

bandum, & in iudicio contra delatum procedendum?
3. Si denunciatus non probat delictum delatum, an, & qua pena officii debeat?
4. Quando Juxta arbitrium suum formabit in puniendo falsum accusatorem, falsumque denunciatorem?

Pro resolutione harum questionum non desunt ex Doctores, qui ad questionem hanc primam simpliciter affirmativè respondeant, & ad hoc allegant textum in l. cum patronum §. 1. ff. de jure patr. ubi expressè cavetur quod qui nomen devulit, accusate videatur, Farinac. g. 16. n. 17.

Idque extendunt sive de processu, sive de effectu loquantur. Rosbach. in process. crimin. a. 1. nu. 1. ubi tradit, quod denunciator, qui ratione officii ad denunciandum non tenetur, sit ad instar accusatoris ira, ut debeat assistere denuncianti, sicut accusator accusationi suæ. Et nu. 16. quod in talibus denunciationibus denunciatio plus sapiat accusationem, quam inquisitionem ita, ut denunciatio nomine, & effectu ab accusatione non differat.

Similiter Bossius in prax. crim. tit. de denunci. cum aliis quibusdam ait, quod modus procedendi per denunciationem funder processum ordinarium, & denunciator fiat accusator. Pariter, quod accusatoris, & delationis effectu quoad delicti punitionem unus, ac idem sit, deducit ex l. 1. in fin. ff. quid quisq. jur. & l. 1. vel §. 5. docetur, ne qui eum, qui in jus voc. Farinac. d. g. 16. nu. 17. ubi propterea infert, idem judicandum de tali denunciatore, sicut de accusatore. Quod ante ipsum quoque tradidit Clar. §. fin. qu. 7. in fin. quod ratione calumniæ condemnandus sit, ut accusator.

Contrarium tamen, & quod denunciator non sit ad instar accusatoris, apparere primò ex ipsa diversitate nominis, quæ arguit diversitatem rerum, l. §. idem 7. C. de codicill. l. 6. ff. de testam. tut. Tusch. lib. D. consil. 5. 17. Et quod accusator publicè prodeat, & delinquentem palam in iudicio accuset, denunciator autem clam Judicem informet, & in secreto id, quod scit, indicet.

Quoad processum autem, falsum esse, quod aliqui dicunt, & modum procedendi per denunciationem non esse modum separatam ab inquisitione, tendit Carpov. par. 3. crim. g. 108. n. 54. & restè. Nam in accusatione procedi solet ordinario modo, uti in causis civilibus, oblato libello, facta liris contestationis, probatione, reprobatione, donec sententia feratur, idem Carpov. d. par. 3. g. 103. nu. 15. § 17. Aliter se res habet in denunciante, qui nihil horum facere tenetur, ne quidem libellum edere, Rosbach. dit. 11. n. 16. Sed denunciationem simpliciter in scriptis offert, Clar. d. §. fin. g. 7. nu. 11. & Judici viam aperire ad inquirendum ex officio, Clar. loc. cit. n. 2. in fin. Ulterius autem nihil facere tenetur, sed Judici faciendum relinquit, cujus partes sunt, inquirere de delicto, examinando testes, in denunciatione nominatos, & alios, à quibus veritas haberi potest, Clar. ibid. nu. 70. Unde hoc inter accusatorem, & denunciatorem interest, quod accusator inscribere se cogatur, accusationem suam probare, sisco assistere, iudicium interdum suis sumptibus prosequi, denunciator verò nihil horum præstare cogatur, sed dumtaxat obligatur, ostendere ea, quæ de illo crimine novit, atque etiam nominare testes, criminis hujusmodi conscios.

Et quamvis quoad hoc videatur inter accusatorem, & denunciatorem aliqua conformitas, quod etiam ille non opus habeat formare aliquam conclusionem, vel petitionem, Wesemb. nu. 12. ff. de accus. Sed sola ejus narratio absque omni petitione, & conclusione admittatur, Gail. lib. 1. obser. 16. nu. 18. § seq. Negari tamen non potest, quia accusator saltem iudicis officium in cognoscendo, & judicando implorat debeat, Carpov. dit. qu. 103. nu. 17. qui quæst. 106. nu. 14. § 15. expressè tradit, in libello accusatorio conclusionem ponendam, qualem petitionem faciendam, & saltem in genere eam penam petendam,

petendam, quam lex ipsa præscribit, atque determinat, ita videlicet, ut delictum officio iudicis puniatur. In denunciatione autem deferens absque tali imploratione, & petitione desert, & delictum cum iudicis solummodò Magistratui suggerit per superius tradita.

Ex quo deducitur, quod denunciatio propius accedat ad inquisitionem, & quod nihil aliud operetur, nisi quod succedat loco diffamationis, vel querelæ, & sic aperiatur viam iudicis ad inquirendum ex officio contra aliquem. Quod admitti potest, quando Juxta procedit per inquisitionem propter denunciationem, secus autem si procedat super denunciatione, prout loquitur Mascard. concl. 507. n. 9.

Neque his obstat textus in l. cum patronum §. 1. ff. de jure patr. à Farinacio allegatus. Nam hic textus neque sub isto titulo, neque sub alio in ff. reperitur, & textus in leg. cum patronum 22. §. 1. de oper. libert. nihil simile continet. Neque textus in l. 1. in fin. ff. quod quisque, & l. 1. vel §. 5. docetur, ne quis eum, à Farinacio allegati plus dicunt, quam quod verba cum effectu sint accipienda. Si autem alius textus haberet, quod is, qui nomen devulit, accusasse videatur, responderi potest verbum videretur esse notam improprietas, & id, quod videretur tale, non esse tale per tradita Gaillii lib. 2. obser. 11. n. 4.

An autem denunciatus cogi possit ad crimen delatum proponendum, & in iudicio contra delatum procedendum, affirmativè respondendum videtur, idque per textum in l. ab accusat. 6. §. 3. ff. ad S. C. Turpil. ubi nunciatores, qui per notoria indicia produunt, notoriis suis assistere jubentur, hoc est, qui Magistratui delicta indicant quasi certis elogiis, & notoriis argumentis deprehensa, uti explicat Wesemb. n. 9. ff. eod. tit.

Ad idem adducitur textus in l. Divus 6. ff. de custod. reor. Ex quibus deducit Mascardus concl. 506. nu. 1. & Farinac. g. 16. nu. 16. quod denunciatores debeat probare, id, quod denunciant, præsertim si sint privati, & spontè crimina denunciant. Secus si ex necessitate, vel debito officii. Tunc enim sufficere putant testes, de delicto informatos, nominare. Concordat Clarus §. fin. g. 7. nu. 1.

Contrarium autem, quod denunciator non cogatur denunciationem suam probare, nec sisco assistere, neque litem suis prosequi sumptibus, sed dumtaxat obligetur ostendere ea, quæ de illo crimine novit, atque etiam nominare testes, criminis hujusmodi conscios, supra tradidimus. Quo faciunt scripta à Mascardo d. concl. 506. n. 2. quod de consuetudine denunciator non tenetur probare quod denunciat, sed solum nomina testium dare iudici. Similiter Clarus d. qu. 7. 10. expressè refert, licet de jure (secundum ipsum) denunciator teneatur probare, vera esse, quæ in sua denunciatione continentur, communem tamen usum, & praxim hoc non admittit, sed sufficere, quod nomina testium, vel nomina eorum, à quibus id intellexit, iudici aperiat.

Illam distinctionem magis tolerari posset, quam tradit Mascard. d. concl. 505. n. 4. quod à probatione denunciator liberetur, si sumus in dubio, ipsum carere dolo, secus si de illius calumnia, vel dolo constet.

Neque his obstat textus in dicta leg. 6. §. 3. ff. ad S. C. Turpil. ex quo Clarus deducit d. g. nu. 10. quod denunciator de jure scripto teneatur probare, vera esse ea, quæ in sua denunciatione continentur. Nam textus ille nihil de probatione dicit, sed de hoc tantum, quod Magistratui suis illis argumentis in inquisitione assistere cogatur. Unde Juxta plerumque mandat ipsimet denuncianti, ut melius se informet.

Minus facit d. l. Divus ff. de custod. reor. ut cuilibet insipienti patebit, neque enim in terminis hoc dicit, ad quod à Doctores allegatur, neque etiam rectè argumentum ex ea ad id stabilendum ducitur.

Ex quibus patet quod denunciator ad palam procedendum contra denunciatum, & probandum delictum regulariter non sit urgendus.

Quæres fortasse: si denunciatus non probat delictum delatum, an, & qua pena officii debeat?

In accusatione res est clara per textum in l. 1. §. 2. § 3. 16 ff. ad S. C. Turpil. quod calumniatoribus pena irrogatur, si nimirum falsa crimina intendant. Non tamen utique qui non probat, quod intendit, protinus calumniari videtur. Nam ejus rei inquisitio arbitrio cognoscens committitur, qui reo abiolo, de accusatoris incipit consilio querere, qua mente ductus ad accusationem processit, & siquidem justum ejus errorem repererit, absolvit eum. Si verò in evidenti calumnia eum deprehenderit legitimam penam ei irrogat.

In denunciations res est magis dubia. Wesembecius 17 nu. 9. ff. ad S. C. Turpil. ita scribit: Nunciatores etiam, qui absque inscriptione, & metu similis supplicii per notoria indicia produunt, hoc est indicant Magistratui delicta, quasi certis elogiis, & notoriis argumentis deprehensa, iidem illis argumentis suis in inquisitione assistere coguntur d. l. 6. §. 1. cod. tit. Quod si calumniosè derulisse deprehendantur, impunitam eorum audaciam remanere non oportet, l. 1. C. de Curio. §. Statut. lib. 11. §. 1. D. Adrianus de cust. reor.

Præter hæc stant rationes pro, & contra. Nam pro affirmativa, & quod falsò denunciatus puniri debeant, facit id, quod aliàs nullus vir honestus à falsis delationibus, & calumniis esset tutus. Pro negativa, quod si denunciatores se verè punirent, nemo quenquam, etiam notoriè improbum, & infidelem ministrum, vel officialem delaturus esset ex timore subsequituræ pænæ. Vide Clarus §. final. g. 81.

In proposito autem liberandus putatur delator propter publicam famam, & indicia. Quando autem accusator, vel denunciator pro se habet evidenti indicia, pura famam, vel auditum à fide dignis, vel quid simile, excusabitur, etiam si deficiat in probatione, post ravet. conf. 178. Guidopap. dec. 446. Clar. §. fin. g. 62. nu. 8. Oportet etiam, ut quis calumniæ pænæ subjiciatur, in evidenti calumnia deprehendi aliàs si per errorem quem devulit, calumniator non censetur per leg. 1. §. 3. ff. ad S. C. Turpill. Greg. Tholo. lib. 32. c. 7. n. 8. ubi recitat verba Ciceronis pro Roscio Amer. dicentis: Accusatores multos esse in Civitate, utile est sed ita utile est, ut non pland illudamur ab accusatoribus. Innocens est quisquam, verumtamen, quanquam abest à culpa, suspitione tamen non caret, tamen si miserum est, tamen ei, qui accusat, possum aliquo modo ignoscere. Cum enim aliquid habeat quod possit criminose, ac suspiciosè dicere, aperit calumniari, ac sciens iudicari non videtur, præsertim quia is, qui non probavit delictum imputatum, non est in vera, sed tantum in præsumpta calumnia, quando non constat, quod scienter innocentem devulerit, ut per Clar. dit. quæst. 62. nu. 4.

Quæ autem alia delatorem excuset à pænâ calumniæ, vide plenius apud Menoch. de arbit. cas. 198. n. 13. § seqq. cas. 322. Clarus d. g. 62. n. 8. Farinac. g. 16. nu. 32. 74. ac seqq. ubi videbis quod præter indicia, & præsumptiones, famam, auditum à fide dignis, querelas, testimonium unius testis, deceptionem testimonii, errorem, reservatum Principis, ac necessitatem officii exculationem præstare velint, Menoch. d. cas. 198. n. 12. generalem conclusionem facit, quod deferre quilibet possit in iis casibus, in quibus Juxta ex officio procedit. Et Farinac. n. 64. quod si quis habeat indicia sufficientia ad inquirendum, ex iis ad accusandum, vel denunciandum commotus, à præsumpta calumnia excusetur, si postea in probatione succubuit.

Quamvis autem olim calumniator ad pænâ talionis si fuerit condemnatus, id est ad talem pænâ, qualem delatus sustinere debuisset, si de crimine imputato convictus fuisset, l. fin. vers. sed quisque C. de accus. l. fin. C. de calum. hæc tamen pænâ hodie non amplius frequenter, Farinac. de accus. lib. 1. tit. 2. qu. 16. Oldendorp. clas. 1. act. 10. in

10. in *affin. remed. n. 10. in fin.* Sed in extraordinariis criminibus calumniator extra ordinem pro arbitrio Judicis, & qualitate delicti puniatur per l. 1. §. 1. l. *si quis reperere*, & *si delictio*, l. 1. in *privatis ff. ad S. C. Turpil.* Idque non tantum obtinet in accusatore, sed etiam in denunciatore, qui non ex necessitate officii, sed sponte accedit ad denunciandum. Is enim ratione calumnie eodem modo condemnandus est, sicut accusator, ut per Clar. d. §. *fin. q. 7. nu. 12. Farinac. q. 16. n. 17. 18. ac 19.*

22. Ex quibus omnibus patet, cum certa poena in jure determinata non reperiatur, arbitrariae poenae locum esse, arg. c. *super his de caus. ut ceteri simili poena deterriti ad temerarias denunciations & aliorum infamiam non facillè profligant*, arg. c. *fin. de calumn. Venator in analysi jud. Pontif. iii. de accus. in fin. §. effect. denunc.*

23. Quomodo autem Judex arbitrium suum formabit? Et ad quid extendet? Ad hoc responderi Fatinac. d. q. 16. n. 5. quod Judex imponere possit modò pecuniariam, modò corporalem poenam juxta facti, & personarum qualitatem, Julius Clarus q. 81. *vers. sed quero nunquid 3. prope fin.* refert alium ad carenam infamem, alium per triennium ad trimesse fuisse condemnatum. Et quamvis alii existimant hanc poenam usque ad mortem extendi posse, Fatin. tamen d. n. 5. nunquam falsum accusatorem (necum denunciatores) ad mortem condemnaret, si ex sola accusatione nullus mortuus fuerit, nisi cum falsa accusatione magnam falsitatem commisitisset, & de capitali poena actum; & falsitas in egregias personas commissa fuisset. Id n. 6. facilius concedit, quod si quis confuerverit falsas proponere accusationes, acriter puniendus sit, quam si semel tantum calumniatus sit, & n. 7. quod is, qui officiales, ac Judices querelatur, gravius puniri debeat, quam qui privatus accusat, mirius autem, qui ex necessitate officii id facit, quam qui sponte ad denunciandum accedit. *ibid. n. 16. §. num. 7.* addit, quod de consuetudine nunquam falso accusatori mortis poena infligatur, sed vel pecuniaria, vel corporalis pro motu Judicis. Et ex Bossio refert, quod Advocatus quidam, qui instigatus erat, ut plures falsas accusationes contra bonum officialem moverentur, à Ditione Mediolanensi perpetuo exulare justus fuerit, & ad omnia damna, expensas, & interesse damnatus. Plura de poena calumniatorum vide apud Farinac. d. q. 16. Menoch. *de arbit. lib. 2. cent. 4. cas. 322.* vide etiam alibi nostram *Consult. de poena Tulionis.*

CONSULTATIO CC.

De Imperatoris, Regum, ac Principum officio in protegendo Romanam Ecclesiam, Sedem Apostolicam, ejusque Immunitatem, libertatem, ac jurisdictionem. An quo tempore, & qualiter Imperatores Ecclesiam Romanam defenderint. Joannis Papae, & Justiniani Imperatoris epistole, qua habentur sub tit. de Summ. Trinit. C. Justinian. an sint genuinae. Quomodo Ecclesiastica protectio à Graecis Imperatoribus ad Gallorum Reges translata fuerit? Ubi vera causa translationis Imperii Graeci ad Germanos. Alia, praecipue de Patriarcha.

Hujus rei antiquitas ex eo satis manifesta evadit, quod in Concilio Milevitano, quod Divo Augustino Praefide in Numidia ab Episcopis totius Africae tempore Consulatus Arcadii, & Honorii anno post natum Christum 402. circa tempora Innoc. I. Papae habitum est, & tom. 1. Concil. extat inter alia c. 16. statutum fuerat, ut omnibus Ecclesiis à Principe defensores, atque protectores postulerentur. Verba Canonis ita habent: *Placuit etiam, ut petatur à gloriosissimis Imperatoribus, quo jubeant Judicibus dari petitis sibi defensores scholasticos, qui in actu sint, vel in officio defensionem causarum Ecclesiasticarum more Sacerdotum, ut provincia idem ipsi, qui defensionem Ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotiis Ecclesiarum, quoties necessitas flagaverit, vel ad obstandum callide decipientibus, vel obrep-*

sibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi Judicium secretaria. Haec tenent verba Canonis.

Sic etiam constat in sequenti tempore Anastasii Papae 2 in Concilio Carthaginiensi quinto post Consulatum Caesarii, & Attici, sexto Kalendas Junii, anno salutis nostrae 398. celebrato, quod reperitur *Concil. tom. 1. pag. 262.* legationem ad Imperatores Arcadium, & Honorium pro petendis defensoribus Ecclesiae, decretam fuisse. Eodem enim in Concilio, ut c. 9. habetur subsequens decretum hac de re sancitum, sic habet: *Ab Imperatoribus universis visum est postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestus sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut defensores eis adversus potentias divitum cum provisione Episcoporum delegentur.* Haec quidem Patres in eodè Concilio congregati decreverunt, quae & obtinuisse videntur. Nam de magistratu in Africa, qui loco Imperatoris dicebatur defensor Ecclesiae Possid. in vita S. August. c. 12. meminit, & perseverasse in posterum ejusmodi in Ecclesia Defensores S. Gregorius pluribus Epistolis fidem facit, ut ex eis refert Card. Baronius ad annum 398. n. 33.

Ex his igitur antiquissimis Conciliorum decretis primo firmiter contra Andream Knichii pronunciatum instituta defensionis Ecclesiasticae ad tempora Pipini, & Caroli Magni referentis, sumitur, cum ea Concilia quadringentis, eoque amplius ante Caroli Magni aevum annis celebrata fuerint, eoque tempore Protectorum Ecclesiasticorum usus viguerit.

Deinde id ipsum quoque ex vetustissimis diplomatis, & multis antiquorum Galliae Regum exemplis evincitur. Quamvis enim non dubitemus antiquiora etiam, quae adhuc non vidimus, praeceptorum Protectorum mentionem facientia extare documenta, illud tamen certo constat, non solum tempore Dagoberti Regis, qui teste Naucleo vol. 2. gener. 23. circa ann. Christi 600. in Austrasia regnavit, & sic ducentis annis ante Caroli Magni imperium vixit, Protectorum Monasticorum constituendum morem viguisse, imò multo etiam ante Dagoberti Regis aetatem apud Gallorum Reges Ecclesiasticas Protectiones in usu fuisse, non solum Modoaldus Trevirensis Ecclesiae Archiepiscopus, sed & ipse Dagobertus duobus subsequentibus diplomatis, evidentissimum facit. In his eam apertissime continetur ab anterioribus etiam Francorum Regibus, Sigeberto Theodeberto, Theoderico, & Lothario ipsius Dagoberti genitore, Trevirensi Ecclesiae Ducis Mosellanicis in Protectores usitato, ut literae habent, more, datos atque assignatos fuisse.

Ea ipsa diplomata in majorem rei fidem integra leguntur apud Franciscum de Rosiere *stemmat. lotharing. sub n. 1. §. 2.* Diploma secundum datum fuit 3. Idus Novemb. anno ab incarnato Domino 623. cui subscribere Dagobertus, Rex Francorum, Cunibertus Archiepiscopus Colonienfis, Arto Episcopus Metensis, Pipinus Episcopus Spirensis, Arnulphus Dux Austriae Mosellanicæ, Pipinus Dux Hasbaniae Maiordomus, ac roboratum sex sigillis, uno aureo, quinque cereis. Primum, quod & aureum, Dagoberti est, habens insculptum Scutum Liliis plenum. Secundum, tertium, quartum, quae & cerea, Episcoporum sunt sigilla, in quibus impressae sunt Episcoporum sedentium figurae. Quintum, quod & cereum D. Arnulphi, in quo impressum est scutum ornatum cruce, & Carbunculo sextum, quod & cereum Domini Pipini, in quo est impressum scutum munitum fascia.

Sed ut alia ejusmodi Constitutionis Protectionis exempla de Pipino, Carolo Magno ejus filio, itemque Ludovico, qui pariter ex more, & consuetudine majorum suorum, Protectiones Ecclesiarum instituerunt, ut eorundem diplomata apud eundem Franciscum de Rosiere sub n. 9. 12. & 18. inserta edocent, omittamus, illud etiam non minimum continuatae vetustatis Protectionum Ecclesiasticarum momentum praebet, quod multo tempore etiam ante Carolum Magnum, Constantinop. Imperatores Catholicos in actu inaugurationis non minus atque à Carolo Magno, ejusque successoribus, fieri consue-

consuevit de protegenda Ecclesia solemnem Sacramentum praestiterunt, nominatim adfervante multorum insignium auctoritate stipato Marquardo Freher in suis ad Petrum de Andiar *de Imperat. Rom. not. lib. 2. cap. 6.* ubi is loquens de processu Coronationis Constantinopolitanorum Caesarum, ait, coronandos electos Imperatores jurasse Patriarchae ante omnia de conservanda religione orthodoxa, quod testatum fuerit diversis in locis Paulus Diaconus Aquileiensis in historia sua Lombard. & Zonaras *histor. Byzantin.* Jurabant autem, non ut nostri, per sacrosancta Evangelia, sed per Sacrosancta & vivifica Crucis ligna, ut ex Paulo Diacono notat Marquardus Freher. d. cap. 6. Praeterea cavebant etiam de confirmandis juribus, & privilegiis Ecclesiae, ut refert Nicetas Aconitan. in *histor. sua Byzantin. fol. 268.* His peractis benedicebantur, ungebantur, & coronabantur stemmate aureo, regio in summo Sanctae Sophiae Templo manu Patriarchae, qui & ipse plerumque antea in Concilium electionis adhibitus fuerat, teste eodem Paulo Diacono loco citato.

7. Quorum omnium rituum verba formulae solemnium minutatim cognosci possunt, tum ex illis Byzantinis scriptoribus, jam laudatis, tum de Caroplate, sive Georgio Codino commentar. de *official. Palat. Constantinopolit. §. Offic. magn. Eccles. & Leunclao in Pandect. Turcar.*

8. Imò verò non solum Christianis Imperatoribus, sed nec Ethnicis apud Romanos olim, nisi juratis Rempubliam administrare licuisse, scriptores testantur. Quod nominatim de Trjano, qui post tyrannidem Neronis, Caligulae, & aliorum, Senatui Romano, antequam Imperii gubernacula suscepisset, fidem suam juramento obstrinxit ex adductis ibi Autoribus probat An. Coler. *de jure Imperii Germanici sect. 5. conclus. 32.* ubi testatur, postmodum Imperatores Graecos hos sequutos esse, dum Pontificibus Romanis jurare soliti sunt, quod scilicet fidem catholicam tueri velint. Idemque testatur facit Richardus Dieterus de *Summa Summi Imperii potestate conclus. 73.* ubi ait, nullum praeter Turcicum ita stupidam, ac barbaram esse gentem, quae non in regibus suis inaugurandis, aliquam ab illis fidem, ac juramentum exigat. *Auctor vindicat. contra Tyrann. q. 3. Bodin. de republ. cap. 8. Petr. Syring. de pac. Relig. concl. 19. lit. B.*

9. Et hujusmodi jurandi morem, non solum in Imperatoribus, ac Regibus, sed etiam minoribus Magistratibus, usu receptum fuisse, credendum est. Jurabant enim, non solum Atheniensium Praetores, ut ait Suidas, nisi ea praestarent, propter quae magistratum gererent, se auream statum dedicatos esse in Urbe Delphis, & Olympis, sed etiam Laecedemoniorum Primates, ut testantur Aristoxenus Pythagoricus in *lib. apophthegmat.* ante susceptum Imperium juramentum praestabant, se imperaturos juxta leges Civitatis, prout ex ipsi refert Georgius Draudius in *Scheda Regia Agapeti, Diaconi Aphorismorum 13.*

10. Quod verò ad Imperatorum de Ecclesiis, ac Religione Christiana defendenda jusjurandum atineret, dubium non est, ejusmodi jurandi consuetudinem apud Christianos Imperatores in usu continuo permanissit. Hinc non abs re Sigismundus Seld. in *consil. de Caesarum, & Paparum potestate part. 3. §. 4.* meminit Constantini Magni, & aliorum Constantinopolitanorum Imperatorum temporibus, cum Ecclesia Romana bonis temporalibus non admodum, esset aucta, & Pontificis debita observantiae cultu Imperatores prosequerentur, illi verò ultro fidem Christianam defenderent optimum ubi vis in orbe Christiano rerum omnium fuisse statum, & negotia fidei optime processisse. Id, quod & Petrus Anchin. *in clem. univ. de jurejur. notab. 17.* testatur.

11. Praesertim autem post Imperatores Orientales tale juramentum pro defensione Ecclesiae Apostolicae Leoni Tertio Papae Carolum Magnum in Coronatione anno 800. praestitisse historici testantur, cujus tenor apud

Tom. X.

Spondanum in *epit. annal. Ecclesiastic.* Baron. eodem anno num. 3. extat. Et sic quoque Othonom Imperatorem Joanni Papae jurasse, Goldast. *tom. 2. part. 5. Constitut. Imperat. refert.* Ferdinandum Primum Imperatorem juramentum illud Pontifici praestitisse Seld. *loc. citat. part. 28.* testis est. Et illud quidem inveteratum jurandi morem, Ethnicis, ut dictum est, Imperatoribus, Graecisque usurpatum, & post illos à Carolo Magno restitutum, atque ab omnibus postmodum Caesaribus, ac Romanorum Regibus usitate receptum, in praesens adhuc vigere, notorium est.

Verum enim verò, non attento etiam juramento, 12. quod ab omnibus Imperatoribus jam inde à Constantino Magno de protegenda Ecclesia Romana, Sede Apostolica, & Papa, praestitum fuisse ostendimus, ex eo etiam firmissimum id sit, quod Imperatoribus ipso jure absque ullius jusjurandi religione, tutela, ac defensione Ecclesiarum, maximè verò Romanæ, sedisque Apostolicæ, & Papæ ex officio incumbat, l. 1. §. 9. 10. §. 10. tit. *Cod. de Summ. Trinitat. §. cap. Clerici de jurepatr. cap. Convensor. §. ultim. ver. bonus Imperator auxilium querit Ecclesia 23. quæst. 8.* Textum in *Clemen. univ. vers. Ipsius Ecclesiae debeant esse promptissimi defensores de jurejur. & in Constitut. Friderici Imperat. de pace tenenda, & ejusmodi, in princ. libi Ecclesias, sive Ecclesiasticas personas sublimare, & ab incurso, & invasione quorumlibet defendere intendentes.* Idque adeo, & tanta cum obligatione, ut Papa eisdem Ecclesiam non defendentes, excommunicare possit per tradita à Hier. de Caval. in *specul. comm. opin. tom. 4. conclus. 333. nu. 10.* Imò & deponendi eisdem potestatem habeat, ut voluit Restaur. *Castal. de Imperat. qu. 81. Guid. Pancirol. conf. 119. n. 32. Peet. de Fidec. q. 12. n. 282. Joan. Montaigne tract. de Parliament. numer. 16.* Quod tamen alii Electoribus, penes quos electio est Imperatoris, etiam tribuere videntur, qui hac sibi competente potestate usi, Venceslaum Imperatorem inter alias causas ob non praestitam Ecclesiae defensionem anno 1400. deposuerunt, ut per Goldast. *par. 1. fol. 158.* Quod ipsum innumeri scriptores cum antiquiores, nominatim Alvarot. *tract. feudal. tit. de pac. tenend. inter subditos num. 7.* Innocent. in *cap. licet ex suscepto de for. comper. Hier. Balb. de coronat. part. 25. Joan. de Lignano tract. de bello cap. 15. Cardinal. in dist. cap. univ. de jurejur. notab. 10. Augusti. de Ancon. de potestat. Papa q. 35. argument. 6. Dec. in cap. recepimus num. 17. de privileg. Lapold. de Beben. Episcopus quondam Bambergensis de *jure Regni cap. 3. §. 9.* Tum moderni, Gaspar Leopold. *de concur. jurisdictio. qu. 19. §. his vero*, Menoch. *de arbit. judic. cas. 338. num. 7.* ubi ad alios quoque Principes hoc extendit per *can. Principes, can. Regum, can. Administratores 23. qu. 5. Petr. de And. de Imper. Rom. lib. 2. cap. 18. Quirin. Cubach. jurispr. Germanopubl. cap. 23. nu. 27.* aliique passim testantur.*

Hinc Cardinalis Baronius ad ann. 422. n. 3. scribit 13. Ecclesiae, Religionis, & jurium Ecclesiasticorum defensionem, solidum esse ad sustinendum Imperii momentum, fundamentum, ac sustentaculum, quo si careat, corruat, necesse est, idque cum in aliis mundi Proceribus, tum evidenter in Galliae Monarchis ostendi posse, ait. Quamdiu enim defensores Ecclesiarum, & rerum Ecclesiasticarum vixere Francorum Reges & Imperii Principes, ut Pipinus, Carolus Magnus, Ludovicus Pius, & alii, qui legibus, armis, multoque Sanguine bona Ecclesiastica illibata servarunt, felices illi fuerunt, eorumque hostes victi jugo submissi, nomenque Francorum summa gloria toto orbe diffusum, ubi verò direptione rerum Ecclesiasticarum adversus Deum condireptione, imbelles populi, Reges Socordes, & obtusa eorum facta sunt arma, ut plumbus exemplis & obtusa eorum facta sunt arma, ut plumbus exemplis ostendit Baron. ad ann. 845. num. 33.

Maximè autem supremam Romanæ Ecclesiae Protectionem Imperatori, ac Regi Romanorum primitus

Kk

semper

regnante Juliano, tales Virgines, vel vi vel persuasione in hanc corruptelam inductas, sibi connubio junxissent, quemadmodum fieri solet, cum, Religionis stata perturbato, turpis libido, id genus sceleris confiscenti impunitatem ponit.

31. Extat quidem legis hujus pars illa de iis, qui adeo execrandum scelus vel tentare praesumpserint tam in C. Theodosiano, quam Justiniano lib. 6. C. de Episcop. & Cler. descripta his verbis: Imperator Jovianus Augustus Secundo Praefecto Praetorio. Si quis non dicam rapere, sed attentare tantum jungendi causa matrimonii sacratissimas Virgines ausus fuerit, capitali poena feriatur.

32. Summa sane & illa laude digna habentur, quae ab eodem Joviano primum, ut imperium adeptus, est, ut decebat Christianum Principem, decreta fuisse, testatur Gregorius Nazianzenus in orat. de laude Athanasii, per verba: Hoc porro Juliano nimirum extincto, Imperator alter exoritur, nequaquam ore impudens, quemadmodum is, de quo ante verba fecimus, nec duris, & arumnotis operibus, & edictis Israelum opprimens, sed mira pietate, antiquae lenitate praeclatus. Qui, ut praclarissimum Imperii sui fundamentum jaceret, relictamque lignum sanctorum, Unde conveniebat, auspicaretur, cum omnes alios Episcopos, tum eum nempè Athanasium ante omnes, qui omnibus virtute antecederet, & circa dubitationem nullam pietatis causa bello vexatus fuerat, ab exilio revocaret. Quin etiam fidei nostrae unitatem à multis laceratam, & perturbatam atque in sexcentas opiniones, partesque distractam, sibi tradi postulavit, ut maxime quidem univversus Orbis, si fieri possit, in fidei negotio consentiret, spiritusque auxilio in unum coiret, sin minus, ipse certe optima parti sese adungeret, simulque & ei robur afferret, & ab ea vicissim acciperet, excoelsè simul, & magnificè de rebus maximis cogitans. Hac Nazianzenus.

33. Quarto insuper, cum post Jovianum altero statim Imperii suscepti anno Valentinianus anno Christi 364. & ab eodem in consortem Imperii assumptus frater germanus Valens, uterque ab initio Catholicus, imperare coepissent, ipis pariter protectionem Ecclesiae, & hominum Ecclesiasticorum in primis curae fuisse ex eo liquet, quod sacras Virgines, viduas, & pupillos à censu capitacionis statim exemptos esse voluerint, dum ad Vicentium Praefectum Praetorio Galliarum l. 4. de censib. Cod. Theodos. sequentem in modum rescripserunt. In virginitate perpetua viventes, & eam viduam, de qua maturitas pollicetur aetatis nulli eam esse nupturam, à plebeia capitacionis injuria vindicandas esse decernimus, item pupillos in virili sexu usque ad viginti annos ab istius modi functione immunes esse debere. Mulieres autem, donec virum unquamque sortitur.

Datum 10. Kalend. Decembris Valentiniano, & Valente A.A. Coss. Addiderunt insuper, ne Christiani ab actoribus die Dominico conveniri possent l. 10. de exact. Cod. Theodos.

34. Idque ex aliis etiam duobus rescriptis ad Praetextum Praef. Urbi datis manifestum evadit, quorum altero haereticos ab Urbe pelli, altero autem Basilicam Urbis à Schismaticis occupatam, Damaso, Pontifici Romano, restitui iussit. Utrumque extat cum aliis in perveusto Codice Vaticano, in quo scriptae sunt epistolae complurium Romanorum Pontificum, quorum prius ita habet.

35. Imperator Praetextato. Dissentionis auctore sublato, omnis causa d' sordie sopienda est, ne aliqua remanente materia, nihil proste e medio sustulisse fomitem iurgiorum, Praetextato, parens charissime. Quamobrem praecelsa sublimitas tua, Defensoris Ecclesia Urbis Romae, sive Damasi, sacrae legis Antistitis, petitione persequenda, qua unatantum Ecclesia ex catholica Religionis obsequio à dissidentibus adhuc dicitur retentari. Quoniam pro publica securitate, metuendum est, ne aliquis hinc iterum tumultus oriat, quandoquidem non parva sit separacionis effigies, ut tale aliquid putetur oculos Damaso, eam jubebit aperiri, ut singuli, univversique cognoscant, quo unitas

studio colenda sit, qua omnibus pacè vivendum, cum Ecclesiis restituis plenissimam possulet congregacionem, ubique promissa concordia. Haec de reddenda Basilica Valentinianus. De pellendis vero ab Urbe sociis Ursicini ad eundem quoque Praetextatum sic scripsit.

Ea nobis innata est moderatio, ut publicam disciplinam sine cuiusquam calamitate munire cupiamus. Itaque quoniam animarum adversarum occasionebus non favemus Ursicini sociis, & ministris, quos praecelsa sublimitas tua propter quietem Urbis aeterna de medio putavit esse tollendos, Roma tantum, cuius tranquillitati studemus, excepta ubicumque voluerint absque Religionis injuria, ut peregrinari potius, quam exulare videantur, proprio liceat jure versari, Praetextato, parens charissime. Neque enim interest nostra, quem habitationis eligam locum, dummodo incontentis dissensionis ablatis, firma sit rursus in plebe concordia.

Datum pridie Id. Jun. A.A. II. Coss. Non tamen inficiari possumus, Valentem postea anno 370. cum ab Ecclesia Catholica descivisset, & Arrianis adhæsisset, protectionis debitorum contra orthodoxos vehementissimas, excitasse persecuciones, & Valentinianum etiam in Ecclesiae defensione remissiosem factum, indulisse haereticis, & gentilibus.

At quinto, cum Valentiniano è vita sublato, Gratianus ejusdem filius anno 385. Imperator inauguratus esset, qui aliquot annis una cum patre Valente, & Valentiniano fratre Imperium administravit, is non minus etiam se strenuum Ecclesiae Romanae Protectorem, ac defensores uti ex variis illis Rescriptis infra inferis, colligitur, exhibuit, idque dilucide testatur Sozomenus lib. 7. cap. 1. ubi inquit: Gratianus interim una cum fratre univversum Romanum Imperium adeptus, cum patris sententiam non probaret, qua ille pertinaciter catholicos, fuerat persecutus, qui Religione ab ipso disenserant, omnibus ijs, qui ab illo vivente Religionis ergo in exilium puls fuerant, reditum ad suas Ecclesias concessit. Quod ipsum etiam expressius innuit in libris ad Gratianum datis S. Ambrosius, qui epist. 26. inter alia haec habet: Reddidisti Ecclesia perfidorum ora, atque, quod unquam! & corda clausisti.

Quin & idem Imperator Gratianus statim, extincto orthodoxae fidei perduelle Valente, legem tulit, eaque haereticos Ecclesias Catholicis cedere iussit, de qua quidem lege hac Theodoretus lib. 3. cap. 2. Conscriptit legem, qua jubebat, tum pastores ejectos in exilium, redire, suisque gregibus restitui, tum Saxilas Ecclesias tradi ijs, qui Damasi communionem amplexarentur. Hic Damasus, Episcopus Romanus, fuit in illius Ecclesiae administratione successor Liberii, vir sane propter vitae praestabilis ornamenta insignis, qui, quoad ejus fieri poterat, doctrinam Apostolicam assidue tutatus est. Ut autem lex, quam dixi majorem haberet auctoritatem, misit cum ea Ducem Saporem, virum id temporis propter nominis, & famae celebratam facile praestantissimum, cui dedit in mandatis, ut tum Arrianæ blasphemiae praecones, tanquam feras quasdam agrestes, è Sacrosanctis Templis exigeret, tum optimos pastores Sanctis eorum gregibus restitueret.

inde verò è praedio, quo Gothos anno 379. vicit, re-vertus, aliam legem promulgavit, qua haereticorum omnium ora blasphemata compescuit, ad Hesperium Praefectum Praetorio ita scribens in l. 5. de haeretic. Cod. Theodos. & l. 2. Cod. Justin. eodem tit. Omnes vestrae legibus, & divinis, & Imperialibus haereses perpetuo conquiescant. Quisquis opinionem plebilibus Dei profanus imminuit sibi tantummodo nocitura sentiat, aliis obfutura non pandat. Quisquis redempta venerabili lavacro corpora parata morie, tabescat, id auferendo, quod geminat, nempè baptismum sibi solus talia noverit, alios nefaria institutione non perdat, omnesque perverse istius superstitionis magistri pariter, & ministri, seu illi sacerdotali assumptione Episcoporum nomen infamant, seu quod proximum est, presby-

presbyterorum vocabulo Religionem mentiuntur, seu etiam se Diaconos, cum nec Christiani quidem habeantur, appellent. Denique antiquato rescripto, quod apud Sirmium nuper emerit, ea tantum super catholica observatione permaneant, qua perennis recordacionis pater noster, & vos ipsi victura in aeternum aequè numerosa justione, mandavimus. Datum 3. non. Augusti Mediol. Accept. XIII. Kalend. Septembris Ausonio, & Olybrio Coss. Haec ex Cod. Theodosiano antiquiori depromptit Cardinalis Baronius.

41. In Codice autem Justiniano d. l. 2. de haeretic. cum haec habeantur summatim constituta, his additur ista appendix: Haereticorum autem vocabulo continentur, & latius adversus eos sanctoribus succumbere debent, qui vel levi argumento à iudicio Catholicae Religionis, & tramite detecti fuerint deviare. Quin & antea idem Imperator pro Clericorum immunitate l. 24. de Episcop. & Cleric. Cod. Theodos. ita rescripsit: Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, atque Exorcistas, & Lectores, Ostiarios etiam, & omnes perinde, qui primi sunt personarum munerum expertes esse praecipimus.

Datum 13. non. Martii Gratiano Quarto, & Merobaudè Coss.

42. Sexto adscitus à Gratiano postmodum in Collegam Imperii anno Christi 379. Theodosius, militis cuiusdam strenuissimi ejusdem nominis, quam Valentinianus ad oppugnandum Fitim Tyranum in Africa miserat, filius, non minus acri etiam studio Ecclesiae protectionem gessit, nihilque antiquius habuit, quam de fide Catholica bene mereri, de quo Sanctus Augustinus de Civitat. lib. 5. cap. 26. sic ait: Inter haec omnia ex ipso initio Imperii sui non quievit, iustissimis, & misericordissimis legibus adversus impios laboranti Ecclesiae subvenire, quam Valens Haereticus favens Arrianis vehementer assilixerat, cuius Ecclesiae membrum esse magis, quam in terris regnare gaudebat. Hujus autem rei fidem facit aurea illa sanctio in l. 2. de fid. cathol. Cod. Theodos. ab eo Thessalonica promulgata, quae sic se habet.

43. Imp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius A.A.A. ad populum Urbis Constantinopolitanae. Sanctos populos, quos Clementia nostra regit temperamentum, in tali volumus Religione versari, quam divinitus Petrus Apostolum tradidisse Romanis, Religio usque nunc ab ipso innata declarat, quamque Damasus sequi claret, & Petrum Alexandria Episcopum, virum Apostolicae sanctitatis. Hoc est, ut secundum Apostolicam disciplinam, Evangelicamque doctrinam Patris, & Filii, & Spiritus Sancti unam Deitatem sub parvis Majestate, & sub pia Trinitate credamus. Hanc legem sequentes Christianorum Catholicorum nomen jubemus amplecti, reliquos vero dementes, vesanosque iudicantes, haeretici dogmatis infamiam sustinere, ac conciliabula eorum, Ecclesiarum nomen accipere, divina primum vindicta, post etiam motus nostri, quem ex coelesti arbitrio sumpsimus, ultione plendendos.

Dat. 3. Kalend. Martii Thessalonica, Gratiano A. quintimo, & Theodosio A. primem Coss.

44. Nec in eo solum Theodosius, egregius Ecclesiae Protector, ac Defensor ei laboranti praesto fuit, sed in compescendis, ac funditis extirpandis ejusdem hostibus, omnem movit lapidem, ut nominatim testatur Marcellinus Comes in chron. anno Christi 379. cum ait: His Consulibus, Theodosius Magnus, postquam de Scythia, & Getis triumphavit, expulsis continuo ab Orthodoxorum Ecclesiis Arrianis, qui jam ferè per quadraginta annos eas sub Arrianis, Imperatoribus tenerant, nostris Catholicis orthodoxis restituit Imperator mense Decembris.

45. Similiter ab eodem praestita Ecclesiae protectio, ac propugnatio evidens adhuc colligitur ex alia ejusdem sanctione in l. 3. de fid. cath. Cod. Theodos. qua is Imperator anno 381. cum sciret complures haereticos sub catholico nomine adhuc retinere Ecclesias, speciatim Sacerdotes aliquos, quorum fidem spectatam habuit, nomina-

vit, sancivique, ut qui eorum communioni jungerentur, iidem Catholici haberentur, & Ecclesiis praeficerentur. Sanctio autem haec est.

Theodosius Imperator ad Ausonium Proconsulem Asiae. Episcopis tradi omnes Ecclesias, mox jubemus, qui unius Majestatis, atque virtutis Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum conspiciunt, ejusdem gloriae, claritatis unius, nihil dissonum, profana divisione facientes, sed Trinitatis ordinem personarum asserionem, & divinitatis profertentes, quod constabit communionem Nestarii Episcopi Constantinopolitanae Ecclesiae, nec non Timothei intra Aegyptum Alexandria Urbis Episcopi esse sociatos, quos etiam in Orientis partibus Pelagio Episcopo Laodicensi, & Diodoro Episcopo Tarsensi, necnon in Asia Proconsulari, atque Asiae Diocesi Amphilocho, Episcopo Iconiensi, & Optimo, Episcopo Antiocheno in Pontica Diocesi, Heliadio, Episcopo Casariensi, & Otreio Meliteno, & Gregorio Episcopo Niceno, Britannio, Episcopo Scythia, Marmano, Episcopo Marciopolitano communicare constituit. Hos ad obtinendas Catholicas Ecclesias ex communi probabili Sacerdotum oportebit admitti. Omnes autem, qui ab eorum, quos commemorato specialis expressit, fide communionis dissentunt, ut manifestis haereticos ab Ecclesiis expelli, neque his penitus post hac obtinendarum Ecclesiarum Pontificum, facultatemque permitti, ut verè, ac Niceno fidei Sacerdotia casta permanent, nec post evidentem praecipit nostri formam malicia locus deatur astutia.

Datum 3. Kalendas Augusti Heraclaea, Eucherio, & Syagrio Coss.

Denique ne plura hic accumulemus, accerrimum statutus Ecclesiastici Protectorem fuisse Theodosium palam facit rescriptum ejus ad Opratum Praefectum Augustalem Aegypti de Ecclesiastico jure illibato servando in leg. 3. de Episcop. judic. Cod. Theodos. his verbis: Graviter admodum mota est nostra clementia quidam ab his, qui Episcoporum sibi nomina vindicant perpetrata, & contra leges non minus divinas, quam humanas improbatam meritate commissa. Vexatos etiam nonnullis Orthodoxorum Clericos, quorum atas hinc injuria à Sacerdotio repugnabat, flagitatos innumeribus, questionariis deditos, atque haec omnia per eos commissa, qui ad regnum a frouis, Sacerdotii nominis titulos praeferebant. Denique lectis in Consistorio precibus, quibus Episcopalis pietas aliquid postulans refragatur, denegatque, adeo continuo lege sancimus, nomen Episcoporum, vel eorum, qui Ecclesia necessitatibus serviunt, ne ad iudicia, sive Ordinariorum, sive extraordinariorum iudicium pertrahantur. Habent illi iudices suos, nec quicquam hinc publicis commune cum legibus, quantum ad causas tamen Ecclesiasticas pertinet, quas docet Episcopali auctoritate decedi. Quibuscumque igitur mota fuerit questio, qua ad Christianam pertinere sanctitatem, eos docebit sub eo iudice litigare, qui Praesul est in suis partibus omnium Sacerdotum, id est, per Aegypti diocesim, Oprate charissime, ac juvenilissime. Quare laudabilis auctoritas tua arbitrio temporato, quid quid negotiorum aliunde incidet, terminabit, habituro Pontificum Sacrae disceptacionis Timotheo Episcopo, quem sibi omnes etiam suo iudicio praetulere. Est enim vir, cum omnium Sacerdotum susceptione venerandus, tum è nostro iudicio approbatus.

Ex quo colligitur Theodosium insensissimo accepisse animo, quod Episcopi deferrent ad Praefectos, vel ipsorum Imperatorem excessus Collegarum, vel crimina inferioris Ordinis Sacerdotum, subterfugientes Episcopale iudicium, eoque rejicit Imperator, nec audiri patitur à Praefectis, quos & dato rescripto convenit ab Ecclesiasticis iudicijs penitus abstinere, quae ad Episcopos Ecclesiasticarum rerum, ac personarum legitimos iudices deferti mandavit. Vide etiam ejus sanctionem de immunitate Ecclesiarum in leg. patenti de his, qui ad Ecclesiastic. confug. Cod. Theodosio, à Gothofrido recognoscitur.

49 Septimo insuper tribus istis Imperatoribus, Gratiano scilicet anno post Christum natum 383. Valentiano anno 392. Theodosio filii Arcadii aetatis annum agens vigesimum primum, & Honorius annos natus decem Imperium eodem anno suscepissent, Arcadius natu major parentis maxime pii insistens vestigiis, nihil prius habuit quam Ecclesiam sedulam curam, ac protectionem suscipere, Christianamque Religionem, fidemque Catholicam factam rectam servare, ac saluberrimis communire, legibus. Nam mox in ipso Imperii ingressu contra hereticos gravissimam tulit legem, atque ad Ruffinum Praefectum Praetorio in l. 26. de heretic. Cod. Theodosio, Anno Christi 395. mense Martio in primis ista rescriptit.

Omnes poenas, cuncta supplicia, quae sanctionibus divinae recollectionis genitoris nostri adversus hereticorum sunt pertinaces spiritus constituta, nostro etiam decreto reparantes decernimus. Quicquid etiam his est contra meritorum delinquentiam spe correctionis speciali quadam sanctione concessum, id irritum esse. Euanomanorum vero perfidam mentem, & nequissimam sectam speciali commemoratione damnamus, statimisque omnia, quae contra illorum vestigiam decreta sunt, illibata custodiri, illud addentes, ne quis memorata facta militandi, aut testandi, vel ex testamento fidei habere facultatem, ut sit omnibus commune damnata, quibus etiam communis est Religionis furor, cessante videlicet, si quid patre nostro quibusdam fuerat super testandi iure beneficio speciali concessum.

Datum 3. Idus Martii Constantinopoli Olybrio, & Robino Coss.

50 Et rursus subsequenti anno eorundem petulantiam cum illi proceperit accepta a Praefecto licentia se inferant in Urbem, cohibuit Dato ad Clearchum Urbis Praefectum adversus eisdem ejusmodi rescripto in l. 30. de heretic. Cod. Theodosio. quo & ipse Praefectus puniendus esset. Cuncti heretici procul dubio noverint omnia sibi loca hujus Urbis adimenda esse, sive sub Ecclesiarum nomine teneantur, sive qua Diaconica appellantur, vel etiam Decanica, sive in privatis domibus, vel locis privatis Testio nostro a incorporandis. Praeterea omnes Clerici hereticorum ex Sacratissima Urbe pellantur, neque his similibus liceat convenire. Ad hoc eis interdicitur omnibus ad litamiam faciendam intra Civitatem nocte, vel interdici profanis coire Conventibus. Statuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium sublimitatis tuae, si quid hujusmodi fieri, vel in publico, vel in privatis adibus concedatur.

Datum 5. non. Martii Constantinopoli Arcadio quarantimo, & Honorio III. Coss.

51 Nec vero remissiori studio Ecclesiae protectionem gessit Honorius. Nam statim etiam patrocinii Ecclesiastici munus Imperii sui primordia consecrans, nominatim Ecclesiae serventibus protectionem deferri peculiari rescripto praecipit, simulque omnia a praedecessoribus Imperatoribus Catholicae Ecclesiae collata privilegia anno salutis 365. confirmavit l. 29. de Episc. & Cler. Cod. Theodosio. inserta ad Hereticum ita rescribens: Quaecumque a parentibus nostris diversis sunt statuta temporibus, manere inviolata, atque incorrupta circa sacrosanctas Ecclesias praecipimus. Nihil igitur a privilegiis immutetur, omnibusque qui Ecclesias servimus, tutio deferatur, quia temporibus nostris addi potius reverentia cupimus, quam ex his quae olim praestita sunt immutari.

Datum 10. Kalendas Aprilis Mediolani Olybrio, & Robino Coss.

52 Imo vero, ut idem certissimum Ecclesiae Protectorem sese ostenderet, adversus perturbatores Ecclesiarum, & inferentes injuriam in personas, ac loca sacra capitale statuit supplicium. Rescriptum desuper ab utroque Imperatore datum a Sancto Gregorio Papa citatur, & in Epistol. 53. lib. 11. ad Joannem recitatur his verbis:

Arcadius, & Honorius Augusti Theodoro Praefecto Praetorio. Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in Ecclesias Catholicas irruens Sacerdotibus, & Ministris vel cultoribus ipsis, vel cultui ipsi, locoque aliquid importet injuria, quod periturum a provincia rectoribus animadvertatur, atque ita provincia moderatur Sacerdotum, & Clericorum, & Catholicae Ecclesiae ministrorum, loci quoque ipsius, & divini cultus injuriam capitalis in cunctos, seu confessos reos sententia noverit vindicandam. Et post pauca: Sitque laudabile, factum atrox Sacerdotibus, aut Ministris injurias, veluti publicum crimen insequi, atque de talibus reo ultionem mereri &c.

Datum 6. Kalendas Maii, Mediolani Honorio Augusto quater, & Eutychemo ter Coss. Ita apud D. Gregorium.

Sic idem Imperator Honorius anno subsequenti 401. immunitatem concessit Clericis, & Monachis, ad Pompeianum Proconsulem talem in modum rescribens l. 36. de Episcopis, & Cleric. Cod. Theodosio. inserta: Quicumque Catholicae Religionis Clericis inter eum modum unde vitium emendari, vendendique usum lege praefinitum exercent ab auraria pensione habeantur, immunes. Ab his quoque, quos a publico laboris actu, & gradu clericatus, & quod non minus, sanctior vita defendit, praecipimus temperari; nec etiam ullum eorum, qui excepti legibus probabuntur, subiacere patitur injuria &c.

Datum prid. Id. Julii Mediolani post Consulatum Sciliconis, & Aureliani VII. CC.

54 Haec scribens pro Catholicis tantum Africanam Ecclesiam Imperator, tacite admonitos voluit Donatistas, ut alienos ab Ecclesia, ab Imperatore rejectos haberi, ut ita ea vexatione tributorum ad mentem integram redire deberent. Quod vero iisdem, qui Clericos privilegiis frui voluit eos, quos, inquit, sanctior vita defendit, esse Monachos intelligendos, omnes puto consentient. Plusque adjecit Imperator praecitatis legibus, alia etiam pro rebus, ac personis Ecclesiasticis rescripta in C. Theodosio. sub leg. 40. & 41. eod. tit. ne scilicet bona Ecclesiastica diversis aliis, praeter canonicam pensionem, teneantur obligata muneribus, neve Clerici apud alios Judices, quam Episcopos, iudicio postulentur. Voluit enim Honorius Ecclesiasticum iudicium Episcopos in omnibus illibatum servari, & ut sacrosanctum inviolatum custodiri. Ipsa rescripta omitto. Qui ea legere ambigit, ad fontes ipsos recurrat.

55 Ut tamen penitus de sollicita hujus Imperatoris in Ecclesiam Romanam protectione constet, praetermittere non possum, quin in plenam protectionis probationem epistolas huic argumento in primis inferentes hic atrexxam, quas nimirum anno 419. Bonifacius Pontifex eo tempore Romanus, ad Imperatorem optimum scripsit, & hic contra ad eundem rescriptit, quae ita se habent.

Bonifacius Episcopus Honorio Imperatori. Ecclesia me, 56 cui Deus noster Sacerdotum meum, vobis res humanas regentibus, deputavit, cura constringit, ne causas ejus, quamvis adhuc corporis incommoditate detineat, propter conventus, qui Sacerdotibus universis, & Clericis & Christiana plebis perturbationibus agitantur, apud aures Christianissimi Principis desint. Siquidem secus quam oporteat eveniat, non vos id facere, qui cuncta aqua moderatione componitis, sed nos per nostram tacentem desideriam videbitur, quid civitatis quietam Ecclesia pervertere valeat, admisisse. Cum enim humanis rebus divina cultor Religionis, Domino favente, praesideas, nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria, quam certum est divinis semper rebus animo promptiore fuisse, firmo, ac stabili jure custodiatur, quod per tot annorum seriem, & sub illis etiam Principibus obtinuit, quos nulla nostra Religionis cura confirmavit, scilicet ut fidus utar licitis, ne sub vestra imperio clementia minime qua sunt illicita formi-

formidantur. Ipsa enim Ecclesia devotionem tuam, christianissimum Imperator, non meo quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu, quam Christus Deus vester nostri fidus vobis, & gubernator Imperii, uni desponsatam sibi, & intactam virginem servat, ne in eam aliquos insidiantium procellarum fluctus illidi, & quietam faciem temperatae insolia rumore turbari contingat, gloriosissime, & tranquillissime Imperator Auguste.

Ipsa ergo, quae uni desponsata, vestra tamen mater est, Ecclesia, hac pietatem vestram legatione, quam suis Sacerdotibus commisit, appellat; praeterea, praesentiaque reperit. Vobis, inquit, gloriosè imperantibus crevit meus, qui modo tuus est, populus, iam fidus Deo, quam tibi, qui es Princeps Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria, inter preces suas, quas pro vestri felicitate dependet Imperii, teste apud quem, & de cuius Sede agitur, Sancto Petro sollicitus pro Religionis observantia vocibus clamat, cum sollicita petitione miscetur oratio, ne hos, varias in res semel effusa distrahatur a cultu solito, tentatore sollicitate discorsia. Augereur pluribus, Principes Christianissime, mater Ecclesia, nisi apud te suarum esset securae causarum, & nisi in oppressionibus idolorum, in haereticorum correctionibus, fide tua divino cultu pariter cum imperio semper florente vicisset. Habet refugium, pium tua mansuetudinis animum, cum sua Religionis veneratione conjunctum, cum quicquid huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus, & sacerdotibus meis probatissimis viris, a me, & ab omnibus, qui Ecclesiam faciunt, hujusmodi legis, quibus precamur, Sacra causam Religionis persequentibus, in urbe vestra mansuetudinis, hoc animo, quo postulatis annuitis, in perpetuum statum Universalis Ecclesiae consulatis. Datum Kalendis Julii.

57 His Bonifacii literis perceptis Honorius Imperator huic in modum respondit: Victor Honorius, inelytus triumphator, semper Augustus Sancto, & venerabili Bonifacio, Papa urbis aeterna. Scripta beatitudinis tuae debita reverentia gratulatione suscepimus, quibus recessit egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quod sanctimoniam tuam post longum incommodum optata redditam didicimus sanitati, & ideo reverentibus venerabilibus viris gaudium nostrum sacrorum apicum attestazione signamus, ac petimus, ut quocumque orationibus Apostolatus tuus, studium, ac votum suum, circa salutem, atque Imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostrae satis placitum esse cognosce, quod sanctimonia tua de Ecclesiarum, aut populi perturbatione sollicita est, quae, ut ne aliqua ratione possit evadere satis clementia nostra credit esse provisum. Denique beatitudine tua predicante, id ad cunctorum clericorum notitiam volumus pervenire, ut si quid forte Religionis tuae, quod non optamus, humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitione esse cessandum. At si duo contra fas temeritate certantes, fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem, sed illum solum in Sede Apostolica permanurum, quem ex numero Clericorum nova ordinatione divinum iudicium, & universitatis consensus elegerit. Unde id observandum est, ut omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex severitatis nostra admonitione custodiant, nec aliquid seditionis conspirantibus, tentare conentur, cum certum sit, nulli partium sua studia profutura. Haec Honorius ad Bonifacium, de futura Sede vacante sollicitus.

58 Octavo praeterea humanis exempto Arcadio, postquam Theodosius ejusdem filius cum Honorio patruo Imperii habenas suscepit, exemplo majorum singularem etiam sese exhibuit hominum Ecclesiasticorum Protectorem, ac cultorem, attestante id Socrate hist. lib. 7. cap. 22. ubi inter alia scribit, Theodosium adeo piam fuisse, ut omnes Dei Sacerdotes honorifice colerit, ac protexerit. Hinc etiam rectè Baronius ad annum 422. n. 3. & 4. attestatur, Theodosium proinde Imperium defendisse, tuendo Ecclesiasticam Immunitatem, & Religionem. Cui rei te Tom. X.

60 testimonio est ipsius Theodosii ad Acacium, Beræcentem Antistitem, & alios Orientis Coepiscopos, & Anachoretas anno 432. data epistola, quae extat apud Concilium Ephesinum edit. Pel. tom. 5. cap. 10. quae est hujusmodi.

Nihil omnino eorum omnium a nobis est praetermissum, 59 qua Religio Christiana causa nostro studio effusa debuerant. Atque hoc ipsum Sanctitas vestra cum a Joanne, primum Ecclesia Antiochena Episcopo, tum a ceteris quoque sanctis Episcopis, qui apud illam versantur, diu deinde cognoscere poterit. Acciderunt autem nonnullae inter quosdam circa Religionis negotium difficultates, & controversiae, quas quidem è vestigio de meo tollere, & abolere excogitabamus; verum negotiorum magnitudine, & multitudinem impedit, quoad volebamus, & conabamur, conficere non valuimus. Certa nihilominus, fixaque stat sententia, ab hoc concilianda pacis studio non prius desistere, quam misericors Deus vestris intercedentibus precibus, Ecclesiam unionem, & pacem restituere dignabitur. Decet proinde vestram sanctitatem omni diligentia, studio, ac contentione hac à Deo deprecari, vosque probatos Romanam Religionis Sacerdotes esse manifesto argumento declarare. Haec tenus Theodosius ad Acacium, & alios, ut haec inscriptio aliarum Provinciarum Episcopos, & Solitarios.

61 Quod vero ad hanc Theodosii Augusti epistolam spectat, nomenclaturam obtinet aliena à Religione Catholica Romana lector, qua Imperator fidem Catholicam proprii vocabulo Romanam Religionem appellat proprii, inquam; quoniam dicens, tantum fidem Catholicam, cum omnes ferè haeretici eam apud se esse profiteantur, haud facile illos distingues eo nomine, dum agitur cum ipsis à verè pietatis cultoribus, secus autem voce illa Romanae Religionis, quae peculiaris, & propria est orthodoxorum.

62 Nono postquam Valentianus III, Theodosii hujus ex Sorore Placidia nepos, ab eodem anno post natum Christum 425. Augustus appellatus, Imperii coronam accepisset, tanquam verus etiam Ecclesiae Protector, non minus ac alii haec tenus enarrati Imperatores, pro acceptis à Deo insignibus, pius valde edidit functiones, quibus concessa Ecclesiae privilegia illibata esse voluit, ea de re Bassum Comitem verum privataram sequentem in modum rescribens lib. 47. de Episcop. & Cleric. Cod. Theodosio. Priviligia Ecclesiarum omnium, quae seculo nostro tyrannus invaserat, prona devotione revocamus, scilicet ut quicquid à divinis Principibus constitutum est, vel qua singuli quique Augusti pro causis Ecclesiasticis impetrarunt, sub pena sacrilegii inviolata aeternitate serventur, Clericos etiam, quos indistinctis ad seculares Judices debere deduci, insanus praesumptor edixerat, Episcopali audientia reservamus. Ex enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio &c.

Datum 8. Idus Octobris Aquileia D. N. Theodosio A. XI. & Valentiano Coss.

63 Ut autem Urbs Roma ab omnium haereticorum illuvie purgaretur, idem Imperator adversus eisdem hujusmodi promulgavit edictum l. 61. de heret. Cod. Theodosio. Manichaeos haereticos, schismaticos, omnemque sectam Catholicis inimicam ab ipso aspectu Urbis Roma exterminari praecipimus, ne nec praesentia crimina, nosse contagione foedentur. Circa hos autem maxime urgenda commotio est, qui praevio suspirio ad venerabilem Papam se communiōne suspendunt, quorum schismate plebs etiam reliqua vitatur. His conventione praemissa viginti dierum condonamus inducias, intra quos, nisi ad communionem redierint unitatem, expulsi usque ad centesimum lapidem solutidise, quam eligunt, mactentur. D. 6. Kalend. Augusti Aquilae Theodosio A. XI. & Valent. Coss.

64 Sequenti vero mense de iisdem ad Proconsulem Africae ejusmodi rescriptum dedit lib. 63. Cod. eod. omnes haereses, omnesque perfidias, omnia schismata superstitionisque Gentium, omnes Catholicae legis inimicas infestantur. K k 4

infectamur errores. Si quos vero hac quoque Clementia nostra statuta piana comitetur, & noverint. Sacrilega superstitiois auctores, participes confocios prescriptione plebentidos, ne ab erroris perfidia, & fratione trahi nequeant, saltem terrore revocatur, & universo supplicationum aditu in perpetuum denegato criminibus debita severitate plebantur, &c. Dat. prid. non. Augusti Aquileia D. N. Theodos. A. XI. Valentiniano Cef. Cof.

Idem quoque Valentinianus, cum Theodosius Imperator ab Eutyche, atque Diocoro deceptus, & in transternum actus, Flaviani Episcopi Constantinopolitani injustam damnationem ratam habuisset, & nonnulla etiam quoad fidem recte agerent, & in Synodo Ephesia ad eundem pro defensione, & pro Romano Pontifice, tanquam egregius Romanæ Ecclesiæ Protector sequenter in modum scripsit.

Domino meo Theodosio, gloriosissimo Victori, ac Triumphatori perpetuo, Imperatori, & Patri Valentinianus gloriosus Triumphator semper Augustus, filius. Cum advenissem in Urbem Romanam ad divinitatem placandam sequenti die ad Basilicam Apostoli Petri processi, & illuc post venerabilem noctem diei Apostoli & à Romano Episcopo, & ab aliis cum eo ex diversis Provinciis congregatis rogatus sum scribere vestra mansuetudini de fide, que cum sit conservatrix omnium animarum, dirigitur perturbata, quam nos à nostris majoribus traditam debemus cum omni competentis devotione defendere, & dignitatem propria venerationis Beato Apostolo Petro intemeratam, & in nostris temporibus conservare, quatenus beatissimus Romana Ecclesiæ Episcopus, cui Principatum Sacerdotii super omnes antiquitas contulit, locum habeat, ac facultatem de fide, ac Sacerdotibus iudicare, Domine Sanctissime Pater, & Venerabilis Imperator. Hac enim gratia secundum solemnitatem Conciliorum, & Constantinopolitanus Episcopus cum per libellos appellavit propter contentionem, que orta est de fide.

Hinc itaque postulanti, & juranti salutem nostram communem annuere negavi, quatenus ad tuam manifestudinem meam petitionem ingererem, ut prædictus Sacerdos congregatis ex omni Orbe etiam reliquis Sacerdotibus iur a lialiam, omni præiudicio summo, à principio omnem causam, que veritate solita probatione cognoscens, sententiam ferat, quam fides, & ratio vestra dignitatis expostulat. Non debet enim nostris temporibus contra Religionem turbatam petulantia prevalere, dum incommota fides hæcenus fuerit conservata. Ad perfectiorem vero agnitionem vestra dignitatis direximus etiam gesta per que desideria, & acclamationes omnium pietas vestra cognoscit. Extant hæc litteræ to. i. Conciliorum ante Chalcedonem.

Decimo insuper, cum post defunctum Theodosium Imperii Romani Sceptrum Martiano anno scilicet 450. delatum fuisset, is etiam, tanquam verus Ecclesiæ Protector nihil antiquius habuit, quam dissipatam Ecclesiam Romanam adhibito in consilium Leone Papa, synodoque universali indicenda componere, uti ipsemet Imperator in sermone ad Episcopos in Concilio Chalcedonensi A. l. i. habito, dilucidè testatur, hoc est initium.

ubi primum divino iudicio ad Imperium sumus electi, inter tantas necessitates Republica nulla nos magis causa constrinxit, quam ut Orthodoxa, & vera fides christiana, cuius gratia sancta, atque pura est, indubitata omnium animis infunderet, & cætera, que recitat Baronius ad annum 451. Deinde ejus in tuenda fide Catholica studium ardentissimum eo, etiam comprobatur, quod simul, ac in Imperium electus est, recens obortos Eutychanos hæreticos gravissima in eos promulgata sanctione, que est ultima in Cod. Justin. de Apostat. reprimere studuit. Ea lex ita sancit: Eos, qui Catholicarum Ecclesiarum Clerici, vel Orthodoxæ fidei Monachi, relicto veræ Orthodoxæ Religionis cultu, Appollinaris, vel Eutyobæ hæresim, & dogmata abominanda secuti fuerint, omnibus penis, que Superio ibus legibus adversus hæreticos constituta sunt,

juberent teneri, & extra ipsum solum Romanum Imperium pellentur, sicut de Manicheis præcedentium legum statuta sanxerunt. Dat. Kalend. Augusti Valentiniano VII. & Avieno Cof.

Rursum vero eodem sui Imperii exordio idem Martianus ad præcipuum Ecclesiæ visibile caput convertens oculos, ejus nunc cuncta agere statuens animo ad S. Leonem, Romanum Pontificem, has litteras dedit ante Concilium Chalcedonense. i. Conciliorum: Ad hoc maximum Imperium venimus Dei providentia, & electissimæ Senatus excellentissimi, cunctaque militia; Unde pro reverenda, & catholica Religione christiana fidei, cujus auxiliis virtutem nostræ potentia confidimus gubernari, tuam sanctitatem, principatum in Episcopatu divina fidei possidentem sacris literis in principio justam credimus alloquendam, invitantes, atque rogantes, ut pro firmitate, statuque nostri Imperii æternam divinitatem tua sanctitas deprecetur, ut tale propositum, atque desiderium habeamus, quatenus omni Imperio, errore sublato per celebrandam synodum, te auctore, maxima pax circa omnem Episcopos fidei catholica fiat, ab omni scelere pura, & intemerata consistens. Alium Constantinopoli Consulatum Valentiniani perpetui Augusti.

Quod ipsum etiam manifestè edocet ejusdem Martiani fragmentum sanctionis de Ecclesiarum privilegiis in Justinianeo Codice illatum l. 12. Cod. de Sacrosanct. Eccles. his verbis: Imperator Valentinianus, & Martianus Augg. Palladio Præfecto Prætorio. Privilegia, que Generalibus Constitutionibus universis Sacrosanctis Ecclesiis Orthodoxæ Religionis retro Principes præstiterunt firma, & illibata in perpetuum decernimus custodiri. Omnes sanè pragmaticas sanctiones, que contra Canones Ecclesiasticos interveniunt gratia vel ambitionis elicitæ sunt suo robore, & firmitate vacuatas esse precipimus. Et quia humanitatis nostra est, egenis prospicere, ac dare operam, ut pauperibus alimenta non desint, salaria etiam, que Sacrosanctis Ecclesiis in diversis speciebus de publico hæcenus ministrata sunt, jubemus nunc quoque inconcussa, & à nullo proptus immunita præstari, liberalitatique hinc promptissime perpetuam irribimus firmitatem. Dat. A. l. i. & Studio Cof.

Quam quidem legem, ut dicamus à Martiano potius quam à Valentiniano sancitam, cum utriusque Imperatoris habeat nomina inscripta, Præfecti Palladii nomen, ad quem data est, Martiani esse, necessariò fateri admonet. Etenim ipse Constantinopoli gerebat præfecturam, ut ex Novellis ejusdem Martiani Imperatoris apparet.

Denique ne plura de hujus Imperatoris Martiani egregiè perfuncta protectione confectæ, haud illi satis visum fuit, fidei Catholicæ se exhibuisse protectorem, sed & personas etiam Ecclesiasticas pristina restitui voluit jurium libertati, antiquis legibus illis adversus libertatem Ecclesiasticam, ab aliis Imperatoribus antea promulgatis, quibus & interdicebatur Clericis, ne quid ex testamento relictum à viduis caperent. Itaque ista ad Palladium Præfectum Prætorio Martiani Novell. tit. 5. rescriptit.

Sapè materiam scribendis, ferendisque legibus negotia inopinato exorta, supaditant, & aut novas constitui sanctiones, aut durius & asperius latas faciunt abrogari. Equale, enim in viroque aquitas est, vel promulgare, que justa sunt, vel antiquare, que gravia sunt. Nuper cum de testamento clarissima memoria Hippatia, que inter alios virum Religiosum Anatolium presbyterum in portione manifesta bonorum suorum scripsit hæredem, amplissimo Senatu presente, tractaret pietas mea, & dubium videretur, an vera esse deberent hæc voluntates viduarum, que testamento suo aliquid his Clericis relinquerent, qui sub prætextu Religionis hujusmodi seminarum domos adeunt, cum lex diva memoria Valentiniani, & Valentis Gratiani Ecclesiasticos, vel eos, qui se continentium volunt nomine nuncupari, nihil quacumque liberalitate viduarum extrema iudicio permittat adipsi, contra vero hæc diva memoria Valentiniani, Theodisii, & Arcadii constitutio legeretur. Insuperantibus,

Insuperantibus, & affirmantibus nobis laetis animum, visum est, justa, ac rationabili penitentia priorum Constitutionum vigorem antiquare voluisse. Nam cum in prima lege viduarum tantummodo mentio facta sit, in secunda autem tantummodo diaconissarum, intelligitur, eam Constitutionem, que viduarum, & diaconissarum meminit, de lege utraque dixisse.

Quod cum de voluntate laetis, & de sanctione legis nobis videretur, universum testamentum nobis iustissimum relinqui, atque replicari, & cum apertum fuisset, alias quoque partes ejusdem voluntatis ita iustè, ac prudenter institutas, ut nullum bene de se meritum neglexerit, multa Sacrosanctis Ecclesiis, multa pauperibus, multa Monachis Religionis intuitu, multa captivorum redemptioni commota miserabili eorum sorte, consulerit, multa liberis suis eadem laetorum sibi obsequiorum contemplatione præstiterit; alteram quoque partem institutionis, in qua Anatolium presbyterum reliquit hæredem, advertimus ordine fuisse dispositam. Ea enim mobilia, que plurimis iustè, ac pie reliquit, per hunc voluit universa compleri, ut non solum hæredis, sed etiam dispensatoris fungatur officio. Ideoque hujusmodi clarissima memoria Hippatia voluntatem etiam in ea parte, qua Anatolium presbyterum instituit hæredem, mea auctoritate firmavi.

Sed ne in posterum, vel ex prioribus Constitutionibus, quarum fecimus mentionem, & quas nunc precipio penitus abrogari, vel ex presentis negotii dubitatione aliqua foris relinquantur ambigua, securitati, & fidei morientium providentes generali, perpetuoque victura hac lege sancimus, ut siue vidua, siue diaconissa, siue virgo, Deo dicata, vel Sanctimonialis mulier, siue quocumque alio nomine religiosi honoris, vel dignitatis famina nuncupetur, testamentum, vel codicillo suo, quod tamen alia omni juris ratione minus sit, Ecclesiæ, vel martyria, vel Clericis, vel Monachis, vel pauperibus aliquid vel ex integro, vel ex parte in quacumque re, vel specie crediderit relinquentum, id omnibus modis ratum, signatumque consistat, siue hoc institutione, siue substitutione, siue legato, aut fideicommissio per universitatem, vel specialiter, siue scripta, siue non scripta voluntate fuerit relictum, omni in posterum de ejusmodi negotio, ambiguitate summo: donationibus etiam, vel qualibet liberalitate tam viduarum, quam diaconissarum, siue virginum, que Deo dicatae sunt, vel Sanctimonialium quacumque in Ecclesiam, vel martyrium, vel Clericum, vel Monachum, vel pauperes collata fuerint, pari robore firma esse precipio, Palladi, parentis charissime Augustorum. Illustris igitur, & magnifica auctoritas tua: ea, que generali legis hujus sanctione decrevi, editis ex more propositis ad omnium notitiam faciat pervenire. Dat. 10. Kalend. Maii Constantinopoli, Anthemio viro clarissimo Consule.

Undecimo postquam Martianus ab amicis Aetii, dolo Maximi cujusdam Senatoris ex stirpe illius Maximi Tyranni, ut scribit Procopius de bello Vandalico l. 1. quem Theodosius è medio sustulit, occisus, atque Leo Tribunus, Thrax ipse quoque genere, anno humanæ salutis 457. Imperator Romanorum salutatius fuit, statim ad eum Sanctus Leo Romanus Pontifex litteras ex more gratulatorias dedit, hortatusque est ad protectionem ejus, quam una cum Imperio acceperat à prædecessore Martino Augusto, fidem Catholicam, defensionemque Chalcedonensis Concilii, quod tanopter hæretici cum in Egypto, tum in Palestina labefactare conati sunt. Leo Augustus igitur tanto excitatus classico, licet spontè curreret, vehementius tamen in opus fertur. Quamobrem nihil, & ipse antiquus habuit, quam fidei orthodoxæ consulere, & quibus eam valeret viribus obfirmare, atque solidius stabilire. Ad id præstandum salubre illud consilium iniiit, ut sanctionem ampliffimam ederet, qua significaret, se confirmare omnia à prædecessoribus Imperatoribus adversus hæreticos promulgata decreta, atque in primis, que pro firmitate Chalcedonensis Concilii haud pridem Martino Augusto sancita, fuissent edita.

Adjecit postea, ut ad Metropolitanos omnes Orientales litteras daret, quibus reliqui pariter admonerentur Ecclesiarum minores Episcopi, ut cujus essent fidei redditis litteris facerent manifestum, ex quo alterum de duobus efficeretur, ut vel in hunc modum calculo omnium Orthodoxorum iterum ipsorum confessione Chalcedonense Concilium firmaretur, & proinde, ac presentes essent in Synodo sua scripture fidem Catholicam communirent, vel ex hoc, qui essent hæretici palam fierent, detectique tum sententia Episcoporum, tum etiam legibus Imperatorum è gradu, sedequè protinus pellerentur. Horum omnium fidem faciunt litteræ Alexandrinorum, & Egyptiorum Orthodoxorum ad ipsum Leonem Imperatorem postea redditæ, extantes inter epistolas illustrium personarum pro Concilio Chalcedonensi tom. 2. Concilior. in quarum exordio ista narrantur.

A supræ gratia modò divinitus confortatus, iustè concessus pro communi utilitate cogitare, post Deum cunctorum venerabilis Imperator. Quapropter etiam omni fortitudo verborum suis vincitur actibus, quibus divinitus exornatur, & verba ad hoc eis necessaria non sunt, quibus opera facere nascuntur iudicium. Nuper enim electus à Deo, & purpura exornatus optimum iudicium propositum tuum magnum ostendere, quem ipse omnium Creator elegit benignis initiis largiorem remunerando bonorum, quando repente in ipso principio voce vestra ex scripto procedente piissima ad Sanctissimos Metropolitanos Episcopos invariabilem Ecclesiæ Catholica crepidinem roborastis, & priorum omnium piissimorum Principum constituta pro Orthodoxa Religione formastis.

Insuper & is, que nuper à sancta memorie Martino Principe nostro sancita sunt consona decernentes, nihil aliud estis mercati, quam pacem omnium, & stabilitatem Republicæ frantes linguas eorum, qui adversus Ecclesiam Christianam consurgunt, & blasphemant Deum, aut in eum quocumque modo delinquant. Injuria namque Dei manifesta est hæreticorum abscondentium semetipsos à recta fidei sententia. Quapropter hanc optime sciens, venerabilis Imperator maligni prolem existere, insidiantis quicquid Sanctarum Christi semper Ecclesiarum, eamque immunitatam pacem consistere non sinentis, rectè providentiam tuam studuisti mox adhibere, ei per omnia resistentem, quod est opus piissimorum Principum, pro Orthodoxa fide pugnantium, & resistentium primitus malis extrinsecus venientibus, & animabus fidelium adversantibus.

Hæc de institutione Leonis Imperatoris ipso Regni sui exordio fidem Catholicam confirmantis, optimique Principis specimen edentis, sic posteris relinquentis exemplum Imperatoribus, quodnam tanta molis regimini debeant subijcere fundamentum, ut sit ab omni hostium turbine inconcussa, atque stabilis permanfura.

Nec minus etiam ardens Leonis Imperatoris in defendendis Ecclesiis studium indicat sanctio ejus de Ecclesiastica Immunitate servanda ad Eutythrum data, ad quam cum externa C. C. de his, qui confug. ad Eccles. ed lectorem remittimus.

Eo autem tempore, præter Imperatores, alios etiam peculiare, extitisse Ecclesiarum Protectores, atque defensores, verba ejusdem legis aperte innunt. In eadem enim sub §. 2. incip. quod si finibus, ibi, Religiosus Oeconomus, seu defensor Ecclesiæ. Et tutus in §. 6. Incip. quod si hoc facere istis verbis, studio, & providentia viri Reverendissimi Oeconomi, siue defensoris Ecclesiæ diligentia.

Quod autem antiquitus Protectores Ecclesiarum, ceteroq; nomi etiam dicti fuerint, testatur Nicol. Camurac. his verbis: Advocati antiquitus Ecclesiis, & Canonibus à Regibus præficebantur, erantque tanquam procuratores, ac nomini, & administratores Ecclesiasticorum proventuum, &c. Cum ergo textus in prædicta l. 6. manifestè indicet, temporibus prædicti Imperatoris, & sic plusquam trecentis annis ante Pipinum, & Carolum Magnum certos Ecclesiarum Protectores extitisse, certum est.

Reman-

76 Remanserunt denique ejusdem Leonis Imperatoris egregia pietatis monumenta in pluribus Religionis ab eo editis sanctionibus, necnon in factis ab ipso erectis ædibus, ut inter alias, quam pro Clericis, & Monachis in l. 33. *Cod. de Episcop. & Cleric.* lanxit, ne ad a-culatia judicium traheretur, & alia ad eorundem bona spectantes. Illæ etiam adhuc extant, quibus Sanctas Ecclesias, & domos hospitales Constantinopolitanæ Civitatis privilegis honestavit l. 36. *C. eod. tit.*

77 Duodecimo, postquam Leo Imperator inter vivos esse desuit, subsecutus duobus Cæsaribus, Zenone, cujus Imperium septemdecim annos duravit, & Anastasio, qui annis viginti septem regnavit, quorum uterque hæresis contagione conspersus fuit, hic quidem verus simulacrorum Orthodoxæ Religionis, sub iis, inquam protectione Ecclesiastica aliquot annorum curriculo nonnihil quævit, & neglecta jacuit, miserandusque Christianæ Reipublicæ status extitit, universo Orbe hæreticorum dominiiis subiecto Italiam namque, Urbemque Romam Herulorum Rex Odoacer Arianus in potestate loquebat, qui eandem mutato nomine à se Odoacriam denominavit, Sebast. Münster. *Cosmograph. hb. 2. de Italia.* Sic quidem Romanum Imperium in Universum subiarum, & oppressum, defecit circa annum Christi 471. Odoacer enim in Urbe Roma Regni Sedem constituit, in eadem annos quatuordecim dominatus est, idque tanta cum potentia, tantisque viribus, ut nullis Zenonis, Imperatoris Constantinopolitani, vel consiliis, vel armis ejici potuerit. Gallias itidem Principes Burgundiones, & Gothi, iidemque Arianis, & Franci adhuc gentiles partiti erant. Hispania pariter Gothos, Arianos dominos patiebatur, Africa etiam Gensericus, dirus tyrannus, Arianusque, & Ecclesiæ persecutor infestissimus præerat, Vict. *de persecut. Vandal. lib. 1. Universum verò Orientale Imperium Zenonem, & post ipsum Anastasium Eurythianos hæreses simulata perfidia sustinuit, Baronius ad ann. 476. num. 6.*

78 Decimo tertio, postquam extinctis istis Ecclesiæ Catholicæ hostibus, magis quam Protectoribus, anno post natum Christum 518. Justinus ad Imperii fastigium eventus est, sub eo neglecta aliquot annorum interstitio protectio Imperatoria, magnopere rursus effulsit, uti rei argumento sunt litteræ ab Hormida Pontifice Maximo ad eundem anno 519. missæ quæ extant *tom. 1. epist. Rom. Pontif. epist. 23.* quarum hoc est initium.

Hormida Episcopus Justino Augusto. Sumptam de Imperii vestri ortu lætiam, quæ vobis apud nos pollentem merito præcedenti quoque geminasti alloquor, reciproca devotione testati jam tum scitatura providimus. quæ nunc de Ecclesiastica unitatis affectu celestis gratia inspirante significasti. Habes ergo, clementissimè Imperator, præsentem de tali voto jam gloriam, sed expectatur de perfectione perpetua. Hæc sunt valdissima Imperii vestri fundamenta, quæ in ipso nascentis Regni vestri principio, diviniam universis preferunt sancta dispositione cultarum. Tene itaque hanc pia sollicitudinis curam, & pro Catholicorum pace, sicut cepisti, insistite, quia Deus noster, qui vobis hunc tribuit animum, elegit etiam per quos præstet effectum. Nam & Episcoporum vota, preceque nobis effusas grate amplectimur, qui tamen loci sui consideratione communiti ea desiderant, quæ dudum ut sequi velent. Sedis Apostolicæ exhortatio crebra non desuit. Et quoniam clementiam vestram id cupere, illos etiam hæc didicimus postulare, quæ res hæc Ecclesiarum pacem sub contentiosa obstinatione diviserit, nec pietatis vestra, nec illorum refugit, velut lætenti causa, notitiam.

Quid igitur facere debeant, & litteris vestris, & libelli, quem direximus serie continetur. Hæc si Deo nostro, & clementia vestra adjuvante suscipiunt, & sequuntur, poterit ad eam, quam maximo desideramus ardore, perveniri concordiam: Filius, præterea noster V. C. Gratius, Sacri Consilii Comes, & Magister, Scripsi memoria ostendit in se vestrum allegationis suæ maturitate

judicium, cuius mora sensibus vestris, eo referentur melius asseretur. Hæc ad Justinum Hormida.

Contestantur etiam Justiniani Imperatoris susceptæ in 79 Ecclesiam, ac Religionem protectionis pium affectum, ea, quæ eidem Summus Pontifex ad eundem Imperatorem dicto anno elegantissimè præscripsit. Earumdem litterarum ex Codice Vaticano Cardinalis Baronius depromptarum, atque ad annum 519. insertarum verba, quibus laudabile amplexæ à Justinio protectionis Christianæ institutum comprobatur, ita habent.

Hormida Justino Augusto. In tantum pro gratia divinitatis gloria vestra famam constat extensam, & in vos, suffragante vira merito, laudabiliter mundo contigit innotescere. probatissimorum hominum opinione vulgante, ut super vos potius credatur dilatatum eulmen Imperii, quam per Imperium vos aliquis dicat agnosci. Ceterum est quidem hujusmodi protectione vestra pristino splendori accessisse decoris cumulum. Sed sicut tenuis olim moribus principatum, sic cum vos per ura gentium impatiens secreti magnitudo detulerit, ad nos quoque sicut mysticè loquuntur scriptura, testimoniiis suavitate vestra advenit, &c.

Nec verò censendum est Imperatori Summum Pontificem iis verbis esse blanditum. Is enim, ut ardentissimus Cleri protector, ac fidei Catholicæ non defensor modò, sed etiam restaurator vigilantissimus, primo statim Imperii sui anno gravissimum promulgavit edictum, quo jubebantur exules omnes fidei causa sub Anastasio condemnati, ad propria postliminio redire debere, pristinoque gradus, atque honores recipere, subrogati verò in ipsorum locorum hæretici procul pelli, aliique pœnis exagitari. Insuper addit, ut lege pariter confirmaret Sacrosanctum Chalcedonense Concilium, jubereque ipsum in Sacras inferri tabulas, & ab omnibus observari, utque pax tuissima omnibus Ecclesiis redderetur. At licet non extet ipsum quidem edictum, mentio tamen ejus habetur in actis magni Sabæ.

Mox etiam idem, qui zelo Catholicæ fidei astuabat, Catholicus Imperator, post promulgatum primum edictum pro fide Catholica, ejuque cultoribus, secundum adjecit, quo exagitavit Severianos hæreticos, vel alios Ecclesiæ Catholicæ perduelles, dum veruit, ne hæretici fungi publicis muneribus possent, ab omnique essent militia alieni. Non extat ipsum quidem, verum ejus meminit Justinianus in Constitutione à se sancita adversus omnes hæreticos, ubi cavit, ne dotalia privilegia hæreticis mulieribus prodesse.

Decimoquinto, cum deinceps Justinus morbo, senioque gravatus Justinianum ex sorore nepotem anno Dominicæ Incarnationis 527. Imperii (necesserem delegisset, eundem Avunculi sui exemplo nihil eorum, quæ ad Ecclesiæ, fideique Catholicæ tuitionem spectarunt, omisisse, notorium faciunt ea, quæ eo imperante, Joannes Ecclesiæ Romanæ summus Antistes ad eundem Justinianum, nec minus hic ad istum præscripsit. Extat utriusque epistola sub finem l. 7. *C. de Sum. Trinit.* quæ cum longiores sint, earum dumtaxat primordia, hic apponere placuit. Ea igitur, quam Papa Joannes ad Justinianum dedit epistola ita incipit.

Inter claras sapientie, ac mansuetudinis vestra laudes, Christianissime Principum, puriore luce, tanquam aliquod sidus, irradiat, quod amore fidei, quod charitatis studio edocti Ecclesiasticis disciplinis Romanæ Sedis reverentiam conservatis, & ei cuncta subjecitis, & ad ejus deducis unitatem, ad cuius auctorem, hoc est Apostolorum primum, Domino loquente præceptum est: Pasce oves meas. Quam esse omnium verò Ecclesiarum caput, & Patrum regula, & Principum statuta declarant, & pietatis vestrae reverentissimè testantur affectus. Patet igitur in vobis impletum fore, quod scriptura loquuntur Proverb. 8. Per me Reges regnant, & parentes scribunt justitiam. Nihil est enim, quod lumine clariore præfulgeat, quam vestra fides in Principe. Nihil est, quod ita neque, & occasu subjacere, quam vera Religio. Nam cum auctorem vira, vel luminis utraque respiciant,

respiciant, rectè tenebras respuunt, & nesciunt subjacere defectus, &c.

84 Textus autem Imperatoris epistolæ talis est: *Reddentes honorem Apostolicæ Sedis, & vestre Sanctitati, quod semper nobis in voto fuit, & est, & ut decet patrem, honorantes vestram beatitudinem, omnia, quæ ad Ecclesiarum statum pertinent festinavimus ad notitiam deferre vestrae Sanctitatis. Quoniam semper nobis fuit magnum studium unitatem vestra Apostolicæ Sedis, & statum Sanctarum Dei Ecclesiarum custodire, qui hæcenus obtinet, & incommotè permanet, nulla intercedente contrarietate; Idcirco omnes Sacerdotes universi Orientalis tractus & subijcere, & unire Sedis vestre Sanctitatis properavimus. In presenti ergo, quæ commota sunt, quamvis manifesta, & indubitata sint, & secundum Apostolicæ vestre Sedis doctrinam ab omnibus semper Sacerdotibus firmè custodita, & prædicata, necessarium duximus, ut ad notitiam vestre Sanctitatis perveniant. Nec enim patimur quicquam, quod ad Ecclesiarum statum pertinet, quamvis manifestum, & indubitatum sit, quod movetur, ut non etiam vestra innotescat Sanctitati, sed capui est omnium Sanctarum Ecclesiarum. Per omnia enim, ut dictum est, properamus honorem, & auctoritatem crescere vestre Sedis. Manifestum igitur facimus vestre Sanctitati, &c.*

85 Etsi verò hanc epistolam Justiniani ad Joannem Pontificem, illamque ab ipso ad eum redditam Franciscus Hotomannus lib. 1. cap. 1. *respons. amicabil. Roman. Ecclesiæ auctoritatem labefactare satagens, pactum esse supposititium, aliquot inductis argumentis ostendere nitatur, in eo tamen operam, oleumque perdidit. Nam è contra Cujacius observ. lib. 2. cap. 26. prælistas epistolæ agnoscit genuinas, secutus sententiam Alciati, qui lib. 4. *parerg. cap. 25.* hæc de his habet.*

Sunt qui & suspectum habeant Joannis Pontificis epistolam, quæ sub titulo de Summa Trinitate in Justiniani Codice sita est, dicuntque in antiquis Codicibus non inveniri, quod ut arbitror, eo faciunt, ut illos adjuvent, qui Romani Pontificis auctoritatem depriunt, quo nomine alios quoque auctores depravato ab eis deprehendit, ut Othonis Frisingensis Chronica, & Lygurni poeta carmina quadam. Ego antiquis plurimis eam extare scio, nec ulla suspitione convelli posse. Quod si unus, aut alter Codex non habeat, id scriptorum incuria tribuendum, qui eam quandoque omiserint, quod non multum ad legalis scientiæ materiam pertineret, non tamen idò hesitandum est, quin genuinum, germanumque Joannis sit scriptum. Hucilque Alciatus, cui absque hæsitacionis scrupulo Cujacius non tantum, ut diximus, inherens, adscriptus est, verum etiam ex epistola ejusdem Joannis Pontificis ad Senatorem ejusdem sententiam firmius roboravit, ac penitus stabilivit.

86 Manifestè insuper per Justinianum susceptæ Ecclesiasticæ protectionis studium evincit de eodem Imperatore in Synodo Romana ab Agathone Papa pronunciatum præconium. In epistola enim, quæ extat recitata in Synodo 6. *Act. 4.* ad Heraclium, & Tiberium Imperatores post recitatos Sanctos Orthodoxos Episcopos, qui adversus hæreticos pro fide Catholica certamen inierunt, mox de Justiniano hæc subdit: *Et pro omnibus amulator vera, & Apostolica fidei pia memoria Justinianus Augustus, cuius fidei rectitudo, quantum pro sincera confessione Deo placuit, tantum Rempubicam Christianam exaltavit. Et utique ab omnibus gentibus ejus religiosa memoria veneratione digna censetur, cuius fidei rectitudo per augustissima ejus edicta in toto Orbe diffusa laudatur, quorum unum, quod ad Zoilum Alexandrinum Presulem adversus Acephalorum hæresim missum est pro Catholica fidei rectitudine satisfacere sufficiens, cum hæc nostra humilitatis suggestionis vestra tranquillissima christianitati dirigentes per presentium labores offerimus, &c.*

87 Et in alia rursus epistola ad eisdem Augustos Roma ex Synodo centum vigintiquinque Episcoporum missa,

Theodosii Magni, atque Martiani fidei Catholicæ præstantiam prædicavit, hæc de Justiniano mox intert, cum præfert iisdem: *Sicut extremi quidem præstantissimi tamen omnium magni illius Justiniani, cuius ut virtus, ita & pietas omnia in meliorem ordinem restauravit, cuius insular fortissima vestra clementia principatus virivinis quidem consibus Rempubicam Christianam tueretur, & restaurat in melius, pietatisque studiis Catholica succurrit Ecclesia. Hæc sunt ex Agathone Romano Pontifice Justiniani præconia.*

Non quidem nos præterit, eundem Justinianum paucis ante obitum suum annis, ubi semel pacis, & concordie Ecclesiasticæ jucundè velamento, cœpit cum hæreticis habere consuetudinem, quos procul pellere, & more Catholicorum Imperatorum in exilium mittere debuisset, eorum venena minus cautè evitasse, dumque adversantes sibi Romanos Pontifices aversari cœpit, ac persequi, factum esse, ut tum majorem fiduciam conciliaret hæreticis, tum etiam adversus eos clementiam Orthodoxorum obtulerit, ex quibus partes hæreticorum reddita fuerint firmiores. Sed & quod quidem essent inter se conflictantes hæretici ab invicem separati, æquè factum est, ut quod contuevit in ludis Circensibus, alteri ipsorum parti, adversus alteram fauorem se Imperator addiderit, hincque infelix in hæresim se præcipitem dedit.

Postquam denique Justinus secundus ejusdem Justiniani ex sorore nepos, extincto avunculo, Imperii habenas anno Domini 565. excepit, jam inde à Constantino Magno mitificè exculsa, & per prædictos Imperatores continuò propagata Ecclesiastica Protectio, hoc ipso imperante Justiniano à Græcis Imperatoribus ad Gallorum Proceres translata fuit.

Cùm enim invitatione, ac Consilio Narsetis, Italiae Exarchi anno 568. Longobardi in Italiam irrupissent, eamque ferè totam occupassent, adeo ut Constantinopolitani Imperatores omni propemodum Imperio, ac jurisdictione exuti fuissent, indeque Pontifices Romani Longobardorum injuriis, & oppressiombus undique circumscripti, a Byzantinis Principibus, prioribus Ecclesiæ Romanæ Protectoribus, nihil amplius auxilii, ac protectionis expectare, ac habere possent, necessariò ipsius ad aliorum potentiorum, minorique locorum intervallo distitorum Regum præsentanea extra ordinem Protectionis, & defensionis, à prædecessoribus Imperatoribus ad illud usque tempus laudabiliter, ac sufficienter continuata, atque exhibita subsidia, quærenda, & arctius sibi providendum suadente, ac cogente necessitate compulsi fuerunt. Ex qua rerum mutatione evenit, ut Imperialis protectio Summi Pontificis, ac Romanæ Ecclesiæ apud Græcos Cæsares remissa, ac deficiens, ab iisdem ad Germanos transierit. Qua occasione autem eadem Protectio sub præfato Justiniano à Græcorum Imperatoribus ad Gillos primum Principes, ac Reges devoluta fuerit, narrandum nunc est.

Cùm multos post annos Italia, atque Ecclesia Romana propter insatiabilem Longobardorum dominandi libidinem multis, itque fœdis per eisdem vulneribus laberata fuisset, Luitprandus Longobardorum Rex, non eam solum Italiae partem, quæ Græcis Imperatoribus antea subiecta fuerat, in suam potestatem redegit, sed capitibus etiam finitimis, circumquaque Civitatibus, Romanos ingressus fines, vastato agro, Urbi quoque oblationem admovit, caltrique in Campo Neronis locatis multos Romanorum Nobiles Longobardorum more atrocios, ad sese attraxit.

His pressus angustiis Gregorius ejus temporis Pontifex Romanus, omni Imperatoris Constantinopolitani destitutus auxilio, aliunde opem, ac defensionem querere coactus fuit. Gerebat autem illa tempestate summum in Francia Magistratum Carolus cognomento Martellus, Caroli Magni Avus, qui vulgò Major Dominus appellabatur, ac jus omne Regni domi, admini-

adminstrandu habeat. Ad hunc igitur, ut refert Chronica Godfridi, Gregorius prope legatos Anastasium Episcopum, & Sergium presbyterum maritimo itinere destinavit, atque honoris ejus gratia claves Sancti Sepulchri, aliaque munera augustissima misit, obtestans, ut sibi, atque afflictis Ecclesie rebus succurreret, & Urbem obsidione Longobardorum eximeret.

93 Ea res, ut nova, sic mirabilis, atque honorifica illo tempore visa, Carolus quanto ea res honori, & Regi, & sibi futura esset, intelligens, quod primus a Francis a Pontifice Romano esset ad amicitiam appetitus, Legatos liberalissime excepit, & federe cum Ecclesia isto, eos extemplo cum suis remisit, datis muneribus, quae pontifici redderent, & mandatis, quae ad Luitprandum super Romano bello deferrent. Grata Luitprando ea legatio fuit, Caroloque perenti, ut Romana ditione sine maleficio cederet haud gravate concessit, oppida tamen quatuor, quae occupaverat, nempe Ameriam, Otram, Polimartium, & Bledam sibi retinuit, atque inde Papiam Augusto mense septima Indictione repetiit, teste Carolo Sigonio de Regno Italiae lib. 3.

94 Quod autem praedictus Carolus Martellus non statim arma sumpserit adversus Luitprandum, ea de causa factum est, quod Carolus eundem Regem in praesidiis adversus Saracenos magno discrimine, dubiaque valde alea, saepe commotis, fidelissimum habuerit adiutorem, Pontifici tamen non desuit, sed principio statim Luitprandum Regem amica exhortatione ab Urbis obsidione retraxit, ut testatur Munster, Cosmograph. lib. 2.

95 Nec vero Martellus solum eo, ut dictum est, modo, Romanam Ecclesiam juvit adversus Luitprandum, sed & Pipinus ejusdem filius, ac Carolus Magnus nepos sese accerrimos, ac promptissimos, Protectores exhibuerunt. Cum enim Aistulphus, Longobardorum Rex anno post natum Christum septingentesimo quinquagesimo tertio cum ingenti exercitu Romanam in ditionem irrupisset, eoque ipsi Urbi admoto ultimum Pontifici, ac Romanis excidium, ac servitutem, nisi ipsius se potestati permitterent, comminaretur, summis oppellus difficultatibus Stephanus Secundus, Pontifex Romanus, convocato populo, & instituta supplicatione, nudis pedibus, & caputibus omnium cinere, humilitatis argumento conspersis, ad praesepe in Basilicam itionem fecit, divinam opem, ac misericordiam invocando, eaque re ritè perfecta, cum spes nulla esset, ut Imperator Constantinopolitanus jura Imperii, quae in Italia residua erant a Longobardis invasa, defenderet, divinitus prope admoneri visus est, ut Antecessorum suorum exemplo auxilium a Francis postularer.

96 Itaque ipse Pontifex, nulla mora interposita, ad Pipinum, Caroli Martelli filium in Galliam properavit, ipsumque, ut causam Sancti Petri, & Ecclesiae Romanae adversus Longobardos susciperet, rogavit, cui peroranti mox annuendo Pipinus respondit, se daturum operam, ut & ipse Pontifex, & tota Italia intelligat sibi neque erga Ecclesiam fidem, & protectionem, neque in Italia defendenda virtutem desui se. Quod & re ipsa Aistulphum duplici bello reprimens, atque universas Ecclesiae Romanae ditiones ab eo occupatas restituens praclare re ipsa praestitit.

97 Nec minor poitea ipsius Caroli in defendenda Sede Romana virtus extitit. Cum enim Hadrianus Pontifex anno 773, eundem ut avi, patrique insisteret vestigiis, rebus Ecclesiae per Desiderium Longobardorum Regem vehementer affl. & s. contra eundem jampridem saluti, ac libertati Italiae insidiantem, & multis Ecclesiae Oppidis occupatis, ipsi etiam Romae Urbis extrema minitatem succurreret, per legatos implorasset, is mox, ut ex Alcuino praereptore ejus haberet in can. hortatu 23. q. 8. dicti Hadriani precibus inductus eidem defensionis praesidia liberaliter deferens, Desiderium, ut quae Romana Ecclesiae ademerat, sine mora restitueret, per Nuncium studiosè commouuit. Reversis autem cum irrito responso lega-

tis, ubi eum de sua pertinacia nihil remittere velle acceperat, decreto adversus eundem bello, arma intensiori, quam unquam antea studio, ad Ecclesiam defendendam assumpsit, Desideriumque cum omni exercitu apud Vercellas fufum, & victum, Papiam Regni Longobardici Sedem, quo effugerat, sexto obsidionis mense, cepit, eoque angustiae adegit, ut se, uxorem, liberosque in suam potestatem dedere cogere. Et hac quidem victoria finem Longobardorum Regno attulit anno postquam Italiam occupaverant ducentesimo sexto, Christi vero septingentesimo quarto, quod & inde a Desiderio ad Carolum, & a Longobardis ad Francos devenit.

Cum autem dictus Imperator Carolus Magnus his 98 factis Romanam Sedem magnis non solum belli, & cladum difficultatibus, liberasset, sed & opibus etiam, ac temporali ditione exultasset; quippe Ravennam, cum Exarchatu, Flaminiam, & Picenum Provincias Longobardis ereptas, Sedi Romanae liberalissime largitus est, vicissim ab eadem Sancta Sede tanquam singularis Protector, atque optimè cum patre, avoque de Romana Ecclesia meritis, magnis honoribus, ac dignitatibus auctus fuit. Francorum enim primo, mox Longobardorum Rex invictus, Patricius Romanorum postea creatus, ac proclamatus est, Godfrid. Viterb. Panthei p. 17. Constantini, inquit, Imperii anno tertio idem Carolus Rex Romam veniens ab Hadriano honorifice suscipitur, ubique Sancto Paschate celebrato, Pipinus filius ejus Italia, & Ludovicus alius ejus filius in Regem Aquitania inungitur. Ipse autem Carolus, universo Romano populo acclamante, Patricius Romanus appellatur.

Fuit autem Patriciorum dignitas ea tempestate apud 99 Graecos Imperatores summa post Imperatoriam, prout innuit Imperator Zeno in l. nemini C. de Consul. l. 12. ubi vocat Patriciatum honorem sublimem, qui caeteris omnibus antepositur. Inde & lege cautum, ut qui ea condonati fuerant, supra ipsos Praefectos Praetorio sederent l. ult. eod. tit. Quod etiam testatur Zosimus lib. 2. histor. Ecclesiast. Hinc Theodoricus, & Athalaricus Gothorum Reges Patriciatum ab Anastasio Imperatore concessum, valde sibi honorificum esse duxerunt, ut colligitur ex Cassiodoro 8. var. Et Carolus Magnus Francorum Longobardorumque Rex, quasi tanto fastigio aliquid accedere posset Romanorum Patricius diu audiit, Marquard. Freher. orig. Palatin. par. 1. cap. 1.

Unde patet praedictam Patriciatum dignitatem a tem- 100 poribus Constantini Magni Romano in Imperio supremi, ac splendidissimi tituli fuisse, ut fufius tractat Onuphrius Panvinius in lib. de Comitibus Imperat. tit. de Oriental. Imper. orig. & Occid. excid. & Goldast. tom. 1. Constituit. Imperial. in notis ad Bullam Hadriani I. §. Dignitatemque Patriciatum. Honorabantur autem Patricii ab Imperatoribus loco Patris, & quod ipsos in arduis rebus consulerent, & vice parentis essent, quorum loco hodie Cardinales Romae successisse videntur, qui & ipsi Summo Pontifici assistentes magnis in negotiis consulunt, ut existimat Guidus Pancirolus in Comment. ad notitiam Imper. cap. 2.

Ab Imperatore autem Patricii Codicillis creabantur, 101 & ea adepta dignitate solvebantur patria potestate l. Sancimus, l. fin. de Consul. §. filiasfamil. instit. quib. mod. patr. potest. solv. In historia Pauli Diaconi de reb. gest. Longobard. forma dignitatis Patriciatum constituendae talis habetur: Patricii dignitas, inquit, disponenda est, quatenus illa non vili persona, nec alicui concedatur ignoto, sit enim valde notus Imperatori, sit fidelis, & prudens, non elatus. Protospatarius veniens ante Imperatorem osculetur suum humerum, & dicat: Maxime Imperatorum, adest, quem vocasti. Tunc stet ad sinistram Imperatoris illius Hipparchus, quem nos dicimus Praefectum, & dicat ei Imperatorum Protospatario, futurum Patricium adducio. Dum autem venerit Patricium, in primis osculetur pedes Imperatoris, deinde genua, ad extremum osculetur ipsum. Tunc osculetur omnes Romanos circumstantes, & dicant omnes: Beneveniat;

Beneveniat. Nobis nimium laboriosum esse videtur, concessum vobis a Deo ministerium solum procurare. Quocirca nobis adiutorem facimus, & hunc honorem sibi concedimus, ut Ecclesiae Dei, & pauperibus legem faciat, & inde apud altissimum Judicem rationem reddat. Tunc induat cum imperator mantum, & ponat ei in dextro indice anulum, & det ei in bombacinum propria manu scriptum: Esto Patricius, misericors, & justus. Tunc ponat ei in capiti aureum circum, & dimittat.

102 Multo autem amplior honoris hujus splendor fuit, quam Patriciatum priscorum Romanorum a Romulo instituti, quem Accursus, & ejus aetate cum hoc confundentes miris involunt tenebris.

103 Fuit tamen, & apud veteres quoque Romanos diversa Patriciorum usurpatio. Cum enim primo Romulus Republicam suam ordinaret, illustres genere, ac virtute celebres, opibusque, in tunc ferebant tempora abundantes, quibus essent liberi, secrevit ab obscuris, egenis, & humilibus, & hos vocavit Patres, alios plebeios, exemplo ab Atheniensium Republica sumpto, in qua bifariam erat distributa Republica multuudo, in Patriciorum ex illustribus familiis, pollentibus opibus, apud quos fuit civitatis regimen, & in caeteros cives rusticos, quibus nullum erat in Republica suffragium, licet tandem ij quoque ad magistratus gerendos admissi sint. Dionys. Halicarnas. lib. 2. Postea, teste Livio lib. 1. Patricii dicti sunt Senatorii Ordinis viri, quique ab iis progeniti fuerunt. Ea alibi idem lib. 10. Patricios dictos dicit, qui patrem, avumque ceteros possent.

104 Quod vero officium fuerit tum Patriciorum, tum Plebeiorum Halicarnassensis his verbis indicat: Romulus, inquit, postquam disceperit potiores ab inferioribus, mox legibus lais praescripsit, quid virisque faciendum, ut Patricii sacra curarent, Magistratus gererent, jus redderent, secum Republicam administrarent, res urbanas obirent. Plebeis vero ab his negotiis immunes, quippe qui talium imperii essent, nec vacaret eis propter inopiam, agros colerent, pecora alerent, exercerent quassusa officia, ne seditiones orirentur, sicut in aliis civitatibus, dum humiliores protruduntur a potentioribus, aut egeni, ac viles excellentioribus inviderent, &c. Hac ille, qui tamen paulo post scribit etiam hoc interfuisse inter Patricios, & Plebeios, ut quoties Patricii convocarentur a Regibus, praeco quinque suo, ac paterno appellaret nomine. Plebeios vero Ministri quidam cornibus bubulis concinentes in concione contraxerint.

105 Et haec quidem primis temporibus differentia inter Patricios, & Plebeios fuit. Procedente autem tempore; & impetratis a Patriciis Tribunis plebis plurima dignitatum, & honorum ornamenta, ut sacrorum quorundam curationem, Magistratus Carules, Consulatum, Dictaturam, Censuram, & caetera, quae antea solis Patriciis concessa erant, per Tribunos suos Plebs Patribus extorsit, sicut etiam connubiorum inter Patricios, & Plebeios communionem, ut testatur Livius lib. 4. ac Joann. Rosin. antiquit. Roman. lib. 5. cap. 37.

106 Porro Carolus Magnus non semel tantum, sed saepius Pontificum defensionem subeundo Romanam Ecclesiam, ejusque Antistites in securitatem restituit. Cum enim Leo III. Papa, subsequens temporibus anno scilicet 799. Paschale Primitivo, & Campulo conjunctionis auctoribus, universo inspestante Clero, & populo, dum ex veteri Ecclesiae instituto ab aede S. Laurentii ad templum S. Georgii publica processio fieret, ex insidiis aditus miserè tractatus, ac Urbe expulsi, ad Carolum in Germaniam auxilium implorando gratia, confugisset, ab eodem adjutus, in pristinum dignitatis locum repositus fuit.

107 Huic beneficio, ut Leo Pontifex condignam gratiam referret, ut jam antea, teste Spondeo ad annum septuagesimum nonagesimum sextum, dono vexilli honoraverat, ita tunc Imperatorio titulo per trinam Romani Populi acclamationem insignitum, aurea corona pretiosissima, & augustali chlamyde exornatus, & eo ipso recepto

ab illo solemnè fidelis defensionis juramento, Protectorem Romanae Ecclesiae constituit, ut praeter alios, cum historicus, tum caeteros auctores, testatur Sigonius in histor. de Regno Italia lib. 4. ad annum 799.

Formula autem juramenti talis fuit: In nomine Christi spondeo, atque polliceor ego Carolus Imperator coram Deo, & Sancto Petro Apostolo, me Protectorem, & defensionem fore hujus Sanctae Romanae Ecclesiae in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuerò adiutorio, prout sciero, poteroque.

Sed & ante Carolum ex eo, quod Carolus Martellus, 108 Avus, & Pipinus Caroli parens, Romanis Pontificibus, quoties opus habebant, praesidiis suis praesto semper fuerint, per Stephanum Secundum Papam, idem defensoris ac tutoris titulo decorati fuerant, ut nominatim testatur Iudolphus de Bemb. de jurib. Regni cap. 3. §. lib. de zel. antiq. Princip. cap. 4. ubi hoc nomine Carolus Martellus, Pipinus, Carolus, Magnus, Ludovicus, Ottohes, Henricus Tertius, & Lotharius Tertius laudantur.

Ex quibus clarissime constat Ecclesiarum, Protectorum 109 nes tunc primum initium sumpsisse, cum Graeci Imperatores, quos Ecclesia Romana, teste eodem Leone Papa protectores jampridem constitutos habuit, ejusdem patrocinium deservissent, necessarium protectionis officium Ecclesiae debitum. una cum novi Imperii fastibus, acclamante, & parente populo Romano, in supradictum Carolum Magnum ab Orientalibus Imperatoribus translatum fuit, id quod evidenter comprobatur ipsius Leonis Papae ad Carolum effusa quercimonta, quam verbo tenuis ex Sigonio loco citato depromptam hic subijcere non gravabor. Ea autem sic habet.

Et quidem differri non possum, debuisse me his calamitatibus obrutum ad Imperatoris, hoc est Constantinopolitani, fidem, auxiliumque confugere, quem Tutorem, ac Patronum sibi Ecclesia jampridem habeat constitutum. Verum praeterquam quod Imperatores iudicandum ita se adversus Ecclesiam gerunt, ut plus ab eis detrimenti minuentium, quam auxilii expectandum esse videatur, nota etiam ejus, qui nuncrerum potitur, ut in muliebri spiritu animoque infirmitas ab hujusmodi me consilio capiendū deceverit. Gratias autem Deo ingentes ago primis, quod nefarius me latronum è manibus, praeter opinionem omnium, incalumnem conservavit, deinde quod Imperatore Ecclesiae patrocinium deferente, in exististi, qui ad ejus salutem, dignitatemque tuendam, non solum opes, ac virtutem inordinabilem, sed studium etiam, ac fidem adhibere singulararem. Haec igitur, ne me opinio fallat, se per omnia Sacra, perque avitam, patriamque in protegenda Ecclesia gloriam oro, &c.

Quin hoc ipsum etiam non obscure testatur Sigonius, dicto lib. 4. ubi inquit, Dignitatis Imperatoria titulus in Moynillo Augustulo ultimo Occidentis Imperator, ante trecentos ferme annos sub Regnum Gothorum in Italia defecisset, in eodem Occidente Pontificem in Carolo Magna renouisse, ut haberet Ecclesia Romana adversus infideles, haereticos, ac seditiones Tutorem, cuius officium repudiasset jampridem Imperator Orientis videretur.

110 His insuper accedunt auctoritates Polydori Vergilli, ac Sebastiani Munsteri, ille de rer. inventor. lib. 4. cap. 10. aperte id affirmat his verbis: Cum paucis post annis Gregorius III. ac nonnulli alii deinceps Pontifices Longobardorum injuriis pressi, nihil auxilii a Constantinopolitanis Principibus haberent, ad Carolum primo Martellum, & Pipinum, deinde ad Carolum Magnum ipsius Pini filium Francorum Reges confugere coacti sunt. Quas ob res Leo Tertius ipsum Magnum Carolum fecit Imperatorem, cuius successores consueverunt eidem Pontificis electionem confirmare. Atque sic usque venit, ut tum primum Tutela Romani Pontificis ab Imperatoribus Constantinopolitanis ad alios translata sit.

111 Hic vero Cosmograph. lib. 2. de Italia sic habet: Longobardi, qui sese jam in Italiam insinuaverant, Ravennam forte manu obsident, oppugnant, & tandem captivum simulque Imperatorem omni jurisdictione Italica privant.

sique factum est, ut Luitprandus, Longobardorum Rex, regnandi cupidine, & ambitione flagrans eam Italia partem, qua Constantinopolitani Imperatoribus ante subiecta fuerat, suo regno vindicaret, & finitimis Urbibus circumquaque captis, ipsam quoque Romanam Urbem obsidione premeret. Quod videntes Peveti, Romani Pontifex, & reliqui Populi Italiae, auxilium, & defensionem quarunt, non apud Imperatorem Constantinopolitanum, quod is negligens esset ad tuendam Italiam, vel ut alii dicunt, quod simulat quaedam nota esset inter Romanum Pontificem, & Imperatorem ratione Imaginum Sanctorum, sed Papa legatum misit ad Carol. Martellum regis domus in Gallis Praefectum, rogavitque illum, ut laboranti Roma, & Ecclesia succurreret. Nec sprevis Pontificis preces Carolus, quin Luitprandum Regem amica exhortatione retraheret ab Urbis obsidione, & Romam gravi periculo liberaret. Et tunc quidem Ecclesia tutela primario ab Imperatoribus Graecis ad Gallorum Principes est translata. Haecenus Munsterus.

115) Constat igitur ex his omnibus, quod Ecclesiae Romanae Protectio à Sede Apostolica Regibus Francorum, & Carolo Magno speciali quadam prerogativa, & per quandam excellentiam attributa fuerit, & peculiare ejusmodi Apostolicae Sedis defendendae concessum ipsis privilegium eo tempore in maximum Pipini, filiorumque, ac posterorum suorum honoris augmentum cesserit, quemadmodum etiam iidem Reges summo in Romanam Ecclesiam zelo, & communi illorum temporum devotione, ejusdem Protectionem maximo consensu susceperunt, & quamvis Imperatores facti, jure, ac majestate Caesarea Ecclesiam sibi defendendam esse, non ignorarent, ad specialem tamen ejus tuendam obligationem singulari se obstringere jure jurando voluerunt. Hanc adstrictis Pontificibus, & adversa fortuna jactatis Principibus, ab omni aeo semper in Gallorum amicia turissimum, ac fidelissimum perfugium fuit. Nam hoc Gallorum ingenium instrum, ut miserorum calamitatibus maximè omnium commoveantur, & addictos contra potentiorum oppressionem tuendos suscipiant. Imitatores enim Dei sunt Reges Galliarum, cui proprium est misereri, & parcere.

116) Nec minori prerogativa hodie gaudet Augustissima Domus Austriaca, cujus in Ecclesiam protectio, &

pietas omnibus in comperto est. Hujus Aquila alis suis fidem christianam circumvolavit, Ecclesiam Romanam protexit etiam ad eas Orbis regiones, ad quas Aquilae Romanae pervenire non potuerunt. Ex eo quod Italia, atque Ecclesiae Occidentalis Reges Austriaci Protectores evaserint ex primo auro in Castellam ex ea advecto, facta est hierotheca, in qua Augustissimam Eucharistiam Ecclesia Toletana pro more retentam proponit. Laborabit posterorum fides, ut credat, quod refert alloquens Philippum IV. Sebastianus polit. christ. in praefat. Memineris te ab iis venire, qui in sole Occidente supra septingenta Templorum millia, divissima pietate extruxerunt, & à Jacobo Aragono, qui solus bis mille Tempia Dei felici, locuplere, ac regia manu edificavit. Nusquam clarius fulget, quam in aetate, delubris, & divorum simulachris Austriacum aurum. Addit Surius in annal. Tot hominum millia in novo Orbe Carolino (sic Americam, Caroli V. armis subiectam nuncupat) Christi fidem complexa, atque hoc admirandum Eucharistica mysterium istis veneratos fuisse, quot esse possint Christiani in veteri Orbe nostro. Quare tredeat Orbis, & Ocus, Religiosissima haec domus peitabit, quam Lipsius vocat. Domum ad summum fastigium genitam, quae ut alius rectè asserit, una manu Orientem, altera Occidentem ferre videtur. At de hoc alii.

Finio hanc Consultationem: Deus omnium bonorum dator, qui Imperia legitima, sine quibus nec domus ulla, nec Civitas, nec gens, nec hominum universum genus, nec rerum natura omnis à te ex nihilo creata, stare potest, prudentia tua disponas, ac gubernes, Te publica voce oro, & obtestor, ut quod optimum Hispaniis, atque aded toti Catholico Orbi dedisti, id proprium nobis facias, tuisque beneficiis faveas, & tantis muneribus diuturnitatem addas, simplexque, & unum omnia ista complexum votum perficias, Regem nostrum Carolum II. ejusque Domum Augustam serves. Nam ejus salute pacem, concordiam, securitatem, opes, & cetera Ecclesiae Romanae optatissima, contineri agnoscimus, ac profiteamur. Proinde illius consilia ad regendum Imperium moderati, prolemque Augustam ei concede, per quam fides Catholica instauretur, nova Sectarum monstra, nova Religio-num commenta aboleantur, tandemque sublata scissura, pax in Domo Dei, in conscientia quies, securitas in Republica Christiana constituantur. Amen.

Hoc meum Votum, Finisque Tomi Decimi.

ALIENA.

ALIENA.

Omnibus amicis nostris, si minus ad referendam gratiam satisfacere possumus, ad praedicandam certè, & habendam satisfacere possumus, ac debemus. In gratiam igitur amici mei Dominici Sabbatini, Viri docti, ac pii, subiectas Juris allegationes celeberrimi Romani Advocati, Octavii de Jandis, Decreta, sententias, aliaque in ejus, aliorumque causis emanata pro bono publico huc adducere operæ pretium duxi. Ea haec sunt.

ROMANA JURUM PAROCHIALIUM.

Stantibus, &c.

Dubia an liceat Ministris Consolationis.

1. Benedicere mulieres post partum, & ova tempora Paschali.
2. Retinere Confessarios in Ecclesia ad audiendum Populi Confessiones.
3. Facere processionem per Parochiam intra octavam Sanctissimi Corporis Christi, & praefertim die, quo fit per Ecclesiam Parochialem.
4. Associare cadavera alibi tumulanda cum Cruce, & stola ab Hospitalibus ad locum Catona, & impedire Parochum, ne accedat pro illis ad januas Hospitalium.

Eminentissime Domine tam ex dispositione Juris, quam Concordiae anno 1664. celebratae cum auctoritate, & decreto hujus S. Congregationis inter Ecclesiam Parochialem S. Nicolai in Carcere, & Archihospitali Consolationis videtur negativè respondendum praesentis dubiis, quae ad supplicationem Domini Dominici Sabbatini moderni Parochi S. Nicolai in Carcere, & Principalis mei proponuntur, prout ex consuetudine benignitate, & Justitia Eminentissimorum Patrum supplices speramus.

Quoad primum enim de benedictione mulierum puertarum, quae alias sub vocabulo purificationis applicatur, dubium non est incumbere Parocho privativè quoad omnes Clericos tam seculares, quam regulares, quia est quid Sacramentale dependens à Sacramento Matrimonii, sitque publicè cum superpelliceo, stola, & aqua benedicta, quae sunt jurisdictionis, & secum fert oblationem candelae benedictae, idè spectat ad Parochum, qui est Minister Sacramenti Matrimonii, habetque jurisdictionem, & intentionem fundatam super omnibus oblationibus intra fines suae Parochiae, ut septem adductis fundamentis, pluribusque congruentis latissime probat Pignatell. 20.5. consult. 76. per totam, ubi sub num. 17. refert ita decisum à Sac. Congregatione Concilii in Anuerpien. die 18. Novembr. 1662. Genuens. in prax. cap. 2. n. 13. latè Bordonus cons. 16. à n. 1. per tot. Nicol. inter flosc. verb. Parochus sub num. 17. pluries cumulan. resolut. S. Congregationis Episcoporum, & Regularium.

Idemque videtur dicendum de benedictione ovorum, quae similiter fieri consuevit cum oblationibus fidelium, ac proinde soli Parocho incumbit, non autem aliis, nisi de Parochi licentia, idem Pignatell. d. consult. 76. sub num. 16. com. 5. & relatis declarationibus Sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium Nicol. ubi supra, vers. Hoc etiam cum pluribus seqq. ubi de benedictione ovorum, & ciborum paschali, & Genuens. cit. cap. 72. num. 13. in praxi.

Et quoad secundum quidquid sit in Regularibus quibus ex privilegio est indultum posse audire confessiones absque licentia Parochi statim, ac sunt approbati ab Ordinario, ut post alios Summos Pontifices declaravit sanctae memoriae Clemens X. consil. 7. §. 4. respectu Confraternitatum fuit saepe decisum non posse in eorum Ecclesiis per suos Capellanos confessiones audire, vel alia

Tom. X.

Sacramenta ministrare, & similia, quae ad solum Parochum spectant absque expressa licentia Ordinarii, & ipsius Parochi, ut post decretum Concilii Lateran. in cap. Omnia utriusque sex. de poenitent. responderet Sacra Congregatio Rituum in Caesaraugustana 14. Januarii 1612. & in Neapolitana 18. Maii 1602. apud Lezanam tom. 2. cap. 15. n. 22. vers. septimus, & n. 29. vers. tertio, Barbof. in summ. Apostol. verb. Confratres collect. 207. n. 17. & in tractat. de jur. univerf. Eccles. lib. 2. cap. 11. nu. 10.

Quoad tertium de processione intra octavam Sanctissimi Corporis Christi, licet Confraternitatibus permittatur intra ambitum Ecclesiae, exeundo ab illius janua, & per eam redeundo non tamen eis, licet etiam durante octava praedicta supplicationem ducere per Parochiam, nisi accedat Parochi licentia, ut ex pluribus resolut. Sacrae Congregationis Rituum probat Pignatell. tom. 4. consult. 85. per tot.

Potissimum verò eadem die, qua similis processio fit per Ecclesiam Parochialem, nam licet permittum esset hanc supplicationem ducere, non tamen permittendum esset absolucè, sed quatenus honorificè duci possit, & diversis tantum diebus, quia incongruum profus videtur geminas eodem tempore fieri processiones in eadem Parochia, ut ex Concil. Trident. sess. 13. cap. 15. notat Idem Pignatell. consult. 99. nu. 3. per tot.

Ad quartum modica denique videtur subesse difficultas, quia ubi cadavera ex electione morientium in Archihospitali Consolationis alibi, quam in eorum Ecclesiis tumulantur nequeunt eorum Rectores, cum stola, cotta, & propria Cruce associare ad cadavera per vias publicas, sed hoc spectat ad Parochum, ut magistraliter firmavit Rot. favore Parochi S. Bartholomaei in Insula contra Hospitali Sancti Joannis Colabita in Romana Jurium Parochialium 4. Julii 1653. coram Zarate inter eius impress. decis. 4. à num. 40. usque ad 54. repetita in recent. decis. 348. nu. 34. cum plurib. seqq. par. 11.

Praemissa verò, quae ex sola juris dispositione sunt certa, redduntur certiora, inspecto Instrumento concordiae inter Parochum S. Nicolai in Carcere, & Archihospitali Consolationis anno 1664. celebratae, ubi fuit specialiter conventum, quod in posterum liceat Priori, Capellanis, & Confessariis, &c. in dicta Ecclesia, & Hospitali degentibus omnibus infirmis tam de familia quam exteris, &c. qui curandi, seu serviendi causa accederent intra limites ejusdem Ecclesiae, & Hospitalium, &c. eorumque habitationem tantum, & non alias Sacramenta administrare, &c. & curam animarum in illis exercere intra dictam Ecclesiam, & Hospitalia eorumque habitationes solummodò sunt verba Instrumenti relati in Summario nu. 1. ex quibus patet jus ministrorum dicti Hospitalis esse restrictum ad infirmos, & alias personas degentes in ipso Hospitali, ac intra limites eorum Ecclesiae, & Hospitalis cum dictionibus taxativis tantum, solummodò, & non alias, quae excludunt prorogationem, ut in his terminis respondit Rota d. decis. 45. nu. 43. coram Zarate consequenter eis permilla non sunt spectantia ad Parochum, qualia sunt benedictio mulierum post partum, ovorum tempore Paschali, Processio per Parochiam, & Confessiones Populi, eo invito, exercere.

L1 2

quoad

quoad personas extraneas non degentes in Hospitali, & extra loca præfinita, cum ipsi non habeant Parochiam, nec Territorium, ut prosequitur Rota coram Zarate d. decis. 45. à num. 43. usque ad fin.

Quinimò transigentes in eadem Concordia explicarunt, quod Parochus S. Nicolai habeat jus administrandi Sacramenta, & curam animarum exercendi in tota Parochia S. Nicolai, valeatque transire, & liberum habere accessum, & recessum per viam ante, & circa Ecclesiam Consolationis, & utrumque Hospitalium tam hominum, quam mulierum, & expresse declarando vias prædictas esse de Parochia Sancti Nicolai absque eo, quod præmissorum causa, & occasione molestari, & impediri possit, neque super prædictis Domini Custodes Hospitalis jus aliquod habere possint, & valeant prout ipsi Domini Custodes nominibus, quibus supra per se, vel per alios, &c. non molestare, nec impedire promiserunt, nec molestari, & impediri facere, sed versa vice licitum sit ministris dictorum Hospitalium, &c. liberè extrahere ex dictis Hospitalibus, eorumque habitationibus cadavera decedentium, & per dictas vias circa dictum Hospitalium, & Ecclesiam cum Cruce, & stola solemniter, & libere deferre ad effectum illa tumulandi in dicta Ecclesia Sanctissima Consolationis, quia sic, &c. sunt pariter verba transactionis d. n. i.

Unde oritur resolutio quarti dubii respectu cadaverum, quæ in aliis Ecclesiis, quàm Beatæ Mariæ Consolationis ex morientium electione tumulantur. Super his enim transactio nullum jus tribuit DD. adversariis, ut potè restricta ad ea tantum cadavera, quæ in eorum Ecclesia sepeliuntur, cumque ex prædictis viis publicæ, quæ sunt propè Ecclesiam, & Hospitalia declarentur de Parochia, & Parochus qui debet per eas habere liberum accessum, & recessum, impedire non valeat occasione levandi cadavera, & deferenda ad alias Ecclesias, quin accedat usque ad januas Hospitalis in viam publicam respondentes, quia id esset violare conventionem, & litteram concordiam, undique custodiendam à transigentibus, ut in terminis iurium Parochialium est lex in cap. fin. de pact. l. 6. Rota decis. 22. n. 6. par. 2. divers.

Ex quibus etiam ruit præsentio, quam habent adversarii levandi ab Hospitalibus dd. cadavera, alibi tumulandi, & illa associandi cum stola, cotta, & propria Cruce per viam publicam usque ad locum Catene distantem per sexagiuta circiter passus à januis Hospitalium, ibique, & non antea consignandi Parocho, quem cogunt expectare in platea valde distantium quia id repugnat concordiam, quæ concedit Parocho liberum accessum, & recessum per omnes vias prædictas, tanquam de Parochia, tum quia debet parochus cum aliis vocatis ad funus accedere domum, ex qua illud levandum est, non autem expectare per vias, ex sententia Sacræ Congregationis apud Barbof. de offic. Paroch. par. 3. cap. 26. num. 64. cum trib. segg. tum denique, quia in funeralibus deferenda est unica tantum Crux illius Ecclesiæ, ad quam corpus transfertur, idem Barbof. d. cap. 26. nu. 23.

Accedit prædictis decretum hujus Sacræ Congregationis, quod præcessit d. concordiam præscribens modum in eadem transactionis cum dictionibus taxativis, & excludentibus quodcumque præjudicium Ecclesiæ parochialis ex illius sola lectura præfens controversia potest definiti, ut in Summario nu. 2.

Quare, &c.

Fansus Guidatus.

Eminentissimi, & Reverendissimi Signori.

Practicandosi da' Ministri dell' Ospedale, e Chiesa della Consolazione di Roma, esistente dentro la parochia di San Nicolò in Carcere Tulliano molti gravi abusi di sommo pregiudicio al jus Parochiale di detta Chiesa contro la Concordia fatta trà il Capitolo, e Pa-

rocho di essa con li Ministri del mentionato Ospedale con l'approvazione di questa Sacra Congregatione sotto li 21. Agosto 1664. cioè.

Sacra Congregatio Visitationis Apostolica approbavit transactionem inter Custodes Hospitalis Beatae Mariae de Consolatione, & Capitulum, & Canonicos, ac Parochum Collegiatam Ecclesiae S. Nicolai in Carcere quoad capita infra scripta.

Primum, ut utraque Pars cedat liti.

Secundum, Custodes quolibet anno in festo S. Nicolai tribuant Curato Calicem valoris decem aureorum, vel ejus pretium arbitrio ipsius; ita tamen, ut si per mensem ante diem festum hujusmodi non declaraverit cum intimatione se velle pretium in pecunia numerata teneatur Custodes tribuere Calicem. Quod si cessaverint per triennium, tunc sit in facultate Capituli; & Curati redire ad primava jura, perinde ac si transactio non emanasset.

Tertium, ut Presbyteri Capellani à prædictis Custodibus pro tempore deputati, aique ab Ordinario approbati possint audire confessiones non tantum Infirmorum, sed etiam Ministrorum, ac servientium Hospitalis in eo degentium, eisque Sacramenta Eucharistia, & Extrema Unctionis ministrare, ac decedentes tradere Ecclesiastica sepultura, absque eo, quod Curatus prædictus possit quidquam præcedere ratione quædam funeralium.

Ultimum, ut in cæteris omnibus in præfata transactione non expressis jura Parochialis ipsi Capitolo, & Curato salva, & sibi habeantur intelligantur absque eo, quod nulla fiat dismembratio: Ore tenus dictum est de novula Communicatorum in Paschate, & numeris animarum Ecclesiae, & Hospitalis antedicti quotannis Curato Sancti Nicolai tradenda.

De Ecclesia filiali nulla fiat mentio in transactione cum non fiat erectio Parochialis per viam dismembrationis à Parochia Sancti Nicolai.

Item reliqui articuli de Parochianis Sancti Nicolai eligentibus sepulturam in Ecclesia Hospitalis, & de Infirmis, & Ministris Hospitalis sepulturam eligentibus in Ecclesia S. Nicolai, vel in alia Ecclesia nulla fiat mentio in Concordia, sed relinquuntur in dispositione juris.

Ita reperitur in registro archiepiscopi Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicae habita die 21. Augusti 1664. In quorum fidem, &c. Romæ hac die 2. Aprilis 1687.

Locus * Sigilli.

B. Panciaticus Secretarius.

Per tanto Domenico Sabbatini, moderno Parocho di essa Chiesa, Oratore humilissimo dell' EE. VV. per la giusta difesa del jus Parochiale, e per ovviare alli continui scandali, che producono detti abusi inherendo alla pendenza della lire avanti questa Sacra Congregatione, citati prima li Ministri sudetti, e loro Procuratore rispettivamente avanti Monsignor Auditore di Nostro Signore, & ottenutone sotto li 5. del corrente mese di Settembre il solito decreto, Procuratore presente, per la remissione della causa all' EE. VV. citati hora, & intimati nuovamente li detti Ministri, e per essi li loro Procuratore avanti questa S. Congregatione, Proponente l' Eminentissimo, e Reverendissimo Signor Cardinal Bichi, supplica humilissimamente l' EE. VV. per la dichiarazione degl' infra scripti dubii, prout de jure.

1. An liceat Ministris Consolationis benedicere mulieres post partum & ova tempore Paschali.

2. Retinere Confessarios in Ecclesia ad audiendas Populi Confessiones.

3. Facere processionem per Parochiam intra octavam Corporis Christi, & præsertim die, quo fit per Ecclesiam Parochialem.

4. Associare cadavera alibi tumulanda cum Cruce, & stola ab Hospitalibus ad locum Catena, & impedire Parochum, ne accedat pro illis ad januas Hospitalium.

Sacra Congregatio Visitationis Apostolica ad singula dubia

dubia superius propostia, Ponente Eminentissimo Bichoi in hunc modum responderet, videlicet.

Ad primum Negativè.

Ad secundum Negativè, nisi de licentia Eminentissimi Vicarii.

Ad tertium Negativè, præterquam intra Ecclesiam dumtaxat.

Ad quartum Negativè.

Datum die 15. Septembris 1695.

Locus * Sigilli.

I. Caracciolus Secretarius.

His accedit infra scripta sententia Auditoris Cameræ Apostolicæ, quæ est hujusmodi.

Die 23. Decembris 1695.

Christi nomine invocato, Pro Tribunali sedentes & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quam de jurisperitorum consilio in his scriptis ferimus in causa, & causis, quæ primo, & in prima coram nobis, seu alia veriori verba fuerunt, & vertuntur instantia inter R. D. Dominicum Sabbatinum Parochum, & perpetuum Vicarium S. Nicolai in Carcere Tulliano, Urbis actorem ex una, & Venerabiles Archiepiscopale, & Ecclesiam B. Mariæ Consolationis, ejusque Ministros, & officiales reos, conventos partibus ex altera, de & super exceptionibus per supradictos reos conventos oppositis ad mandatum de exequendo decreta S. Congregationis Visitationis Apostolicæ inter dictas partes emanata sub die 15. Septembris 1695. seu &c. in quibus definitum, & declaratum existit, non licere Ministris Consolationis benedicere mulieres post partum, & ova tempore Paschali, minusque retinere in Ecclesia Confessarios ad audiendas Populi confessiones, nisi de licentia Eminentissimi Cardinalis Vicarii, & non licere dictis Ministris facere Processionem per Parochiam intra octavam Corporis Christi, & præsertim die, quo fit per Ecclesiam Parochialem, nec associare cadavera alibi tumulanda cum Cruce, & stola ab Hospitalibus ad locum Catena, & impedire Parochum, ne accedat pro illis ad Januas Hospitalium à nobis per decretum relaxatum, rebuque aliis, &c. Dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & definitivè sententiam præfatas exceptiones per dictos reos conventos, ut supra oppositas fuisse nullas, irritas, & de facto datas, & non obstatis, neque obstat executioni dicti mandati de exequendo, imò ab illis supradictum Dominum Dominicum Sabbatinum actorem absolvendum, & liberandum fore, & esse, prout absolvimus, & liberamus, ac præfatis reos conventos super eisdem exceptionibus perpetuum silentium imponendum fuisse, & esse diximus, prout imponimus, ac pro imposito haberi volumus, & mandamus, Visitoque victori in expensis condemnamus, quarum taxatio nobis, vel cui de jure in posterum reservamus non solum præmissis, sed & alio omni meliori modo, &c.

Ira pronunciai ego Carolus de Marinis Auditor Cameræ.

Roma Jurium Parochialium.

Eminentissime Domine, Negligentibus olim, ut in re communi passim contingit, plurimis Ecclesiarum, etiam Majorum Urbis Capitulis onera curatæ eisdem incumbentes, in gravissimam animarum perniciem, Beatus Pius Quintus, cui præ cæteris ardentius illa cordi fuit perpetuas Vicarias in pluribus præfatis Ecclesiis autoritate Apostolica constituit, & expresse crexit, ad hunc finem, ut Cura proprio jure Vicariis perpetuis incumberet; & eo diligentius, ac vigilantius illam gererent, quod magis suam, & propriam, & ad seipos spectare, ipsique incumbere novissent.

Singulisque Vicariis hujusmodi certas portiones ex Ecclesiarum redditibus assignavit, & ulterius omnia, & singula emolumenta, & obventiones, quæ ratione Ca-

Tom. X.

ræ & administrationis Sacramentorum, ac officiorum funeralium, exceptis, & reservatis tantum universalis ad easdem Ecclesias pertinerent, per ipsos Vicarios juris & autoritate propria percipienda, exigenda, & levanda, ac in suos usus, & utilitates convertenda, dictamque portionem, & emolumenta nominatim pro congrua dictorum Vicariarum assignare, & constituere expressis, quemadmodum latius habetur ex ipsa Constitutione munita amplissimis clausulis, & decreto irritanti lan. 1391. Bullar. num. 2.

Inter præfatas Vicarias adest illa antiquissima Parochialis Ecclesiæ, & Collegiatæ Sancti Nicolai in Carcere ex Titulis, & Diaconis Cardinalitibus, cui Vicariæ propter postmodum vicarium Parochiarum suppressionem alia Curæ accesserunt unitæ à Summo Pontificibus, nempe medietas Curæ Sanctæ Mariæ à Sixto V. & totalis cura Sanctæ Mariæ in Vinis à Clemente VIII. Summario n. 1. & ex cura Sancti Laurentii de Cabalucis ipsi Capitulo à Gregorio XIII. annexæ, cetera portio sutorum decem annuorum eidem Vicario, & omnia incerta emolumenta sub onere administrationis pariter perpetuè assignata fuerunt Summario num. 2.

Insuper eidem Vicario pro juribus Parochialibus, & funeralibus competentibus in Hospitali Sanctæ Mariæ Consolationis, in quibus usque de anno 1625. manuerunt obtinuerat, fuit ab hac Sacra Congregatione per concordiam decretum, ut Hospitali quodlibet anno præfaretur Calicem valoris scutorum decem, vel ejus pretium arbitrio ejusdem Vicarii Summario n. 3.

Cum autem de anno 1665. excitata fuerit controversia à Reverendissimo Capitulo super præfatis emolumentis hæc Sacra Congregatio die 27. Augusti declaravit omnia ad Vicarium spectare, etiam pro Ecclesiis multis; Sola verò emolumenta pro subterratorio seu loco sepulture Capitulo reservavit. Verum non acquiescente Vicario, deventum fuit ad quamdam pactionem, & compositionem, vita tantum Parochi duraturam Summario num. 4.

In hoc statu Reverendus Dominus Sabbatinus de hac Vicaria à Sanctissimo nuper provivus, & specialiter iustus, ut jura Vicariæ tueretur, nec aliqua concordia supprimeret, instar humiliter in præfata pro declaratione quod emolumenta etiam subterratorii, & d. Calicis hodie pariter controversi ad ipsum Vicarium pertinent, & exaudiendus omninè videtur.

Quo enim ad emolumenta, & in specie pro subterratorio habent isti Vicarii perpetui ad eorum favorem clarissimam litteram, & concessionem dictæ Constitutioni, Beati Pii, qui nominatim pro congrua ipsorum assignavit, ut prædictum est, omnia & singula emolumenta, & obventiones, quæ ratione Curæ, & administrationis Sacramentorum, & officiorum funeralium, exceptis anniversariis, ad Ecclesias pertinuerunt, ut in s. 3. vers. item; Ex quibus verbis omninè veniunt subterratoria, quia hæc nil aliud sunt, quam emolumenta pro subterratis cadaveribus, seu pro jure sepulture, ut clare probat statutum Cleri Romani cap. 6. §. 10. m. 5. sibi, subterratorum, seu jus sepulture, quæ dictio, seu stat. expostivè & denotat materiam synonymam inter duo verba idem significantia, ex traditis per Barbof. d. 362. nu. 7. Rota coram Coccino decis. 1045. num. 11. Pamphil. decis. 446. num. 3. & 8. & decis. 556. n. 5.

Derivat quidem subterratorum à verbo subterrare, quod significat humo mandare, sepelire, Terræ infodere, seu subter Terram ponere, prout explicat du Fresne in Glossar. ad med. & sine Latin. script. tom. 3. lit. S. verb. subterrare, & idem profus denotat, ac funerare, seu funestare quæ verba pariter humo mandare designant, idem du Fresne d. Glossar. tom. 2. lit. F. verb. funestare.

Proindè dum Vicariis perpetuis concessa sunt omnia emolumenta, quæ ratione Curæ, & administrationis Sacramentorum

Sacramentorum debentur Ecclesiae Parochiali, venit subterratorium, seu jus sepulchri, quod ratione Curæ, & administrationis Sacramentorum Ecclesiae, & Parocho debetur cap. 1. cum segg. de sepultur. cap. cum quis in 6. & Clement. dudum cod. tit. Clement. ultim. in fin. de Relig. domib. Genuen. in prax. capit. 6. numer. 1. Barbof. de Paroch. par. 3. cap. 26. numer. 34. Gratian. discept. 94. numer. 74. Sperell. decis. 87. numer. 8. Cardin. de Luca de Paroch. disc. 23. numer. 7. Rota coram Seraphia. decis. 1135. numer. 3. Priol. decis. 365. eodem numero in recent. decis. 348. numer. 9. par. 11.

Attentis praesertim illis verbis universalibus geminatis omnia, & singula, quæ ex sua generalitate omnia prorsus complectuntur, Gloss. in Clem. dudum de sepultur. vers. fun. ver. libus. Et ponderata illa unica exceptione, & reservatione anniversariorum, quæ confirmat omnia alia, & singula emolumenta fuisse concessa, Rota coram Gregorio decis. 254. numer. 4. Priol. decis. 365. numer. 5. & 762. numer. 11. & in recent. decis. 762. numer. 11. par. 13.

In individuo autem, quod supradicta Constitutio Pia-na comprehendat, & assignet subterratoria, & omnia funeralia Vicariis perpetuis, firmat Cardin. de Luca de Paroch. discurs. 22. numer. 4. vers. 4. in elemosyna dari solita pro sepultura, Gratian. discept. 925. numer. 18. Rota coram Coccino decis. 1179. vers. 4. ubi de subterratoriis, & decis. 1268. per tot. ubi pariter omnia professa, & funeralia concessa decidit Rota ex generalitate dictorum verborum.

Concessis namque omnibus funeralibus, indubitate venire debet subterratorium, seu jus sepulturæ, & subterratorium, quæ est principalis pars funeri, & funeralium Caldezin. consil. 4. de sepultur. Lavor. in suis lucubratis tom. 1. tit. 2. cap. 3. numer. 192. Azor. inst. moral. par. 2. lib. 9. cap. 14. quæst. 13. vers. funeralium. Barbof. appell. 117. numer. 3. Samuel. de sepult. tract. 1. controvers. id. conclus. 2. numer. 5. Rodrig. resolut. 18. numer. 3. Murg. disquis. moral. tom. 1. tract. 9. sect. 1. §. 1. numer. 5.

Jureque optimo Pontifex omnia emolumenta largitus fuit Vicariis perpetuis, quia ob negligentiam Capitulum in Constitutione expressam, ipsi constituti fuerunt veri parochi, & à Pontifice intulati, cum autoritate & jure proprio percipiendi omnia emolumenta ad prædictum effectum, & finem, ut eo diligentius, ac vigilantius curam gerant quo magis eam proprie ad se pertinere, & sibi incumbere noverit. Quapropter omnis cura in eos translata est, & sunt veri curati, & Parochi actu, licet denominentur Vicarii juxta doctrinam Innocentii in cap. cum non ignores n. 3. vers. est est, de præben. quam latissime sequitur, & comprobatur Lotter. de re benefic. lib. 1. §. 20. à numer. 112. cum plurib. segg. ubi ait translationi vim consistere in intitutione Vicariæ perpetuæ, & in exercitio, ac exactione jure proprio, ex quibus arguit, quod licet Cura originalis habitu dici possit pertinens ad Collegiatam, tamen post Vicariam constitutam, ut supra, Cura actu præfentiali spectat ad Vicarium, Rot. in recent. decis. 579. numer. 2. par. 2.

Et pariter in individuo, quod nostri Vicarii sint veri Parochi, tenet Rubeus apud Gratian. discept. 298. sub numer. 76. vers. idem Rota coram Coccino d. decis. 1179. sub numer. 2. ubi Vicario, seu Parocho.

Nullatenus refragante nominatione Vicariæ, quia dum est perpetua, & jure proprio exercetur, dicitur verus titulus, & verum beneficium Ecclesiasticum, Navarr. consil. 9. numer. 2. de præben. lib. 3. Rebuff. in prax. benefico. tit. de Vicar. perpet. numer. 15. Spad. consil. 147. numer. 21. lib. 3. Garz. de benefic. par. 9. c. 2. numer. 286. §. par. 10. cap. 2. numer. 10. Vivian. de Jurepatr. lib. 2. cap. 2. numer. 42. Gonzal. ad regul. Cancellar. gloss. §. 3. numer. 19. Tondut. qu. benefical. par. 2. c. 1. §. 5. numer. 15. Peuting. decis. 53. à numer. 79. Cherubin. in compend. Bullar. ad eandem Constit. 139. Beati Pii schol. 1. ubi determinat istas Vicariæ esse vera beneficia.

Nomina etenim Parochi, Rectoris, & Vicarii sunt

prorsus synonyma, & idem præferentia gloss. in Clem. 1. §. nonnulli verb. Rectoribus, & in Vitalin. numer. 35. de excessib. Prælator. Rebuff. de congrua n. 12. Cevall. commun. qu. 757. n. 54. Rub. apud Gratian. discept. 398. n. 72.

Et juxta superius tradita constans semper fuit intelligentia hujus Constitutionis in Tribunalibus. Rota siquidem coram Coccino in relatis decisionibus 1179. & 1268. omnia funeralia Vicario, seu Parocho Sanctæ Mariæ in Via lata adjudicavit, & in specie subterratoria, seu emolumenta pro jure sepulturæ. Ulterius Aud. Cam. per sententiam idem definit, & pronuntiavit pro Vicario Sancti Angeli in foro piscium, & ei pariter subterratoria concessit. Summario numero 6. Quæ sententia, & res judicata, ut potè emanata in causa status legitimis contradictoribus, afficiunt omnes, & firmant intelligentiam dictæ Constitutionis juxta Textum in l. Ingentium, ff. de stat. hominum, Rot. coram Coccino decis. 905. numer. 10. decis. 1292. n. 9. & in recent. decis. 339. numer. 10. & decis. 274. par. 17.

Verum pro hac intelligentia nulla remanet difficultas, dum habemus decretum hujus Sacre Congregationis à sanctæ memoriæ Alexandro VII. confirmatum, quod favore Vicarii Sancti Joannis Lateranensis declarat, sunt verba præcisa, & decernit emolumenta quæcumque Parochialia, ac incerta funtum tara Parochialium quam exterorum, qui ad Basilicam Lateranensem, pro Ecclesiastica sepultura deferendi, aut alias tumulandi fuerint, spectare ad ipsum Vicarium curam animarum pro tempore exercentem, juxta Constitutionem Pii Papæ Quinti, &c. exclusis Capitulo, & Canonicis ab omni participatione præmissorum, ut in Summario numer. 7. quod decretum ponit rem in claris, & uti Pontifice editum facit legem declaratoriam, etiam in cæteris observandam Rota coram Dunozeo Juniore decis. 72. numer. 3. Castil. decis. 39. n. 16.

Demum hac eadem intelligentia resultat ab usu inveterato, & observantia continua, dum omnes Vicariæ à Beato Pio erectæ, exceptis duabus, aut tribus concordatis, percipiunt emolumenta subterratorii, exclusis omnino Capitulis, ut ex attestationibus Summario numero 8. de quibus etiam testatur Cardinalis de Luca de Paroch. disc. 21.

Neque resistit, quod obventiones subterratorii præstentur pro loco sepulturæ, itaut debite videantur Canonicis, tanquam Dominis Ecclesiæ materialis, quemadmodum sensisse prætenditur hæc Sacra Congregatio de anno 1665. & quod aliàs Parochiani sepeliri debeant in Cœmeterio.

Siquidem, quidquid dicendum sit ex primo antiquiorum Antistitum instituto, an mortui in Cœmeterio, vel Ecclesia sepeliendi veniant, dum ipsa Cœmeteria primitus Templâ erant, in quibus omnia Sacra peragebantur promiscuo Oratorii, & Cœmeterii nomine appellata teste Nicephor. 1. 8. c. 13. S. Clemens 1. 7. Constit. Apost. c. 29. Euseb. histor. Ecclesiast. lib. 6. cap. 13. & lib. 9. c. 2. cum aliis relatis per Samuel. de sepultur. consur. 2. n. 2. & 3. Et quamvis medio tempore Cœmeteria ab Ecclesiis separata fuerint, & singulis personarum generibus stabilita, verita specialiter sepultura in Ecclesiis, eaque solum ibi concessa Episcopis, Sacerdotibus, & laicis dumtaxat, miraculorum signo notatis ad Text. in cap. 1. de consecr. Ecclesia cap. Si Civitas de sentent. excommunic. cap. nullus 13. qu. 2. Samuel. ubi supra numer. 4. & 5. allegans Divum Chrysofom. Evagri. & alios, Murg. disquis. moral. tom. 1. tract. 3. disquis. 3. conclus. 1. & 2. Rota coram Zarate decis. 45. numer. 19.

At tamen ad tenorem ultimi, & observati ad præfens Ecclesiasticum usus, vel mitigato medi rigore, vel restituito primo statu omnibus Christi fidelibus in communione morientibus tumulari in Ecclesiis libera facultas concessa est, ut juxta Sancti Gregorii Magni animadversionem propinqui, amici, & cæteri fideles sepulchra in Ecclesiis conspicientes, ut hæc præfentialia

visione excitati, pro mortuis preces effundant, & ad bene vivendum, & moriendum tali memoria ducantur, cap. Ecclesiasticum de consecrat. distinct. 1. cap. ex parte, leg. Cùm liberum de sepultur. Gloss. in cap. Cùm gravia 13. qu. 2. & ibi Turrecemat. Durant. deriv. lib. 1. cap. 22. n. 7. Samuel de sepultur. dist. controvers. 2. numer. 7. & 8. Lavor. var. lucubr. tit. 2. cap. 5. numer. 107. Barbof. de Paroch. cap. 26. n. 8. Rota coram Zarate d. decis. 45. numer. 14. & in recent. decis. 361. n. 1. par. 4.

Hinc autem mos inolevit retinendi in Ecclesiis particulares sepulturas, quas vocant communes, & quidem distinctas ad honestatem servandam juxta Defunctorum dignitatem, & sexum, aliàs nempe pro Sacerdotibus, alias pro parvulis, alias pro masculis, & alias pro foeminis, quæ specialiter in omni Ecclesia Parochiali constitutæ, & necessariae sunt, prout adfunt in nostra ex notatis per Ricc. resolut. 215. numer. 5. par. 1. Barbof. de offic. Paroch. par. 3. cap. 26. numer. 1.

Prædictis itaque suppositis distinguenti planè sunt in hac materia duo casus, quantum ad subterratoria, seu emolumenta, quæ debentur pro loco sepulturæ. Primus est si agatur de emolumento pro habendo sepulchro in loco particulari, & nobiliori Ecclesiæ, seu monumento, urna, starna, & similibus, & in his terminis pro loco sepulturæ, & pro illo honore merè profano, licet congruum aliquod emolumentum recipitur, quod debitum est Ecclesiæ independentè à cura, & ab administratione Sacramentorum, seu jure Parochiali sepulturæ, Abb. & cæteri Doctores in cap. abolende de sepultur. Sylvest. v. sepultura quæst. 1. Caietan. v. simonia, Genuen. in prax. cap. 40. numer. 19. in 1. edit. alias 32. in 2. Sanchez de matrimon. tom. 3. lib. 9. disput. 15. numer. 43. & consil. lib. 1. cap. 3. lib. 14. numer. 1. Ledesma in summ. par. 2. tractat. 12. conclus. 34. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 210. numer. 25. Lavor. var. lucubratis tom. 1. tit. 2. cit. cap. 10. numer. 25. & 26. Mancin. de jur. Sacro dissert. 30. Samuel de sepultur. tom. 2. controvers. 13. sub n. 1. & 2. Barbof. de Paroch. cap. 26. n. 16. Lother. de re benef. lib. 2. quæst. 4. numer. 10. Nogueroi. allegat. 36. cum aliis late citatis per Salgad. in Labyr. cred. par. 3. c. 5. numer. 46.

Secundus casus emergit, dum cadavera sepeliuntur in foveis communibus, & destinatis, & pro istis locis, seu sepultura in eis nihil prorsus debitum est Ecclesiæ ad Textum literal. in cap. abolende de sepultur. cujus dispositio congruit cap. 7. Ecclesiastici, ubi habetur, mortuus non prohibeas gratiam, idest gratis sepulturam, & alibi quid Terræ Terram vendis? De quibus in cap. in Ecclesiastico cum antecedenti, & pluribus sequent. 13. qu. 2. Sylvest. v. Simonia quæst. 11. Gulielm. Reddan. eodem tractat. 3. capit. 6. numero 15. Suarez tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 14. numer. 22. Filiucci. tom. 3. tractat. 45. cap. 5. numer. 26. Mancin. 2. dissert. 30. Samuel de sepultur. tom. 2. controvers. 13. numer. 6.

Ex his intelligendum est decretum de emolumentis pro loco sepulturæ, nempe pro loco particulari, & nobili, non autem pro sepultura in Ecclesia in foveis destinatis, & communibus pro quibus nihil recipi potest, & in hoc sensu verè editum fuisse decretum, constat ex traditis per Cardin. de Luca in ea causa pro Vicario scribentem citato disc. 22. numer. 9. de Paroch. qui enunciatis omnibus emolumentis, & in specie sepulturæ, quæ omnia spectare ad Vicarios firmat, & descendendo ad nostrum Vicarium Sancti Nicolai in Carcere, ait in omnibus favorabiliter ab hac Sacra Congregatione obtinuisse.

Nec aliàs dici potest controversa emolumenta obventionia Ecclesiæ Parochiali sub titulo subterratorii debentur pro loco sepulturæ. Nam verius est esse elemosynas, seu partes funeralium, quæ complectuntur omnes oblationes, & commoda funeris quemodocumque ad Ecclesiasticam, in qua defunctus tumulatur, pertinentia, ut in terminis quartæ late probant Carracc. de quarta funeral. q. 3. Barbof. de offic. Paroch. c. 25. n. 26. Guttier. de juram. p. 2. q.

4. n. 3. cum aliis, quos refert, & sequitur Panimoll. decis. 51. annos. 4. numer. 24.

Sive dentur Ecclesiæ ante, dum cadaver est in fere-tro, sive in ipsa sepultura, vel demum postea usque ad trigesimum diem, Barbof. dist. cap. 25. numer. 36. Rota decis. 501. numer. 2. par. 13. & sub nomine quartæ funeralis hujusmodi subterratoria debent Vicario, probat Rota coram Coccino d. decis. 1179. vers. 4.

Idque evidentissime comprobatur ex dupliçi demonstratione. Altera nempe, quod illud adhuc exigitur à Parocho, etiam in alio loco sepeliatur, cum ei debeatur portio de omnibus Clem. dudum de sepultur. cum aliis supra citatis. Altera quod Parocho debetur hoc subterratorium, etiam si defunctus in ipsâmet Ecclesia Parochiali sepeliatur in loco particulari, vel in sepulchro majorum, ut colligitur ex statuto Cleri dist. sum. numer. 5. & communi observantia, quæ sunt demonstrationes evidenter probantes, quod obventiones subterratorii non dentur pro loco sepulturæ communis, cum prorsus absurdum foret, & implicans, ut quis ad illud teneretur, tametsi alio in loco sepulturam, vel in eadem Ecclesia illam haberet in loco proprio, & sepulchro majorum. Quapropter dicendum est, hoc emolumentum provenire ex jure Parochiali, in quo Ecclesia nullam habet participationem.

Addimus ex abundantia, quod cum Vicarius perpetuus sit verus Parochus, & habeat jus humani cadavera in dicta Ecclesia independentè à Capitulo, & Canonicis ex concessione Beati Pii, præsertim quia cura, administratio Sacramentorum, & jus sepeliendi individua prorsus sunt in necessarium antecedens habere etiam debet sepulturas materiales in Ecclesia existentes, sine quibus jus Parochiale, & sepeliendi explicare non possit, Gratian. discept. 615. numer. 70. dum sepulturæ ex dictis sint unum ex iis, quæ necessaria sunt ad constituendam curam, & jus Parochiale, & in vanum allegatur Cœmeterium, quia hæc hodie inserviant ad expurgandas, & exonerandas sepulturas communes, prout verè ad hunc solum effectum habile est Cœmeterium Sancti Nicolai sepulturis destitutum, & ab antiquissimo tempore ad hunc usum non habitum, ut deponunt Testes Summi. numer. 15.

Cæterum cum non minus Cœmeterium, quam septa Ecclesiæ constituent unum, & idem corpus circa jus sepulchri, eadem rationes, & jura, quæ super Ecclesia competitorum, & competere super Cœmeterio, cum hoc ab illa non distinguatur, late Rota coram Zarate decis. 45. numer. 15.

Hactenus de subterratoriis; Quovè ad pertinetiam recentis Calicis, res est magis plana, nam lite orta inter Venerabile Hospitalè Beatæ Mariæ Consolationis, & vicarium Curatum Sancti Nicolai, prætendentem uti autoritatibus, & juribus Parochialibus in dicto Hospitali tanquam existente intra limites sue Parochiæ, ac consensu emolumenta funeralium, & sepulturæ pro ægrotis in eo morientibus, fuit devenum ad concordiam, in quam Custodes d. Hospitalis ratione jurium Parochialium, & administrationis Sacramentorum se obligarunt annuatim tradere unum Calicem valoris scutorum decem aureorum; Unde sicuti jura Parochialia, & emolumenta provenientia ab administratione Sacramentorum spectabant ad Parochum, ita & ad eum spectare debet ista annua præstatio, quæ illorum loco fuit subrogata, ad Text. in l. Cùm quis, §. Injuriarum, ff. si quis cautions.

Et ad hunc effectum emanavit à Sacra Congregatione Visitationis Apostolicæ beneplacitum super celebratione dictæ concordiæ, quod datur in summ. n. 5. ibi, Ut Custodes tribuant Curato Calicem valoris scutorum decem aureorum, vel ejus pretium arbitrio ipsius, & in tertio Capitulo præfate concordiæ, ibi, absque eo, quod Curatus prædictus possit quidquam prætere ratione quartæ funeralium: Unde cum præfatus Calix, seu valor decem

aureorum annuatim solvantur à prædicto Hospitali in tuitu quartæ funeralis, quæ ex supra deductis debetur Vicario independentè à Capitulo, videtur per necessarium consequens ad ipsum Vicarium spectare, non autem Capitulo adversario.

Quare, &c.

Octavius de Iandis Advocatus.

De mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. met, & ad instantiam Rev. D. Joannis Bernardini Durantis Curati Sancti Angeli in foro Piscium principalis ad cuius favorem fuit lata sententia, tenoris sequentis, videlicet: Christi nomine invocato pro Tribunali Sedentes, & solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram definitivam sententiam, quam de juris Peritorum consilio pariter, & assensu ferimus in his scriptis in causa, & causis quæ primo, & in prima coram nobis vertuntur, & versæ fuerunt instantia inter Reverendam Dominum Joannem Bernardinum Durantem Parochum, seu Vicarium perpetuum Curatorem Ecclesiæ Sancti Angeli in foro Piscium Urbis actorem ex una, & RR. DD. Capitulum, & Canonicos ejusdem Ecclesiæ reos conventos partibus ex altera, de & super jure percipiendi propria autoritate levandi, & exigendi, ac in proprios usus, & utilitatem convertendi omnia, & singula emolumenta funeralia, intorticia, faculas, & candelas, omniaque alia cum cadaverè inventa, & allata, & obventiones omnes, & elemosinas sua jura pro loco sepulturæ, & tumulationis, atque omnium & quorumcumque officiorum funeralium, quæ ipsa die humationis cadaverum celebrantur, necnon quartam funeralem, rebusque aliis, &c. ad curam animarum spectantibus, & pertinentibus, dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus, & definitivè sententiamus prædicta omnia, & singula emolumenta, & obventiones præfata Joanni Bernardino, ac in dicta Cura, & Vicaria per se, & successoribus comperisse, & spectasse, ac comperere, & spectare occupationes, detentiones, molestias, vexationes, perturbationes, ac impedimenta quæcumque per dd. Capitulum, & Canonicos, de & super præmissis illatas, præstas, & factas fuisse, & esse illicitas, indebitas, & injustas, temerariasque, & de facto factas, eaque facere dictis Capitulo, & Canonicis minime licuisse, & licere. Propterea d. Joannem Bernardinum ab impetitis absolvendum, & liberandum fore, & esse, prout absolvimus, & liberamus, dictisque Capitulo, & Canonicis perpetuum silentium imponendum fore, & esse, prout imponimus, illosque ad restitutionem omnium, & singulorum prædictorum emolumentorum perceptorum à die motæ litis, ac in futurum percipiendorum usque ad actualem præsentium partitionem condemnandos fore, & esse, prout condemnamus, & mandatum desuper necessarium, & opportunum relaxamus. Victosque Victori in expensis condemnamus, quarum taxationem nobis vel cui de jure reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus, & definitivè sententiamus, isto non solum, sed & omni, &c.

Ita pronunciavi Ego Palutius Palutius Albertonius Auditor, Tenore præsentium.

Mandatur Reverendis Capitulo, & Canonicis Sancti Angeli in foro Piscium, & aliis, ad quos spectatur, quatenus statim visis, &c. sub mille ducentorum auri Reverendæ Cameræ Apostolicæ applican. & pro illis mandari exequi, & in juris subsidium excommunicationis, aliisque &c. pœnis debeant, & quilibet eorum adamussim & inviolabiliter observasse, illique, & illis in omnibus, & per omnia paruisse, & obedivisse, debitaque executioni demandasse, suosque plenarios effectus fortiri fecisse, & pro effectu portionis hujusmodi, & in executiones præiunctæ sententiæ, & juxta illius formam quidquid per d. RR. DD. Canonicos de emolumentis in præfata sententia enunciatis à die motæ litis

perceptum fuerit d. Domino Joanni Bernardino instantè restituisse, & restitui fecisse. Necnon mandatur Baroncellis, exequutoribus, & subexequutoribus, cæterisque Iustitiæ Ministris, ut sub pœnis, & centuris antedictis cogant, & compellant eosdem RR. Canonicos ad rescindend. d. D. Instanti scuta undecim sine præjudicio aliarum expensarum in ejusmodi causa factarum pro expensis præsentis mandari omnium, & singulorum bonorum dd. Canonicorum ablacione, &c. Quæ sic ablata &c. deponantur, &c. ad effectum, &c. & insuper inhibetur eisdem RR. Capitulo, & Canonicis, omnibusque aliis, & singulis in executione præsentium nominans, & cognominans ne sub jam dictis pœnis audeant d. R.D. Joannem Bernardinum instantem contra formam d. sententiæ molestare, vexare, & perturbare, seu emolumenta in eadem sententia enunciata percipere quovis prætextu &c. absolucionem, &c. Quoniam stante præfata sententia servatis servandis, ac eisdem Canonicis citatis, & relatis lata, & alias, prout in actis Rev. Dom. ita mandavit hæc die 20. Martii 1662. Olimpiades Petruccius Notarius, & ostendatur per tres dies.

P. Palutius Albertonius Auditor ante domi dimissa D. Assensio copis.

Loco ✱ Sigilli.

Decretum ad favorem Vicarii perpetui Sancti Joannis Lateranen. emanatum à san. mem. Alexandro VII. de anno 1639.

Quo cura animarum per viros idoneos, & probatos accuratius exerceatur, ac ejusdem onera facilius supportentur Sanctissimus Dominus Noster declarat. & decernit emolumenta quæcumque Parochialia, & incerta tam funerum Parochianorum, quam exterorum, qui ad Basilicam Lateranensem pro Ecclesiastica sepultura, aut alias tumulandi fuerint, spectare ad ipsum Vicarium curam animarum pro tempore exercentem juxta Constitutionem Pii Quinti, & decretum visitationis Urbis Octavi 28. Septembris 1630. & 31. Martii 1639. exclusis Capitulo, & Canonicis ab omni præfata participatione præmissorum, &c.

Ita reperitur in libro Visitationis Apostolicæ Basilicæ Lateranensis existens in Secretaria Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ. In quorum fidem, &c. Romæ hac die 25. Octobris 1687.

Loco ✱ Sigilli.

B. Panciaticus Secretarius.

Die Lunæ 23. Septembris 1630. coram Eminentiss. & Reverendiss. DD. Cardinalibus S. Onuphrii Ginetto, & DD. Vicegerens Episcopus Tigrinus Tornielus, Patres Capuccini, & Commissarius pro Vicario perpetuo Sacrosanctæ Basilicæ Lateranensis, contra Capitulo, & Canonicos Vicario deberi omnia, & singula emolumenta, & obventiones, quæ ratione exercitii curæ, & administrationis Sacramentorum, & officiorum funeralium &c. etiam accedentium extra Parochiam, quæ ipsa die humationis cadaverum celebrantur. Anniversaria verò ad Basilicam pertinere, ostendatur decretum etiam sub pœna suspensionis, & alias &c.

Aliud adest sub die 31. Martii 1639. incipiens parito decreto, &c.

In causa Romana funeralium inter Capitulo, & Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Quinici, & Iulitæ ex una, & Iosephum Guarnerium ipsius Vicarium ex altera. Proponente Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali Colloredo. Sacra Congregatio Visitationis Apostolicæ habita die 23. Novembris 1690. examinatis juribus hinc inde deductis, rescripsit. Emolumenta præ jure sepeliendi, & pro subterranis in sepulturis communibus spectare ad Vicarium, exclusis Capitulo, & Canonicis à participatione ipsorum, in quorum, &c.

Responsum

Responsum D. Advocati Octavii de Iandis in causa Romana Præatici. Pro admodum R.D. Dominico Sabatino Vicario perpetuo, seu Parocho insignis Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Nicolai in Carcere contra Judæos detinentes Domos Ghetti parvi ad Portam Leonam. Vbi agitur.

De Præatico à Judæis præstando Ecclesiæ Parochialibus, intra quarum fines domos habitant, vel detinent, aliàs à Christianis habitari solitas, seu de refectione damnorum, & interesse, quæ dictæ Ecclesiæ pariuntur in deficientibus oblationibus, & emolumentis Christianorum debita ex justitia naturali, dispositione Sacrorum Canonum, & Conciliorum, communi opinione Doctorum, consuetudine Urbis, & decretis Apostolicis.

Rejicitur contraria opinio Ricciulli de iure personarum. extra Eccles. Grem. existens. lib. 2. cap. 9. & Card. de Luca de Paroch. disc. 29. & utrumque eorum fundamentum ex auctoritate, & ratiocinio deductum.

Datur vera intelligentia, & concordantia utriusque textui in cap. nimis prava penult. de excess. Pralat. & in cap. quanto 18. de usuris.

Et demum probatur competere manutentionem Ecclesiæ in quasi possessione exigendi tale Præaticum, tametsi à multo tempore exactio intermissa fuerit.

Romana Præatici.

Facti species.

Ob impia scelera à Judæis sparsim tunc per Urbem habitantibus patrata, sanct. mem. Paulus Quartus, & Beatus Pius Summi Pontifices, decreverunt inter alia providè sancita illos certo in loco recludere, ut qui aliàs abusi fuerant christiana pietate, eos in testimonium fidei, & conversionis incitamentum, tolerante, dignosceret operis effectus, quamdiù in suo errore perseverarent, ex hac custodia habitationis, & carcere nocturno propriam servitorem, seu verius dispersionem, quemadmodum præfati Pontifices exprimitur in Constitutionibus desuper editis, quæ sunt ex Ordine Bullarii tertiæ Pauli Quarti, & septimæ Beati Pii: Adeoque de facto intra ambitum utriusque Septi, seu Ghetti, alterius, videlicet Magni nuncupati ab antiquo foro per flumen ad Pontem quatuor Caputum, & alterius Parvi ad Portam Leonam, occlusi fuerunt propè eorum clausuram, jam olim à Romanis, & ab ipso Augusto isdem ferè de causis Transyberim inter vilissimas artes designatam, ex qua (ut ad præfens) sulfurata per Urbem venditanda ramenta, eaque ruptis vitris commurando, Vicium unice quaritabant, ut ex illis Martialis carminibus lib. 1. epigramm. 42.

Hos quod Transyberinus ambulator,

Quis pallentia sulfurata fractis

Permutat vitreis.

ibi passim colligunt Interpretes, & signanter Ramirez de Prado, & Antiquarii, de quibus videndi Card. Baron. tom. 1. Annal. in apparat. pag. mibi 18. Severan. de sept. Eccles. Urb. de regione Transyberim pagin. 300. Nardin. in Roma antiqua lib. 7. cap. 11. Martinell. in Rom. Sac. pag. 163. Gaspar. Alver. in Roma in omni stat. par. 1. pag. 162. & par. 2. pag. 403.

Cùm autem ex recessu Christianorum è domibus utriusque Ghetti Judæis assignati, quamplurima damna, & præjudicia passæ fuerint circumstantes Ecclesiæ Parochiales Sancti Angeli in foro Piscium, Sancti Nicolai in Carcere, Sanctæ Mariæ de Planctu, Sanctæ Mariæ in Monticellis, Sancti Thomæ de Cincis, & Sancti Gregorii ad Pontem, quatuor Caputum, in deficientibus oblationibus, & emolumentis Parochialibus, quæ Christiani ibidem degentes intra fines cujusque Parochiæ sitis Ecclesiis præstabant de vivariis, & mortuariis, ceperunt usque tunc ad formam juris, & forsan consuetudinis aliarum Parochialium pro quadam compensatione, seu istotum damnorum refectione, undique justa

& aqua, exigere certam semestrialem præstationem in pecunia sub nomine Præatici per ipsos Judæos soluta in Capita, vel in familias, quæ subindè iteratis etiam transactionibus antiquis, & recentibus cum nonnullis prædictarum Ecclesiarum Parochiis à Judæis approbata extitit, & ulterius comprobata fuit à Summis Pontificibus Urbano Octavo, & Innocentio Decimo, qui talem præstationem, & Præaticum, pro rata tamen domorum Parochiæ assignarunt, & pluries ipsa Sacra Congregatio visitationis Apostolicæ super hoc Præatico rescripsit, signanter de anno 1660. mandando in ejus solutione servati solitum, illudque propterea canonizando tum in genere, tum in specie, & in utraque præstatione per capita, seu per familias, prout constat ex ipsis Instrumentis, litteris apostolicis, & decretis in forma authentica exhibitibus, relatis in fine.

Insignis Collegiata, & Parochialis Ecclesia Sancti Nicolai in Carcere ex Ghetto parvo ad Portam Leonam intra suæ Parochiæ fines constituto, Domibusque in eo sitis Judæis illas detinentibus ab antiquissimo tempore Præaticum exigere consuevit, non tamen per capita, sed per Domos, & familias in præstatione semestrali antiquorum honorum sex pro quolibet, idque justificat præsertim à principio cadentis sæculi ex antiquis libris introituum Ecclesiæ à Parochiis pro tempore descriptis, ubi accuratim apparent adnotatæ solutiones à Judæis factæ, semperque continuatæ usque ad annum dumtaxat 1677. quo tempore Parochus de ea cura provisos, diversis laceratis infortunis passus fuit exercitii privationem, Cura sub Oeconomo sequestrata, ad quam nuper assumptus admodum Reverendus Dominus Dominus Sabatinus in tutandis, exquirendisque juribus suæ Ecclesiæ diligentissimus, post alias causas feliciter peracta, vel concordata, ad restaurandum quoque hoc intermissum Præaticum se convertens, judicalem instantiam contra Judæos illud solvere renuentes, instruxit coram Eminentissimo Urbis Vicario pro manutentione Ecclesiæ in quasi possessione exigendi, & pro sententia declaratoria in meritis; Ast oppositis Judæis quoad merita Præaticum omni iure indebitum definiti à Ricciullo de iur. person. ex tragrem. Eccles. existens. lib. 2. cap. 9. & Cardin. de Luca de Parochiis disc. 29. Et manutentionem ex intermissa ultra decennium exactione, & amissa, propterea etiam civili possessione nullatenus competere ex tradit post de manutent. observat. 58. à n. 1. qualivivit à me in per præmissis ex pura veritate.

RESPONSUM

An controversum Præaticum debeatur, & an competat Ecclesiis manutentio.

Supradeductis itaque stantibus materia hac satis peregrina, & exemplari, accuratè pensata in utroque puncto ad favorem Ecclesiæ contra Judæos de jure verius existimo respondendum.

Respectu namque primi super meritis, & petitorio, moveor ex eo, quod domi Judæi habitant, vel detinent Domos, in quibus olim Christiani habitabant, neque amplius habitare possunt, sicuti æquum non est, quod propter illos Ecclesiæ Parochiales damnificentur, & præjudicentur in iis oblationibus, proventibus, & emolumentis Parochialibus, quæ Christiani habitantes præstabant, & præstarent, ita rigor ipse justitiæ naturalis suadet, quod isdem Judæi teneantur restituere, & compensare hujusmodi damna, & præjudicia Ecclesiis per eorum habitationem illata, quæ in urbe sub nomine Præatici ab eis præfati solet, ut sic Parochiales Ecclesiæ conserventur indemnes; neque propter Judæos valeant suis juribus fraudari, quemadmodum definit Innocentius Tertius in Concilio Lateranensi, de quo in cap. Quanto 18. §. final. de usur. ibi: *Judæos decernimus compel-*

compellendos ad satisfaciendum Ecclesiis pro Decimis, & oblationibus debitis, quas à Christianis de domibus, & possessionibus aliis percipere consueverunt, antequam ad Iudæos quocumque titulo devenissent. Et addit Pontifex rationem iustitiæ, & æquitatis nixam, ut sic nempe Ecclesiis conserventur indemnes.

Idem prius sanciverat Alexander Tertius in cap. de terris 16. de decim. ubi expressè mandando, quod Iudæi solvant decimas prædiales, subnectit generalem rationem, ne foris occasione Iudæorum Ecclesia valeant suo jure fraudari.

Concordat Gregorius Nonus cap. penult. de excess. Pralat. vetans Ecclesiis compensationem damnorum, quæ eis inferunt Religiosi domos habitantes, sicuti exigunt de Iudæorum domibus.

Præceteris autem hæc damnorum resectio stabilita habetur ex Concilio Viennensi sub Clemente IV. relato inter Concilia generalia tom. 7. pag. 870. col. 1. in fin. cuius hæc sunt antea verba: *Iudæi Sacerdoti Parochiali, infra cuius Parochia terminos manserint pro eo quod loca, in quibus Christiani habitare deberent, occupant juxta quantitatem damni, quod ei ex hoc inferunt, ad arbitrium Diocesani loci, omni proventus, quos à Christianis, si ibidem manerent, Sacerdos perciperet, refundere compellantur: Decimas etiam prædiales cum omni integritate persolvant, & notat in Epitome Conciliorum Gregor. de Rives verb. Iudæi de Concil. Vienn. nu. 17. cui eadem verba refert ad unguem, & Bzov. *Annal. Eccles. tom. 13. ad annum 1297. n. 20.**

Hanc Sacrorum Canonum dispositionem explicando comprobant Glossæ literales in d. cap. Quanto in figuracione casus in fine, vers. & sic nota, & verbo devenissent de usur. d. cap. penult. de excess. Pralat. verb. domibus, & in cap. 1. 26. verb. prætextu vers. & Iudæi de decimis.

Et juxta prædicta ex Sacris Canonibus, Conciliis, & Glossis deducta invaluit sententia communis, quod Iudæi habitantes, & detinentes Christianorum domos teneantur rescire Ecclesiis Parochialibus damna, quæ in deficientibus oblationibus, & proventus à Christianis præstari solitis inferunt, de qua Anan. in d. cap. Quanto de usuris num. 3. Butt. num. 7. Boich. num. 1. Abb. numer. 4. Hostien. n. 6. Zabarell. num. 2. Anchar. num. 7. & 8. Ioan. Andr. n. 1. Barbof. num. 1. Gonzalez verb. oblationes, & in d. cap. de terris de decim. Butt. num. 2. Boich. n. 1. Abbas num. 5. & 6. Anchar. nu. 1. Io. Andr. nu. 1. Barbof. numer. 1. Lap. alleg. 62. n. 2. vers. nec prodest dicere, ibique Mandos. lit. N. Oldrad. conf. 91. per tot. Mantua. conf. 188. numer. 3. Bellencin. de charitat. subsid. q. 67. num. 1. & seqq. Piryng. in method. jur. canon. lib. 3. tit. 30. sect. 1. numer. 36. Nicol. instr. canon. tom. 2. lib. 3. tit. 30. num. 5. in fine, Rebuff. de decim. qu. 5. numer. 11. Bonac. de præcept. Ecclesie tom. 2. qu. 5. punct. 3. num. 6. AZOR. insti. moral. p. 1. lib. 7. cap. 35. qu. 3. Barbof. de Paroch. pag. 3. cap. 28. §. 3. & de jur. Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 3. numer. 3. & 4. Paulut in juris prud. Sac. lib. 6. tract. 10. cap. 3. sub num. 8. & latissimè in puncto Prætatici Urbis à Iudæis debiti Ecclesiis Parochialibus Pignatell. consult. 70. tom. 5. & antea consult. 177. num. 64. tom. 1.

Quod si contrarium teneretur, seu practiceretur undique absque injuria Ecclesiarum, & valde aperta Iniquitas contra ipsam jura, & emolumenta, quandoquidem non solum adversus omnia principia naturalia, & Ecclesiastica propter perfidos Iudæos Parochialium Ecclesiarum conditio evaderet deterior, quod dictum abominabile prorsus est: sed imò possent in propriis proventus, juribus, & jurisdictionibus ad nihilum quandoque reduci eo possibili casu, quo omnes Parochiæ domus à Iudæis detinerentur; Tunc enim Ecclesiæ remaneret privatae suis juribus Parochialibus, & omnibus emolumentis, in quibus si per Iudæos damna emergunt, merito de rigore iustitiæ distributivæ, & ipsius naturalis æquitatis, ut dictum est, ne uni per alterum iniqua eveniat conditio leg. *Scia cum concord. ff. ad Valerian. refi-*

cienda sunt per eos, qui illa causarunt debita compensatione, & refectione à sacris Canonibus, & Conciliis sancita, & communi omnium Doctorum sententia comprobata, veluti ratiocinantur supra relati auctores, & præsertim Io. Andreas, Abbas, & Hostien. in cit. cap. Quinto 16. de usur.

Accedit præfatis ipsa Urbis, Curiaque consuetudo; nedum universalis antiquissima respectu Iudæorum Gheriti magni, qui Prætaticum à vetustissimo tempore consueverunt præstare, & solvere Parochis Sancti Angeli in foro Piscium, Sanctæ Mariæ in Monticellis, Sancti Gregorii ad Pontem quatuor Capitem, & aliis supra relatis, approbata pluries mediatis iteratis transactionibus ab ipsis Iudæis celebratis cum aliquibus ex dictis Parochis super quantitate, & modo solvendi, præsertim de anno 1604. 1614. & 1643. canonizata in Tribunali Eminentissimi Vicarii per decreta interposita à R. P. D. Vicegerente, imò ab ipsis Pontificibus, Urbano Octavo, & Innocentio Decimo, qui specialibus litteris Apostolicis in forma Brevis hujusmodi Prætaticum pro Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Monticellis confirmarunt, de quibus exhibentur documenta authentica, & testatur Pignatell. cit. consult. 70. à num. 4. tom. 5. & antea consult. 177. n. 64. in fin. tom. 1.

Sed quæ fortius urget, concurrunt ulterius individua consuetudo, etiam antiquissima respectu Prætatici præcisè debiti à Iudæis ex domibus hujus Gheriti parvi ad Portam Leonam, & soluti nostræ Venerabili Ecclesiæ Parochiali Sancti Nicolai in Carcere, ejusque Parochis, dum constat à libris Ecclesiæ, & Testibus, quod ab initio præsertim hujus seculi usque ad annum 1677. illud fuit continuè præstitum, & solutum à Iudæis ibidem degentibus, vel domos detinentibus, quæ consuetudo universalis, & specialis in hac materia potissimè spectanda, totum operatur, juxta Text. in d. cap. Quanto, ibi, consueverunt. De usur. & bene Abb. num. 4. ibid. Boich. in d. cap. de Terris de dec. Pignatell. alleg. consult. 177. nu. 64. in fin. tom. 1. & consultat. 70. nu. 4. & 5. tom. 5. Et generaliter in terminis Decimarum Rota coram Coccin. decis. 1609. num. 1. & decis. 1776. num. 7.

Demum habentur etiam plures resolutiones Sacræ Congregationis Visitationis, quibus hujusmodi Prætaticum approbatum fuit, quoties in controversiam deduci contigit, mandando deserviti capta Hebræorum, & juxta ea quandoque solvi, & postmodum objicientibus Hebræis solutionis usum aliquando per familias, decernendo de anno 1660. servari solum, ita canonizato Prætatico in genere, & in specie pro numero personarum, seu familiarum ex usu, & solito: Et conformes hujusmodi declarationibus Sacræ Congregationis ponderandæ sunt laudatæ litteræ Apostolicæ in forma Brevis, quibus Pontifices Prætaticum hoc comprobarunt, anne illius iustitia vindicata remanet ab omni dubietate & manifestè in eo confirmata iustitia, & æquitas naturalis, ac dispositio utriusque juris scripti, nempe in Sacris Canonibus, & Conciliis, & non scripti in antiqua, & inveterata consuetudine, & decretis Sacræ Congregationis, ac Pontificiis litteris, quæ omnia expendantur à Pignatello sæpè allegata consult. 70. num. 5. & 6. tom. 5.

Nullatenus refragantibus Ricciullo de jur. person. extr. grem. Eccles. ex lib. 2. cap. 9. præsertim sub num. 3. & eo citato Card. de Luca de Parocho disc. 29. qui tueri conantur opinionem contrariam, Iudæos videlicet, non teneri ad controversum Prætaticum, seu indemnitate Ecclesiis pro damnis, & præjudiciis emolumentorum, & proventus, quæ patiuntur ex eorum habitatione in domibus intra fines Parochiæ existentibus à Christianis habitari solitis, & prædicta emolumenta præstantibus.

Istorum namque Doctorum opinio ex prædictis apparet apertè repugnans ipsi Iustitiæ, & æquitati naturali, & de directo contraria dispositioni Sacrorum Canonum, & Conciliorum, communique sententiæ omnium Canonistarum & Doctorum, qui intrepidè, & absque ulla hæsitacione

ratione ad tenorem illorum, firmant Iudæos teneri ad hanc indemnitate, & compensationem, ut illicè demonstratur, Nam in dicto cap. Quanto de usur. Innoc. III. ait: *Super decimis, & oblationibus Sc. Ut sic Ecclesia conserventur indemnes, & ibi Gloss. in figuracione casus ibi: Ut Ecclesia conserventur indemnes, Alexander III. in cap. de terris ibi: Ne forte occasione illa Ecclesia valeant suo jure fraudari, & gloss. in figuracione casus.*

Præceteris verò clarius Concilium Viennense in verbis supra relatis eorum apertam, & litteralem expressionem hic iterum repeti meretur: *Iudæi Sc. pro eo, quod loca, in quibus Christiani habitare deberent, occupant juxta quantitatem damni, quod ex hoc inferunt, omnes proventus, quos Christiani, si ibidem manerent, Sacerdos perciperet, refundere compellantur:* Quæ verba clarissima sunt, ut explicat etiam Gregorius de Rives; ulterius mandando, quod decimas, etiam prædiales cum omni integritate Iudæi persolvant.

Sequuntur Canonistæ, & D. D. communiter, & ex eis Hostien. in d. cap. Quanto num. 6. ibi: *Si Iudæus acquirat domum, estimari debet quantum à Parochiano, Sc. & in tantum obligatur, addens materiam esse favorabilem pro Ecclesia, Rursus in cap. de terris num. 1. ibi: Et est ratio ut in cap. Quanto, nempe ut Ecclesia conserventur indemnes.*

Ioan. Andr. in eodem cap. Quanto num. 4. ibi: *Habeatur estimatio proventus, qui pervenire solebant Ecclesie, & ad illud tenentur Iudæi Ecclesiis Parochialibus. Pone enim, quod Iudæi domos omnes unius Parochie emerent, vel majorem partem habitarent, certè sunt subveniendum Ecclesiis Parochialibus, cum ex hac causa subtrahatur Sc. Et restatur ita observari per Arelatensem, & alios Episcopos, & rursus in cap. de terris ibi: *solventur estimationem ejus, quod perceptura erat Ecclesie à Catholico Parochiano, quia ut in c. Quanto in fine de usur. ne forte videlicet occasione illa Ecclesia valeant suo jure fraudari.**

Anan. d. cap. Quanto num. 5. ubi: *Habeatur estimatio proventus Sc. Et ad illam tenentur Iudæi Ecclesiæ Parochiali.*

Butt. in cap. Quanto nu. 7. ibi: *Ecclesie decimis, & oblationibus ledentur ex habitatione Iudæorum, ideo in hoc habent remedium contra Iudæos.*

Rursus in cap. De terris num. 2. ibi: *Quod haberet Ecclesia Sc. stantibus Christianis ad illud damnum resarcendum tenentur.*

Anchar. in cap. Quanto num. 7. patenter loquitur de refectione damni, & in cap. De terris num. 1. ibi: *Ex habitatione Iudæi non debet Ecclesia damnum pati, dicemus quod Iudæus teneatur ad illud.*

Abb. in cap. Quanto sub num. 4. ibi: *Ne per defectum Christianorum inde Ecclesia patiatur detrimentum, nam posset sequi, quod Iudæi emerent ferè totam Parochiam, & sic defraudarentur jura Parochialia, & id absque dubio firmat, si adit consuetudo, & clarius in cap. de terris ibi: *Iudæus Ecclesia obligatur ratione satisfactionis damni, & interesse, quod sustinet ex eo, quod habitat in domo Christiani.**

Zabarell. in cap. de terris ibi: *non solvant decimas, sed estimationem ejus, quod perceptura erat Ecclesia à Catholicis Parochianis, & rursus in cap. Quanto num. 2. ibi: *Providet Concilium, ut Iudæi teneantur ad oblationes, quæ solebat Ecclesia percipere, & est ratio, ne Ecclesia fraudentur.**

Barbof. in d. cap. quanto num. 1. in cap. de Terris nu. 2. de Parocho par. 3. cap. 28. num. 3. & 4. & de jur. Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 3. num. 3. & 4. egregiè tuetur, Iudæos teneri Ecclesiis Parochialibus ad compensationem damnorum, & Interesse, quæ patiuntur in proventus, oblationibus, ac cæteris emolumentis Parochialibus debitis per Christianos, qui habitarent domos, quas Hebræi detinent, & propter istos deficientibus, cum æquum, & justum non sit, in eis per Hebræos Ecclesias fraudari.

Gonzalez in cit. cap. Quanto, verbo oblationibus pati-

ter ait, Ecclesias consequi debere indemnitate pro oblationibus sibi debitis.

Oldrad. conf. 91. in terminis Infidelium firmat etiam esse Ecclesiæ Parochiali debitam compensationem.

Bellencin. de charitat. subsid. qu. 67. ibi: *ne Ecclesia per possessionem eorum sit deterioris conditionis.*

Lap. alleg. 92. & ibi Adden. lit. N. ibi: *lederetur Parochia, si non posset agere contra Iudæos, & rursus quoad rationem ne Ecclesia ledatur.*

Piryng. in method. jur. can. lib. 3. tit. 30. sect. 1. n. 5. in fine. Confirmat hanc compensationem damni per Gloss. in c. Tua nobis de Dec.

Rebuff. de Decim. q. 5. num. 11. patenter disertè ait saltem tenebuntur Iudæus, & infidelis solvere estimationem illius decimæ personalis, & oblationum, quæ habuisset Ecclesia à bono Christiano, qui in illa domo, in qua Iudæus habitat resedisset, si Iudæus abfuisset.

Idemque docent AZOR. Insti. moral. p. 1. lib. 7. cap. 35. qu. 3. Bonaccin. de præcept. Eccles. q. 5. punct. 3. num. 6. Sor. lib. 9. de justit. & jur. quæst. 4. art. 4. col. 3. Abulen. in cap. 23. Matthiam quæst. 195. reddentes rationem, quos non debent Ecclesiæ Parochiales per Iudæorum habitationem damnificari.

Et demum latè hanc sententiam tuetur Pignatell. consult. 70. per tot. tom. 5. præcisè comprobans deberi à Iudæis in Urbe Prætaticum in compensationem damnorum, & interesse, quibus habitando domos Christianorum Ecclesiis afficiunt, & antea hoc ipsum firmaverat, consultat. 177. n. 9. tom. 1.

Uiget præterea contra utrumque auctorem consuetudo Urbis supra relata, quam consuetudinem idem Cardinalis de Luca scribens pro Iudæis admittit, adeoque dum hæc opinio ipsorum manifestè advertatur dispositioni juris naturalis, Canonici, & Ecclesiastici, & communis sententiæ omnium Doctorum consuetudini antiquissimæ in Urbe vigenti, decretis Sacræ Congregationis, & Constitutionibus Papalibus Prætaticum comprobantibus merito, uti funditus falsa, & absque abolenda, & rejicienda est, ex traditis per Rot. coram Dunozett. lun. decis. 449. num. 59. & his rejectis advertit Pignatell. d. consult. 70. à num. 4. tom. 5.

Ad est. etiam autem quod magis, magisque insubsistentia hujus opinionis appareat, ostendam, etiam funditus varias, nulliusque roboris gemina illa fundamenta, quibus innixi eam defendunt Ricciull. & Card. de Luca auctoritate, & ratiocinio: Allegant enim pro capitali auctoritate Textum in d. cap. penult. de excess. Pralat. ex illis verbis: *nec non de habitaculis fratrum, sicuti de Iudæorum domibus, contendant redditus extorquere, Educere exinde conantes propter illa verba: Redditi extorquere, quod indebita sit compensatio damnorum à Iudæis præstanda, sicuti indebita definitur compensatio damnorum de habitaculis fratrum. Verum hæc illatio, seu interpretatio, toto inspecto tenore, & ponderato casu Canonis, illicè detegitur contraria & repugnans germanæ illius dispositioni, & intelligentiæ ejus, quippe casus talis erat, ut glossa ibidem explicat. Præterdebent Prælati, & inter alia Parochi Religiosos eorum jurisdictioni subesse, nec non exigere ab eisdem decimas, & compensationem damnorum, quæ Religiosi acquirendo domos à secularibus habitari solitas, Ecclesiis in eisdem decimis, oblationibus, & proventus inferebant, adducendo similem compensationem, quam Ecclesiæ exigunt à Iudæis pro domibus ab eisdem detentis: Iste erat casus, super quo Pontifex respondens, æquum non putavit, Religiosos subjicere Prælati, & Parochis secularibus, minuique eos decimas ex hortis, quæ colunt propriis manibus, & aliquam compensationem dictorum damnorum præstare de habitaculis fratrum, sicut Hebræi præstavit, adeoque definiendo rescripsit, Prælatos, & Parochos de Hortorum fructibus decimas, & de habitaculis fratrum redditus nullatenus posse extorquere, sicut de domibus Hebræorum, ut clarè colligitur ex Textu, cuius omni-*

omissis ad rem non facientibus, sequentia sunt verba præcisa.

Nimis prava Sc. cum quidam viri Religiosi Sc. in arctissima paupertate Christo pauperi famulencur, plerique Prælati, & alii eos ad Synodos suas cognur accedere, ac iuss Constitutionibus subjacere Sc.

Ab eis etiam de hortorum fructibus decimas, nec non de habitaculis fratrum, sicuti de Iudæorum domibus, conuendunt redditus extorquere, asserendo quod nisi fratres morarentur, ibidem ab aliis habitatoribus proventus aliqui soluerentur. Quocirca mandamus, quatenus universi, & singuli à præfatis gravaminibus desistatis, subditos vestros ab huiusmodi arctius compescendo.

Ex hoc Textu patet, quod illa verba: *Sicuti de domibus Hebræorum*, intra parenthesis inclusa, non præbent sensum, neque patiuntur interpretationem superius oppositam, sed potius evidenter comprobant nostram sententiam, quod scilicet Parochi de habitaculis fratrum non possunt exigere compensationem damnorum, sicuti exigunt à Iudæis, cum illa verba: *Sicuti de Iudæorum domibus*, stent aduersativè, & suppositivè ad exemplum, non verò dispositivè, ut Iudæi nec ipsi solvant, ita enim expressè declarat Gloss. ipsa *vers. domibus*, ibi: *Iudæi enim de domibus solvant, & alia glossella marginalis, ibi: Iudæi tenentur.* Hoc idem tradit in eodem cap. *penultimo*, Hostiensis. nu. 5. *ver. Iudæorum domibus*, ibi: *Quia in solis Iudæis speciale est.*

Io. Andr. *ibidem* ex sententia Innocentii ad verit, esse iure speciali sancitum Iudæis, ut solvant Parochialibus Ecclesiis damnorum compensationem propter eorum habitacula, quam noluit Pontifex injungere fratribus ob eorum paupertatem, & institutum, reuocans in hoc exemplum, & similitudinem de Iudæis.

Boich. in *cap. de terris n. 2. in fin. de decimis*, ait: *Iudæus, ad quem domus pervenit, tacite obligatur, ut infra de excess. Prælat. cap. nimis prava, & in c. Quanto allegat istos Text. ut concordantes, prout facit Io. Andr. in cap. Quanto n. 2. vers. Consequenter.* Concordans eodem cap. *nimis prava de excess. Prælat.*

Egregiè Lap. *allegat. 92. per tot.* plenissimè ostendens, iure quoque speciali sancitum esse in Iudæis hanc compensationem, & denegatam in fratribus, adducens pariter uti concordantem Textum in *cap. penult. de excess. Prælat.* cum aliis supracitatis Canonibus in *c. Quanto n. 18. de usur. cap. de terris 16. & cap. Tua nobis de decim.*

Huiusque intelligentiæ veritas comprobatur ex tenore ejusdem *cap. Quanto de usur.* ubi tam pro prædiis reales decimas, quam specialiter pro domibus compensationem damnorum sancitam habemus, ea naturali iustitia, & æquitate, ne valeant Ecclesiæ de suis iuribus fraudari, cuius Textus dispositio cum clara sit, & ita communiter interpretetur ab omnibus Canonibus, & DD. evidenter quoque ostendit germanam intelligentiam, *cap. penult. de excess. Prælat.* in contrarium allegati. Cum aliis isti Canones essent de directo contrarii, quod nemo dixit, imò omnes interpretes eosdem tanquam concordantes allegarunt, sicuti ponderat Pignarelli, citata *consult. 70. num. 4.* Et desuper autem cessat omnis hæsitatio, attentò Concilio Viennensi, nullam controversiam admittente, quod uti posterius prædicto *cap. penult. de excess. Prælat.* cum latum fuerit à Gregorio Nono anno 1377. & Concilio Viennense habitum anno 1367. sub Clemente IV. materiam in claris educit. Advertendo insuper esse prorsus inverisimile, quod si vigore *d. cap. penult. de excess. Prælat.* denegata fuisset Ecclesiis Parochialibus compensatio damnorum ex Iudæorum habitationibus, illam concessisset Concilium Viennense; quapropter à primo ad ultimum pater huiusmodi canonem non solum non adversari nostræ sententiæ, ut malè opinantur Ricciulli, & Card. de Luca; sed imò literaliter, & expressè illam probare, & confirmare, prout docent tot classici DD. supra relati.

Asserere autem ut facit Card. de Luca *d. dis. 29.* quod

Textus in *cap. Quanto num. 18. de usur.* loquatur solum de decimis prædialibus, & realibus, patiter est contra litteram illius: Etenim de decimis prædialibus præcedenter jam dispositum erat ab Alexandro III. in *cap. De terris 16. de decim.* Quare dum Innocentius III. in citato *cap. Quanto* loquitur tam de decimis realibus ex prædiis, quam de oblationibus respectu domorum, superaddendo rationem, ne Ecclesiæ valeant per Iudæos suo iure fraudari, satis apertè constat, quod summus ille Ecclesiæ, & juris Monarcha, non solum repetit dispositionem juris præcedenter firmatam in decimis realibus, sed supplendo id, quod adhuc non erat definitum, mandavit etiam per Iudæos de domibus, & oblationibus Ecclesiis Parochiales non fraudari; Et sic necdum de decimis realibus, sed de cæteris omnibus emolumentis, proventus, & iuribus ex domibus à Christianis habitari solitis eorumque ætimatione ab Hebræis refundenda loqui, & intelligendum hunc Textum, docet Anan. in eodem *c. quanto num. 5. & 6.* ibi: *Habeatur æstimatio proventus* Io. Andr. *num. 3.* in illis verbis: *Habeatur æstimatio proventus, qui pervenire solebant Ecclesiæ.* & Zabarell. in *cap. de terris n. 16. de dec.* pariter ibi: *Æstimationem ejus, quod perceptura erat Ecclesiæ, cap. quanto, & clarius Barbol.* in utroque *cap.* cum aliis supra relatis.

Idem ipsum præter literaliter Text. in *d. cap. quanto;* dum ultra decimas præcisè loquitur de oblationibus ex domibus. quarum oblationum generica, & universali appellatione planum est, comprehendi omnia emolumenta, & proventus, ac præstationes Parochiales, tam de Vivariis, quam de mortuariis, cum omnia Deo offerantur & oblationes verè sint in pretium, & redemptionem peccatorum, ut tradunt DD. in *rubr. de Dec. Gonzal. in cap. 13. n. 3. Malvit. de oblat. 5. & segg. Saccliu. eodem tract. libell. 1. Rebuff. d. Dec. q. 1. n. 17. Monet eodem tract. cap. 2. q. 3. n. 10. Divu. Thom. & Cajetan. 2. 2. q. 86. art. 1. Azor. par. 1. lib. 7. cap. 27. q. 8. Palao tom. 2. tract. 10. p. 17. numerò 8. Leander tom. 3. Moral. de sol. lut. Decim. tract. 6. dis. 10. q. 1. Molcon. de Major. Altit. Eccles. lib. 1. p. 3. cap. 3. Barbol. appell. 171. num. 2. & de jus Ecclesiastico cap. 3. n. 2. Antonell. de Regim. Eccles. lib. 5. cap. 18. num. 3. Amotaz. de caus. piis lib. 5. cap. 12. num. 23. Rot. apud Posth. de manut. decis. 166. num. 3. & 4. & in recent. decis. 391. ejusdem numeris par. 4. tom. 2. Coccin. decis. 150. num. 26. & benè probatur ex Levitico à primo ad 22. ex numeris à 5. ad 29. Montolon. in *promptuario verb. offerre.**

Clarius idem exprimit Concilium Viennense in Canone supra relato distinctè, & separatim, primitusque, ac principaliter disponens, quod Iudæi teneantur, ad æstimationem damnorum, quæ inferunt Ecclesiis, habitando domos à Christianis habitari solitas in oblationibus proventus, & emolumentis eorum causa deficientibus, & secundariò postea transferendo ad decimas reales, & prædiales, addens specificè, quod ad eas, etiam Iudæi teneantur, ut bene ibidem animadvertit Gregorius de Rives, à quo Canone Concilii Viennensis distinctè ita loquente emergit germana interpretatio, & intelligentia alterius Canonis in citato *cap. quanto de usur.* lati ab Innocentio III. in Concilio Lateranensi, ita eosdem ad invicem declarando, & supplendo, ut fieri debet ad Text. in *l. non est novum 26. & l. sed & posteriores 28. ff. de legib. Rot. in recent. decis. 499. num. 24. & 25. p. 18. tom. 2.*

Facilius ex his convit alterum fundamentum in ratiocinio consistens, quod scilicet Iudæi sicuti non tenentur ad decimas personales, quia Sacramenta non recipiunt, & quia huiusmodi decimæ ex proprio questu, & labore olim debita, nec minus hodie quoad ipsosmet Christianos sunt amplius in usu, eodem planè iure non teneantur ad aliquam compensationem damnorum, & interesse pro his emolumentis, quæ Ecclesiæ perciperent à Christianis. Etenim quicquid sit de illa questione: An Iudæi obligentur ad decimas personales, & an eisdem deferendo istarum decimarum quoad Christianos suffragari valeat, in qua verior forsitan opinio de juris rigore militat contra

contra Iudæos ex firmatis per Gloss. in *cap. quanto sub figurat. casus in fine de usur.* Ancar. nu. 7. ibique Hostien. num. 6. Zabarell. num. 2. Io. Andr. Burr. nu. 7. eadem Gloss. in *cap. Decima 16. q. 1.* ibique Tancred. & Io. Abb. in *cap. de terris num. 6. de decim.* ibique Ancaran. num. 1. Boich. num. 1. Bellencin. de *charit. subisd. d. q. 67. num. 1.* ubi quod hæc est communior, & verior opinio, Rebuff. de *decim. q. 5. numer. 11.* Abulen in *cap. 22. Matthæ qu. 195.* Contra quos juris rigor est attendendus *cap. 2. ubi Gloss. penult. & cap. si Iudæis de Iudæis, Berous conf. 28. n. 39. lib. 3. Simon. de Petr. conf. 120. num. 3. Marecott. var. resolut. lib. 2. cap. 125. num. 16. Ricciulli. de jur. personarum extra grem. Eccles. lib. 2. cap. 2. Belmont. decis. 25. numer. 16. Posthum. resolut. 137. num. 50. Mell. allegat. 39. numer. 2. lib. 2. Bonden. collect. 22. num. 5. lib. 2. Card. de Luca de *servitut. dis. 70.**

Attamen strictè ad ratiocinium, illud nihil penitus concludit ad intentum, de quo agitur, quandoquidem tunc vis illius urget, quando Ecclesiæ prætenderent à Iudæis decimas personales, & compensationem earum, ex quo habent intra limites Parochiæ, sed hæc pro nunc non est præsentio Ecclesiarum Parochialium; quæ unice sibi debent Prælatum contendunt pro aliis oblationibus, proventus, & emolumentis in quibus damnificatur Iudæorum causa domos habitantium, & detinentium, solitis aliis præstari de Vivariis, & mortuariis à Christianis habitantibus, circa quæ nihil habet commune objecta ponderatio decimarum personalium; non enim sequitur illatio facta; Non tenentur Iudæi ad decimas personales, quas nec minus Christiani solvant. Ergo neque tenentur ad compensationem aliorum damnorum, quæ Ecclesiis habitando inferunt, pro qua cum assistat Ecclesiis omnis iustitia, æquitas naturalis, & dispositio iuris scripti, & non scripti, perpetuam impugnantem valent ex disparata prolixæ conclusionis decimarum personalium, ut ex dictis patet, & in specie rejecto hoc ratiocinio Cardinalis de Luca, & Ricciulli, benè respondent Pignarelli. *dis. consult. 70. num. 7. & segg.* palam faciens ex ipsi verbis Suárez, à Ricciullo allegatis, hanc compensationem damnorum omni iure debitam esse.

Et extranea hinc quoque convincitur paritas à Ricciullo ex eodem Suárez opposita, quod Ecclesiæ Parochiales valeret etiam compensationem præterdere ab ipsis Christianis nobilibus, & divitibus; eò quod acquirendo domos Mercatorum, & Artificum præjudicant Ecclesiis in decimis personalibus ex questu, & artificio provenientibus.

Siquidem ista paritas cessat in supposito, quia decimæ personales antiquitus ex lege veteri sancitæ non erant, ut latè probat Abulen. in *cap. 23. Matthæ qu. 141.* S. Thomas 2. q. 87. art. 2. ad 1. *Sotus de iustit. & jur. lib. 9. q. 4. art. 2.* Suárez de *Relig. tom. 1. lib. 1. de divino cultu cap. 10. n. 7.* Facundez lib. 1. de quinto præcepti. Eccles. cap. 2. nu. 4. Rafael della Torre in 2. 2. q. 87. art. 3. dis. 5. n. 9. dicens, hanc sententiam esse veram, & communem tam apud Theologos, quam apud Canonistas, Leander. tom. 3. moral. de sol. decim. tract. 6. dis. 1. q. 12. Licet in lege nova debita sint ex præcepto Ecclesiæ, & iure canonico in *cap. non est cap. ex transmissa, & cap. Pastoralis de decim.* Ea particulari ratione, & differentia, quod antiquitus Iudæi habuerant agrorum partitionem, unde decimas solvebant, quod non accidit in Christianis, quorum plures agris carent, adeoque necessum fuit decimas personales impetare in Cleri sustentationem, ultra alias rationes apud Abulen. *d. cap. 23. Matthæ qu. 171.* Raphael della Torre *cit. art. 3. dis. 5. num. 10.* Facundez *d. cap. 2. cit. n. 4.* Leand. *alleg. tract. 6. dis. 3. q. 2.* Hodie tamen in desuetudinem huiusmodi decimæ personales abierunt, & sic quoad eas cessat omne suppositum, ex tradit. per Abbat. in *cap. Cuius sint homines de decim. D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 2. Abulen. in d. cap. 23. Matthæ qu. 147. & 151. Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 35. q. 9. & 35. Suárez d. lib. cap. 31. Facundez lib.*

Tom. X.

1. de 5. præcept. Eccles. cap. 2. v. 1. Valq. in *opusc. tract. de benef. c. 1. dub. 6.* Palao tom. 1. tract. 10. p. 17. 6. Bonaccin. de *præcept. Eccles. præcept. 5. p. 17. 3. num. 5.* Leand. *moral. tom. 3. eodem præcept. 5. tract. 6. dis. 3. quest. 1.* Gall. de *fruct. dis. 39. num. 13.* Card. de Luca de *Paroch. d. dis. 29. sub n. 4.*

Cæterum ad excludendam paritatem, urget illa ponderatio, quam ipse Suárez expendit, quod scilicet Ecclesiæ Parochiales non habent aliquod jus certum, & quæsitum, ut ii, qui intra fines Parochiæ habitent, laborent, & lucrarentur artificio, vel negotiatione, ex quibus decimas præstent, neque ut ii, qui habitant, & exercent illa, semelcepta præsequantur, ut propterea cum hæc omnia artificia, & mercimonia libera sint, & voluntaria Parochianis, & eis invitis minime injungi possint, sicuti à mercatoribus, & artificibus voluntariè ab opere, & mercatura deficientibus, non valent Ecclesiæ aliquam refectionem cessantis decimæ præterdere; Ita neque aliquam compensationem petere, seu exigere possunt à Divitibus, seu nobilibus domos mercatorum deficientium, vel alienantium acquirentibus, quia artificium, seu mercatura consistit in pura libertate, & voluntate, in qua non datur jus certum Ecclesiæ. Ex opposito autem materia procedit respectu Iudæorum, qui acquirendo Domos à Christianis habitari consueta, præjudicant Ecclesiis in iuribus certis, & omnino debitis, ac quæsitis de Vivariis, & mortuariis, ad quæ Christiani habitantes certo, & quæsitio iure Ecclesiæ tenentur, cum non possit Populus non moti, non nasci, & non baptizari, atque non contrahere matrimonia, prout advertit aliis relatis, Cardin. de Luca de *Paroch. dis. 18. numer. 1.* & hæc omnia ex sola causa Iudæorum deficientium, quos ideo naturali ratione, ac dispositione Sacrorum Canonum, consuetudine, & decretis Apostolicis teneri supra ostensum fuit.

Præterea advertendum est, quod habitatio hebræorum non succedit ex locatione brevis temporis cum danno Ecclesiæ temporali, & finituro; sed est perpetuum, & irreparabile, eò quod omnes domus utriusque Gheri parvi, & magni fuerunt ipsis assignatæ in locationem perpetuam privatè in futurum quoad habitationem Christianorum, in quibus ab anno 1555. circiter jam introducti nullam præbent Ecclesiis spem eorum recessus, & redditus Christianorum ad statum antiquum; quo attentò, hæc ipsa damnorum perpetuitas unice in se considerata, valet iustificare exactionem Prælati, quod debuit etiam dici potest in recognitionem undique iustitæ, & æquam dominii, & jurisdictionis Parochialibus, ad quam Iudæos, & Infideles ipsos teneri docent, Marquard. de *Iudæ. cap. 7. num. 6.* Suárez de *Relig. tract. 2. cap. 16. sub nu. 8. lib. 1.* Ad instar Cathedralium, quod debet Episcopis in signum subjectionis pro iure, & honore Cathedralium *cap. Placuit, & cap. Inter cetera 10. q. 3. cap. Cum olim de cons. ibique Ioannes Andr. Gloss. in cap. Conquerente 16. Verbo duos solvendas de offic. ordinari. ibique Fagnan. ex nu. 44. Abb. conf. 7. num. 4. Gemin. conf. 85. num. 6. Leo Theaur. for. Eccles. p. 2. cap. 19. Barbol. de *Episc. alleg. 86. num. 40.* Gratian. *discept. 620. num. 2.* Tondut. *resol. benef. p. 2. cap. 2. num. 5.* Pignarelli. *conf. 284. & segg. tom. 1.* Cardin. de Luca de *jurisd. dis. 38. num. 2.* Rota coram Coccin. *decis. 1274. num. 5. 10. & 11.* Dunozet. *jun. dec. 803. nu. 5. la. me. Alexand. VIII. decis. 179. n. 18. dec. 223. n. 17. & in recent. dec. 304. n. 45. p. 19.**

Sublatis fundamentis contrariæ opinionis faciliò responsione tollitur aliud obiectum à Iudæis in factò deductum, quod scilicet tamen ipsi domos retineant in hoc Ghetto parvo ad Portam Leonam, non tamen ibidem aliquis eorum actualiter inhabitet, sed domos, & loca in eo existentia detineant ad usum mercatorum pro mercibus conservandis, ex quibus ideo ad nihil obligatos esse prætendant.

Etenim constat in factò, quod Prælatum soleat à Iudæis etiam præstari pro domibus, & locis ad usum

Mm

Magazeno

Magazenerum detentis in Ghetto magno, de quo testatur Reverendissimus Parochus Sancti Gregorii ad Pontem quatuor capitum, & observantia ipsa convincit in hoc parvo Ghetto, in quo testes ipsi asserunt à multo tempore Judæos non habitasse, sed detinuisse ibi domos, & loca ad usum Magazenerum & tamen Præaticum semper solvissè usque ad annum 1677. cum quibus Testibus concordant partitæ solutionum extractæ ex libris introituum Parochialium, in quibus numeratim, & individua-liter expressè sunt omnes domus, & loca ipsius parvi Ghetti, & descripti Judæi detentores nominatim cum solutionibus per eos factis, ita ut in facto penitus obiectum corrumpere appareat.

Verùm de jure pariter cessat, advertendo, quod cum antiquitus in his domibus habitaverint Christiani, & postmodum illæ assignatæ fuerint Judæis, qui eas per multum tempus habitaverunt, fat est ad effectum, de quo agitur, quod solitæ fuerint à Christianis habitari, & à Judæis jam habitatæ, hodie eorum arbitrio etiam ad habitandum, vel ad alium usum, & commodum detineantur, nam si Judæi detinendo has domos à Christianis habitari solitas præjudicant Ecclesiis in Proventibus Parochialibus, de plano intrat justitia, & æquitas ipsa naturalis pro refectione damnorum, & interesse, & si hodie non habitent, tum quia ipsi domos Christianorum occupant, & damna inferunt, tum quia per ipsos stat, quin habitent, quemadmodum probat text. in d. cap. Quanto de usur. ibi: quocumque titulo devenissent, & egrègie Concilium Viennense in illis verbis: Pro eo, quod loca, in quibus Christiani habitare deberent, occupant; quod verbum occupant præfert, & denotat tam habitationem, quam omnem aliam detentionem, & usum juxta illud Iudicum 4. Occupant terram eorum, & tradit Præterius verb. occupare ibi: Aliàs est detinere, Alberic. verb. occupant, & alii passim.

Denique respectu quantitatis hujus Præatici omnis quæstio definita est ex resolutione Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ, quæ mandavit in eo servari solitum, quod T. D. Sabbatinus professus intendit ad ratam antiquorum bononensium sex semestralium pro singulis domibus indicto parvo Ghetto existentibus præstitam, & exactam à suis antecessoribus, ut probant Libri Parochiales, cui solito etiam de jure attenditur dignitate temporis inducente validam consuetudinem, standum esse in his terminis, monet Pignatell. d. consult. 70. num. 14. & olim Abb. in cap. Quanto, num. 4. de usur. Rebuff. de dec. q. 13. num. 46. Covarr. lib. 1. var. cap. 17. n. 8.

Transcundo ad alterum punctum manutionis existimo illam Ecclesiæ omnino competere, de cujus quasi possessione exigendi controversum Præaticum, dabitari non potest, juxta vulgatum §. retinenda insinuat. de inter. d. & generaliter in materia proventuum, & Decimarum Parochialium Rota coram Bichio decif. 120. numer. 3. Celf. decif. 52. num. 2. & decif. 57. n. 6. & in puncto Præatici Pignatelli. alleg. consult. 70. à n. 1. lib. 5.

Ista enim quasi possessio abundè probatur ex libris Introituum, & Decimarum Ecclesiæ per antecessores Parochos de more, ac ex officio scriptis, & retentis, in quibus habentur partitæ distinctæ, & punctuales solutionum à Judæis factarum; Libri enim, & Codices Ecclesiæ in summariissimo manutionis, pro quo leviores admittuntur probationes, ex se soli superabundant ad hanc quasi possessionem exigendi probandam, ut firmant in terminis oblationum, proventuum, & decimarum Parochialium Post. de manut. observ. 35. num. 35. vers. exigendi etiam decimas, Thomat. d. decif. 41. num. 8. Rota coram Ninot. decif. 1. numer. 3. Bich. decif. 386. num. 7. in recent. decif. 2. numer. 3. pag. 18. & 15. à num. 6. pag. 19. & generaliter in quacumque alia materia Reusner. cons. 23. num. 58. Turret. cons. 33. n. 8. vol. 1. Marant. resp. 78. n. 1. Genua de script. privat. lib. 5. cap. 5. n. 9. Posth. de manut. observ. 35. num. 34. vers. & quod

Beilich. var. conclus. tom. 1. concl. 36. nu. 18. Quæstada Pilò contror. 36. n. 6. Rub. singul. Rota tom. 1. ad decif. 1. Sacrat. fol. 460. ubi de constanti Sacræ Rotæ sententia, & Rota in recent. decif. 290. num. 4. p. 1. decif. 233. num. 4. pag. 7. & decif. 300. num. 25. p. 12. coram Martin. Andr. decif. 76. num. 1. Vbald. decif. 104. eodem num. Coccin. decif. 628. & Dunozet. Jun. decif. 692. utrobique n. 6. & dec. 989. n. 2.

Rursum probata extat à duobus testibus formiter examinatis, qui conclusivissimè de hac possessione deponunt; Primus enim nepos penultimi Parochi jam defuncti de visu proprio expressè testatur, quod Judæi possidentes domos in parvo Ghetto ad Portam Leonam reclusas: Sono stati sempre soliti pagare il Præatico al Curato della detta Chiesa di San Nicolò in Carcere, è quando sono stati morosi in pagare, ho visto, che li Curati di detta Chiesa gli hanno fatto imbrigliare le porte di detti magazzeni, & altro, è serratogli il detto Portone, che li medesimi per rientrarvi è seguitare le loro Sinagoga, è negotii in detti magazzeni di detto Ghetto, hanno fatto fatto li Curati della Chiesa di San Nicolò in Carcere, è ciò idè in specie per haverlo visto fare da altri, è dal q. Simone Corvini mio zio, Qui Testis quando etiam non adesset probatio librorum neque alia concurrerent de quibus infra, solus, & unicus uti de visu deponens, sufficiens probaret possessionem ad effectum manutionis ex traditis per Posth. de manut. observ. 38. num. 14. Thomat. decif. 216. num. 2. Adde. ad Pamphil. decif. 51. numer. 10. & ad Gregor. decif. 160. num. 3. Rota coram eodem decif. 438. Cavaler. decif. 54. Buratt. decif. 594. in omnibus num. 3. Coccin. decif. 212. num. 4. Peutinger. decif. 15. num. 2. & decif. 233. numer. 1. Dunozet. Jun. decif. 581. numer. 1. ubi de possessione exigendi obventiones, & decimas parochiales in recent. decif. 788. n. 2. dec. 214. sub. n. 3. dec. 511. sub. n. 8. p. 1. & dec. 26. n. 3. p. 13.

Alter Testis est habitator, & vicinus eidem parvo Ghetto cum fenestris suæ domus ibidem respondentibus, & quidem ab antiquissimo tempore qui deponit: Li Signori Don Andrea Pensio Gio. Battista Baglione, è Simone Corvino hanno esatto dalli sudetti hebrei il Præatico per il detto Ghetto, è ciò idè, perche quando non volevano pagare, è checerano morosi nel pagare, li medesimi gli imbrigliavano le porte, & altro di detto Ghetto, è esser ciò publico notorio: subdens ulterius de auditu, præterit à dicto Parocho Simeone, che gli hebrei gli havevano pagato il Præatico. Hic autem Testis non solum ex se plenè probaret, ut dictum est supra de primo, sed eò magis attendi meretur cum appareat etiam contestis super facto sequestri, ut pro inde resultet quasi possessio probatissima ex duobus testibus, & formiter examinatis juxta Textum in cap. in omni negotio 4. & cap. Licet 23. de Testibus, leg. ubi numerus. ff. eodem cum ibi latè notatis.

Et satis esset in hoc summariissimo possessorio pro manutione, quod ex his omnibus resultarent adminicula, adeo ut vel libri adminiculantur à testibus, vel ipsi testes à libris, quibus stantibus manutio in hac materia Parochialium obventionum, & decimarum omninò concedenda foret, Posth. de manut. observ. 35. num. 35. vers. exigendi etiam decimas, Thomat. d. decif. 41. num. 8. Rota coram Bichio decif. 386. n. 7. Ninot. decif. 1. num. 3. in recent. decif. 2. eodem num. p. 18. decif. 47. n. 1. & dec. 152. à n. 6. p. 19.

Neque adversatur unica exceptio in contrarium opposita, quod libri, & Testes loquantur de solutionibus antiquis usque ad solum annum dumtaxat 1677. ideoque cum ab eo tempore ad præsens elapso jam decennio fuerit intermissa exactio, & per consequens amissa omnis possessio, non sit amplius locus manutionis ex possessione civili, quæ ultra decennium non durat juxta doctrinam Posthumi. de manut. observ. 38. num. 1. ut supra in facto obiectum appareat.

Siquidem certi juris est, quod possessio jam quæsitæ Ecclesiæ ab antiquissimo tempore apud eam radicaliter, &

& fundamentaliter manet, qua stante, Rectorum, & Parochorum negligentia in exigendo non valet eidem Ecclesiæ, ejusque possessioni ullatenus præjudicare, & Proterea nomine ipsius Ecclesiæ omni jure peti potest manutio ex primæva, & antiqua possessione, tametsi lapsus fuerit decennium, prout omisiss generalibus, probat in terminis oblationum, & decimarum parochialium, Rota coram Bichio allegata dec. 386. n. 9. Ninot. d. dec. 1. num. 16. & ultra eas coram Peutingerio dec. 434. num. 6. & coram clar. m. e. Cardinali Cerro dec. 180. n. 11.

Potissimè, quia, licet exactio controversi Præatici neglecta fuerit ab antecessore Parocho, non tamen potest dici illa antiqua, & primæva Ecclesiæ possessio exigendi interversa, seu amissa, dum non constat, nec imò probari potest unquam à Judæis, quod hoc Præaticum peritum fuerit ex parte Ecclesiæ, & ab ipsis denegatum cum succumbentia, & acquiescentia, in qua denegatione, unita positivæ acquiescentiæ, & succumbentiæ, considerari possit aliqua interversio, seu amissio aliqua possessionis: Cæterum sola hæc abstinentia, seu negligentia ab exactioe merè facultativa Rectoris nullum infert præjudicium Ecclesiæ; ejusque possessioni, nullamque interversionem producit, neque impedit, quin etiam elapso decennio Ecclesiæ manutio debeat ex sua primæva, & antiqua possessione, ut egrègiè tuetur Posth. de manut. observ. 10. num. 100. & seqq. Thomat. decif. 2. num. 14. & 15. Rota coram Royas decif. 414. num. 3. Bich. decif. 386. num. 5. Peutinger. dec. 434. n. 6. Ninot. dec. 1. n. 15. Cert. dec. 180. n. 11. & in recent. dec. 271. n. 8. p. 18.

Processit autem hæc negligentia in exigendo, ex quo de anno 1677. ut expressum supra est, Parochus diversis agitatibus infortunis, fuit privatus exercitio, sequestrata cura sub Oeconomo, ad quam nuper assumptus modernus Parochus sitè, & rectè nunc instat pro manutione, cui nomine suæ Ecclesiæ allegatus lapsus temporis, & obiecta negligentia exigendi obstat non potest, dum vacante Ecclesiâ, eaque sub Oeconomo languente, nullum præjudicium ejus statui, & possessioni fieri valuit de jure, cum tanquam suo vero Tutore, Sponso, & defensorè, desituta, consideretur pupilla incapax cujuscumque præjudicii, ad Textum in cap. 1. ibique Canonistæ communiter, & præcise Ancaran. Joan. Andr. nu. 1. & Hostien. n. 12. & cap. fin. ne sede vacante, Rota coram Dunoz. Jun. dec. 252. n. 27. 28. & 29. repetita apud Posth. de manut. decif. 330. eisdem numeris.

Minusque resistit, quod solutiones emanaverint à Judæis antiquis, non à modernis conventis, & Damos nunc possidentibus, ut proinde quoad istos profus deficere obijciatur quasi possessio exactiois, & solutionis respectivè.

Cum enim jus exigendi hoc Præaticum ratione Domorum, quas in hoc Ghetto Judæi retinent, patenter dignoscatur esse jus merè reale universaliter debitum Parocho, seu Ecclesiæ ab iis, qui domos retinent, & possident, necessariò inde sequitur, quod possessio quæsitæ Ecclesiæ, & Parochi contra antecedentes possessores, suffragetur etiam contra modernos, eò quia Domus semper sunt eadem, opera ipsis infixa transeunt ad quoscumque detentores, & jus exactiois, & possessionis ex parte Ecclesiæ possessitricis desumitur, & oritur re ipsa, non ex parte ipsius, qui solvit, & rem possidet, Posth. de manut. observat. 56. num. 25. Rota. cum decif. 157. num. 1. & dec. 455. num. 3. Pignatelli. consult. Canon. 121. num. 22. tom. 1. Rota coram Penia decif. 1509. n. 3. Coccin. decif. 695. numer. 1. & 2. & decif. 792. eodem numero, Bich. decif. 386. num. 3. & dec. 163. n. 9. Celf. decif. 44. n. 2. & 3. Royas decif. 414. 2. & in rec. dec. 341. nu. 1. dec. 189. nu. 3. & dec. 205. nu. 2. p. 2. Ex quibus, Salva &c.

Oratorum de Jandis Advocatus.

Decreta S. Congregationis Visitationis Ad instantiam Curatorum Sancti Angeli in foro Pif. Tom. X.

etiam, & Sancti Gregorii ad Pontem quatuor Caputum S. Congregatio censuit, esse committendum, prout præsentis decreti vigore committit Eminentiissimo Urbis Vicario, ut ad fraudes evitandas petitam descriptionem Caputum Judæorum fieri procurer, hac die 19. Aprilis 1660.

Die prima Julii 1660. similiter approbatum fuit decretum pro nonnullis Parochis Urbis habentibus intra fines Parochiæ suæ domos, in quibus habitant Hebræi, videlicet.

Sacræ Visitationis Congregatio supplicantium præcibus inclinata committendum censuit, prout præsentis decreti vigore committit R. P. Vicegerenti, & nunc, & deinceps singulis annis describendos cures Hebræos utriusque sexus degentes in domibus sitis intra fines Ecclesiæ Parochialium supradictorum, eisque publico edicto præcipiat sub pœnis arbitrio suo insigendis, ut infra terminum competentem sua cujusque nomina, & cognomina Parochis eorumdem Ecclesiæ verè & sincerè tradant in scriptis, & si quod ab ipsis Hebræis fraudulenter, seu dolosè actum, gestumve comperit severè in eos animadvertat, Præterea eosdem compellat constituere Exactorem, qui juxta formam mandati executivi ad favorem Parochorum aliàs relaxati, à quolibet ipsorum Hebræorum pecuniam in mandato expressam, eamque sexto quoque mense eidem Parochis cum effectu persolvat. Datum die prima Julii 1660.

Ita reperitur in Regesto autographo Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ. In quorum fidem &c. Romæ hac die 20. mensis Martii 1683.

Locus & Sigilli.

B. Panciaticus Secretarius.

Cum inter Parochos Ecclesiæ Sancti Angeli in foro Pifcium, Sancti Gregorii de Ponte quatuor Caputum, Sancti Nicolai in Carcere, Sanctæ Mariæ de Plantis, S. Thomæ de Cincis, & Sanctæ Mariæ in Monti-cellis ex una parte, & Universitatem Judæorum ex altera vertatur controversia, An sex Bononensi pro jure, ut vocant Præatici solvi debeant à Judæis sexto quoque mense pro numero Caputum, seu personarum, An verò pro numero familiarum seu focorum, earumque domorum existentium intus relictum Judæorum infra limites prædictarum Ecclesiæ S. Congregatio Visitationis Apostolicæ, perpenis scripturis, ac furibus desuper utriusque exhibitis, reque accuratè discussa, censuit, in solutione hujusmodi servandum esse solitum, & ita ab omnibus, ad quos pertinet, servari præcipit. Datum die 29. Julii 1660.

Ita reperitur in Regesto autographo Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ. In quorum fidem &c. Romæ hac die 4. Januarii 1689.

Locus & Sigilli.

B. Panciaticus Secretarius.

Christi nomine invocato pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam de juris peritorum consilio in his scriptis ferimus in causa, & causis, & quæ coram nobis primò, & prima seu alia veriori versæ fuerunt, & vertuntur instantia inter R. D. Dominicum Sabbatinum Vicarium Curatum venerabilis Collegiæ, & Parochialis Ecclesiæ Sancti Nicolai in Carcere Tulliano de Urbe actorem ex una, & Alexandrum Velliano Abraham de Castro novo, Jacobum Gioiosum, Rubinum Calo, Dardilum Micadotum, Camerarios Scholæ, seu Societatis Mortis Hebræorum, nec non Sabbathum, Triumphum, Crescentium Sermonetum, Leonem de Medinos, Aron de Castro novo, Sabbathum de Monte Jacobum Raphaelem, Consilium Scandilium, Michaelem de Capua, Samuelem Sacerdotem, Jacobum M m z Gattenghium;

Garrighum, Josephum Cairtem, Jacobum Firmum, & Gabrielem de Abron Hebræos possessores quatuordecim domorum, ex ista. inus parvum Ghetum, vulgò Ghetarello, positum propè Portam Leonam, reos conventos partibus ex altera de, & supèr solutione Pretatici ad rationem obolorum sex pro qualibet ex dictis domibus, & semestre, rebusque &c. dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & diffinitivè sentiamus, Hebræos supranominatos, tanquam possidentes supradictas quatuordecim domos, etiam in illis actualiter non habitent, easque retineant ad usum Scholæ, & respectivè Magazendorum, seu alium quemcumque usum, teneri, & obligatos esse ad dandum, & solvendum d. Vicario Curato Sancti Nicolai in Carcere Pretatico consuetum ad rationem obolorum sex pro qualibet ex supradictis domibus, & semestre, ac quo illius solutione, & terminis jam decursis, & non solutis decernendum, & relaxandum fore, & esse contra dd. Hebræos mandatum exequutivum, & aliud quodcumque necessarium, & opportunum, prout decernimus & relaxamus.

Item pari nostra diffinitiva sententia, & per caput separatum dicimus &c. & diffinitivè sentiamus exceptiones oppositas per supradictos Hebræos adversus mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi d. Pretaticum ad favorem supradicti Vicarii Curati per nos decretum, & relaxatum fuisse nullas, irritas, calumniosas, & de facto datas, & propterea non obtinuisse, neque obitare executioni supradicti mandati de manutenendo. Imò supradictum Dominum ad actorem ab eisdem exceptionibus absolvendum, & liberandum, supradictis verò Hebræis super illis imponendum fore, & esse perpetuum silentium prout absolvimus, & liberamus, ac respectivè imponimus, & pro absoluto, & liberato, ac respectivè imposto haberi volumus, & mandamus victoribus in expensis condemnamus; quatenus tamen huic nostræ sententiæ non acquiescant, quarum taxationem tali casu nobis, vel cui de iure in posterum referamus, & ita dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & diffinitivè sententiamus, non solum, &c. sed & omni &c.

Hæc sententia fuit publicata die 5. Mensis Decembris 1691. prout in libro receptorum fol. per acta Pini notarii Eminenti. Cardinalis Vicarii, pariterque expeditum mandatum exequutivum sub die 7. dicti Mensis Decembris ejusdem anni 1691. ad favorem hujus Ecclesiæ.

Romana Pretatici.

Responsio Juris.

Eminentissime Domine. Omnia, quæ deducuntur à Domino ex adverso scribente in hac causa ad unicum motivum redacta sunt, quod scilicet Hebræi in parvo Ghetto non maneant, sed illum hodie detineant ad merum usum Magazendorum, pro quibus propterea nullum ab eis solvendum sit. Pretaticum, ne teneantur ad duplicem illius præstationem, dum illud solvunt Parocho, ubi degunt ad instar decimarum, quæ unica non duplicata debentur.

Verum in facto dicimus in hoc Ghetto Hebræos habitasse, & ad habitandum fuisse concessum actualiter existere in eo scholam, adeoque non potuisse hebræos, mutando domos de habitatione in Magazeno Ecclesiæ præjudicare.

Præterea adducta ratio debilissima est, quia Pretaticum non debetur Parochis pro decimis personalibus, quæ ratione personæ debentur, adeoque duplicata exigere non possunt, eo quod unica est, & per consequens unica restat decima, sed debitum est alio respectu, nempe pro restitutione domorum, quibus succumbunt Ecclesiæ in domibus à Christianis habitari solitis, quas ipsi occupant, habitando, vel detinendo ad proprium usum, & servitium, ex qua occupatione sicuti indubitatim est,

quod damna Ecclesiis proveniunt in vivariis, & mortuariis, tam si habitent, quam si non habitent, ita ex debita justitia tenentur ad eorum refectionem sub nomine Pretatici exigi solitam, ut probat Text. in cap. Quanto de usur. ibi: super decimis, & oblationibus, &c. ut sic Ecclesiæ conserventur indemnes, cap. de terris eod. tit. ne valeant Ecclesiæ fraudari. Concil. Viennense eo, quod loca in quibus Christiani habitare deberent occupant, & firmant Hostiens. in cap. de terris num. 1. ibi, ut Ecclesiæ conserventur indemnes, Jo. Andr. in cap. Quanta, ibi, habentur estimatio proventuum, qui pervenire solebant Ecclesiæ & illud tenentur Judæi, & in cap. de terris, ibi, ne forte videlicet occasione illa Ecclesiæ valeant suo jure fraudari Butr. in cap. quanto num. 7. ibi, Ecclesiæ decimis & oblationibus laderentur ex habitatione Judæorum: Ideo in hoc habent remedium contra Judæos. Rursus in cap. de terris n. 1. ibi, ad illud damnum relaxandum tenentur, Ancharan. in cap. de terris num. 1. ibi, Ex habitatione Judæi non debet Ecclesiæ damnum pati, Abb. in cap. Quarto sub num. 4. ibi, ne per defectum Christianorum Ecclesiæ patiatur detrimentum, & in cap. de terris, ibi, Judæus Ecclesiæ obligatur ratione satisfactionis damni, & interesse, Zarabell. in cap. Quanto, ibi, ne Ecclesiæ fraudentur, Gonzal. in d. cap. Quanto, ibi, Ecclesiæ consequi debere indemnisationem pro oblationibus sibi debitis, Bellencin. de charit. subsid. quest. 67. ibi, ne Ecclesiæ pro possessione eorum sit deterioris conditionis, Lap. allegat. 92. & ibi Adden. littera N. ibi, ne Ecclesiæ laderetur, Rebuff. de decim. q. 5. num. 11. tenentur Judæus solvere estimationem illius decimæ, quam habuisset Ecclesiæ à bono Christiano, &c. Azor. in sum. moral. par. 1. cap. 35. q. 3. lib. 7. ubi quod non debent Ecclesiæ pro habitatione Judæorum damnificari, idemque firmat Bonacc. de præcept. Eccles. q. 5. punct. 3. n. 6. & Soc. de just. & jur. lib. 9. q. 4. art. 4. col. 2. Et demum latè hanc sententiam ruetur Pignatell. consult. canonice. 70. per totam tom. 5. præcisè comprobans deberi à Judæis in Urbe Pretaticum in compensationem damnorum, interesse quibus habitando domos Christianorum Ecclesiis afficiunt, & antea hoc ipsum firmaverat, consult. 177. num. 6. 4. tom. 1.

Hinc Judæi live habitent, live non habitent cum damnum inferant, detinendo istas domos à Christianis habitari solitas, ad ejus refectionem tenentur ex vi justitiæ distributivæ naturalis, ne uni per alterum iniqua inferatur conditio: adeoque ex sola possessione hebræorum hæc damna debentur, prout Bellencin. de charitativ. subsid. quest. 67. ibi, ne Ecclesiæ pro possessione eorum sit deterioris conditionis, & in hoc nimis clarum est Concilium Viennense, decernens damna pro iis locis, à Christianis habitari solitis, quos Hebræi occupant, parum obstante quod dixerit, manserint, quia verbum manere significat etiam detinere l. In fiscalibus, C. de exactionib. tribus. lib. 10.

Advertendo insuper, quod hic non agitur de aliqua temporanea locatione, sed de perpetua acquisitione istarum domorum, quibus in perpetuum Christiani sunt privati. Unde ratione istius perpetuæ acquisitionis, & privationis tenentur ad hoc Pretaticum, ut perbellè firmat Hostiens. in d. cap. Quanto n. 6. de decim. ibi: Si Judæus acquirat domum, estimari debet quantum à Christianis, &c. & in tantum obligatur, Abb. ibidem n. 4. ibi: ne per defectum Christianorum Ecclesiæ patiatur detrimentum: nam posset sequi, quod Judæi emerent totam Parochiam.

Ista enim perpetua concessio nimium lædit jus Parochiæ, quæ in perpetuum privata remanet suis obventionibus, & emolumentis: ratione cujus perpetuæ privationis jus, & æquitas suadent aliquid Ecclesiæ deberi in recognitionem saltem jurisdictionis Ecclesiæ, Marquard. de jud. cap. 7. num. 6. Suarez de Religion. tract. 2. cap. 16. num. 8. lib. 1.

Ad instar Cathedralis, quod debetur Episcopis in signum subjectionis perpetuæ pro jure, & honore Cathedrae

dræ can. placuit, & can. inter cetera 10. q. 3. cap. 1. cum olim de censib. cum aliis in discursu citatis.

Quæ certiora redduntur ex observantia, dum hebræi ex Magazenis Ghetri magni solvunt Pretaticum, & ex attestazione Parochi exigentis, cui tanquam testanti de facto proprio, & omni exceptione majori standum est licet unico, cum habeat vicem duorum, Rot. in recent. decis. 378. num. 10. & 11. par. 17.

Accedente novo facti motivo, quod scilicet Hebræi solvant de omnibus, & singulis magazenis per eos extra Ghetum retentis scuta quatuor annua Conservatorio Divinæ Clementiæ, cui illa applicavit Pontifex: Unde verè pro eis, dum occupant Christianorum domos, apothecas, & magazena actualiter solvant, & quod plus urget Conventi hebræi ad solvenda dicta scuta quatuor de his magazenis in Ghetto parvo existentibus à Conservatorio prædicto opposuerunt, domus istius Ghetri fuisse ad habitandum eis concessas à Pontificibus, & ipsos habere in eis jus Gazagà, & ad hunc effectum per eos detineri, sic evadendo solutionem pro magazenis, quare dum te eximunt à solutione ratione magazeni, debent succumbere Pretatico ratione habitationis, seu habitabilitatis.

Demum ad illud motivum, quod deberetur duplex decima, facile respondetur, si enim hebræi solverent Pretaticum pro decima personali motivum procederet; sed Judæi illud solvant pro damnis oblationum, & proventuum Parochiis deficientium: cæterum etiam in ratione decimarum potest quis solvere plures decimas, nempe personales, ubi habitat, reales ubi habet prædia, bona fundacos, & magazenos, Gucci. pract. quest. lib. 1. q. 17. per tot. Castrill. de Tert. cap. 2. S. num. 11. Aravz. decis. moral. tractat. 3. q. 32. Ricc. collect. 2468. Rota Cocc. dec. 386. n. 3. & seqq.

Hæc sunt, quæ in petitorio deducuntur, cæterum in possessorio petita mantentio denegari non potest Constat enim de quasi possessione exigendi ex libris Ecclesiæ, qui ad hunc effectum mantentionis in terminis istatum oblationum, proventuum, & decimarum plene probant Posth. de mantent. observat. 35. nu. 35. vers. exigendi etiam decimas, Rot. post eum decisio. 31. numer. 3. Thom. decis. Marchia 41. nu. 8. Rota coram Ninot. decis. 1. n. 3. Bich. decis. 386. num. 7. in recent. decis. 2. num. 3. par. 18. & decis. 152. à num. 6. par. 19.

Et generaliter in quacumque alia materia Reusner. cons. 23. num. 58. Tutret. cons. 33. num. 8. vol. 1. Maranta resp. 78. num. 1. Genua de script. privat. lib. 5. cap. 5. num. 9. Posth. de mantent. observat. 35. num. 34. vers. & quod, Berlich. var. concl. tom. 1. conclus. 36. nu. 18. Quæda Rilo contrav. 36. numer. 6. Rub. singul. Rota tom. 1. ad decis. prim. Sacrat. fol. 460. ubi de constanti Sacra Rotæ sententia, & Rota ipsa in recent. decis. 290. num. 4. par. 1. decis. 233. num. 4. par. 7. decis. 300. num. 25. par. 12. coram Martin. Andr. decis. 76. num. 1. Vbal. dec. 104. eodem num. Coccin. decis. 628. Duo oretio Juniore decis. 692. utrobique n. 6. & decis. 989. num. 2.

Accedentibus præsertim duobus Testibus, altero nempe deponente de solutione actuali, de visu, qui sufficientissimè ex se solus & unicus probaret quasi possessorem ad effectum mantentionis, ex traditis per Posth. de mantent. observ. 38. nu. 14. Thomat. decis. Marchia 216. numer. 6. Adden. ad Pamphil. decis. 51. nu. 10. ad Gregor. decis. 160. numer. 3. Rota coram eodem decis. 438. Cavalier. decis. 54. Buratt. dec. 594. in omnibus num. 3. Coccin. decis. 2012. num. 4. Peutinget. decis. 15. numer. 2. decis. 233. num. 1. Duo oret. lun. decis. 581. num. 1. de possessione exigendi obventiones, & decimas parochiales in recent. 788. num. 2. decis. 214. sub nu. 3. decis. 511. sub nu. 8. par. 1. dec. 26. num. 13. par. 13.

Et altero pariter de solutione deponente, ac teste de sequestro, & clausura Ghetri, ut proinde resulter quasi possessio probatissima ex duobus testibus contestibus, cap. in omnibus negotio de testib.

Tom. X.

Et satis esset in hoc summarissimo possessorio, quod Testes adminicularentur à libris, vel libri à testibus, ut exinde quasi possessio exigendi probata resulter ad hunc effectum Post. de mantent. observ. 35. vers. exigendi etiam decim. Thomat. decis. March. 41. nu. 8. Rota coram Bichio d. dec. 386. num. 7. Ninot. decis. 1. num. 3. in recent. dec. 2. eod. n. p. 18. & 47. n. 1. dec. 152. à n. 6. p. 19.

Quare &c.

Octavius de Jandis Advocatus.

Et in grati animi fidelem memoriam erga amicum nostrum venerabilem virum D. Franciscum Mottam, quæ Reverendissimi Capituli sui Andriensis huic judicio apud Romanam Curiam iura suggessit, ac præsentiam suam commendavit, hæc subjicimus:

Andriensis Servitii Ecclesiæ.

In Cathedrali Ecclesiæ Andriensi, quæ receptitia est, antiqua irreperat consuetudo admittendi equaliter, ac indistinctè omnes Sacerdotes ad servitium Ecclesiæ, & consequenter ad participationem omnium emolumentorum massæ Capitularis, excepto tamen prius anno servitii, in quo illi, qui fuerant promoti ad Sacerdotium intra mentem Septembris participabant integre, & æquallyter cum cæteris aliis, promoti vero post dictum mensem, nedum tenebantur gratis inservire usque ad mensem Augusti subsequentis, verum etiam in casum præter missæ celebrationis multabantur pœna unius Caroleni pro qualibet vice, ac pro qualibet missa non celebrata. Hanc consuetudinem uti minus æquam sacrique Canonibus parum consonam, particulari decreto in visitatione edito improbavit Episcopus, non dissentiente tunc, ut ipse asserit, majori parte Capitularium. Cum autem alii sub nomine Capituli reclamantes, interposito recurso ad hanc S. Congregationem, insistent pro dicti decreti revocatione, ac pro observantia veteris consuetudinis hinc utraque parte informante ab Eminenti. Partibus decernendum erit.

An decretum Episcopi in visitatione factum, sit observandum?

Die 5. Maii 1696. S. Congregatio S. S. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, danda esse decreta in Salernitana 11. Maii 1609. & in Policastrensi 13. Januarii 1685. memoriæ sequentiæ.

Salernitana. In Ecclesiâ receptitia Terræ Padulæ adesse consuetudo quod presbyteri primo anno, quo ad Ecclesiâ recipiuntur, nihil percipiant de illius fructibus, quæ dividuntur inter alios presbyteros. Supplicatur declarari primo, An hujusmodi consuetudo sit servanda. Secundò, an Ordinarius possit illam tollere, Sacra &c. Ad primum respondit, esse servandam. Ad secundum, non posse.

Policastrensis participationis. Supplicante huic Sac. Congregationi Procuratore Terræ Laureæ servari immemorabilem consuetudinem, juxta quam Sacerdotes ad numerum participantium noviter admitti tenentur per unius anni spatium Ecclesiæ gratis inservire, omniaque Missarum etiam perpetuarum, ac ordinariorum onera ad Communitatem ipsius Cleri spectantia subire, non obstante decreto, quo mediante Episcopus in postrema visitatione dictam consuetudinem abrogavit. Auditus fuit Episcopus ipse, qui in sequentem modum respondit. In omnibus ferè Ecclesiis matricibus, ac receptitiis hujus Diocesis viget consuetudo, quod antequam Sacerdotes de recenti ordinatus admittantur ad participationem reddituum Ecclesiæ debeant inservire gratis per aliquod tempus dictæ Ecclesiæ in exercendo Officium Sacristæ, & Procuratoris, seu Præpositi. In Ecclesiâ verò matrici, & receptitia S. Jacobi Terræ Laureæ ultra hanc, adesse etiam consuetudo, quod modernis Sacerdos tenentur ex-
plere onus missarum sibi contingens ex divisione, quæ fit inter Sacerdotes, inservire choro, & interesse aliis officiis extraordinariis, & stipendia ac emolumenta tam
Missarum

missarum, quam aliarum oblationum appropriant sibi alibi antiqui Sacerdotes, & inter se dividunt, nulla portione penitus assignata Sacerdoti moderno celebranti, distatque missas, & alia onera explent. Hanc consuetudinem in visitatione anni præteriti aboleri curavi, uti Sacris Canonibus contrariam, atque reprobam à Sacro Concilio Trident. *sess. 24. cap. 14. de reform. eamque damnant Abbas, Felinus. & Decius in c. Cum M. Ferrariensis de constitut.* ac ceteri Canonistæ in *c. Jacobus de simon.* atque non solum damnant hanc consuetudinem, in qua utilitas vertitur in utilitatem privatorum seu etiam multi Doctores illam etiam damnant, in qua utilitas vertitur in utilitatem ipsiusmet Ecclesiæ, ut præ ceteris videtur est Felician. Oliv. *de for. Eccles. lib. 3. q. 6. sub num. 36.* Neque verum est, quod Clerus S. Jacobi sustineat multa onera pro Sacerdotibus de recenti ordinatis, quia nullum revera sustinet onus, neque pro illis aliquam facit impensam, sicut falsum exposuit præfatus Procurator, quod hæc consuetudo vigeat in tota hac diocesi. Quia in eadem Terra Laureæ adest altera Ecclesia matrix, & receptitia sub titulo S. Nicolai, in qua adest Archipresbyter cum numero Clero, neque tamen viget consuetudo talis, sed statim ac quis ordinatus est Sacerdos, admittitur ad participandum redditibus Ecclesiæ, sicuti ceteri Sacerdotes antiqui. Jam igitur vovi, ut paream mandatis EE. VV. dictam consuetudinem abolendam esse tanquam sacris Canonibus, & S. Concilio contrariam, ut-

potè præferentem simoniæ speciem, & sordidæ avaritiæ labem, ac etiam contra jus naturale, quo dictante nemo debet cum aliena locupletari jactura, maxime in his regionibus, in quibus summa paupertas viger. Hujus autem occasione deduco ad istam eandem S. Congregationem, quod in rota hac diocesi, pro admissione moderni Sacerdotis ad participationem emolumentorum Ecclesiæ antiqui Sacerdotes omnino volunt; ut Sacerdos ordinatus de recenti canat missam, ac faciat paslum, vel aliquod comestibile, cuiuslibet Sacerdoti in domum mittat. Hanc eandem consuetudinem damnatam, expressè invenio in *d. c. Jacobus de simon.* Illam tollere cupio, si videbitur Eminentissimis Patribus. Hæc inter supplices libellos postremæ Congregationis relata per modum dubii proponenda esse censuerunt Eminentissimi Patres, qui proinde respondere dignabuntur, An dicta consuetudo vigens in Ecclesia S. Jacobi Terræ Laureæ, vel potius Episcopi decretum illius abrogatorium servari debeat.

Secundò, an toleranda sit præfata consuetudo vigens in tota diocesi, quod Sacerdotes admittendi ad participationem emolumentorum Ecclesiæ canant missam, faciant paslum, vel aliquod comestibile mittant ad domum cuiuslibet Sacerdotis. Sacra &c. Ad primum censuit transmittendum esse decretum emanatum in causa Salernitana 10. Iunii 1609. quæ est in tomo 117. posit. pag. 488. Ad secundum quoad paslum, vel aliud munus, non esse cogendos.

FINIS TOMI DECIMI

